PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXI.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1859

Digitized by Google



Digitized by Google

SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ANGLICANOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII, TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT, VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS DECIMUS.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1859

Digitized by Google

2550.4

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXI CONTINENTUR.

	Col.
Homiliæ XLV in Epistolam primam ad Corinthios.	9
Homiliæ XXX in Epistolam secundam ad Corinthios.	381
Commentarius in Epistolam ad Galatas.	611
Spuria.	681

HARVARD COLLEGE LIBRARY

HARVARD
LIBRARY

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

Præfatio

AD HOMILIAS CHRYSOSTOMI

IN BINAS

AD CORINTHIOS EPISTOLAS.

§ I. — 1. *De Homiliarum harumce præstantia*, 2. *deque prologo ad easdem.* 3. *Quidam eum negant esse Chrysostomi.*

1. Inter præstantissima Joannis Chrysostomi opera accensentur Homiliæ in Epistolam utramque Pauli ad Corinthios, ac cum primis elegantia et gravitate concertare possunt; maxime vero Homiliæ in primam Epistolam, quas Homiliis ad secundam multi putant esse anteferendas, si tropos et accurationem spectaveris. In prioribus namque diligenter omnia fusioreque stylo persequitur, salibusque frequenter utitur, ac vel minutiora discutit; nusquam certe majori studio elaboratas homilias deprehendas : qua in re fortasse quidam hodierni lectores redundare illum et ultra metas nonnumquam progredi dixerint. Verum ille, quod præcipuum est oratoris munus, auditorum ingenium et captum tam solerter exploraverat, ut sibi eorum animos conciliaret, gratam concionis admurmurationem plaususque frequentes, ut in orationum decursu videas. Ad hæc vero in Homiliis ad primam Epistolam plurima occurrunt, pugnæ nempe et velitationes frequentes contra philosophos exteros et falsorum deorum cultores et contra hæreticos nonnullos, ac singularia quædam ad istius ævi mores et usum pertinentia, aliaque de quibus mox carptim agemus.

2. Antequam enim ulterius progrediamur, ipsum operis exordium, sive prologus concionibus præmissus, moram infert, nec parum negotii facessit. Sub initium enim ista legimus : *Multa autem in hac urbe*, nempe Corintho, *passus est Paulus, et Christus in illa apparens ei, dixit : « Ne taceas, sed loquere : quia multus est mihi populus in hac civitate. » Et mansit ibi duos annos. In hac quoque dæmon exiit, quem Judæi adjurantes, gravia ab illo passi sunt : in hac item quidam pœnitentia ducti libros magicos combusserunt; et visa sunt quinquaginta millia (denariorum) : in hac demum, Gallione proconsule in tribunali sedente, Paulus verberatus est.*

3. His conspectis quidam viri docti, an Chrysostomus prologi hujusce auctor fuerit, dubitavere. Num Chrysostomus, inquiunt, in lectione sacræ Scripturæ ita versatus, ignorare potuit, hæc quæ referuntur de Judæis filiis Scevæ, ut dæmonem ejicerent nomen Domini Jesu invocantibus et male multatis; deque iis qui libros magicos combusserunt, quorum pretium erat quinquaginta millium denariorum : hæc, inquam, non Corinthi, sed Ephesi gesta esse, ut ex Actuum libro, cap. 19, liquet? An Chrysostomus dixerit etiam Paulum in conspectu Gallionis verberatum fuisse? id quod in 18 Actuum capite non de Paulo, sed de Sosthene dicitur? Fateor certe his continenter positis erroribus me non parum moveri. Licet enim Chrysostomus non infrequenter memoria labatur, et alium pro alio Scripturæ librum commemoret, hic certe major lapsus deprehenditur. Verum, hoc dempto loco, prologus tam apte concinnatus est, ut mihi ipse Chrysostomus loqui videatur; et quod me magis, ut ne doctis illis viris omnino assentiar, detinet, ita desinit prologus, ut idem scriptor homiliam primam incipiens eadem serie pergere deprehendatur. Quod enim aliquando memoria labatur in hoc ipso Tomo videre potes, col. 614, lin. 46, ubi Milesios pro Ephesiis posuit, similiaque alibi non raro deprehendas. Rem tamen eruditi lectoris judicio permitto.

§ II. — 1. *Homiliæ in Epistolam primam ad Corinthios Antiochiæ habitæ fuere, ipso teste Chrysostomo.* 2. *Multa scitu dignissima complectuntur circa philosophos exteros :* 3. *circa hæreticos, Manichæos nempe et Marcionistas.* 4. *Ridiculus Marcionistarum ritus.* 5. *Contra Antiochenorum Christianorum mores.* 6. *Alia quædam observantur.*

1. Non abs re fuerit hic referre qua permotus occasione Chrysostomus in Homilia vigesima prima se Antiochiæ concionari declaraverit, col. 178. Divites multi erant in istac urbe, avari, neque ad stipem pauperibus erogandam propensi. Isti inopes quosque obvios, ne teruncio quidem oblato abigebant. Illi vero ut opulentos illos flecterent, dira quæque tentabant. Alii filios excæcare, ut ad commiserationem moverent; alii spectaculi causa, detritorum calceorum coria mandere; alii acutos clavos in caput infigere; hi in aquis gelu concretis nudo ventre immorari; illi his etiam absurdiora et acerbiora sustinere. Hujusmodi vero spectaculis illi opibus circumfluentes commoti, pecuniam largiter effundebant iis, quos obsecrantes antea repulerant. Illos autem acerrime, ut par erat, insectatur S. doctor; utque exemplo illos ad meliorem frugem reducat, Antiochenos illos priscos in memoriam revocat, qui temporibus apostolicis floruerant, et qui primi Christianorum nomine appellati, bona sua

Digitized by Google

largiter in pauperum et ecclesiarum usum effundebant; ut hinc hodiernis pudorem inculcaret. Quia vero divites illi inopes et mendicos ad Ecclesiam Antiochenam, quæ amplissimis reditibus instructa erat, remittere solebant, obnititur ille, aitque, stipem ab Ecclesia erogatam opulentis nihil meriti conferre nisi et ipsi largiter spargerent. In quadam autem concione superioribus inserta Tomis dixerat ille, Ecclesiam Antiochenam ex proventu suo inopes, viduas et virgines ad ter mille numero quotidie alere. Has igitur Conciones in Epistolam primam Antiochiæ habitas fuisse ex ipsius Chrysostomi testimonio certo constat.

2. Occasione sumpta ex apostolicis verbis, multa sæpe interserit contra philosophos exteros et contra idolorum cultores. Primo disputationem quamdam Platonici cum Christiano refert, col. 27, ubi ita inconsulto utrinque adhibentur argumenta, ut ambo contrariam sententiam asserere, suam impugnare deprehendantur. Platonem non raro aggreditur, quem dicit male de diis sentientem ipsos tamen coluisse, col. 241, iter in Siciliam instituisse, col. 36, multumque laborasse circa lineam, angulum et punctum, col. 34. Poetæ cujusdam profani et ignoti versus affert et Pythiæ turpitudinem historiamque traducit, col. 241 et 242. Socratis exemplum affert, qui dicacem et procacem uxorem patienter ferre solebat: et cum auditores in clamorem et risum erupissent, ipsos compressit Chrysostomus dicens: *Magna voce exclamastis: sed ego valde nunc ingemo, cum videam Græcos magis philosophos esse, quam nos, qui jubemur angelos imitari, imo qui jubemur ipsum æmulari Deum in mansuetudinis ratione;* col. 224. De Diagora item et Theodoro atheis, col. 36 et 37. Deque Pythagora quædam interserit, col. 62 et 63. De Diogene Cynico ait, ipsum inanis gloriæ causa et in dolio habitasse et pannis obsitum sese ostentavisse, col. 302. Aliosque philosophos Græcos pari modo carpit.

3. Manichæos hic non semel impugnat, col. 61, 324, 326, 335, ut etiam in aliis operibus suis. Nam hujus hæreseos virus passim per Orientem serpebat. Puto autem hæreticos illos, qui Chrysostomo teste, col. 356, dicebant aliud corpus a priore diversum resurgere, Manichæos esse, qui cum assererent corpus humanum a malo deo seu a diabolo creatum fuisse, aliud et diversum ab illo resurrecturum esse comminiscebantur: hanc hæreticorum, tacito nomine, opinionem memorat etiam in Homiliis ad secundam Epistolam, col. 470.

4. Marcionistas quoque insectatur, maxime vero cum ad eum locum pervenit, ubi Paulus hæc explicatu difficilia profert: *Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis.* Ubi quid ea de re sentiant, et quomodo id exsequantur Marcionistæ, sic effert Chrysostomus: *Vultis primum dicam quomodo hanc dictionem adulterant qui morbo laborant Marcionis? Atque scio fore ut risum multum moveam; ideo tamen dicam, ut illorum morbum magis fugiatis. Nam postquam catechumenus quispiam apud illos excesserit, sub lecto mortui absconso aliquo vivente, accedunt ad mortuum et alloquuntur, rogantque velitne accipere baptismum. Illo nihil respondente, qui est absconsus inferne pro illo dicit se velle baptizari; et sic eum baptizant pro eo qui excessit, ac si in scena luderent: tantum valuit diabolus in ignavorum animis. Deinde cum accusantur, adducunt hoc verbum, dicentes Apostolum dixisse, Qui baptizantur pro mortuis.* Contra Pneumatomachos, qui negabant Spiritum sanctum esse Deum, pugnat Chrysostomus, col. 245. Sed ea in re non multum immoratur.

5. Antiochenorum etiam Christianorum dissolutos mores orationis vi compescere nititur Chrysostomus. Etenim in connubiorum celebritate, choreæ, cymbala, tibiæ, verba et cantica obscœna turpiaque adhibebantur, multaque diaboli colluvies erat, inquit ille, col. 103, 104, 105. Hinc appetente nocte nova sponsa cum lucernis in forum ducebatur, comitantibus verberonibus et fugitivis, qui turpia et obscœna quæque proferebant; nam diebus istis omnia licebant: præsentibus etiam virginibus, quæ turpes illas cantilenas exciperent. Deinde vero si infans ex tali connubio nasceretur, superstitiosa multa videre erat: accensis enim lucernis, queis nomina indita erant, nato nomen ejus dabant, quæ diutius lumen dedisset, hinc conjicientes futurum esse ut infans diutius viveret. Insuperque περίαπτα seu ligamina et crepitacula superstitiose appendebantur, stamenque coccineum et similia. Nutrices autem et ancillæ, lutum ex balneo sumentes digitoque tingentes, in pueri fronte imprimebant, putantes hinc malum oculum, livorem et invidiam depelli. Multa quoque alia superstitiosa usu veniebant in partus doloribus, maxime autem in funeribus, ubi præficarum agmen videre erat, more veterum gentilium, col. 105, 106.

Multi etiam apud Christianos Antiochenos erant, qui resurrectioni non credebant, qui genesim observabant: alii dierum observationibus, vaticiniis, auguriis et symbolis; alii ligaminibus et incantationibus dediti erant. Hincque videas Oratori nostro non modicam fuisse declamandi, arguendi, et objurgandi materiam, col. 38.

6. Alia quædam a Chrysostomo sparsim dicta et enuntiata, hic paucis afferenda duximus, in Homilia decima nona, col. 160, postquam de virginitate plurima dixerat, se tamen plurima prætermisisse ratus, ad librum de Virginitate ab se editum remittit, quem librum nos Tomo I, col. 533, edidimus, Homilia autem vigesima quarta, col. 203 et sqq., præsentiam corporis Christi in Eucharistia tam aperte declarat ac repetit, ut nemo, nisi præjudicata opinione admodum detineatur, negare possit eam vere fuisse istius ævi sententiam. Homilia vero quadragesima tertia ait Christianum neminem ad precationem illotis manibus accedere, qui exterior cultus majorem animi præparationem adhibendam esse indicabat.

§ III. — 1. *De Homiliis in secundam ad Corinthios Epistolam.* 2. *Probatur illas etiam Antiochiæ habitas fuisse.* 3. *Marcion, Manichæus aliique hæretici confutantur.* 4. *Alia quædam observatu digna.*

1. Homilias in secundam ad Corinthios Epistolam non pari elegantia atque priores, de

Digitized by Google

quibus jam actum est, scriptas fuisse quidam opinantur. Breviore utique stylo explanantur. Et quia Chrysostomus in priore epistola Paulum apostolum sequutus, qui Christianos illos, in Ecclesia tumultus et dissidia moventes, vehementer insectabatur, cum acrimonia majore loquitur, in secunda vero cum Apostolo pacatius agit, nec tropis tam frequentibus utitur : non parem certe operam in ambabus adhibuisse videtur.

2. De Homiliis autem in secundam hæc habet Savilius in notis p. 227 : *De posteriore ad Corinthios subdubitare me cogit dictio, quam in proxime memoratis paulo accuratior. Si tamen genuinum est Ethicon illud vigesimum sextum, quod inter doctos disceptari video, verba certe illa* (col. 582, lin. 30) : *Nam et hic quoque Constantinum Magnum, etc. Constantinopoli clare indicant.* Quæ ut intelligantur, hæc enim obscurius prolata jacent, hoc modo sunt intelligenda. Savilius Photium sequutus, qui dixerat eas homilias, quas Antiochiæ habuit Chrysostomus, accuratius elaboratas esse quam eas, quas Constantinopoli emiserat, Homilias in Epistolam ad Colossenses, in utramque ad Thessalonicenses, et in Epistolam ad Hebræos, minus elaboratas, Constantinopoli emissas esse dixit ; de Homiliis autem in secundam ad Corinthios subdubitare se ait Antiochiæne an Constantinopoli habitæ fuerint, quia majori cum accuratione compositæ sunt, quam illæ ad Colossenses, etc. Si tamen illud, inquit, quod in Homilia vigesima sexta legitur de Constantini sepulcro, vere Chrysostomi sit, qua de re multi dubitant, Constantinopoli habitæ fuerint. Sic ille de loco illo dubitari an vere Chrysostomi sit necne asserit, neminemque tamen ex dubitantibus nominat : neque ulla dubitandi vel disceptandi causa comparet; in omnibus namque tum Editis tum Manuscriptis habetur, et optime ad seriem quadrat.

Locum vero illum pessime intellexit Savilius, cum putavit illo probari has homilias Constantinopoli fuisse habitas, cum contra probetur illas Antiochiæ dictas fuisse. En ipsum locum Homiliæ vigesimæ sextæ, col. 582, lin. 28 : *Atque id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinopoli. Nam et hic quoque Constantinum Magnum filius ita se ingenti honore affecturum existimavit, si eum in Piscatoris vestibulo conderet.* His porro verbis, *Non Romæ solum, sed etiam Constantinopoli*, aperte declarat se Constantinopoli tunc non fuisse ; nusquam enim illum de urbe in qua degit sic loquutum deprehendas. Savilium decepit id quod sequitur, *Nam et hic;* putavit enim illud, *Et hic*, locum in quo tunc prædicabat Chrysostomus indicare. Verum et hoc loco et paucis postea versibus, et sexcenties alibi *Hic* significat locum de quo loquitur, non locum in quo versatur. Itaque hæ posteriores homiliæ Antiochiæ, non Constantinopoli habitæ fuere : quæ item fuit Tillemontii Cl. V. sententia.

3. Ut in prioribus homiliis Marcionistas exagitat, col. 455, qui dicebant rerum opificem justum esse, sed non bonum ; Manichæos item insectatur, qui ore impio hunc rerum opificem diabolum esse pronuntiabant. Hæreticos etiam istos aliquot in locis insectatur, col. 546 : necnon et alios qui dicebant mundum ipsum esse deum, qui error etiam ævo nostro renovatus fuit.

4. Alia quoque observatu digna in hisce posterioribus homiliis occurrunt. Opinatur Chrysostomus fratrem illum, de quo dicit Paulus, *Cujus laus est in Evangelio*, esse Barnabam ; vulgarior tamen sententia est Lucam esse ab Evangelio quod descripsit laudandum, col. 523, 524. Affirmat quoque S. doctor Alexandrum Magnum a senatu Romano tertium decimum deum declaratum fuisse, col. 581, id quod nuspiam memini me legere. Tertius decimus autem deus dictus fuerit, quia duodecim deos Romani admittebant, his duobus versibus comprehensos :

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Ritum porro singularem et usus frequentis commemorat, quod scilicet ii, qui in Ecclesiam ingrediebantur, Ecclesiæ vestibula oscularentur.

Homiliarum in primam Epistolam interpretationem Latinam, quod non accurata esset, pene totam mutavimus ; in secunda autem multa correximus.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

[1] Ἡ Κόρινθός ἐστι μὲν νῦν πόλις τῆς Ἑλλάδος ἡ πρώτη, πολλοῖς δὲ τὸ παλαιὸν πλεονεκτήμασι βιωτικοῖς ἐκόμα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων πάντων τῇ τῶν χρημάτων περιουσίᾳ· διὸ καί τις τῶν ἔξωθεν συγγραφέων ἀφνειὸν ἐκάλει τὸ χωρίον. Ἐν γὰρ τῷ Ἰσθμῷ κεῖται τῆς Πελοποννήσου, καὶ πολλὴν εἶχεν ἐμπορίας ὑπόθεσιν. Ἦν δὲ καὶ ῥητόρων πολλῶν ἔμπλεως ἡ πόλις καὶ φιλοσόφων· καί τις τῶν ἑπτὰ καλουμένων σοφῶν ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης ἦν. Ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐ φιλοτιμίας ἕνεκεν εἴρηται, οὐδὲ πρὸς

* Nota. — Si quando italico charactere in margine notaverimus : « *Legebatur sic vel sic* ; » aut : « *Deerat hæc vel illa* vox : » intelliget lector, textum vulgatum sive mutatum, sive auctum, sive etiam contractum fuisse vel ex codd vel etiam ex edd. anterioribus. Multa præterea ex iisdem subsidiis taciti correximus. Edit. Patrologiæ.

Digitized by Google

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

ARGUMENTUM EPISTOLÆ PRIMÆ AD CORINTHIOS (a).

Corinthi dignitas. — Corinthus nunc prima Græciæ civitas multis olim florebat ornamentis et commodis, atque opum abundantia cæteris omnibus præstabat : quapropter ex scriptoribus exteris quispiam locum vocabat Ἀφνειὸν (b), id est opulentum. Sita est enim in Isthmo Peloponnesi et ad mercimonia admodum opportuna erat. Oratoribus autem et philosophis plena erat : atque ex septem illis, qui sapien-

(a) Totum opus a Montf. collatum cum cod. Reg. 1818; sed ex duobus aliis multa addita vel correcta sunt. Edit. Patrol.

(b) Ἀφνειὸν τε Κόρινθον, inquit Homerus Il. B, v. 570. et post eum Thucydides I, 13, ex opulentia hoc nomen Corintho inditum dicit. Homeri locum refert Strabo l. 8.

Digitized by Google

tes vocabantur, quidam Corinthius erat (*a*). Hæc porro a nobis non ostentationis causa, nec ad eruditionem exhibendam dicta sunt : quid enim juvat hæc nosse ? sed hæc ad epistolæ argumentum nobis conferunt. Multa autem in hac urbe passus est Paulus, et Christus in illa apparens ei, dixit : *Ne taceas, sed loquere : quia multus est mihi populus in hac civitate* (*Act.* 18. 9. 10). Et mansit ibi duos annos. In hac quoque dæmon exiit, quem Judæi adjurantes gravia ab illo passi sunt : in hac item quidam pœnitentia ducti libros magicos combusserunt; et visa sunt quinquaginta millia : in hac demum, Gallione proconsule in tribunali sedente, Paulus verberatus est. Videns ergo diabolus civitatem magnam et populosam veritatem accepisse ; illam, inquam, divitiis et sapientia mirabilem, Græciæque præcipuam ; res enim Atheniensium et Lacedæmoniorum, sublato jam olim ipsis imperio, misere jacebant : videns item Corinthios alacri animo verbum Dei suscepisse; quid facit ? Homines dividit : sciebat enim regnum omnium potentissimum in seipsum divisum stare non posse. Occasionem autem habuit ad insidias parandas, habitantium divitias atque sapientiam. Hinc illis in factiones adversum se mutuo divisis, cum quidam eorum se suopte arbitrio delegissent, multitudini præfuerunt; et alii quidem his, alii illis sese dedideruntillis ut divitibus, his ut sapientibus qui plus possent docere : qui, adjunctis sibi illis, gloriabantur se plura dicere, quam Apostolus ; id quod etiam ille subindicans dicebat : *Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus* (1. *Cor.* 3. 1). Certe non ex Pauli penuria, sed ex illorum infirmitate factum est, ut non multa audirent : et hoc indicat illud, *Sine nobis divites facti estis* (1. *Cor.* 4. 8). Quæ res non parva, sed omnium perniciosissima erat, quod Ecclesia discinderetur. Ad hæc autem aliud scelus admittebatur, quod quidam, qui cum noverca sua coiret, nec modo non corriperetur, sed etiam cœtus cogeret, et sequacibus suis suaderet ut altum saperent. Ideo ait : *Et vos inflati estis, et non magis luxistis* (1. *Cor.* 5. 2). Ad hæc autem quidam ex iis qui perfectiores habebantur, cum ob ingluviem ea quæ idolis immolata fuerant degustarent, et in templis accumberent, omnia pessumdabant. Alii rursum lites et contentiones habentes pro pecuniis, externis tribunalibus negotia sua permittebant. Multi quoque comati apud illos circuibant, quos etiam tonderi jubet. Aliud quoque delictum erat non parvum, quod in ecclesiis seorsim confederent, neque egenis impertirent. In alia etiam re peccabant, quod de charismatibus altum saperent, indeque inter illos æmulatio oriretur : quod ipsum quoque Ecclesiam scindebat. Resurrectionis quoque doctrina apud illos claudicabat : quidam enim apud illos futuram corporum resurrectionem non admodum credebant, Græcæ adhuc stultitiæ morbo laborantes. Hæc quippe omnia ortum habebant ex philosophiæ externæ stultitia : et hæc erat malorum mater : hinc discindebantur, quod ipsum a philosophis didicerant. Nam et illi sibi mutuo adversabantur, imperii et vanæ gloriæ causa aliorum semper sententiam impugnantes, et nova prioribus addere studentes. Sic autem affecti erant, quia ratiociniis sua permittebant. Illi autem scripserunt ei per Fortunatum, Stephanam et Achaicum mittentes, quorum opera et ipse Epistolam misit. Et hoc indicavit in fine Epistolæ, non de omnibus loquens, sed de connubio et de virginitate. Ideo dicebat : *De quibus autem scripsistis mihi* (1. *Cor.* 7. 11). Ille porro et de quibus scripserunt, et de quibus non scripserunt, epistolam texit, cum omnia illorum vitia edidicisset. Et cum literis Timotheum mittit, gnarus vim magnam habituras literas esse, nec parvam accessionem allaturam discipuli præsentiam. Quia vero ii, qui Ecclesiam diviserant, verentes ne ambitionis causa id fecisse viderentur, propositi sui obtentus excogitaverunt, quod nimirum perfectiora docerent et sapientiores aliis essent; contra hunc morbum primo insurgit Paulus, radicem malorum deprimens, necnon dissensionem inde suborlam : multaque loquendi fiducia utitur. Hi enim maxime omnium discipuli sui erant ; idcirco ait : *Si aliis non sum apostolus, vobis certe sum : vos enim estis signaculum apostolatus mei* (1. *Cor.* 9. 2) : et aliis infirmiores erant ; ideo dicit : *Non enim ut spiritualibus loquutus sum : nondum enim poteratis, sed nec nunc potestis* (1. *Cor.* 3. 2). Hoc autem dicit, ne putarent eum ita loqui de tempore præterito. Cæterum verisimile est non corruptos omnes fuisse, sed quosdam inter illos fuisse admodum sanctos. Et hoc in medio Epistolæ significavit dicens : *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer;* et adjiciens : *Hæc autem transfiguravi in me et Apollo* (1. *Cor.* 3. 6). Quia igitur ex arrogantia omnia gignebantur mala, et quod existimarent se quid amplius scire, hunc morbum ante alios tollit, et incipiens dicit :

(*a*) Periander Corinthius septem illis Græciæ sapientibus annumeratur a quibusdam. Non una quippe est in septem sapientium recensione sententia.

HOMILIA I.

CAP. 1. v. 1. *Paulus vocatus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, et Sosthenes frater,* 2. *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis cum omnibus invocantibus nomen Domini nostri Jesu Christi in omni loco et ipsorum et nostro :* 3. *gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

1. Vide quomodo statim a principio arrogantiam dejecit, et humi stravit omnem illorum existimationem, vocatum se dicens. Neque enim inveni, inquit,

Digitized by Google

ἐπίδειξιν πολυμαθείας· (τί γὰρ δὴ καὶ ἔστι τὸ ταῦτα εἰδέναι;) ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἡμῖν συντελεῖ τῆς Ἐπιστολῆς. Πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἔπαθεν ὁ Παῦλος ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, καὶ ὁ Χριστὸς δὲ ἐν ταύτῃ αὐτῷ φανεὶς φησί· *Μὴ σιγήσῃς, ἀλλὰ λάλει· διότι λαός μοι πολύς ἐστιν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.* Καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἔτη. Ἐν ταύτῃ καὶ ὁ δαίμων ἐξῆλθεν, ὃν οἱ Ἰουδαῖοι ἐφορκίζοντες, τὰ ἀνήκεστα ἔπαθον παρ' αὐτοῦ· ἐν ταύτῃ τὰς βίβλους συναγαγόντες τῶν γοήτων οἱ μετανοήσαντες κατέκαυσαν, καὶ ὠφθησαν μυριάδες πέντε· ἐν ταύτῃ καὶ ἐπὶ Γαλλίωνος τοῦ ἀνθυπάτου ἐπὶ τοῦ βήματος ὁ Παῦλος [2] ἐτύπτετο. Ὁρῶν τοίνυν ὁ διάβολος πόλιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον τῆς ἀληθείας ἐπειλημμένην, καὶ πλούτου καὶ σοφίας ἕνεκεν θαυμαστὴν οὖσαν, καὶ τῆς Ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον (τὰ γὰρ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἀθλίως διέκειτο λοιπὸν, τῆς ἀρχῆς πάλαι μεταπεσούσης), καὶ θεασάμενος, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἐδέξαντο τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τί ποιεῖ; Διαιρεῖ τοὺς ἀνθρώπους· ᾔδει γὰρ, ὅτι καὶ βασιλεία ἡ πασῶν ἰσχυροτέρα ἐφ' ἑαυτὴν μερισθεῖσα, οὐ σταθήσεται. Εἶχε δὲ ἀφορμὴν πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν ταύτην τὸν πλοῦτον καὶ τὴν σοφίαν τῶν οἰκούντων. Ἐντεῦθεν συμμορίας ποιησάμενοι καθ' ἑαυτοὺς καὶ αὐτοχειροτόνητοι γενόμενοί τινες, προειστήκεσαν τοῦ πλήθους, καὶ οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις ἑαυτοὺς προσένεμον, τοῖς μὲν ὡς πλουσίοις, τοῖς δὲ ὡς σοφοῖς καὶ πλέον τι δυναμένοις διδάσκειν· οἱ δὴ καὶ παραλαβόντες αὐτοὺς, ἐφιλοτιμοῦντο πλέον τι τοῦ Ἀποστόλου δῆθεν λέγειν· ὅπερ οὖν καὶ αἰνιττόμενος ἔλεγεν· *Οὐκ ἠδυνήθην ὑμῖν λαλῆσαι ὡς πνευματικοῖς.* Δηλονότι οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀπορίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν τὸ μὴ πολλὰ ἀκοῦσαι γέγονε· καὶ τὸ, *Χωρὶς ἡμῶν ἐπλουτήσατε,* τοῦτό ἐστιν ἐνδεικνυμένου. Καὶ ἦν τοῦτο οὐ μικρὸν, ἀλλὰ πάντων ὀλεθριώτερον, τὸ διεσπάσθαι τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ ἕτερον δὲ μετὰ τούτων ἁμάρτημα ἐτολμᾶτο αὐτόθι, τὸ μητρυιᾷ τινα συγγενόμενον μὴ μόνον μὴ ἐπιπλήττεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὀχλαγωγεῖν, καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ παρέχειν μέγα φρονεῖν· διό φησι· *Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε.* Καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν τινὲς τῶν δῆθεν τελειοτέρων, καὶ ὑπὸ γαστριμαργίας τῶν εἰδωλοθύτων ἀπογευόμενοι, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατακλινόμενοι, τὰ πάντα ἐλυμαίνοντο. Ἄλλοι πάλιν μάχας ἔχοντες καὶ φιλονεικίας ὑπὲρ χρημάτων, τοῖς ἔξωθεν δικαστηρίοις τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπέτρεπον ἅπαντα [a]. Καὶ κομῆται δὲ πολλοὶ παρ' αὐτοῖς περιῆσαν, οὓς καὶ ἀποχειρᾶσθαι κελεύει. Ἦν τι καὶ ἕτερον πλημμέλημα οὐ μικρὸν, τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐσθίειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ μὴ μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις. Μετὰ δὲ τοῦτο καὶ ἕτερον ἐπλημμέλουν, ἐπὶ τοῖς χαρίσμασι μέγα φρονοῦντες, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐντεῦθεν ζηλοτύπως ἔχοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸ μάλιστα διέσπα τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως δὲ λόγος ἐχώλευε παρ' αὐτοῖς· ἔνιοι γὰρ αὐτῶν οὐ σφόδρα ἐπίστευον ἀνάστασιν εἶναι σωμάτων, τὰ τῆς Ἑλληνικῆς μωρίας ἔτι νοσοῦντες. Καὶ γὰρ ἅπαντα ταῦτα ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἔξωθεν ἀνοίας ἐτίκτετο, καὶ αὕτη ἦν τῶν κακῶν ἡ μήτηρ· ἐντεῦθεν καὶ διῄρητο, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀπὸ τῶν φιλοσόφων μαθόντες. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι κατ' ἀλλήλων ἔστησαν, ἀεὶ ὑπὲρ φιλαρχίας καὶ κενοδοξίας ἕκαστος [b] τοῖς ἀλλήλων ἐναντιούμενοι δόγμασι, καὶ σπουδάζοντες ἐφευρεῖν τι τοῖς προτέροις. Ταῦτα δὲ ἔπασχον, ἐπειδὴ λογισμοῖς ἐπέτρεπον τὰ καθ' ἑαυτούς. Ἔγραψαν μὲν οὖν αὐτῷ διὰ Φορτουνάτου καὶ Στεφανᾶ [3] καὶ Ἀχαϊκοῦ, δι' ὧν καὶ αὐτὸς γράφει. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς, οὐ μὴν περὶ πάντων, ἀλλὰ περὶ γάμου καὶ παρθενίας· διὸ καὶ ἔλεγε· *Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι.* Αὐτὸς μέντοι, καὶ ὑπὲρ ὧν ἔγραψαν, καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἔγραψαν, ἐπιστέλλει, πάντα μετὰ ἀκριβείας μαθὼν αὐτῶν τὰ ἐλαττώματα. Καὶ τὸν Τιμόθεον δὲ ἀποστέλλει μετὰ τῶν γραμμάτων, εἰδὼς ὅτι πολλὴν μὲν ἰσχὺν ἔχει καὶ τὰ γράμματα, οὐ μικρὰν δὲ αὐτοῖς οἴσει προσθήκην καὶ ἡ παρουσία τοῦ μαθητοῦ. Ἐπειδὴ δὲ αἰσχυνόμενοι οἱ διανειμάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν, μὴ δόξωσι φιλοτιμίᾳ ἕνεκεν τοῦτο πεποιηκέναι, προκαλύμματα τοῦ πάθους ἐπενόησαν, τὸ τὰ τελειότερα δῆθεν διδάσκειν, καὶ σοφώτεροι τῶν ἄλλων εἶναι· κατ' αὐτοῦ πρῶτον ὁ Παῦλος ἵσταται τοῦ νοσήματος, τὴν ῥίζαν τῶν κακῶν ἀναστέλλων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν φυεῖσαν διχόνοιαν· καὶ πολλῇ κέχρηται τῇ παῤῥησίᾳ. Ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ μαθηταὶ οὗτοι μάλιστα πάντων· διό φησιν· *Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι· ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε.* Καὶ ἀσθενέστερόν γε τῶν ἄλλων διέκειντο· διό φησιν, *Οὐ γὰρ ὡς πνευματικοῖς ἐλάλησα· οὔπω γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε.* Τοῦτο δὲ λέγει, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος τοῦτο λέγει χρόνου. Διὸ ἐπήγαγε· *Ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε* [c]. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲ πάντας εἰκὸς ἦν διεφθάρθαι, ἀλλ' εἶναί τινας ἐν αὐτοῖς καὶ σφόδρα ἁγίους. Καὶ τοῦτο ἐν μέσῳ τῇ Ἐπιστολῇ ἐδήλωσεν εἰπών· *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ,* καὶ ἐπαγαγών, *Ταῦτα δὲ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλώ.* Ἐπεὶ οὖν ἐξ ἀπονοίας πάντα ἐτίκτετο τὰ κακὰ καὶ τοῦ νομίζειν εἰδέναι τι πλέον, ταύτην πρὸ τῶν ἄλλων καθαιρεῖ, καὶ ἀρχόμενός φησι·

Legebatur τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἅπαντα ταῦτα ἐπέτρεπαν.

[b] Deerat ἕκαστος. [c] Verba διὸ... δύνασθε deerant.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

α'. Ὅρα πῶς εὐθέως ἐκ προοιμίων τὸν τῦφον κατέβαλε, καὶ χαμαὶ ἔῤῥιψε πᾶσαν αὐτῶν τὴν οἴησιν, κλητὸν ἑαυτὸν εἰπών. Οὐ γὰρ αὐτὸς εὗρον, φησὶν, ὅπερ ἔμαθον, οὐδὲ οἰκείᾳ κατέλαβον σοφίᾳ, ἀλλὰ διώκων καὶ πορθῶν τὴν Ἐκκλησίαν, ἐκλήθην [a]. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ μὲν καλοῦντος τὸ πᾶν· τοῦ δὲ κληθέντος οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, γίνεται, ἢ τὸ ὑπακοῦσαι μόνον. *Χριστοῦ Ἰησοῦ.* Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν Χριστός· καὶ ὑμεῖς ἀνθρώπους ἐπιγράφεσθε τῆς διδασκαλίας προστάτας; *Διὰ θελήματος Θεοῦ.* Ὁ γὰρ

[a] Deerat ἐκλήθην.

Digitized by Google

Θεὸς τοῦτο ἠθέλησε τὸ οὕτως ὑμᾶς σωθῆναι. Οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς κατωρθώσαμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ τὴν σωτηρίαν [4] εὑράμεθα· καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἔδοξεν, ἐκλήθημεν, οὐκ ἐπειδὴ ἄξιοι ἦμεν.

Πάλιν μετριάζει, συντάττων ἑαυτῷ τὸν ἐλάττονα πολλῷ[a]· καὶ γὰρ πολὺ τὸ μέσον ἦν Παύλου καὶ Σωσθένους. Εἰ δὲ, ἔνθα τοσοῦτον ἦν τὸ μέσον, συνέταξεν ἑαυτῷ τὸν καταδεέστερον, τί ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν ἐκεῖνοι οἱ τοὺς ὁμοτίμους ὑπερορῶντες; *Τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* Οὐ τοῦδε καὶ τοῦδε, ἀλλὰ *τοῦ Θεοῦ. Τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ.* Ὁρᾷς πῶς καθ' ἑκάστην λέξιν κατέβαλεν αὐτῶν τὸ φύσημα, τὴν διάνοιαν ἐθίζων διὰ πάντων πρὸς τὸν οὐρανόν; Ἐκκλησίαν δὲ Θεοῦ καλεῖ, δεικνὺς ὅτι ἠνῶσθαι αὐτὴν χρή. Εἰ γὰρ Θεοῦ ἐστιν, ἥνωται, καὶ μία ἐστὶν, οὐκ ἐν Κορίνθῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Τὸ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα οὐ χωρισμοῦ, ἀλλὰ ἑνώσεώς ἐστι καὶ συμφωνίας ὄνομα. *Ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Πάλιν τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὄνομα, οὐδαμοῦ ἀνθρώπων τίθησι. Τί δέ ἐστιν ὁ ἁγιασμός; Τὸ λουτρὸν, ὁ καθαρισμός. Ἀναμιμνήσκει γὰρ αὐτοὺς τῆς οἰκείας ἀκαθαρσίας, ἧς ἀπήλλαξε, καὶ πείθει μικρὰ φρονεῖν· οὐ γὰρ ἐν τοῖς οἰκείοις κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἡγιάσθησαν. *Κλητοῖς ἁγίοις.* Καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τὸ πίστει σωθῆναι, φησὶν, οὐκ ἐξ ὑμῶν· οὐ γὰρ προσήλθετε πρῶτοι, ἀλλ' ἐκλήθητε. Ὥστε οὐδὲ τὸ μικρὸν τοῦτο, ὑμέτερον ὅλον. Καίτοι εἰ καὶ προσήλθετε, μυρίων ὄντες ὑπεύθυνοι κακῶν, οὐδὲ οὕτως ὑμῖν χάρις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

Διὰ τοῦτο καὶ Ἐφεσίοις γράφων ἔλεγε· *Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν.* Οὐδὲ ἡ πίστις ὑμῶν ὁλόκληρος· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐπιστεύσατε προλαβόντες, ἀλλὰ κληθέντες ὑπηκούσατε. *Σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Οὐ τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ *Τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.* Εἰ γὰρ καὶ πρὸς Κορινθίους τὰ γράμματά ἐστι γεγραμμένα μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ μέμνηται πιστῶν, δεικνὺς ὅτι τὴν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης μίαν δεῖ εἶναι Ἐκκλησίαν, καίτοι τόποις πολλοῖς κεχωρισμένην, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐν Κορίνθῳ. Εἰ δὲ ὁ τόπος χωρίζει, ἀλλ' ὁ Κύριος αὐτοὺς συνάπτει κοινὸς ὤν· διὸ καὶ ἑνῶν αὐτοὺς ἐπήγαγε τὸ, *Ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν.* Πολὺ δὲ τοῦτο ἐκείνου κυριώτερον. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν ἑνὶ τόπῳ ὄντες, ὅταν πολλοὺς ἔχωσιν ἐναντίους δεσπότας, διεσπασμένοι εἰσὶ, καὶ οὐδὲν ἀπὸ τοῦ τόπου εἰς ὁμόνοιαν ὠφελοῦνται, διάφορα τῶν δεσποτῶν ἐπιτατττόντων, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἑλκόντων (*Οὐ δύνασθε γὰρ*, φησὶ, *Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ*)· οὕτως οἱ ἐν διαφόροις τόποις ὄντες, ἐὰν μὴ διαφόρους ἔχωσι κυρίους, ἀλλ' ἕνα μόνον, οὐδὲν ἀπὸ τῶν τόπων εἰς ὁμόνοιαν παραβλάπτονται, τοῦ Κυρίου τοῦ ἑνὸς συνάπτοντος αὐτούς. Οὐ λέγω τοίνυν, φησὶν, ὅτι πρὸς Κορινθίους Κορίνθιοι ὄντες ὁμονοεῖν ὀφείλετε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, κοινὸν ἔχοντες Δεσπότην. Διὰ τοῦτο καὶ ἐκ δευτέρου προσέθηκε τὸ, *Ἡμῶν.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ἵνα μὴ δόξῃ χωρίζειν παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, ἐπάγει πάλιν, *Κυρίου ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν.* Καὶ ἵνα [5] σαφέστερον ὃ λέγω γένηται, ἀναγνώσομαι κατὰ τὸ νόημα οὕτω· Παῦλος καὶ Σωσθένης τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν ἐν παντὶ τόπῳ, καὶ ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἐν ὅπου δήποτε ἂν ὦσι· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἡ οὕτω πάλιν, ὃ καὶ μᾶλλον ἡγοῦμαι ἀληθέστερον εἶναι· Παῦλος καὶ Σωσθένης τοῖς ἐν Κορίνθῳ ἡγιασμένοις, κλητοῖς ἁγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Τουτέστι, Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ὑμῖν τοῖς ἐν Κορίνθῳ ἡγιασμένοις, καὶ κλητοῖς γενομένοις· οὐ μόνοις, ἀλλὰ μετὰ πάντων τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ἐπικαλουμένων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ αὐτῶν. Εἰ δὲ ἀπὸ χάριτος ἡ εἰρήνη, τί μέγα φρονεῖς, τί μέγα φυσᾷς, χάριτι σωθείς; εἰ δὲ εἰρήνην ἔχεις πρὸς τὸν Θεὸν, τί ἑτέροις σεαυτὸν προσνέμεις[b]; τοῦτο γὰρ διαστασιάζειν ἐστί. Τί γὰρ, εἰ πρὸς τόνδε εἰρηνεύετε καὶ πρὸς τόνδε, καὶ χάριν ἔχετε; Ἐγὼ δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ αἰτῶ ταῦτα ὑμῖν ἀμφότερα γενέσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτόν. Οὔτε γὰρ βεβαία μένει[c], ἂν μὴ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύσῃ ῥοπῆς· οὔτε, ἐὰν μὴ πρὸς αὐτὸν ᾖ, ἔσται τι πλέον ὑμῖν. Οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἡμῖν, κἂν πρὸς πάντας ὦμεν εἰρηνικοὶ, πρὸς δὲ τὸν Θεὸν ἐκπεπολεμωμένοι· ὥσπερ οὐδὲν βλάβος ἡμῖν, κἂν παρὰ πάντων πολεμώμεθα, τῷ δὲ Θεῷ εἰρηνεύωμεν· καὶ πάλιν οὐδὲν ὄφελος, κἂν παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμῶμεν, τῷ δὲ Κυρίῳ προσκρούωμεν· ὥσπερ οὐδεὶς κίνδυνος, κἂν πάντες ἡμᾶς ἀποστρέφωνται καὶ μισῶσιν, ὁ δὲ Θεὸς ἀποδέχηται καὶ φιλῇ. Ἡ γὰρ ὄντως χάρις, ἡ ὄντως εἰρήνη, παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ μὲν γὰρ τὴν παρὰ τῷ Θεῷ χάριν ἔχων, οὐδένα δέδοικε, κἂν μυρία πάσχῃ δεινά· οὐ λέγω ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν διάβολον· ὁ δὲ τούτῳ προσκεκρουκὼς, πάντας ὑποπτεύει, κἂν ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι δοκῇ. Ἄστατον γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ οὐ φίλοι μόνον καὶ ἀδελφοὶ, ἀλλ' ἤδη καὶ πατέρες μεταβαλλόμενοι, πολλάκις ἀπὸ πικρᾶς αἰτίας τοῦτον, ὃν ἐγέννησαν, ὃν ἐφύτευσαν, πάντων πολεμίων μᾶλλον ἥλασαν· καὶ παῖδες πατέρας ἐξέβαλον. Σκόπει δέ.

β'. Εἶχε χάριν ὁ Δαυὶδ παρὰ τῷ Θεῷ· εἶχε χάριν ὁ Ἀβεσαλὼμ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· οἷον οὖν τέλος ἑκάτερος ἔσχε, καὶ τίς ἠδοκίμησε μᾶλλον, ἴστε. Εἶχε χάριν ὁ Ἀβραὰμ παρὰ τῷ Θεῷ, ὁ δὲ Φαραὼ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· χαριζόμενοι γὰρ αὐτῷ, τὴν γυναῖκα τοῦ δικαίου προῦδωκαν. Τίς οὖν λαμπρότερος γέγονε καὶ μακάριος, παντὶ που δῆλον. Καὶ τί λέγω περὶ δικαίων; Εἶχον χάριν οἱ Ἰσραηλῖται· παρὰ τῷ Θεῷ, ἐμισοῦντο δὲ παρὰ ἀνθρώπων τῶν Αἰγυπτίων· ἀλλ' ὅμως τῶν μισούντων περιεγένοντο. καὶ ἐκράτησαν, μεθ' ὅσης ἅπαντες ἴστε περιφανείας. Τοῦτο τοίνυν σπουδάζωμεν ἅπαντες· κἂν δοῦλος ᾖ τις, τοῦτο εὐχέσθω, πρὸ τοῦ δεσπότου παρὰ τῷ Θεῷ χάριν εὑρεῖν· [6] κἂν γυνή τις ᾖ, πρὸ τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ ζητείτω χάριν· κἂν στρατιώτης ᾖ, πρὸ τοῦ βασιλέως καὶ πρὸ τοῦ ἄρχοντος τὴν ἄνωθεν εὔνοιαν ζητείτω· οὕτω γὰρ καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἐπέραστος ἔσῃ. Πῶς δ' ἂν τις εὕροι χάριν παρὰ τῷ Θεῷ; Πῶς δὲ ἑτέρως, εἰ μὴ ἀπὸ ταπεινοφροσύνης; *Ὁ Θεὸς γὰρ*, φησὶν, *ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν·* καὶ, *Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καὶ τετραπεινωμένην καρδίαν ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.* Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις οὕτω ποθεινὸν τὸ ταπεινὸν, πολλῷ μᾶλλον παρὰ Θεῷ. Οὕτω καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν χάριν εὗρον, οὕτω καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τῆς χάριτος ἐξέπεσον· *Τῇ γὰρ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγη-*

[a] Legebatur Ἀπολλῶ.

[b] Legebatur προσνέμοις. [c] Savilius legendum putat μένοι.

Digitized by Google

id quod didici, neque ex mea sapientia apprehendi, sed cum Ecclesiam persequerer et devastarem, vocatus sum. Hic autem totum vocantis est, vocati nihil, ut ita dicam, nisi quod obediat. *Christi Jesu.* Magister vester Christus est : et vos inscribitis homines doctrinæ præfectos? *Per voluntatem Dei.* Deus enim hoc voluit ut vos sic salvi essetis. Nos enim nihil præclare egimus, sed per voluntatem Dei salutem invenimus ; et quia id ipsi placuit, vocati sumus, non quod digni essemus.

Pauli modestia. — Et Sosthenes frater. Rursus modeste agit, minorem in eodem secum ordine ponens : nam multum spatii erat Paulum inter et Sosthenem. Quod si cum tantum interesset discriminis, inferiorem sibi adjunxit, quid dicere possint illi, qui honore sibi pares despiciunt? *Ecclesiæ Dei.* Non hujus aut illius, sed *Dei. Quæ est Corinthi.* Viden' quomodo in singulis dictionibus illorum fastum dejiciat, per omnia mentem calo as uefaciens. Ecclesiam autem Dei vocat, ostendens eam oportere esse unitam. Si enim Dei est, unita et una est, non Corinthi solum, sed etiam in toto orbe. Ecclesiæ quippe nomen non separationis, sed unionis et concordiæ nomen est. *Sanctificatis in Christo Jesu.* Rursus nomen Jesu, et nusquam hominum nomen ponit. Quid est autem sanctificatio? Lavacrum, purgatio. In memoriam enim illis revocat immunditiam suam, a qua liberavit eos, et suadet ut humiliter sentiant : non enim ex præclaris suis gestis, sed ex Dei clementia sanctificati sunt. *Vocatis sanctis.* Etenim hoc ipsum, inquit, ex fide salutem consequi, non ex vobis est : non enim primi accessistis, sed vocati estis. Itaque neque illud exiguum a vobis totum est. Quamquam etiamsi accesseritis innumeris obnoxii malis, neque sic vobis gratia habenda est, sed Deo.

Ecclesiæ unitas. — Quapropter ad Ephesios scribens dicebat : *Gratia salvi facti estis, per fidem, et hoc non ex vobis* (*Ephes.* 2. 8). Neque fides vestra tota ex vobis : neque enim vos credendo prævenistis, sed vocati obedistis. *Cum omnibus invocantibus nomen Domini nostri Jesu Christi.* Non hujus aut illius, sed *Nomen Domini. In omni loco et ipsorum et nostro.* Etiamsi enim literæ ad Corinthios solum scriptæ sint ; at omnes in universa terra fideles memorat, ostendens unam esse debere in orbe Ecclesiam, licet multis in locis separatam, multoque magis eam quæ est Corinthi. Quod si locus separat, at Dominus illos conjungit, communis cum sit : ideo conjungens illos subjunxit, *Et nostri et ipsorum.* Est autem hoc illo magis proprium. Sicut enim ii, qui uno in loco sunt, cum plurimos habent dominos contrarios, divisi sunt et nihil ad concordiam a loco juvantur, dominis diversa jubentibus et ad se trahentibus : *Non potestis enim*, inquit, *servire Deo et mamonæ* (*Matth.* 6. 24) : sic qui in diversis locis sunt, si non diversos habebant dominos, sed unum tantum, nihil ad concordiam servandam a locis læduntur, uno domino illos copulante. Non dico igitur, inquit, vos, Corinthii cum sitis, cum Corinthiis tantum concordes esse debere, sed cum omnibus qui in orbe sunt, cum communem habeatis Dominum. Ideo secundo adjecit, *Nostri.* Quia enim dixit, *Nomen Domini nostri Jesu Christi ;* ne apud insipientes separare videretur, rursus adjicit, *Domini nostri et ipsorum.* Et ut clarius evadat id quod dico, sic legam ut sensus postulat : Paulus et Sosthenes Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, et omnibus invocantibus nomen Domini nostri et ipsorum in omni loco, sive Romæ, sive ubicumque fuerint : *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.* Vel sic rursum, ut etiam melius esse existimo : Paulus et Sosthenes iis qui Corinthi sunt sanctificatis, vocatis sanctis cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi in omni loco ipsorum et nostri. Id est, Gratia vobis et pax vobis, qui Corinthi estis sanctificati et vocati ; non solis, sed cum omnibus qui in omni loco invocant nomen Domini nostri Jesu Christi et ipsorum. Si autem ex gratia pax est, cur magnum sapis? cur tantum inflaris, cum per gratiam servatus sis? Si vero pacem habes apud Deum, cur te aliis adscribis? hoc enim est dissidere. Quid enim, si cum hoc et cum illo gratiam habetis? Ego autem peto, ut a Deo hæc vobis utraque fiant, et ab illo et ad illum. Neque enim firma manserint, nisi superna gratia fruantur : neque si non sint ad ipsum, nobis quidquam proderunt, si cum omnibus pacem habentes, cum Deo bellum habeamus ; ut nihil nocumenti nobis erit, si ab omnibus impugnemur, et cum Deo pacem habeamus : ac rursum nulla utilitas si ab omnibus celebremur, et Dominum offendamus ; ut etiam nullum periculum, si omnes nos aversentur et odio habeant, Deusque nos approbet et diligat : vera enim gratia et vera pax a Deo est. Nam qui gratiam quæ a Deo est habet, neminem timet, etiamsi innumera gravia patiatur ; nec dico hominem, sed neque etiam diabolum. Qui vero Deum offendit, omnes suspectos habet, etiamsi in tuto esse videatur. Instabile namque est genus hominum ; et non solum amici et fratres, sed etiam patres, parva sæpe de causa mutati, quem genuerunt, quem procrearunt, magis quam omnes hostes abjecerunt : et filii patres extulerunt. Animum adhibe.

2. *Gratia Dei quærenda, non hominum.* — Gratiam habuit David apud Deum ; gratiam habuit Absalom apud homines : quem finem uterque habuit, et uter magis probatus et clarus fuerit, nostis. Gratiam habuit Abraham apud Deum, Pharao autem apud homines : hi namque gratiam ejus aucupantes uxorem justi ipsi prodiderunt : uter igitur splendidior, uter beatus fuerit, cuivis perspicuum est. Ecquid de justis loquor? Gratiam apud Deum habuere Israelitæ, et odio habebantur ab hominibus Ægyptiis : et eos qui se odio habebant superarunt, idque conspicuo quo scitis omnes modo. Hoc ergo curemus omnes : quamvis servus quis sit, hoc precetur ut apud Deum magis quam apud herum suum gratiam inveniat ; quamvis uxor fuerit, plus quam conjugis Servatoris sui Dei gratiam quærat ; quamvis miles, magis quam Imperatoris aut principis, supernam benevolentiam expetat : sic enim etiam apud homines amabilis eris. Quomodo autem

Digitized by Google

quis gratiam inveniat apud Deum? Quo alio modo, quam ab humilitate? *Deus enim*, inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* (*Prov.* 3. 34); et, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*, et, *Humiliatum cor Deus non despiciet* (*Psal.* 50. 19). Nam si apud homines tam desiderabilis est humilitas, multo magis apud Deum. Ita et gentiles gratiam invenerunt, ita et Judæi gratia exciderunt: *Justitiæ namque Dei non subjecti fuerunt* (*Rom.* 10. 3). Humilis gratiosus et suavis omnibus est, perpetuo in pace vivens, nullamque habens belli occasionem. Etiamsi enim illum contumelia et conviciis afficias, etiamsi quidvis dixeris, tacebit ille et leniter feret; et tantam servabit apud omnes pacem, quantam ne dicere quidem possis, etiamque apud Deum. Mandata quippe Dei eo tendunt, ut cum hominibus pax habeatur: et vitam nostram ita recte transigimus, si mutua cum aliis pace fruamur. Deum enim nemo lædere poterit: natura quippe illa pernicici obnoxia non est et omni passioni superior. Nihil ita mirabilem Christianum reddit ut humilitas. Audi enim Abrahamum dicentem: *Ego autem sum terra et cinis* (*Gen.* 18. 27); et Deum rursus de Moyse, quod fuerit omnium hominum mitissimus. Nihil enim illo humilius fuit, qui cum tanti populi dux esset, cum regem et exercitum Ægyptiorum omnium quasi muscas in mare demersisset, et tanta in Ægypto, tanta in mari Rubro et in deserto perpetrasset, tantarumque rerum testimoniis frueretur, sic affectus erat quasi unus ex plebe; eratque socero gener humilior, illiusque consilium accepit. Non moleste tulit, non dixit: Quid hoc? post tot tantaque præclare gesta venisti nobis consilia daturus? Quod tamen multi faciunt, etiamsi quis optimum det consilium, personæ humilitatem despectui habentes. At non sic ille, sed per humilitatem omnia recte agebat. Hinc aulas despexit regias, quia vere humilis erat: mentem enim sanam et excelsam facit humilitas. Quantæ enim et mentis et animi magnitudinis fuerit et domum et mensam regiam despicere? Reges enim quasi dii colebantur apud Ægyptios, ac divitiis thesaurisque fruebantur innumeris. Attamen ille his omnibus dimissis, abjectisque Ægypti sceptris, ad captivos et oppressos, qui in luto et lateribus versabantur, quos servi regis horrebant: nam illos abominabantur Ægyptii (*Exod.* 1. 13), inquit: ad hos confugit, illosque dominis præposuit. Unde palam est, hunc humilem, excelsum magnanimumque esse. Arrogantia enim ex vili mente et illiberali animo nascitur; mansuetudo autem ex magno et excelso animo.

3. *Humilitas commendatur.* — Et si placet, utrumque exemplis discutiamus. Dic enim mihi, qui Abrahamo excelsius fuit? Atqui ille erat qui dicebat, *Ego sum terra et cinis* (*Gen.* 18. 27): ille erat qui dicebat, *Ne sit pugna inter me et te* (*Gen.* 13. 8). Verum hic humilis manubias despexit Persicas, et barbarica contempsit tropæa. Hoc porro ex animi magnitudine et sublimitate faciebat. Ille namque vere sublimis est, qui sincere est humilis, non adulator, non qui ironia utitur. Aliud enim est magnanimitas, aliud arrogantia: hoc autem hinc manifestum est. Sit quis lutum esse lutum putans et illud despiciat; alius autem qui lutum pro auro habeat, admiretur et magni faciat: uter excelsi animi est? annon is, qui lutum non admiratur? uter vero abjecti animi et vilis est? nonne qui illud admiratur et magni facit? Ita hic etiam reputa: eum nempe, qui se terram et cinerem dicit, excelsum esse, quamvis hoc dicat ex humilitate; illum vero, qui se nec terram nec cinerem esse putat, sed seipsum colit et altum de se sapit, vilem utique esse, qui parva magni faciat. Unde palam est ex magna animi sublimitate patriarcham hanc emisisse vocem, *Ego autem sum terra et cinis;* ex mentis sublimitate, non ex arrogantia. Quemadmodum enim in corporibus aliud est vegetum et bona carnis habitudine esse, aliud esse humore inflatum, licet in utroque caro promineat; at in hoc corrupta, in illo sana: ita etiam aliud est esse arrogantem, quod est esse humore turgentem; aliud esse sublimem, quod est vegetum esse. Et rursus, est quidam corporis statura procerus; alius autem brevis statura, acceptis calceis fit altior: utrum ergo vocabimus procerum et magnum, quæso? annon eum, qui ex natura sua procerus est? Ille enim alienum hoc habet, et super humilia ascendens, sic procerus effectus est: id quod etiam multi homines faciunt, qui pecuniis et gloria sese extollunt, idque non est altitudo. Excelsus enim est ille, qui horum nullo opus habens, sed omnia despiciens, in se magnitudinem obtinet. Simus ergo humiles, ut sublimes efficiamur: nam *Qui se humiliat, exaltabitur* (*Matth.* 23. 12), inquit. Sed non ille arrogans talis est; omnium quippe est vilissimus: bulla enim inflatur, sed hæc inflatio non solida est. Ideo hujusmodi homines inflatos vocamus. Qui enim moderate sentit, ne in magnis quidem altum sapit, vilitatem suam notam habens: qui autem vilis est, etiam in parvis magnum sapit. Adipiscamur ergo ex humilitate sublimitatem: consideremus humanarum rerum naturam, ut futurorum desiderio incendamur. Non alio quippe modo potest quis humilis fieri, quam per divinarum rerum amorem et præsentium despectum. Ut enim si quis regnum sit assequuturus, deindeque pro illa purpura aliquis ei vulgarem exhibeat honorem, illum nihili faciet: ita et nos præsentia omnia deridebimus, si honorem illum concupiscamus. Non videtis pueros, cum ludentes aciem statuunt et milites, præcedentibus præconibus et lictoribus, et puer medius instar ducis incedit, et quam sint illa puerilia? Talia sunt humana, et his viliora, quæ hodie sunt, et cras non erunt. Simus ergo his altiores, et non solum hæc non concupiscamus, sed etiam erubescamus, si quis nobis illa tribuat. Ita enim horum depulso amore, divinum illum consequemur, et immortali fruemur gloria: quam nos omnes assequi contingat gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

σιν. Ὁ ταπεινὸς οὗτος, καὶ ἐπίχαρις γίνεται καὶ πᾶσιν ἡδὺς, καὶ εἰρήνῃ σύντροφος διηνεκεῖ, καὶ οὐδεμίαν ἔχων πολέμων ὑπόθεσιν. Κἂν γὰρ ὑβρίσῃς, κἂν λοιδορήσῃς, κἂν ὁτιοῦν εἴπῃς, σιγήσεται καὶ πράως οἴσει, καὶ τοσαύτην ἕξει τὴν εἰρήνην πρὸς πάντας, ὅσην οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν δέ. Τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ προστάγματα, μετὰ ἀνθρώπων εἰρηνεύειν ἐστὶ, καὶ ὁ βίος ἅπας ἡμῖν οὕτω κατορθοῦται ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους εἰρήνῃ· οὐ γὰρ δὴ Θεόν τις ἀδικῆσαι δυνήσεται· ἀνώλεθρος γὰρ ἡ φύσις ἐκείνη, καὶ παντὸς ἀνωτέρα πάθους. Οὐδὲν οὕτω θαυμαστὸν ποιεῖ τὸν Χριστιανὸν, ὡς ταπεινοφροσύνη. Ἄκουσον γοῦν τοῦ Ἀβραὰμ λέγοντος· *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός*· καὶ τοῦ Θεοῦ περὶ Μωϋσέως πάλιν, ὅτι πραότατος ἦν πάντων ἀνθρώπων. Οὐδεὶς γὰρ ἐκείνου ταπεινότερος [a] γέγονεν, ὃς δῆμον τοσοῦτον ἄγων, καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Αἰγυπτίων καθάπερ μυίας καταποντίσας, καὶ τοσαῦτα μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, τοσαῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐργασάμενος καὶ ἐπὶ τῆς ἐρήμου, καὶ τοσαύτης ἀπολαύσας μαρτυρίας, ὡς εἷς τῶν πολλῶν ὤν, οὕτω διέκειτο· καὶ τοῦ κηδεστοῦ γαμβρὸς ταπεινότερος ἦν, καὶ ἐδέχετο τὴν παρ' ἐκείνου γνώμην. Καὶ οὐδὲ ἐδυσχέραινεν οὐδὲ εἶπε· Τί τοῦτο; μετὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατορθώματα ἦλθες ἡμῖν συμβουλεύων; ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, κἂν ἄρίστην τις εἰσηγήσηται γνώμην, διὰ τὸ τοῦ προσώπου ταπεινὸν καταφρονοῦντες. Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος οὕτως, ἀλλὰ διὰ ταπεινοφροσύνης πάντα κατώρθου. Ἐντεῦθεν καὶ τῶν βασιλικῶν κατεφρόνησεν αὐλῶν, ἐπειδὴ ταπεινὸς ἦν ὄντως· τὸ γὰρ ὑγιὲς φρόνημα καὶ τὸ ὑψηλὸν ἡ ταπεινοφροσύνη ποιεῖ. Πόσης γὰρ οἴει μεγαλοφροσύνης εἶναι καὶ μεγαλοψυχίας τὸ καὶ οἰκίας καὶ τραπέζης ὑπεριδεῖν βασιλικῆς; Καὶ γὰρ ὡς θεοὶ τιμῶνται οἱ βασιλεῖς παρ' Αἰγυπτίοις, καὶ πλούτου καὶ θησαυρῶν ἀπολαύουσι μυρίων. Ἀλλ' ὅμως πάντα ἀφεὶς ἐκεῖνα, καὶ αὐτὰ τῆς Αἰγύπτου ῥίψας τὰ σκῆπτρα, τοῖς αἰχμαλώτοις καὶ καταπονουμένοις, τοῖς ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ δαπανωμένοις, οὓς οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἐδδελύττοντο (ἐδδελύττοντο γὰρ αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι, φησὶ), τούτοις προσέδραμε, καὶ τῶν δεσποτῶν αὐτοὺς προετίθει. Ὅθεν δῆλον, ὅτι ὁ ταπεινὸς, οὗτός ἐστιν ὁ ὑψηλὸς καὶ μεγαλόφρων. Καὶ γὰρ ἡ ἀπόνοια ἀπὸ εὐτελοῦς γίνεται διανοίας καὶ ἀγεννοῦς ψυχῆς, καὶ ἡ [7] ἐπιείκεια ἀπὸ μεγαλόφρονος, ἀπὸ μεγαλοψύχου γνώμης.

γ'. Καὶ εἰ βούλεσθε, ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων ἑκάτερα ἐξετάζωμεν. Εἰπὲ γάρ μοι, τί τοῦ Ἀβραὰμ γέγονεν ὑψηλότερον; καίτοι γε ἐκεῖνος ἦν ὁ λέγων· *Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός*· ἐκεῖνος ἦν ὁ λέγων· *Μὴ ἔστω μάχη ἀνὰ μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον σοῦ.* Ἀλλ' οὗτος ὁ οὕτω ταπεινὸς λαφύρων κατεφρόνησε Περσικῶν, καὶ τροπαίων ὑπερεῖδε βαρβαρικῶν. Τοῦτο δὲ ἀπὸ πολλῆς ὑψηλοφροσύνης καὶ μεγαλοψυχοῦς διανοίας ἐποίει. Ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὑψηλὸς ὁ γνησίως ταπεινὸς, οὐχ ὁ κόλαξ οὐδὲ ὁ εἴρων. Ἕτερον γὰρ μεγαλοφροσύνη, καὶ ἕτερον ἀπόνοια· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκεῖθεν. Εἴ τις γὰρ τὸν πηλὸν πηλὸν ἡγοῖτο [b] καὶ καταφρονοῖ, ἕτερος δέ τις τὸν πηλὸν ὡς χρυσὸν θαυμάζοι καὶ μέγα ἄγοι, τίς ἄρα ἐστὶν ὁ ὑψηλός; οὐχὶ ὁ τὸν πηλὸν μὴ θαυμάζων; τίς δὲ ὁ ταπεινὸς καὶ εὐτελής; οὐχὶ ὁ θαυμάζων αὐτὸν, καὶ μέγα τιθέμενος; Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα λογίζου, ὅτι ὁ μὲν γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτὸν λέγων, ὑψηλὸς ἂν εἴη, καίτοι γε ἀπὸ ταπεινοφροσύνης λέγει· ὁ δὲ μὴ γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτὸν νομίζων, ἀλλὰ περιέπων ἑαυτὸν, καὶ μεγαλοφρονῶν, οὗτος μὲν οὖν ἂν εἴη εὐτελὴς τὰ μικρὰ μεγάλα τιθέμενος. Ὅθεν δῆλον, ὅτι ἀπὸ πολλοῦ διανοίας ὕψους ἐφθέγγετο τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο ὁ πατριάρχης, *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός*· ἀπὸ ὕψους, οὐκ ἀπὸ ἀπονοίας. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ σωμάτων ἄλλο μὲν ἔστιν, εὐεκτοῦντα καὶ σφριγῶντα εἶναι, ἄλλο δὲ φλεγμαίνοντα· καίτοι γε ἀμφότερα ὑψηλῆς ἐστι σαρκὸς, ἀλλὰ τὸ μὲν διεφθαρμένης, τὸ δὲ ὑγιοῦς· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἕτερόν ἐστιν εἶναι ἀπονενοημένον, ὅπερ ἐστὶ φλεγμαίνοντα εἶναι· καὶ ἕτερόν ἐστιν ὑψηλὸν, ὅπερ ἐστὶν εὐεκτοῦντα εἶναι. Καὶ πάλιν ἐστί τις ὑψηλὸς τῷ μέτρῳ τοῦ σώματος· ἄλλος δὲ βραχὺς ὤν, προσλαβὼν ἐμβάδας ὑψηλότερος γίνεται· τίνα οὖν καλέσομεν ὑψηλὸν καὶ μέγαν, εἰπέ μοι; οὐκ εὔδηλον ὅτι τὸν οἰκοθεν τὸ ὕψος ἔχοντα; Ἐκεῖνος γὰρ ἀλλότριον ἔχει τοῦτο, καὶ τῶν ταπεινῶν ἐπιβὰς, οὕτω γέγονεν ὑψηλός· ὃ πολλοὶ πάσχουσι τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ χρημάτων καὶ δόξης ἑαυτοὺς ἀναβιβάζοντες, ὅπερ οὐκ ἔστιν ὕψος. Ὑψηλὸς γάρ ἐστιν ὁ μηδενὸς δεόμενος τούτων, ἀλλὰ καταφρονῶν ἁπάντων, καὶ οἰκοθεν ἔχων τὸ μέγεθος. Γενώμεθα τοίνυν ταπεινοὶ, ἵνα γενώμεθα ὑψηλοί· *Ὁ γὰρ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται*, φησί. Ἀλλ' οὐχ ὁ ἀπονενοημένος τοιοῦτος, ἀλλὰ πάντων ἐστὶν εὐτελέστερος· καὶ γὰρ ἡ πομφόλυξ πεφύσηται, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὑγιὲς τὸ φύσημα. Διὰ τοῦτο καὶ τούτους πεφυσιωμένους καλοῦμεν. Ὁ μὲν γὰρ μετριοφρονῶν οὐδὲ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μέγα φρονεῖ. τὸ ταπεινὸν εἰδὼς τὸ ἑαυτοῦ· ὁ δὲ εὐτελὴς καὶ ἐπὶ τοῖς μικροῖς μέγα φαντάζεται. Κτησώμεθα τοίνυν τὸ διὰ ταπεινοφροσύνης ὕψος· ἐπισκεψώμεθα τῶν ἀνθρωπίνων τὴν φύσιν, ἵνα ἐκκαῶμεν τῷ πόθῳ τῶν μελλόντων. Ἕτερος γὰρ οὐκ ἔστε γενέσθαι ταπεινὸν, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ τῶν θείων ἔρωτος [8] καὶ τῆς τῶν παρόντων ὑπεροψίας. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις βασιλείας ἐπιτυγχάνειν μέλλοι, εἶτα ἀντὶ τῆς ἀλουργίδος ἐκείνης ἰδιωτικήν τινά τις αὐτῷ παράσχοι τιμὴν, οὐδὲν αὐτὴν εἶναι ἡγήσεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς πάντων καταγελασόμεθα τῶν παρόντων, εἰ τῆς τιμῆς ἐπιθυμήσαιμεν ἐκείνης. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς παῖδας, ὅταν παίζοντες τάξιν ποιῶσι, καὶ στρατιώτας, καὶ προηγῶνται αὐτῶν κήρυκες καὶ ῥαβδοῦχοι, καὶ μέσος ὁ παῖς ἐν χώρᾳ ἄρχοντος βαδίζῃ, ὡς παιδικὰ τὰ γινόμενα; Τοιαῦτά ἐστι τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τούτων εὐτελέστερα, σήμερον ὄντα καὶ αὔριον οὐκ ὄντα. Ὑψηλότεροι τοίνυν γενώμεθα τούτων, καὶ μὴ μόνον αὐτῶν μὴ ἐπιθυμῶμεν, ἀλλὰ καὶ αἰσχυνώμεθα εἴ τις ἡμῖν ταῦτα προτείνοι. Οὕτω γὰρ τὸν τούτων ἐκβαλόντες ἔρωτα, τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἕξομεν, καὶ τῆς ἀθανάτου δόξης ἀπολαύσομεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Legebatur οὐδὲν.... ταπεινότερον, et infra, τὰ στρατόπεδον τῶν Αἰγ. ἁπάντων. [b] Legebatur: Εἴ τις γὰρ πηλὸν ἡγοῖτο.

Digitized by Google

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ. α.' Ὁ τοῖς ἄλλοις παραινεῖ ποιεῖν, λέγων, *Ἐν εὐχαριστίᾳ τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν*, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔπραττε, διδάσκων ἡμᾶς ἀπὸ τούτων ἄρχεσθαι τῶν λόγων ἀεὶ, καὶ πρὸ πάντων εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ φίλον, ὡς τὸ εὐχαρίστους εἶναι, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ ἄλλων. Διὸ καὶ πάσης σχεδὸν Ἐπιστολῆς τοῦτο προτίθησιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἀναγκαιότερον ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις αὐτὸ πράττει. Ὁ γὰρ εὐχαριστῶν, καὶ ὡς εὖ παθὼν εὐχαριστεῖ, καὶ ἐπὶ χάριτι εὐχαριστεῖ· ἡ δὲ χάρις οὐκ ὀφειλὴ οὐδὲ ἀμοιβὴ οὐδὲ ἀντίδοσις· ὃ πανταχοῦ μὲν ἀναγκαῖον λέγειν, πολλῷ δὲ πλέον ἐπὶ Κορινθίων τῶν κεχηνότων πρὸς τοὺς διατεμόντας τὴν Ἐκκλησίαν. *Τῷ Θεῷ μου.* Ἀπὸ πολλῆς τῆς διαθέσεως τὸ κοινὸν ἁρπάζει καὶ ἰδιοποιεῖται, ὃ καὶ προφήταις ἔθος ἀεὶ λέγειν· *Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου.* Καὶ εἰς προτροπὴν αὐτοὺς ἐνάγει[a] τοῦ καὶ αὐτοὺς τοῦτο λέγειν. Ὁ γὰρ οὕτω λέγων, ἀπὸ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων ἀναχωρεῖ, καὶ χωρεῖ πρὸς ἐκεῖνον, ὃν μετὰ πολλῆς καλεῖ τῆς διαθέσεως. Τοῦτο γὰρ δύναται λέγειν γνησίως ὁ ἀπὸ τῶν βιωτικῶν ἀναβαίνων ἀεὶ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἀπάντων αὐτὸν προτιθεὶς πάντοτε, καὶ εὐχαριστῶν διηνεκῶς, οὐχ ὑπὲρ τῆς ἤδη δοθείσης χάριτος, ἀλλ' εἴ ποτέ τι καὶ μετὰ ταῦτα ἀγαθὸν γέγονε, καὶ ὑπὲρ τούτου τὴν αὐτὴν ἀναφέρει εὐφημίαν αὐτῷ. Διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Εὐχαριστῶ, ἀλλὰ, *Πάντοτε ὑπὲρ ὑμῶν*, παιδεύων αὐτοὺς καὶ ἀεὶ εἰδέναι χάριν, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ [9], ἀλλ' ἢ τῷ Θεῷ μόνον. *Ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ.* Ὁρᾷς πῶς πανταχόθεν αὐτοὺς διορθοῦται; Ἔνθα γὰρ χάρις ἐστὶν, ἔργα οὐκ ἔστιν· ἔνθα ἔργα, οὐκέτι χάρις ἐστίν. Εἰ τοίνυν χάρις, τί μέγα φρονεῖτε; πόθεν πεφυσιωμένοι ἐστέ; *Τῇ δοθείσῃ ὑμῖν.* Καὶ διὰ τίνος ἐδόθη; ἆρα δι' ἐμοῦ, ἢ δι' ἑτέρου ἀποστόλου; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ γὰρ, *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, τοῦτό ἐστιν. Ὅρα πῶς πολλαχοῦ τὸ, *ἐν*, ἀντὶ τοῦ, *δι' οὗ*, ἐστίν. Οὐκ ἄρα ἔλαττον τοῦτο τοῦ, *διά*. *Ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε.* Πάλιν διὰ τίνος; Ἐν αὐτῷ, φησί. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐπλουτίσθητε, ἀλλὰ καὶ *Ἐν παντί*. Ὅταν οὖν καὶ πλοῦτος ᾖ, καὶ Θεοῦ πλοῦτος, καὶ ἐν παντὶ, καὶ διὰ τοῦ Μονογενοῦς, ἐννόησον τὸν ἄφατον θησαυρόν. *Ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει.* Λόγῳ οὐ τῷ ἔξωθεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ Θεοῦ. Ἔστι γὰρ γνῶσις λόγου χωρὶς, καὶ ἔστι γνῶσις μετὰ λόγου. Καὶ γὰρ εἰσὶ πολλοὶ γνῶσιν μὲν ἔχοντες, λόγον δὲ οὐκ ἔχοντες, οἷον οἱ ἰδιῶται, καὶ μὴ δυνάμενοι παραστῆσαι σαφῶς ἅπερ ἔχουσιν ἐν διανοίᾳ. Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς τοιοῦτοι, φησὶν, ἀλλὰ καὶ νοῆσαι καὶ εἰπεῖν ἱκανοί. *Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν.* Ἐν τάξει ἐπαίνων καὶ εὐχαριστίας σφόδρα αὐτῶν καθάπτεται. Οὐ γὰρ διὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας, φησὶν, οὐδὲ διὰ τῆς ἔξωθεν παιδεύσεως, ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῆς γνώσεως καὶ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ δοθέντος ἠδυνήθητε μαθεῖν τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα καὶ βεβαιωθῆναι εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου, τουτέστιν, εἰς τὸ κήρυγμα. Πολλῶν γὰρ ἀπελαύσατε σημείων, πολλῶν θαυμάτων, ἀφάτου χάριτος, ὥστε δέξασθαι τὸ κήρυγμα. Εἰ τοίνυν ἐβεβαιώθητε διὰ σημείων καὶ χάριτος, τίνος ἕνεκεν παρασαλεύεσθε; Ταῦτα δὲ ὁμοῦ καὶ καθαπτομένου, καὶ προκαταλαμβάνοντος αὐτούς ἐστι τὰ ῥήματα. *Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι.* Μέγα ἐνταῦθα ζητεῖται· εἰ οἱ πλουτισθέντες ἐν παντὶ λόγῳ, ὡς μηδὲν ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, πῶς οὗτοι σαρκικοί εἰσιν. Εἰ γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν τοιοῦτοι ἦσαν, πολλῷ μᾶλλον νῦν. Πῶς οὖν αὐτοὺς σαρκικοὺς καλεῖ; *Οὐ γὰρ ἠδυνήθην ὑμῖν λαλῆσαι, φησὶν, ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς.* Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ὅτι παρὰ τὴν ἀρχὴν πιστεύσαντες, καὶ παντοίων[b] ἐπιτυχόντες χαρισμάτων (καὶ γὰρ ἐζήλουν αὐτά), ὕστερον ῥᾳθυμότεροι γεγόνασιν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὅτι οὐ πρὸς ἅπαντας οὔτε ταῦτα οὔτε ἐκεῖνα λέγεται· ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τοὺς ὑπευθύνους ταῖς κατηγορίαις, τὰ δὲ πρὸς τοὺς κομῶντας τοῖς ἐπαίνοις. Ὅτι γὰρ εἶχον ἔτι χαρίσματα, *Ψαλμόν τις ἔχει*, φησὶν, *ἀποκάλυψιν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω*· καὶ, *Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν.* Ἔστι δὲ καὶ ἕτερόν τι εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ ἔθος ἡμῖν λέγειν τὸ πλέον ἅπαν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἴρηκε. Μετὰ δὲ τούτων οἶμαι καὶ τὸ ἑαυτοῦ αὐτὸν αἰνίττεσθαι, ὅτι καὶ αὐτὸς τὰ σημεῖα ἐπεδείξατο, καθάπερ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς Ἐπιστολῇ λέγει· *Τὰ μέντοι σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ*· καὶ πάλιν, *Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας;* Ἢ, [10] ὅπερ ἔφην, καὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀναμιμνήσκει, ἢ καὶ πρὸς τοὺς ἔτι ὄντας δοκίμους ταῦτα λέγει. Ἦσαν γὰρ πολλοὶ ἅγιοι ἐκεῖσε, οἵτινες καὶ ἔταξαν ἑαυτοὺς εἰς διακονίαν τῶν ἁγίων, καὶ ἀπαρχὴ γεγόνασι τῆς Ἀχαΐας, καθάπερ πρὸς τῷ τέλει δηλοῖ. Ἄλλως δὲ, κἂν μὴ σφόδρα τῆς ἀληθείας ἔχωνται οἱ ἔπαινοι, ἀλλ' ὅμως οἰκονομικῶς ἐγκεινται προσδοποιοῦντες τῷ λόγῳ. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ προοιμίων εὐθέως φορτικὰ φθεγγόμενος, ἀπέκλεισε τοῖς λόγοις τὴν ἀκοὴν παρὰ τοῖς ἀσθενεστέροις. Ἂν τε γὰρ ὁμότιμοι ὦσιν οἱ ἀκούοντες, ὀργίζονται· ἄν τε σφόδρα ἐλάττους, λυπηθήσονται. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, ἀπὸ ἐγκωμίων δοκούντων εἶναι ποιεῖται τὴν ἀρχήν. Οὐδὲ γὰρ ἐγκώμιον τοῦτο ἦν αὐτῶν, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος· τὸ γὰρ ἁμαρτημάτων ἀφεθῆναι καὶ δικαιωθῆναι, τοῦτο τῆς ἄνωθεν ἦν δωρεᾶς. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐνδιατρίβει τούτοις, ἃ τοῦ Θεοῦ δείκνυσι τὴν φιλανθρωπίαν, ἵνα ἐπιπλέον αὐτῶν ἐκκαθάρῃ τὸ νόσημα. *Ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Τί θορυβεῖσθε, φησὶ, τί ταράσσεσθε, ὅτι οὐ πάρεστι Χριστός; Πάρεστι μὲν οὖν, καὶ ἡ ἡμέρα λοιπὸν ἐπὶ θύραις. Καὶ σκόπει τὴν σοφίαν, πῶς αὐτοὺς ἀπαγαγὼν τῶν ἀνθρωπίνων, ἐφόβησεν ἀναμνήσας τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ, καὶ δείξας, ὅτι οὐ προοιμίων δεῖ μόνον χρηστῶν, ἀλλὰ καὶ τέλους. Δεῖ γὰρ μετὰ τῶν χαρισμάτων τούτων, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, τὴν ἡμέραν ἀναμνῆσαι ἐκείνην· καὶ πολλῶν χρεία πόνων, ὥστε δυνηθῆναι πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν.

β'. Ἀποκάλυψιν δὲ λέγει, δεικνὺς ὅτι εἰ καὶ μὴ ὁρᾶται, ἀλλ' ἔστι, καὶ πάρεστι καὶ νῦν, καὶ τότε φανήσεται. Ὑπομονῆς οὖν χρεία· διὰ τοῦτο γὰρ ἐλάβετε τὰ θαύματα, ἵνα μείνητε βέβαιοι. *Ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους.* Ἐνταῦθα δοκεῖ μὲν αὐτοὺς θεραπεύειν, πάσης δὲ κολακείας ἀπῄλλακται τὸ λεγόμενον. Καὶ γὰρ οἶδεν αὐτῶν καθάπτεσθαι, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς*

[a] Alii, ἀνάγει.

[b] Legebatur πάντων, et mox, καὶ γὰρ ἐζηλοῦντο.

Digitized by Google

HOMILIA II.

CAP. 1. v. 4. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, de gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu:* 5. *quia in omni divites facti estis in illo.*

1. *Gratiæ Deo agendæ.* — Quod alios hortatur ut faciant cum dicit: *In gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum;* hoc ipsum ille faciebat, docens nos ab hujusmodi semper verbis incipere, et ante omnia Deo gratias agere. Nihil enim tam amat Deus, quam ut grato animo simus, et pro nobis et pro aliis. Ideoque in omni fere epistola hoc præmittit; hic vero magis necessario hoc facit, quam in aliis. Nam qui gratias agit, ut beneficio affectus id agit, et gratiam gratia rependit. Gratia vero nec debitum nec merces nec retributio est. Quod ubique dicere necesse erat, maxime vero Corinthiis, qui inhiabant ad eos, qui scindebant Ecclesiam. *Deo meo.* Ex ingenti affectu quod commune erat rapit, et sibi proprium facit; quod etiam prophetæ semper dicere solebant: *Deus, Deus meus.* Hortaturque illos ut hoc ipsum dicant. Nam qui ita loquitur, ab humanis omnibus recedit, et ad illum tendit, quem cum affectu multo vocat. Hoc enim proprie et vere dicere potest is, qui a sæcularibus rebus ad Deum semper ascendit, et ubique illum omnibus præponit, ipsique perpetuo gratias agit, non solum de gratia jam data; sed si quid postea boni factum sit, pro eo etiam laudem ipsi refert. Ideo non solum dixit, Gratias ago, sed etiam, *Semper pro vobis,* nos instituens, ut illi semper gratias habeamus, neminique alteri, sed Deo tantum. *De gratia Dei.* Viden' quomodo illos ubique corrigat? Ubi enim est gratia, non sunt opera: ubi sunt opera, non est amplius gratia. Si ergo gratia, quare altum sapitis? cur inflati estis? *Quæ data est vobis.* Et per quem data est? an per me, an per alium apostolum? Nequaquam, sed per Jesum Christum: illud enim, *In Christo Jesu,* hoc significat. Vide quomodo sæpe illud, *in,* pro illo, *per quem,* ponatur. Non minus ergo est quam *per. Quod in omni divites facti estis.* Rursus per quem? In ipso, inquit: nec modo divites facti estis, sed etiam *in omni.* Cum ergo divitiæ sunt, et Dei divitiæ, et in omni, et per Unigenitum, cogita quam ineffabilis sit thesaurus. *In omni verbo et in omni scientia.* Verbo, non externo, sed Dei. Est enim scientia sine verbo, et est scientia cum verbo. Sunt samque plurimi qui scientiam nacti, verbum non habent, ut idiotæ, et qui non possunt ea, quæ in mente habent, clare exprimere. At non vos tales estis, inquit, sed et cogitandi et loquendi facultatem habetis. 6. *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.* In laudum et gratiarum actionis ordine et modo valde illos tangit. Non enim per externam philosophiam, inquit, neque per externam eruditionem, sed per gratiam Dei et divitias et scientiam et verbum ab ipso datum potuistis veritatis dogmata discere et confirmari in testimonium Domini, id est, in prædicationem. Multa enim habuistis signa, multa miracula, ineffabilem gratiam, ita ut prædicationem acceperitis Si ergo confirmati estis per signa et gratiam, cur vacillatis? Hæc porro simul sunt et increpantis et prævenientis dicta. 7. *Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Magnum quidpiam hic quæritur: si qui divites sunt in omni verbo, ita ut nihil desit illis in ulla gratia, hi carnales sunt. Nam si tales fuerunt in principio, multo magis nunc. Quomodo ergo illos carnales vocat? *Non enim potui vobis loqui,* inquit, *ut spiritualibus, sed ut carnalibus* (1. *Cor.* 3. 1). Quid ergo dicendum est? Quod cum ab initio credidissent, et charismata omnia consequuti essent; nam zelo incensi erant, negligentiores postea evaserint. Aut si hoc non ita se habeat, quod non omnibus hæc vel illa dicantur, sed alia iis qui in culpa erant, alia iis qui laudibus insignes erant. Nam quod adhuc charismata haberent *Psalmum habet aliquis,* inquit, *revelationem habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant;* et, *Prophetæ autem duo vel tres loquantur* (*Ibid.* 14. 26. 29). Aliud quidpiam dici potest: ut moris est apud nos id quod plus est, totum dicere, ita etiam hic ille dixit. Ad hæc autem puto illum etiam quæ sua sunt subindicare, ut et in secunda ad eosdem Epistola dicit: *Signa quidem apostoli facta sunt in vobis in omni patientia;* et rursum: *Quid enim est, quod minus habuistis quam cæteræ Ecclesiæ* (2. *Cor.* 12. 12. *et* 13)? Vel, ut jam dixi, quæ ab se facta sunt commemorat; vel hæc iis, qui adhuc probati erant, dicit. Erant quippe ibi sancti multi, qui ad sanctorum ministerium se dediderant, et primitiæ Achaiæ facti sunt, ut in fine declarat. Alioquin vero etiamsi laudes non omnino affines sunt veritati, attamen prudenter adhibentur, ut viam parent iis quæ dicenda sunt. Nam qui statim a principio importuna loquitur, infirmioribus auditum claudit ad cætera verba: si enim auditores honore pares sint, irascuntur; si admodum inferiores, dolore afficientur. Ne igitur hoc eveniat, ab iis quæ encomia videntur esse initium ducit. Neque enim hoc encomium illorum erat, sed gratiæ Dei. Nam quod peccata remissa ipsis essent, et quod justificati essent, hoc superni doni erat. Propterea in iis immoratur, quæ Dei benignitatem ostendunt, ut morbum eorum magis curet. *Expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi.* Quid tumultuamini, inquit, quid turbamini, quod non adsit Christus? Adest quidem, et dies jam pro foribus est. Et considera sapientiam, quomodo illos, cum ab humanis abduxisset, exterruit tremendum tribunal commemorans, et ostendens non bona tantum initia requiri, sed finem quoque. Nam cum his charismatibus et aliis virtutibus, oportet etiam diei illius reminisci: multisque laboribus est opus, ut possit quis ad finem pervenire.

2. Revelationem autem commemorat ostendens illam, etiamsi non videatur, sed esse tamen, et nunc adesse, et tunc apparituram esse. Patientia igitur est opus: ideo enim miracula accepistis, ut firmi maneatis. 8. *Qui et confirmabit vos usque in finem sine*

Digitized by Google

crimine. Hic videtur quidem illos demulcere; sed quod dicitur omni adulatione vacat. Solet enim illos tangere, ut cum dicit: *Tamquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam*; et rursum, *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis* (1. *Cor.* 4. 18. *et* 21)? et, *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christi* (2. *Cor.* 13. 3)? Latenter autem ipsos accusat: cum dicit enim, *Confirmabit*, et, *Sine crimine*, ostendit illos adhuc fluctuare, et crimini esse obnoxios. Tu vero consideres velim, quomodo illos semper nomini Christi affigat, et nullius hominis, neque apostoli, neque magistri, sed frequenter dilecti illius mentionem faciat, quasi ab ebrietate quadam temulentos educere parans. Nusquam enim in alia epistola tam frequenter nomen Christi jacet: hic vero in paucis versibus sæpe, et hoc nomine fere totum contexit proœmium. Considera autem superius. « Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi, sanctificatis in Christo Jesu, invocantibus nomen Domini nostri Jesu Christi: gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo de gratia, quæ data est vobis in Christo Jesu: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui et confirmabit vos sine crimine in die Domini nostri Jesu Christi. 9. Fidelis est Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri. 10. Obsecro autem vos per nomen Domini nostri Jesu Christi. » Viden' frequentiam nominis Christi? Unde palam est etiam illis, qui admodum insipientes sunt, ipsum non sine causa nec casu ita facere; sed hujus pulchri nominis frequentia illorum tumorem exhaurit, et saniem morbi expurgat. *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus.* Papæ! quantam hic rem dicit! quantam doni magnitudinem exhibet! In societatem Unigeniti vocati estis, et vos hominibus addicitis? quid hac miseria pejus? Et quomodo vocati estis? Per Patrem. Quia enim per illum et in illo frequenter dicebat de Filio, ne putarent se illum ut minorem commemorare, id Patri adscribit. Non per hunc vel alium, inquit, sed per Patrem vocati estis: per ipsum etiam divites facti estis. Rursus vocati estis, non ipsi accessistis. Quid vero sibi vult illud, *In societatem Filii ejus?* Audi illum hoc clarius alibi dicentem: *Si sustinemus, et conregnabimus: si commorimur, simul vivemus* (2. *Tim.* 2. 12). Deinde, quia rem magnam dixit, addidit etiam ratiocinium certum, cui non possit contradici: nam ait, *Fidelis Deus*; id est, verus. Si verus, quæ promisit faciet: promisit autem se nos socios facturum unigeniti Filii; ad hoc quippe nos vocavit: dona enim et charismata ejus sine pœnitentia sunt, necnon Dei vocatio. Hæc autem nunc prius ordine ponit in sermone, ut ne post vehementem accusationem in desperationem cadant. Quæ enim a Deo sunt promissa omnino comparebunt, nisi nos admodum effrenes fuerimus: quemadmodum Judæi vocati noluerunt bona accipere.

Deo vocanti obtemperandum.—Hoc vero jam non vocantis erat, sed ingrati illorum animi. Ipse namque dare volebat; *illi* vero nolentes accipere, seipsos ejecerunt. Nam etiamsi ad rem laboriosam et asperam vocasset, recusantes venia digni non fuissent, sed potuissent saltem hoc obtendere: si autem ad purgationem, ad justitiam, ad sanctificationem, ad redemptionem, gratiam, donum et præparata bona, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et Deus est qui vocat, et per seipsum vocat; qua venia digni fuerint qui non accurrunt? Ne quis ergo in Deum culpam referat. Non enim ex vocante fit quod non credatur, sed ex iis qui resiliunt. Sed oportebat, inquies, vel invitos inducere. Apage: non enim vim vel necessitatem infert. Quis enim ad honores et coronas et convivia et celebritates vocans, invitos et vinctos trahit? Nemo certe: hoc enim esset injuriam facere. Ad gehennam invitos mittit; ad regnum lubentes vocat: ad ignem ligatos ducit, etiam ejulantes; sed innumera bona non sic. Nam hoc ipsa quoque bona odiosa reddat, nisi talis sit illorum natura, ut ad illa sponte accurratur, et gratiam habeant maximam.

3. Et qui fit, inquies, quod non omnes ipsa eligant? Ob propriam infirmitatem. Et cur illorum infirmitatem non abscindit? Et quo pacto, dic mihi, exscindere opus est? annon creaturam condidit docentem ejus benignitatem, et potentiam? nam *Cæli*, inquit, *enarrant gloriam Dei* (*Psal.* 18. 2). Annon prophetas misit? annon vocavit et honoravit? annon miracula fecit? annon legem dedit et scriptam et naturalem? annon Filium suum misit? annon etiam apostolos? annon signa fecit? annon gehennam comminatus est? nonne regnum promisit? nonne quotidie solem suum oriri facit? nonne quæ præcepit ita facilia sunt, ut multi vi philosophiæ suæ ejus mandata superent! *Quid oportebat facere vineæ, et non feci* (*Isai.* 5. 4)? Et cur non fecit nobis, inquies, scientiam et virtutem naturalem? Quis hæc dicit? Græcusne an Christianus? Ambo quidem, sed non eadem de causa: verum alter de scientia, alter de vita contendit. Primum igitur nostro respondebimus: non enim mihi tanta cura est de exteris, quanta de propriis membris. Quid ergo dicit Christianus? ipsam nobis virtutis scientiam indi oportebat. Indidit certe: nisi enim indidisset, unde nossemus ea quæ agenda et quæ non agenda sunt? undenam leges et tribunalia? At non scientiam, sed ipsam actionem dare oportuit. Et cujusnam rei mercedem accepturus eras, si totum ex Deo fuisset? Dic enim mihi, tene et Græcum peccantes similiter punit Deus? Minime: habes enim interim eam quæ ex scientia manat fiduciam. Quid ergo, si quis nunc diceret tibi, et te et Græcum pro scientia eadem consequuturos esse, annon id ægre ferres? Arbitror sane: diceres enim, cum Græcus ex se posset scientiam invenire, noluit. Si ergo ille diceret, oportebat Deum nobis scientiam naturaliter indere, annon irrideres, diceresque ei, Cur non quæsivisti? cur non conatus es ut ego? ac cum multa stares fiducia, diceresque extremæ esse insipientiæ Deum incusare, quod naturæ scientiam non indiderit. Hoc autem diceres, quia illa, quæ ad scientiam spectant,

Digitized by Google

ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες· καὶ πάλιν, *Τί θέλετε, ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραΰτητος;* καὶ, *Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ;* Λανθανόντως δὲ αὐτῶν καὶ κατηγορεῖ· τῷ γὰρ εἰπεῖν, *Βεβαιώσει*, καὶ τῷ, *Ἀνεγκλήτους*, δείκνυσι καὶ σαλευομένους ἔτι, καὶ ἐγκλήματος ὑπευθύνους ὄντας. Σὺ δὲ σκόπει πῶς αὐτοὺς τῷ ὀνόματι ἀεὶ τοῦ Χριστοῦ προσηλοῖ. Καὶ ἀνθρώπου μὲν οὐδενὸς, οὔτε ἀποστόλου οὔτε διδασκάλου, συνεχῶς δὲ αὐτοῦ τοῦ ποθουμένου μέμνηται, καθάπερ ἀπὸ μέθης τινὸς τοὺς καρηβαροῦντας ἀνενεγκεῖν παρασκευάζων. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐν ἑτέρᾳ Ἐπιστολῇ οὕτω συνεχῶς κεῖται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· ἐνταῦθα μέντοι ἐν ὀλίγοις στίχοις πολλάκις, καὶ διὰ τούτου σχεδὸν τὸ πᾶν ὑφαίνει προοίμιον. Σκόπει δὲ ἄνωθεν· *Παῦλος, κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ τῇ χάριτι τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καθὼς τὸ* [11] *μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν· ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ὁρᾷς τὴν συνέχειαν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ; Ὅθεν δῆλον καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις, ὅτι οὐκ εἰκῇ οὐδὲ ἁπλῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ τῇ πυκνότητι τῆς καλῆς ταύτης προσηγορίας τὴν φλεγμονὴν αὐτῶν ἀπαντλῶν, καὶ τὴν σηπεδόνα τοῦ νοσήματος ἐκκαθαίρων. *Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.* Βαβαὶ, πόσον ἐνταῦθα εἶπεν! πόσον μέγεθος δωρεᾶς ἐνέφηνεν! Εἰς κοινωνίαν τοῦ Μονογενοῦς ἐκλήθητε, καὶ ἀνθρώποις ἑαυτοὺς προσνέμετε; τί ταύτης τῆς ἀθλιότητος χεῖρον; Καὶ πῶς ἐκλήθητε; Διὰ τοῦ Πατρός. Ἐπειδὴ γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ συνεχῶς ἔλεγε περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι ὡς ἐλάττονος αὐτοῦ οὕτω μέμνηται, προσένειμεν αὐτὸ τῷ Πατρί. Οὐ γὰρ διὰ τοῦδε καὶ τοῦδε, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Πατρὸς ἐκλήθητε, δι' αὐτοῦ καὶ ἐπλουτίσθητε. Πάλιν ἐκλήθητε, οὐκ αὐτοὶ προσήλθετε. Τί δέ ἐστιν, *Εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*; Ἄκουσον αὐτοῦ τοῦτο αὐτὸ σαφέστερον ἑτέρωθι λέγοντος· *Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ συναποθνήσκομεν, καὶ συζήσομεν.* Εἶτα, ἐπειδὴ μέγα εἶρηκε, προσέθηκε καὶ λογισμὸν πληροφορίαν ἔχοντα ἀναντίῤῥητον· *Πιστὸς* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεός*· τουτέστιν ἀληθής. Εἰ δὲ ἀληθής, ἃ ἐπηγγείλατο καὶ ποιήσει· ἐπηγγείλατο δὲ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιήσειν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ ἐκάλεσεν· ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα αὐτοῦ, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα δὲ προοικονομεῖ νῦν ἐν τῷ λόγῳ, ὥστε μὴ μετὰ τὸ σφοδρὸν τῶν ἐγκλημάτων εἰς ἀπόγνωσιν αὐτοὺς ἐμπεσεῖν. Πάντως γὰρ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔφεται, ἂν μὴ σφόδρα ἡμεῖς ἀφηνιάσωμεν· καθάπερ οἱ Ἰουδαῖοι καλούμενοι οὐκ ἤθελον δέξασθαι τὰ ἀγαθά.

Τοῦτο δὲ οὐκέτι τοῦ καλοῦντος ἦν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐβούλετο δοῦναι, ἐκεῖνοι ἔδει, μὴ θελήσαντες λαβεῖν, ἑαυτοὺς ἐξέβαλον. Εἰ μὲν γὰρ εἰς ἐπίπονον καὶ ἐπίμοχθον ἐκάλει πρᾶγμα, οὐκ ἦσαν μὲν οὐδὲ οὕτω συγγνώμης ἄξιοι παραιτούμενοι, πλὴν ἀλλ' εἶχον αὐτὸ τοῦτο λέγειν· Εἰ δὲ ἐπὶ καθαρμὸν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ χάριν καὶ[a] δωρεὰν, καὶ τὰ παρεσκευασμένα ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ Θεὸς ὁ καλῶν, καὶ δι' ἑαυτοῦ καλῶν, ποίας ἂν εἶεν συγγνώμης ἄξιοι οἱ μὴ προστρέχοντες; Μὴ τοίνυν τὸν Θεὸν αἰτιάσθω τις. Οὐ γὰρ παρὰ τὸν καλοῦντα γίνεται τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἀποπηδῶντας. Ἀλλ' ἔδει, φησὶ, καὶ ἄκοντας ἐναγαγεῖν. Ἄπαγε· οὐ γὰρ βιάζεται οὐδὲ ἀναγκάζει. Τίς γὰρ ἐπὶ τιμὰς καὶ στεφάνους καὶ εὐωχίας καὶ πανηγύρεις καλῶν, ἄκοντας καὶ δεδεμένους ἕλκει; Οὐκ ἔστιν οὐδείς· τοῦτο γὰρ ὑβρίζοντός ἐστιν. Εἰς γέενναν ἄκοντας πέμπει, εἰς δὲ [12] βασιλείαν ἑκόντας καλεῖ· εἰς τὸ πῦρ δεδεμένους ἄγει καὶ οἰμώζοντας, εἰς δὲ τὰ μυρία ἀγαθὰ οὐχ οὕτως· ἐπεὶ τοῦτο καὶ αὐτὰ διαβάλλει τὰ ἀγαθὰ, εἰ μὴ τοιαύτη αὐτῶν ἐστιν ἡ φύσις, ὡς καὶ ἑκόντας προσδραμεῖν, καὶ χάριν εἰδότας πολλήν.

γ'. Καὶ πόθεν οὐ πάντες αὐτὰ αἱροῦνται, φησί; Παρὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν. Καὶ τίνος ἕνεκεν αὐτῶν οὐκ ἐκκόπτει τὴν ἀσθένειαν; Καὶ πῶς, εἰπέ μοι, καὶ τίνι τρόπῳ ἐκκόψαι ἐχρῆν; οὐχὶ κτίσιν εἰργάσατο διδάσκουσαν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν δύναμιν; *Οἱ οὐρανοὶ* γὰρ, φησὶ, *διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ.* Οὐχὶ καὶ προφήτας ἔπεμψεν; οὐχὶ καὶ ἐκάλεσε καὶ ἐτίμησεν; οὐχὶ ἐθαυματούργησεν; οὐ νόμον ἔδωκε καὶ γραπτὸν καὶ φυσικόν; οὐ τὸν Υἱὸν ἀπέστειλεν; οὐκ ἀποστόλους ἔπεμψεν; οὐ σημεῖα εἰργάσατο; οὐ γέενναν ἠπείλησεν; οὐ βασιλείαν ἐπηγγείλατο; οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ; οὐχὶ ἅπερ ἐπέταξεν, οὕτως εὔκολα καὶ ῥᾴδια, ὡς πολλοὺς ὑπερβαίνειν αὐτοῦ τὰ προστάγματα τῇ περιουσίᾳ τῆς φιλοσοφίας; *Τί ἔδει ποιῆσαι τῷ ἀμπελῶνι, καὶ οὐκ ἐποίησα;* Καὶ διὰ τί μὴ ἐποίησεν ἡμῖν φυσικὴν τὴν γνῶσιν, φησὶ, καὶ τὴν ἀρετήν; Τίς ταῦτά φησιν; ὁ Ἕλλην ἢ ὁ Χριστιανός; Ἀμφότεροι μὲν, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν· ἀλλ' ὁ μὲν ὑπὲρ τῆς γνώσεως, ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦ βίου φιλονεικεῖ. Οὐκοῦν πρῶτον πρὸς τὸν ἡμέτερον ἐροῦμεν· οὐ τοσοῦτον γάρ μοί ἐστιν τῶν ἔξω λόγος, ὅσον τῶν οἰκείων μελῶν. Τί οὖν φησιν ὁ Χριστιανός; Αὐτὴν ἔδει τὴν γνῶσιν ἡμῖν ἐνθεῖναι τῆς ἀρετῆς. Ἐνέθηκε μὲν οὖν· εἰ γὰρ μὴ ἐνέθηκε, πόθεν ᾔδειμεν τὰ πρακτέα καὶ τὰ μὴ πρακτέα; πόθεν οἱ νόμοι καὶ τὰ δικαστήρια; Ἀλλ' οὐ τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν αὐτήν. Καὶ τίνος ἔμελλες λαμβάνειν τὸν μισθὸν, εἰ τὸ πᾶν ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ Θεοῦ; Εἰπὲ γάρ μοι, σὲ καὶ τὸν Ἕλληνα ἁμαρτάνοντας ὁμοίως ὁ Θεὸς κολάζει; Οὐδαμῶς· ἔχεις γὰρ τέως τὴν ἀπὸ τῆς γνώσεως παῤῥησίαν. Τί οὖν, εἴ τις ἄρα εἶπε νῦν, ὅτι ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ σὺ καὶ ὁ Ἕλλην τῶν αὐτῶν ἀξιωθήσεσθε, ἆρα οὐκ ἂν ἐδυσχέρανας; Ἔγωγε οἶμαι· εἶπες γὰρ ἄν, ὅτι ἔχων εὑρεῖν οἴκοθεν ὁ Ἕλλην τὴν γνῶσιν, οὐκ ἠθέλησεν. Ἂν οὖν καὶ ἐκεῖνος λέγῃ, ὅτι Ἔδει τὸν Θεὸν ἐνθεῖναι τὴν γνῶσιν ἡμῖν φυσικῶς, οὐχὶ καταγελάσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐρεῖς, Διὰ τί γὰρ μὴ ἐζήτησας; διὰ τί μὴ ἐσπούδασας, καθάπερ ἐγώ; καὶ μετὰ πολλῆς στήσῃ τῆς παῤῥησίας, καὶ ἐρεῖς, ὅτι ἀνοίας ἐσχάτης ἦν τὸ ἐγκαλεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι μὴ τῇ φύσει τὴν γνῶσιν ἐνέθηκε; Ταῦτα δὲ ἐρεῖς, ἐπειδή σοι κατώρθωται τὰ τῆς γνώσεως· οὕτω καὶ τὰ τοῦ βίου εἰ κατώρθωτο, οὐκ ἂν ταῦτα ἐζήτησας, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀποκάμνεις πρὸς τὴν ἀρετὴν, διὰ τοῦτο τοὺς ἀνοήτους τούτους προβάλλῃ λόγους. Πῶς δὲ καὶ ἐχρῆν ποιῆσαι ἀνάγκῃ γίνεσθαι καλόν; Οὐκοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὰ ἄλογα φιλονεικεῖν τῆς ἀρετῆς, ἅτε ἡμῶν [13] σωφρονέστερα

[a] Alius addit καὶ υἱοθεσίαν.

Digitized by Google

ἕνια ὄντα. Ἀλλ' ἐβουλόμην, φησὶν, εἶναι ἀνάγκῃ καλὸς, καὶ πάντων ἀποστερεῖσθαι τῶν μισθῶν, ἢ προαιρέσει φαῦλος, καὶ κολάζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀνάγκῃ ποτὲ καλὸν εἶναι. Εἰ μὲν οὖν ἀγνοεῖς τὸ πρακτέον, δεῖξον, καὶ τότε ἐροῦμεν ὅπερ εἰπεῖν δεῖ· εἰ δὲ οἶδας πονηρὰν τὴν ἀσέλγειαν οὖσαν, τίνος ἕνεκεν οὐ φεύγεις τὸ πονηρόν; Οὐ δύναμαι, φησίν. Ἀλλ' ἕτεροι οἱ τὰ μείζω κατορθώσαντες κατηγορήσουσί σου, καὶ ἐπιστομίσουσί σε ἐκ περιουσίας πολλῆς. Σὺ μὲν γὰρ ἴσως καὶ μετὰ γυναικὸς ὢν οὐ σωφρονεῖς, ἄλλος δὲ καὶ χωρὶς γυναικὸς ἀκέραιον διατηρεῖ τὴν ἀγνείαν. Τίνα οὖν ἔχεις ἀπολογίαν [a], τὸ μέτρον οὐ φυλάττων, ἑτέρου ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδῶντος; Ἀλλ' οὐκ εἰμὶ τοιοῦτος, φησὶ, τοῦ σώματος τὴν φύσιν ἢ τὴν προαίρεσιν. Ἐπειδὴ μὴ θέλεις, οὐκ ἐπειδὴ μὴ δύνασαι· καὶ γὰρ δείκνυμι πάντας ἐπιτηδείως πρὸς ἀρετὴν ἔχοντας. Ὁ γὰρ μὴ δύναταί τις ποιῆσαι, οὐδὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης δυνήσεται ποιῆσαι· εἰ δὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης δύναται ὁ μὴ ποιῶν, παρὰ προαίρεσιν οὐ ποιεῖ. Οἶόν τι λέγω· Ἀναπτῆναι καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀρθῆναι σῶμα ἔχοντα, βαρὺ πάντως καὶ ἀδύνατον. Τί οὖν, εἰ βασιλεὺς ἐπιτάξειε τοῦτο ποιῆσαι, καὶ θάνατον ἠπείλησε λέγων, ὅτι Τοὺς μὴ πετομένους ἀνθρώπους ἀποτέμνεσθαι κελεύω καὶ καίεσθαι, ἢ ἄλλο τι πάσχειν τοιοῦτον, ἆρα ἂν τις ὑπήκουσεν; Οὐδαμῶς· οὐ δέχεται γὰρ ἡ φύσις. Ἂν δὲ ἐπὶ σωφροσύνης τὸ αὐτὸ τοῦτο γένηται, καὶ θῇ διατάγματα, ὥστε τὸν ἀσελγαίνοντα κολάζεσθαι, καίεσθαι, μαστίζεσθαι, μυρία πάσχειν δεινὰ, ἆρα οὐκ ἂν ἐπείσθησαν πολλοὶ τῷ προστάγματι; Οὐχὶ, φησί· καὶ γὰρ κεῖται καὶ νῦν νόμος ὁ κελεύων μὴ μοιχεύειν, καὶ οὐ πάντες πείθονται. Οὐκ ἐπειδὴ ὁ φόβος ἠσθένησεν, ἀλλ' ἐπειδὴ λήσεσθαι προσδοκῶσιν οἱ πολλοί· ὡς εἰ παρῆν αὐτοῖς ἀσελγαίνειν μέλλουσιν ὁ νομοθέτης καὶ ὁ δικάζων, ἴσχυσεν ἂν ὁ φόβος ἐκβαλεῖν τὴν ἐπιθυμίαν. Ἐπεὶ κἂν ἐλάττονα ταύτης ἑτέραν ἀνάγκην ἐπαγάγω, καὶ λαβὼν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐρωμένης γυναικὸς ἀπαγάγω καὶ δήσας καθείρξω, δυνήσεται ἐνεγκεῖν, καὶ μηδὲν παθεῖν ἀηδές.

Μὴ τοίνυν λέγωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα φύσει καλὸς, καὶ ὁ δεῖνα φύσει κακός. Εἰ γὰρ φύσει ἀγαθὸς, οὐδέποτε δυνήσεται γενέσθαι κακός· καὶ εἰ φύσει κακὸς, οὐκ ἂν ποτε γένοιτο ἀγαθός. Νῦν δὲ ὁρῶμεν ὀξυρρόπους τὰς μεταβολὰς, καὶ ἀπὸ τούτων εἰς θάτερα μεταβάλλοντας, καὶ ἀπ' ἐκείνων εἰς ταῦτα μεταπίπτοντας. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ταῖς Γραφαῖς ἔστιν ἰδεῖν μόνον, οἷον ὅτι τελῶναι γεγόνασιν ἀπόστολοι, καὶ μαθηταὶ προδόται, καὶ πόρναι γυναῖκες σώφρονες, καὶ λῃσταὶ εὐδοκίμησαν, καὶ μάγοι προσεκύνησαν, καὶ ἀσεβεῖς εἰς εὐσέβειαν μετέβαλον, ἐπί τε τῆς Καινῆς ἐπί τε τῆς Παλαιᾶς· ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πολλὰ τοιαῦτα συμβαίνοντα ἴδοι τις ἄν. Εἰ δὲ φυσικὰ ἦν, οὐκ ἂν μετέπεσον. Καὶ γὰρ φύσει παθητοὶ ὄντες, οὐκ ἂν ποτε ἀπὸ σπουδῆς γενοίμεθα ἀπαθεῖς. Τὸ γὰρ φύσει τι ὂν, οὐκ ἂν ἐκπέσῃ τοῦ κατὰ φύσιν. Οὐδεὶς γοῦν ἀπὸ τοῦ καθεύδειν ἐπὶ τὸ μὴ καθεύδειν μετέπεσεν [b], οὐδεὶς ἀπὸ τοῦ [14] φθείρεσθαι ἐπὶ τὸ μὴ φθείρεσθαι, οὐδεὶς ἀπὸ τοῦ πεινῆν ἐπὶ τὸ μηδέποτε τοῦτο πάσχειν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐγκλήματα ταῦτά ἐστιν, οὐδὲ ὀνειδίζομεν ἑαυτοὺς ἐπὶ τούτοις. Οὐδὲ μέλλων τίς τινι ἐγκαλεῖν εἶπεν· Ὦ φθαρτὲ καὶ παθητέ· ἀλλ' ἢ μοιχείαν ἢ πορνείαν ἢ τι τῶν τοιούτων ἀεὶ προφέρομεν τοῖς ὑπευθύνοις, καὶ δικασταῖς προσάγομεν τοῖς ἐγκαλοῦσι καὶ κολάζουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίας τιμῶσιν. Ὅταν οὖν καὶ ἐξ ὧν πρὸς ἀλλήλους ποιοῦμεν, καὶ ἐξ ὧν δικαζόμενοι πάσχομεν, καὶ ἐξ ὧν νόμους ἐγράψαμεν, καὶ ἐξ ὧν ἑαυτῶν καταγινώσκομεν, κἂν μηδεὶς ὁ κατηγορῶν ᾖ, καὶ ἐξ ὧν ῥᾳθυμοῦντες μὲν χείρους, φοβούμενοι δὲ βελτίους γινόμεθα, καὶ ἐξ ὧν ἄλλους ὁρῶμεν κατορθοῦντας καὶ πρὸς ἄκρον φιλοσοφίας ἀφικομένους, εὔδηλον ὅτι καὶ ἐφ' ἡμῖν κεῖται τὸ κατορθοῦν· τί μάτην ψυχραῖς ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν οἱ πολλοὶ προφάσεσι καὶ ἀπολογίαις, μὴ μόνον συγγνώμην οὐ φερούσαις, ἀλλὰ καὶ κόλασιν ἀφόρητον, δέον τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβερὰν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχοντας ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ μικρὰ πονέσαντας, τοὺς ἀκηράτους λαβεῖν στεφάνους; Οὐδὲν γὰρ ἡμῶν ταῦτα προστήσεται τὰ ῥήματα· ἀλλ' οἱ σύνδουλοι καὶ τὰ ἐναντία κατωρθωκότες κατακρινοῦσι τοὺς διαμαρτάνοντας πάντας, τὸν ὠμὸν ὁ ἐλεήμων, τὸν πονηρὸν ὁ χρηστὸς, τὸν θρασὺν ὁ ἐπιεικὴς, τὸν βάσκανον ὁ φιλόφρων, τὸν κενόδοξον ὁ φιλόσοφος, τὸν ῥᾳθυμον ὁ σπουδαῖος, τὸν ἀκόλαστον ὁ σώφρων. Οὕτως οἶσει τὴν κρίσιν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἑκάτερά τε στήσει τὰ τάγματα, τοὺς μὲν ἐπαινῶν, τοὺς δὲ κολάζων. Ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα τῶν παρόντων γενέσθαι τῶν κολαζομένων καὶ ἠτιμωμένων, ἀλλὰ τῶν στεφανουμένων καὶ τῶν τῆς θείας βασιλείας ἐπιτυγχανόντων· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

[a] Alii τίνα ἔξεις οὖν ἀπολ

[b] Regius bene ἀπὸ τοῦ καθεύδειν εἰς τὸ μὴ καθεύδειν μετέπεσεν. In editis sententia manca erat ob ὁμοιοτέλευτον.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

α'. Ὅπερ ἀεὶ ἔλεγον, ὅτι ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν δεῖ τὰς ἐπιπλήξεις ποιεῖσθαι, τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἐνταῦθα ποιεῖ. Μέλλων γὰρ εἰς πρᾶγμα ἐμβαίνειν πολλῶν κινδύνων γέμον, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐκ βάθρων ἱκανὸν ὂν ἀναστπᾶσαι, προσηνέστερον τῷ λόγῳ κέχρηται. Φησὶ γὰρ παρακαλεῖν αὐτοὺς, παρακαλεῖν δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ, ὡς οὐδὲ αὐτὸς ἀρχῶν μόνος ταύτην θέσθαι τὴν ἱκετηρίαν, καὶ πεῖσαι. Τί δέ ἐστι, Παρακαλῶ διὰ τοῦ Χριστοῦ; Τὸν Χριστὸν λαμβάνω σύμμαχον, καὶ βοηθὸν [15] αὐτοῦ τὸ ὄνομα τὸ ἠδικημένον καὶ ὑβρισμένον· σφόδρα ἐντρεπτικῶς, ὥστε μὴ ἀπαναισχυντῆσαι αὐτούς· ἰατροὺς γὰρ ἡ ἁμαρτία ποιεῖ. Διὰ τοῦτο ἂν μὲν [a] εὐθέως σφοδρῶς ἐπιπλήξῃς, ἀπηνῆ καὶ ἀναίσχυντον εἰργάσω· ἂν δὲ ἐντρέψῃς, κατέκαμψας τὸν αὐχένα, κατέσπασας τὴν παῤῥησίαν, κάτω νεύειν ἐποίησας. Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος κατασκευάζων, παρακαλεῖ τέως διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τί ποτέ ἐστιν ὃ παρακαλεῖ; *Ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα.* Τοῦ σχίσματος ἡ ἔμφασις καὶ αὐτὸ τῆς κατηγορίας

[a] Legebatur μή

Digitized by Google

in te recte se habent. Sic etiam si ea, quæ ad vitam pertinent, recte se haberent, non talem quæstionem moveres; verum quia circa virtutem socors et ignavus es, ideo insanos hosce profers sermones. Quomodo autem oportuit ex necessitate fieri bonum? Ergo futurum erat, ut bruta animalia nobiscum de virtute certarent cum quædam eorum nobis temperantiora sint. Sed mallem, inquies, ex necessitate bonus esse, et omni mercede privari, quam ex libero arbitrio malus, puniri et supplicio affici. Sed non est umquam necessitas esse bonum. Si ergo ignoras quid agendum sit, ostende, et tunc dicemus id quod opus est dicere: si vero libidinem malam esse nosti, cur malam rem non fugis? Non possum, inquies. Verum alii, qui majora recte gesserunt, te accusabunt, tibique vi magna os obstruent. Tu enim fortasse etiam cum uxore tua non caste agis; alius vero absque uxore integram servat castitatem. Quam ergo habes defensionem, qui modum non serves, dum alius ipsa septa transilit? At non parem, inquies, habeo corporis naturam, non par propositum voluntatis. Quia non vis, non quia non potes: ostendo namque omnes esse ad virtutem idoneos. Nam quod non potest quis facere, neque instante necessitate poterit: quod si instante necessitate possit, qui non facit, ex proposito voluntatis non facit. Exempli causa, volare et ad cælum ferri gravi corpore præditum, omnino fieri nequit. Quid ergo, si rex jusserit hoc facere, et mortem comminetur dicens: Homines non volantes jubeo concidi vel uri, vel quid simile pati: num quis ipsi obediet? Nequaquam. hoc enim natura ferre nequit. Sin autem de castitate idipsum statuat, justaque ponat, ut libidinosus puniatur, uratur, flagelletur et mille tormenta patiatur, annon multi edicto pareant? Non, inquies: nam lex est, quæ jubet non mœchari, neque omnes obsequuntur. Non quod infirmus et levis sit timor, sed quia multi se latere posse sperent. Quod si legislator et judex adessent libidinem impleturis, posset tunc metus libidinem arcere. Nam si aliam minorem necessitatem induxero, et ab amata muliere abstractum abduxero, et vinctum inclusero, poterit ferre, et nihil grave pati.

Nemo natura bonus vel natura malus. — Ne ergo dicamus, hunc natura bonum, illum natura malum esse. Nam si natura bonus sit, numquam poterit malus fieri; et si natura malus, numquam bonus erit. Nunc autem videmus celeres mutationes, et ab his in alia mutari, et ab illis in alia cadere. Et hæc non in Scripturis tantum videre est: exempli causa, quod publicani facti sint apostoli, et discipuli proditores, et meretrices castæ mulieres, et latrones præclare agentes, et magi adorantes, et impii in pietatem conversi, idque tam in Veteri, quam in Novo Testamento: imo quotidie similia accidere videmus. Si vero naturalia hæc essent, non mutarentur. Nam cum simus natura passibiles, nullo umquam studio impassibiles erimus. Quod enim natura tale est, numquam excidet a naturalibus. Nullus a dormiendo abstinuit, nullus a corruptione ad incorruptionem transire potuit, nullus ab esurie liberatus est, ita ut non ultra esuriat. Ideo hæc non in crimen vertuntur, neque nobis ea exprobramus. Neque aliquem accusaturus quispiam dixit: O impure, et passionibus obnoxie; sed aut adulterium aut stuprum aut quid simile semper obnoxiis proferimus, et ad judices adducimus qui criminentur et puniant, et pro contrariis honore afficiant. Cum ergo tum ex iis quæ inter nos mutuo facimus, tum ex iis quæ in judicio patimur, et in legibus descripsimus, tum ex iis de quibus nos ipsos damnamus, licet nullus accuset; ex eo quod etiam per ignaviam pejores, per timorem meliores efficiamur, demumque ex eo quod alios videamus præclare agentes ad philosophiæ culmen venisse, palam sit penes nos esse ut recte agamus; cur nos frustra frigidis obtentibus et excusationibus decipimus, quæ non modo nobis veniam non concilient, sed potius intolerabile supplicium; cum oporteret diem illum terribilem præ oculis habentes, virtutis curam gerere et post modicum laborem incorruptibiles coronas accipere? Nihil enim nobis proderunt hæc verba; sed conservi, qui contraria recte egerunt, peccatores omnes damnabunt, crudelem misericors, malum bonus, audacem modestus, invidum benevolus, vanæ gloriæ cupidum philosophus, segnem studiosus, lascivum castus. Sic nobis judicium Deus feret, utrumque statuet ordinem, hos laudans, illos puniens. Verum absit, ut præsentium quispiam ex numero eorum sit qui punientur et ignominia afficientur; sed sint potius ex numero eorum qui coronantur, et divinum regnum obtinent; quod nos omnes assequi contingat. gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA III.

CAP. I. v. 10. *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idem dicatis omnes, et non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eadem mente et in eadem sententia.*

1. *Increpationes sensim et moderate fieri oportet.* — Quod semper dicebam, sensim et paulatim increpationes fieri oportere, hoc et Paulus hic facit. Rem enim magnam ingressurus multis plenam periculis, et quæ posset Ecclesiam funditus evertere, mitiore utitur sermone. Ait enim se obsecrare illos; obsecrare autem per Christum, quasi ipse solus non sufficeret ad talem supplicationem, et ad persuadendum. Quid est autem, Obsecro per Christum? Christum adhibeo socium, et in auxilium ejus nomen injuria et contumelia affectum. Admodum apposite, ut ne illi impudenter agerent: impudentes enim peccatum facit. Ideo si statim quidem vehementer increpaveris, immitem et impudentem efficis: si increp-

Digitized by Google

paveris, cervicem flexisti, loquendi libertatem abstraxisti, ut deorsum aspiceret fecisti. Quod efficiens Paulus interim obsecrat per nomen Christi. Et quidnam obsecrat? *Ut idem dicatis omnes, et non sint in vobis schismata.* Schismatis emphatica vis ipsumque accusationis nomen satis erant, ut illos acriter perstringerent. Non enim fuerunt multæ partes integræ, sed etiam una perierat. Nam si Ecclesiæ essent integræ, multi essent cœtus : si autem schismata, unum periisset. Nam quod integrum est, cum in multa dividitur, non modo non multa efficitur, sed quod unum erat perit. Talis est schismatum natura. Deinde quia admodum perstrinxerat schismatis nomine, rursus lenit et mitigat his verbis : *Sitis autem perfecti in eadem mente et in eadem sententia.* Quia enim dixerat, *Ut idem dicatis ;* Ne putetis, inquit, me concordiam dixisse in verbis solum sitam : eam enim quæ in mente est concordiam requiro. Sed quia fieri potest, ut idipsum mente dicant, sed non in rebus omnibus, ideo illud etiam addidit, *Sitis autem perfecti.* Qui enim in aliquo junctus est, in aliquo autem dissidet, non utique perfectus est, neque in toto consentit. Fieri autem potest, ut quis cogitatione concordet, neque tamen sententia : ut cum eamdem habentes fidem, caritate juncti non sumus. Sic enim secundum cogitata juncti sumus (eadem quippe cogitamus), sententia vero non item : quod etiam tunc factum est, cum hic quidem illum, ille alium eligeret. Ideo ait et mente et sententia jungi debere. Neque enim quod in fide dissiderent, schismata erant ; sed quod sententia dirimerentur secundum humanam contentionem. Sed quoniam is, qui accusatur, donec testes non habet, impudenter agit ; vide quomodo non concedens ut negent, testes adducat. 11. *Significatum enim est mihi de vobis, fratres, ab iis qui sunt Chloes.* Neque statim hoc dixerat, sed primo accusationem posuerat, quod ipsum significantibus credidisse probat : nisi enim hoc fuisset, non accusasset : non temere enim Paulus credidisset. Neque statim dixit sibi significatum esse, ne videretur quasi ab illis inductus accusare : neque tacuit eorum nomen, ne videretur ex se solo dicere. Rursus illos fratres nominat. Licet enim peccatum manifestum esset, nihil impediebat quominus illos adhuc fratres vocaret. Considera autem prudentiam, quomodo non separatam personam posuerit, sed domum totam, ne ipsi impeterent eum qui id dixisset : ita enim et illum texit, et accusationem sine metu aperuit. Non vidit enim solum quod illis, sed etiam quod his expediret. Ideo non dixit, Significatum mihi est a quibusdam ; sed etiam domum indicavit, ut ne videretur comminisci. Quid significatum est? *Quod contentiones sint in vobis.* Quando illos increpat, dicit : *Ne sint in vobis schismata ;* cum autem quæ aliorum sunt annuntiat, mitius effert his verbis : *Significatum enim est mihi, quod contentiones sunt in vobis ;* ut ne eos qui dixerant, una impeteret. Deinde genus contentionis dicit : 12. *Quod unusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.* Contentiones enim dico, inquit, non eas quæ de rebus privatis sunt, sed graviores. *Quod unusquisque vestrum dicit.* Non enim partem, sed totam Ecclesiam corruptio devastabat. Atqui nec de seipso, nec de Petro, nec de Apollo dicebant ; sed ostendit, quod si his innitendum non est, multo minus aliis. Quod autem non de his dicerent, infra dicit : *Hæc autem transfiguravi in me et Apollo, ut in nobis discatis non supra id quod scriptum est sapere* (1. *Cor.* 4. 2). Quod si Pauli, Apollo et Cephæ non oportebat sibi nomina adscribere, multo minus aliorum. Si doctorem et primum apostolorum, qui tantum instituerat populum, non oportebat sibi adscribere, multo minus eos qui nihil erant. Cum hyperbole itaque illos a morbo abducere studens hæc nomina ponit. Alioquin vero etiam minus molestam orationem reddit, non nominatim recensens eos qui scindebant Ecclesiam, sed quasi larvis quibusdam apostolorum nominibus ipsos obtegens : *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.*

2. *Paulus non præfert se Petro.* — Non præferens se Petro, posuit illum ultimum ; imo vero Petrum sibi valde præponens, per amplificationem loquutus est, ne putaretur hoc per invidiam facere, et præ livore ipsis honorem auferre. Ideo seipsum primum posuit. Nam qui se primum reprobat, non quod honorem amet hoc facit, sed quod talem gloriam admodum despiciat. Totum ergo impetum primus excipit, tuncque ponit Apollo, postea Cepham. Non ergo sese extollens id fecit ; sed in iis, quæ fieri non oportebat, per propriam personam primo correctionem facit. Sed quod ii quidem, qui huic vel alii se adscriberent, peccarent, palam est : ac recte illos corrigit dicens : Non bene facitis dicentes, *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.* Cur autem addidit, *Ego vero Christi?* Nam si ii qui se hominibus adscripserunt peccavere, non certe ii qui se Christo addicebant. Sed non eos hac de re accusabat, quod se Christo adscriberent, sed solum quod non omnes. Puto autem ipsum hoc ex se adjecisse, ut graviorem faceret accusationem, et ostenderet Christum uni datum esse parti, etiamsi illi hoc non sic facerent. Quod enim hoc subindicaverit, per ea quæ sequuntur ostendit dicens : 13. *Divisus est Christus?* Id est, Christum concidistis, et corpus ejus divisistis. Vides iram, vides increpationem, vides sermonem indignatione plenum? Cum enim non probatione utatur, sed interroget tantum, hoc facit quasi absurditas illa in confesso sit. Quidam vero aliud subindicare putant, cum ait : *Divisus est Christus ;* nempe dispertiit apud homines et divisit Ecclesiam, et partem quidem ipse cepit, aliamque illis dedit. Deinde absurditatem illam tollit dicens : *Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Vide mentem Christi amantem, quomodo in nomen suum deinceps totum adducat, ubertim ostendens hunc honorem nemini competere. Ac ne videatur invidia motus hæc dicere, ideo se frequenter circumversat : et prudentiam considera. Non enim dixit, Num Paulus

Digitized by Google

τὸ ὄνομα ἱκανὰ σφόδρα αὐτῶν[a] καθάψασθαι. Οὐ γὰρ πολλὰ γέγονεν ὁλόκληρα μέρη, ἀλλὰ καὶ τὸ ἓν ἀπώλετο. Εἰ μὲν γὰρ Ἐκκλησίαι ἦσαν ὁλόκληροι, ἦν πολλὰ τὰ συστήματα· εἰ δὲ σχίσματα, καὶ τὸ ἓν διεφθάρη. Τὸ γὰρ ὁλόκληρον, ὅταν εἰς πολλὰ διαιρεθῇ, οὐ μόνον πολλὰ οὐ γίνεται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἓν ἀπόλλυται. Τοιαύτη τῶν σχισμάτων ἡ φύσις. Εἶτα, ἐπειδὴ σφόδρα καθήψατο τῇ προσηγορίᾳ τοῦ σχίσματος, πάλιν λεαίνει καὶ πραΰνει λέγων· *Ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε*, Μὴ νομίσητε, φησίν, ὅτι μέχρι ῥημάτων εἶπον εἶναι τὴν ὁμόνοιαν· τὴν γὰρ ἀπὸ διανοίας συμφωνίαν ἐπιζητῶ· ἀλλ' ἐπειδὴ ἔστι καὶ λέγειν ἀπὸ διανοίας τὸ αὐτό, οὐ μὴν ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασι, διὰ τοῦτο καὶ τοῦτο προσέθηκε, τό, *Ἦτε δὲ κατηρτισμένοι.* Ὁ γὰρ ἡνωμένος ἕν τινι, ἕν τινι ὃ διχονοῶν[b], οὐκέτι κατήρτισται, οὐδὲ ἁπήρτισται εἰς ὁμοφροσύνην. Ἔστι δὲ καὶ τοῖς νοήμασι συμφωνοῦντα, μηδέπω καὶ τῇ γνώμῃ συμφωνεῖν· οἷον, ὅταν τὴν αὐτὴν πίστιν ἔχοντες, μὴ ὦμεν συνημμένοι κατὰ τὴν ἀγάπην. Οὕτω γὰρ κατὰ μὲν τὰ νοήματα ἡνώμεθα (τὰ γὰρ αὐτὰ νοοῦμεν), κατὰ δὲ τὴν γνώμην οὐκέτι· ὅπερ οὖν καὶ τότε ἐγένετο, τοῦ μὲν τὸν δεῖνα, τοῦ δὲ τὸν δεῖνα αἱρουμένου. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι καὶ τῷ νοῒ καὶ τῇ γνώμῃ δεῖ συμφωνεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ διεστάναι κατὰ τὴν πίστιν τὰ σχίσματα ἐγίνετο, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ τὴν γνώμην διῃρῆσθαι κατὰ ἀνθρωπίνην φιλονεικίαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἐγκαλούμενος, ἕως ἂν μὴ ἔχῃ τοὺς μάρτυρας, ἀπαναισχυντεῖ, ὅρα πῶς μὴ συγχωρῶν εἰς ἄρνησιν ἐξελθεῖν μάρτυρας παρήγαγεν. *Ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης.* Καὶ οὔτε εὐθέως τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ πρότερον τὸ ἔγκλημα τέθεικεν, ὅπερ πεπιστευκότος ἦν τοῖς δηλώσασιν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὐδ' ἂν ἐνεκάλεσεν· οὐ γὰρ ἂν ἁπλῶς ὁ Παῦλος ἐπίστευσεν. Οὔτε οὖν εὐθέως εἶπεν ὅτι ἐδηλώθη, ἵνα μὴ δόξῃ ὡς ἐξ ἐκείνων ἐγκαλεῖν, οὔτε ἀπεσιώπησεν, ἵνα μὴ δόξῃ ἐξ ἑαυτοῦ μόνον λέγειν. Καὶ πάλιν ἀδελφοὺς αὐτοὺς ὀνομάζει. Κἂν γὰρ ᾖ δῆλον τὸ ἁμάρτημα, οὐδὲν κωλύει ἀδελφοὺς καλεῖν ἔτι. Σκόπει δὲ τὴν σύνεσιν, πῶς οὐ κεχωρισμένον ἔθηκε τὸ πρόσωπον, ἀλλ' ὁλόκληρον οἰκίαν, ὥστε μὴ ἐκπολεμῶσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν εἰρηκότα· οὕτω γὰρ καὶ περιέστειλεν [16] ἐκεῖνον, καὶ τὴν κατηγορίαν ἀδεῶς ἐξεκάλυψεν. Οὐ γὰρ τὸ ἐκείνων εἶδε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τούτων συμφέρον. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν· Ἐδηλώθη μοι παρά τινων, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν δήλην ἐποίησεν, ὥστε μὴ νομίζεσθαι πλάττειν. Τί ἐδηλώθη; *Ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσιν.* Ὅτε μὲν οὖν αὐτοῖς ἐπιτιμᾷ, λέγει· *Ἵνα μὴ ἐν ὑμῖν σχίσματα ᾖ·* ὅτε δὲ τὰ ἑτέρων ἀπαγγέλλει, πραότερον ἀπαγγέλλει λέγων, *Ἐδηλώθη γάρ μοι, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσιν*, ὥστε μὴ συγκροῦσαι τοὺς εἰρηκότας. Εἶτα λέγει καὶ τῆς ἔριδος τὸ εἶδος. *Ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει· Ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ.* Ἔριδας γὰρ οὐ φημί, φησί, τὰς περὶ ἰδιωτικῶν πραγμάτων, ἀλλὰ τὰς χαλεπωτέρας. *Ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει.* Οὐ γὰρ μέρος, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐπενέμετο τῆς Ἐκκλησίας ἡ φθορά. Καίτοι γε οὐδὲ περὶ ἑαυτοῦ, οὐδὲ περὶ Πέτρου, οὐδὲ περὶ Ἀπολλὼ ἔλεγον· ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι εἰ τούτοις ἐπερείδεσθαι οὐ χρή, πολλῷ μᾶλλον ἑτέροις. Ὅτι γὰρ οὔτε περὶ αὐτῶν ἔλεγον, προϊών φησι· *Ταῦτα δὲ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλώ, ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται, φρονεῖν.* Εἰ γὰρ Παύλου καὶ Ἀπολλὼ καὶ Κηφᾶ οὐκ ἐχρῆν ἐπιφημίζειν ἑαυτοῖς τὰ ὀνόματα, πολλῷ μᾶλλον ἑτέρων. Εἰ τὸν διδάσκαλον, καὶ πρῶτον τῶν ἀποστόλων, καὶ τοσοῦτον κατηχήσαντα δῆμον, οὐκ ἐχρῆν ἐπιγράφεσθαι, πολλῷ μᾶλλον τοὺς οὐδὲν ὄντας. Μεθ' ὑπερβολῆς τοίνυν, ἀπαγαγεῖν αὐτοὺς[c] τοῦ νοσήματος σπεύδων, ταῦτα τίθησι τὰ ὀνόματα· ἄλλως δὲ καὶ ἀνεπαχθέστερον ποιεῖ τὸν λόγον, οὐκ ὀνομαστὶ μεμνημένος τῶν διατεμνόντων τὴν Ἐκκλησίαν, ἀλλ' ὥσπερ τισὶ προσώποις[d] ταῖς τῶν ἀποστόλων προσηγορίαις κρύπτων αὐτούς· *Ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ.*

β'. Οὐ προτιμῶν ἑαυτὸν τοῦ Πέτρου τέθεικεν ἔσχατον ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τὸν Πέτρον ἑαυτοῦ προτιθείς. Κατὰ γὰρ αὔξησιν προήγαγε τὸν λόγον, ἵνα μὴ νομισθῇ φθόνῳ τοῦτο ποιεῖν καὶ ἀφαιρεῖσθαι ἐκείνους[e] τὴν τιμὴν διὰ βασκανίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἑαυτὸν τέθεικε πρῶτον. Ὁ γὰρ πρῶτον ἑαυτὸν ἀποδοκιμάζων, οὐκ ἀπὸ τοῦ τιμῆς ἐρᾷν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σφόδρα καταφρονεῖν τῆς τοιαύτης δόξης. Τὴν τοίνυν ἅπασαν προσβολὴν αὐτὸς δέχεται, καὶ τότε τίθησι τὸν Ἀπολλώ, καὶ τότε τὸν Κηφᾶν. Οὐ τοίνυν ἐπαίρων ἑαυτὸν τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλ' ἐν οἷς οὐκ ἐχρῆν γίνεσθαι, διὰ τοῦ οἰκείου προσώπου πρῶτον ποιεῖται τὴν διόρθωσιν. Ἀλλ' ὅτι μὲν οἱ τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι προσνέμοντες ἑαυτοὺς ἡμάρτανον, δῆλον· καὶ καλῶς ἐνεκάλεσεν εἰπών, ὅτι Οὐ καλῶς ποιεῖτε λέγοντες, *Ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ*· τίνος δὲ ἕνεκεν προσέθηκεν, *Ἐγὼ δὲ Χριστοῦ*; Εἰ γὰρ οἱ ἀνθρώποις προσνέμοντες ἑαυτοὺς ἡμάρτανον, οὐ δήπου καὶ οἱ τῷ Χριστῷ ἑαυτοὺς ἀνατιθέντες. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐνεκάλει, ὅτι τὸν Χριστὸν ἑαυτοῖς ἐπεφήμιζον, ἀλλ' ὅτι μὴ πάντες μόνον. Οἶμαι δὲ αὐτὸν καὶ οἰκοθεν αὐτὸ προστεθεικέναι βουλόμενον βαρύτερον τὸ ἔγκλημα ποιῆσαι, καὶ δεῖξαι οὕτω καὶ τὸν [17] Χριστὸν εἰς μέρος δοθέντα ἕν, εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐποίουν τοῦτο ἐκεῖνοι. Ὅτι γὰρ τοῦτο ἠνίξατο, διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν εἰπών· *Μεμέρισται ὁ Χριστός*; Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Κατετέμετε τὸν Χριστὸν καὶ διεῖλετε αὐτοῦ τὸ σῶμα. Ὁρᾷς θυμόν, ὁρᾷς ἐπίπληξιν, ὁρᾷς λόγον γέμοντα ἀγανακτήσεως; Ὅταν γὰρ μὴ κατασκευάζῃ, ἀλλ' ἐρωτᾷ μόνον, ὡς ὁμολογημένου τοῦ ἀτόπου τοῦτο ποιεῖ. Τινὲς δὲ καὶ ἕτερον αὐτόν φασιν αἰνίττεσθαι διὰ τοῦ λέγειν· *Μεμέρισται ὁ Χριστός*· οἷον, διενείματο πρὸς ἀνθρώπους καὶ ἐμερίσατο τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ μοῖραν τὴν μὲν αὐτὸς ἔλαβε, τὴν δὲ ἐκείνοις ἔδωκεν. Εἶτα ἐργάζεται λοιπὸν τὴν ἀναίρεσιν τοῦ ἀτόπου, λέγων· *Μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε*; Ὅρα φιλόχριστον γνώμην, πῶς ἐπὶ τοῦ οἰκείου λοιπὸν ὀνόματος προσάγει τὸ πᾶν, ἐκ περιουσίας δεικνὺς, ὅτι οὐ προσήκει οὐδενὶ αὕτη ἡ τιμή. Καὶ ἵνα μὴ δόξῃ φθόνῳ κινούμενος ταῦτα λέγειν, διὰ τοῦτο συνεχῶς ἑαυτὸν περιστρέφει· καὶ σκόπει τὴν σύνεσιν. Οὐ γὰρ εἶπε, Μὴ Παῦλος τὸν κόσμον ἐποίησε; μὴ Παῦλος ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν; ἀλλ' ἃ ἦν τῶν πιστῶν ἐξαίρετα μόνον καὶ πολλῆς κηδεμονίας, ταῦτα τίθησι, τὸν σταυρὸν καὶ τὸ βάπτισμα, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἀγαθά. Δείκνυσι μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ ἡ τοῦ κόσμου δημιουργία, μᾶλι-

[a] Reg., ἡ ἔμφασις, ἱκανὸν καὶ αὐτὸ εἰς κατηγορίας ὄνομα· μᾶλλον δὲ ἀρκεῖ ἡ τοῦ σχίσματος προσηγορία σφόδρα αὐτῶν. [b] Διχονοῶν Regius cod., optime. Editi διαχέων, minus recte

[c] Legebatur ἀπαγαγών. [d] Suspicatur Savilius legendum προσωπείοις. Sed puto locum bene habere [e] Legebatur ἐκείνου.

Digitized by Google

στα δὲ ἡ διὰ τοῦ σταυροῦ συγκατάβασις. Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ Παῦλος ἀπέθανεν ὑπὲρ ὑμῶν; ἀλλὰ, *Μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη;* καὶ τὸ εἶδος τοῦ θανάτου τιθείς· *ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε;* Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ Παῦλος ἐβάπτισεν ὑμᾶς; ἐβάπτισε γὰρ πολλούς· ἀλλ' οὐ τὸ ζητούμενον τοῦτο ἦν, ὑπὸ τίνος ἐβαπτίσθησαν, ἀλλὰ τὸ εἰς τίνος ὄνομα ἐβαπτίσθησαν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοῦτο αἴτιον ἐγένετο σχισμάτων, τὸ ἀπὸ τῶν βαπτισάντων καλεῖσθαι, καὶ τοῦτο διορθοῦται λέγων, *Μὴ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε;* Καὶ μὴ γὰρ εἴπῃς, φησὶ, Τίς ἐβάπτισεν, ἀλλ', Εἰς τὸ τίνος ὄνομα; Οὐ γὰρ ὁ βαπτίσας, ἀλλ' ὁ καλούμενος εἰς τὸ βάπτισμα ζητεῖται· οὗτος γὰρ ἀφίησι τὰ ἁμαρτήματα. Καὶ ἄχρι τούτου στήσας τὸν λόγον, οὐκέτι τοῖς ἔξῃς ἐπεξέρχεται. Οὐ γὰρ λέγει, Μὴ Παῦλος ὑμῖν ἐπηγγείλατο τὰ μέλλοντα ἀγαθά; μὴ Παῦλος ὑμῖν ὑπέσχετο βασιλείαν οὐρανῶν; Τί δήποτε οὖν οὐχὶ καὶ ταῦτα προστίθησιν; Ὅτι οὐκ ἔστιν ἴσον βασιλείαν ἐπαγγείλασθαι, καὶ σταυρωθῆναι. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὔτε κίνδυνον εἶχεν, οὔτε αἰσχύνην ἔφερε· τοῦτο δὲ ἅπαντα ταῦτα· ἄλλως δὲ καὶ ἐκεῖνα ἀπὸ τούτων κατασκευάζει. Εἰπὼν γάρ, *Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο,* ἐπήγαγε, *Πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;* καὶ πάλιν, *Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα.* Τούτου ἕνεκεν οὐκ ἐπήγαγεν ἐκεῖνα· καὶ ὅτι τὰ μὲν οὐδέπω εἶχον, τῶν δὲ ἤδη πεῖραν εἰλήφεσαν, καὶ τὰ μὲν ἦν ἐν ἐπαγγελίαις, τὰ δὲ ἤδη γεγένητο. *Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον.* [18] Τί μέγα φρονεῖτε ἐπὶ τῷ βαπτίσαι, ὅπου γε ἐγὼ καὶ εὐχαριστῶ, ὅτι οὐκ ἐποίησα τοῦτο; Ταῦτα δὲ λέγων, καθαιρεῖ τὸ ἐπὶ τούτῳ φύσημα οἰκονομικῶς, οὐχὶ τὴν δύναμιν τοῦ βαπτίσματος, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν ἀπόνοιαν τῶν μέγα ἐπὶ τῷ βαπτίσαι φρονούντων, πρῶτον μὲν τῷ δεικνύναι, ὅτι οὐκ αὐτῶν ἐστι τὸ δῶρον, δεύτερον δὲ τῷ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ διὰ τοῦτο. Μέγα μὲν γὰρ τὸ βάπτισμα, ἀλλὰ μέγα αὐτὸ οὐχ ὁ βαπτίζων ποιεῖ, ἀλλ' ὁ καλούμενος εἰς τὸ βάπτισμα· ἐπεὶ τὸ βαπτίσαι οὐδέν ἐστιν ὅσον εἰς ἀνθρώπινον πόνον, ἀλλὰ πολλῷ ἔλαττον τοῦ εὐαγγελίσασθαι. Μέγα μὲν γάρ ἐστι, πάλιν φημὶ, τὸ βάπτισμα, καὶ ἄνευ βαπτίσματος ἀμήχανον βασιλείας ἐπιτυχεῖν· ἀλλὰ δύναται αὐτὸ καὶ ἀνὴρ οὐ σφόδρα γενναῖος ποιῆσαι, τὸ δὲ εὐαγγελίσασθαι πολλοῦ δεῖται πόνου.

γ'. Λέγει δὲ καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν εὐχαριστεῖ, ὅτε οὐδένα ἐβάπτισε. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; *Ἵνα μή τις εἴπῃ, φησὶ, ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβαπτίσθητε.* Τί δαί; περὶ γὰρ ἐκείνων τοῦτο ἔλεγον [a]; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ δέδοικα, φησὶ, μὴ καὶ εἰς τοῦτο προβῇ τὸ νόσημα. Εἰ γὰρ εὐτελῶν ἀνθρώπων καὶ οὐδενὸς ἀξίων λόγου βαπτιζόντων, αἱρεσις γέγονεν, εἰ ἐγὼ ὁ καταγγέλλας τὸ βάπτισμα πολλοὺς ἐβάπτισα, εἰκὸς ἦν συστάντας μὴ μόνον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου καλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ βάπτισμα ἐμοὶ ἐπιφημίζειν. Εἰ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων τοσοῦτον ἐγένετο κακὸν, ἴσως ἂν καὶ ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον ἀπὸ τῶν μειζόνων προῦβη. Ἐντρέψας τοίνυν τοὺς διεφθαρμένους ταύτῃ, καὶ προσειπὼν, *Ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον,* πάλιν αὐτῶν ὑποσύρει τὸν τῦφον λέγων· *Λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.* Ἐντεῦθεν γὰρ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ περισπούδαστον ἦν αὐτῷ τῆς ἀπὸ τούτου τιμῆς ἀπολαύειν παρὰ τῶν πολλῶν, οὐδὲ δόξης ἕνεκεν ἐπὶ τοῦτο ἦρχετο. Οὐ τούτοις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑξῆς σφόδρα αὐτῶν καταστέλλει τὴν φλεγμονὴν, λέγων· *Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλὰ εὐαγγελίζεσθαι.* Τὸ γὰρ ἐπιπονώτερον καὶ πολλοῦ δεόμενον μόχθου καὶ ψυχῆς σιδηρᾶς, καὶ ὃ πάντα συνεῖχε, τοῦτο ἦν. Διὸ καὶ Παῦλος αὐτὸ ἐνεχειρίζετο. Καὶ τίνος ἕνεκεν μὴ ἀποσταλεὶς βαπτίζειν, ἐβάπτιζεν; Οὐ μαχόμενος τῷ ἀποστείλαντι, ἀλλ' ἐκ περιουσίας τοῦτο ποιῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐκωλύθην, ἀλλ' ὅτι Οὐκ ἀπεστάλην ἐπὶ τούτῳ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἀναγκαιοτάτῳ. Τὸ μὲν γὰρ εὐαγγελίζεσθαι ἑνός που καὶ δευτέρου, τὸ δὲ βαπτίζειν παντὸς ἂν εἴη τοῦ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντος. Ἄνθρωπον μὲν γὰρ κατηχούμενον λαβόντας καὶ πεπεισμένον βαπτίσαι, παντὸς οὐτινοσοῦν ἐστιν· ἡ γὰρ προαίρεσις τοῦ προσιόντος λοιπὸν ἐργάζεται τὸ πᾶν, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις· ὅταν δὲ ἀπίστους δέῃ κατηχῆσαι, πολλοῦ δεῖ πόνου, πολλῆς τῆς σοφίας· τότε δὲ καὶ τὸ κινδυνεύειν προσῆν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ πᾶν γέγονε, καὶ πέπεισται ὁ μυσταγωγεῖσθαι μέλλων, καὶ οὐδὲν μέγα, πεισθέντα βαπτίσαι· ἐνταῦθα δὲ πολὺς ὁ πόνος ὥστε μεταπεῖσαι προαίρεσιν, καὶ μεταθεῖναι γνώμην, καὶ ἀναμοχλεῦσαι πλάνην, καὶ καταφυτεῦσαι τὴν ἀλήθειαν. [19] Ἀλλ' οὐ λέγει ταῦτα οὕτως, οὐδὲ κατασκευάζει καί φησιν, ὅτι οὐδένα πόνον ἔχει τὸ βαπτίσαι, ἀλλὰ τὸ εὐαγγελίσασθαι· οἶδε γὰρ ἀεὶ μετριάζειν· ἀλλ' ἐν τῇ συγκρίσει τῆς ἔξωθεν σοφίας σφόδρα ἀποτείνεται, ἔνθα καταφορικωτέρῳ ἠδύνατο χρήσασθαι λόγῳ. Οὐ τοίνυν ἐναντιούμενος τῷ πέμποντι ἐβάπτιζεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν χηρῶν, εἰπόντων τῶν ἀποστόλων, *Οὐκ ἔστιν ἀρεστὸν καταλιπόντας ἡμᾶς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις,* διηκονήσατο, οὐκ ἐναντιούμενος ἐκείνοις, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ποιῶν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Ἐπεὶ καὶ νῦν τοῖς μὲν ἀφελεστέροις τῶν πρεσβυτέρων τοῦτο ἐγχειρίζομεν, τὸν δὲ διδασκαλικὸν λόγον τοῖς σοφωτέροις· ἐκεῖ γάρ ἐστιν ὁ πόνος καὶ ὁ ἱδρώς. Διὸ καὶ αὐτός φησιν· *Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ.* Ὥσπερ γὰρ τὸ μὲν διδάξαι τοὺς παλαίοντας, ἀνδρός ἐστι γενναίου καὶ παιδοτρίβου σοφοῦ, τὸ δὲ ἐπιθεῖναι τὸν στέφανον τῷ νικήσαντι καὶ τοῦ μὴ δυναμένου παλαίειν ἐστὶ, καίτοι γε ὁ στέφανος λαμπρότερον ποιεῖ τὸν νικήσαντα· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος· ἀδύνατον μὲν γὰρ χωρὶς αὐτοῦ σωθῆναι, οὐδὲν δὲ μέγα ὁ βαπτίζων ποιεῖ, προαίρεσιν παρεσκευασμένην λαβών. *Οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ.* Καθελὼν τὸ φύσημα τῶν διὰ τὸ βαπτίζειν μέγα φρονούντων, μεθίσταται λοιπὸν πρὸς τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ τῇ ἔξωθεν κομπάζοντας, καὶ κατ' αὐτῶν ὁπλίζεται σφοδρότερον. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς ἐπὶ τῷ βαπτίζειν πεφυσιωμένους ἔλεγεν, *Εὐχαριστῶ, ὅτι οὐδένα ἐβάπτισα,* καὶ ὅτι οὐκ ἀπέστειλέ με ὁ Χριστὸς βαπτίζειν· καὶ οὔτε σφοδρῶς οὔτε κατασκευαστικῶς κέχρηται τῷ λόγῳ, ἀλλ' αἰνιξάμενος δι' ὀλίγων ἅπερ ἐβούλετο, παρέδραμεν· ἐνταῦθα δὲ ἐκ προοιμίων χαλεπὴν δίδωσι τὴν πληγὴν λέγων· *Ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ.* Τί τοίνυν μέγα φρονεῖς, ἐφ' ᾧ ἐγκαλύπτεσθαι [b] ἔδει; Εἰ γὰρ πολεμεῖ τῷ σταυρῷ καὶ μάχεται τοῖς Εὐαγγελίοις ἡ σοφία αὕτη, οὐκ αὐχεῖν ἐπ' αὐτῇ, ἀλλὰ καταδύεσθαι δεῖ. Τοῦτο γὰρ αἴτιον τοῦ μὴ γενέσθαι τοὺς ἀποστόλους σοφοὺς, οὐκ ἀσθενείᾳ τοῦ χαρίσματος, ἀλλ' ἵνα μὴ βλαβῇ τὸ κήρυγμα. Οὐκ ἄρα ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ συνιστῶντες τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ λυμαινόμενοι· οἱ

[a] Sic Reg. Editi ἔλεγεν. Paulo ante deerat τί δαί.

[b] Sic Reg. Editi vero καλύπτεσθαι, male.

Digitized by Google

mundum condidit? num Paulus vos ex nihilo produxit? sed quæ in fidelibus erant eximia, et magnæ providentiæ, ea ponit, crucem et baptismum, et bona inde parta. Nam Dei erga homines amorem ostendit mundi creatio, maxime vero illa per crucem demissio. Et non dixit, Num Paulus mortuus est pro vobis? sed, *Num Paulus crucifixus est?* mortis quoque genus indicans? *et in nomine Pauli baptizati estis?* Nec dixit, Num Paulus vos baptizavit? multos enim ille baptizavit: verum id non quærebatur, a quo nempe baptizati fuissent, sed in cujus nomine baptizati essent. Quia enim hoc schismatum causa fuerat, quod ex baptizantibus nomen acciperent, hoc etiam corrigit dicens, *An in nomine Pauli baptizati estis?* Et ne dixeris, inquit, Quis baptizavit, sed, In cujus nomine. Non enim quæritur quis baptizet, sed quis in baptismate vocetur: hic enim peccata dimittit. Hic gradum sistit, nec quæ sequuntur persequitur. Non enim dicit, Num Paulus vobis futura bona promisit? num Paulus vobis promisit regnum cælorum? Cur ergo hæc non adjicit? Quia non par res est regnum promittere et crucifigi. Illud enim nec periculum habebat, nec afferebat ignominiam: hoc vero hæc omnia. Alioquin autem ab his illa probat. Cum dixisset enim, *Qui proprio Filio suo non pepercit*, adjicit, *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit* (*Rom.* 8. 32)? et rursum, *Si enim inimici cum essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvabimur* (*Id.* 5. 10). Ideo non illa subjunxit, et quod illa quidem nondum haberent, horum autem jam experientiam accepissent; et quod illa quidem in promissionibus, hæc vero jam facta essent. 14. *Gratias ago Deo meo, quia neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et Gaium.* Cur altum sapitis, quod baptizetis, quando ego gratias ago, quod hoc non fecerim? Cum hæc autem dicit, illorum tumorem prudenter tollit; non vim baptismatis, absit, sed arrogantiam eorum, qui de dato baptismate gloriabantur; primo ostendens non ipsorum esse donum; secundo gratias agens Deo ea de causa. Nam magnum quidem est baptisma, sed non illum magnum facit is qui baptizat, sed qui in baptismate invocatur. Baptizare enim nihil est, quod ad humanum attinet laborem; sed multo minus est, quam evangelizare. Nam magna quidem res est baptisma, iterum dico, et sine baptismate non possumus regnum consequi: sed potest hoc facere vir non admodum præclarus; evangelizare autem multi laboris est.

3. Causam vero dicit cur gratias agat, quod nullum baptizaverit. Quænam illa est? 15. *Ne quis dicat, inquit, quod in nomine meo baptizati estis.* Quid vero? de illisne hoc dicebant? Minime: sed timeo, inquit, ne eo morbus deveniat. Nam si cum viles et nullius pretii homines baptizarent, hæresis nata est; si ego qui baptismum annuntiavi multos baptizassem, verisimile erat eos qui convenerant, non modo nomine meo vocandos fore, sed etiam baptisma mihi adscripturos fuisse. Si enim a minimis tantum ortum est malum, forte longe gravius a majoribus provenisset. Cum igitur eos qui corrupti erant hoc modo increpasset, ac dixisset, 16. *Baptizavi autem et Stephanæ domum;* illorum fastum rursus deprimit, dicens, *Cæterum nescio an aliquem alium baptizaverim.* Hinc enim ostendit non curæ illi fuisse hoc frui apud vulgus honore, nec gloriæ causa ad hoc venisse. Non his tantum, sed etiam in sequentibus illorum fastum deprimit, dicens: 17. *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.* Nam hoc et laboriosius erat, sudore multo opus habebat ferreoque animo, omniaque continebat: ideoque Paulo commissum fuit. Et cur ad baptizandum non missus, baptizabat? Non pugnans adversus eum qui se miserat, sed ex abundanti hoc faciebat. Non enim dixit, prohibitum mihi fuit, sed, Non sum missus ad hoc, sed ad rem maxime necessariam. Nam evangelizare unius aut duorum erat; baptizare autem cujuslibet est, qui præditus sit sacerdotio. Hominem namque catechumenum et persuasum baptizare cujuslibet est: voluntas enim accedentis deinceps totum efficit, cum Dei gratia. Cum autem infideles sunt ad fidem instituendi, multo opus est labore, multa sapientia: tunc autem etiam subeundum erat periculum. In baptizando enim totum factum est, et persuasus est is qui in mysterium est admittendus; nihilque magnum est persuasum baptizare: hic vero multus labor, ut voluntas et propositum mutetur, error convellatur, et veritas inseratur. Verum hæc ille non ita dicit, neque probatione utitur, nec dicit, nullum esse laborem baptizare, sed evangelizare secus: scit enim semper modum tenere: sed, in comparatione cum externa sapientia valde contendit, ubi vehementiore uti potuit oratione. Non ergo contra jussum mittentis baptizabat; sed sicut cum de viduis dixissent apostoli, *Non expedit nobis relicto verbo Dei ministrare mensis* (*Act.* 6. 2), ille ministravit non illis repugnans, sed ex abundantia fervoris id fecit: ita et hic quoque. Nunc enim simplicioribus presbyteris hoc committimus, et doctrinæ verbum sapientioribus: illic enim labor et sudor est. Quapropter et ipse ait: *Qui recte præsunt presbyteri, duplici honore dignentur; maxime autem qui laborant in verbo et doctrina* (1. *Tim.* 5. 17). Quemadmodum enim docere eos, qui ludicra certamina adeunt, viri strenui est et sapientis prædotribæ; coronam autem victori imponere, ejus etiam est qui certare nequit, etsi corona victorem reddit splendidiorem: sic de baptismo dicendum: nullus enim potest sine illo salutem consequi; nihil tamen magnum facit is qui baptizat, cum voluntatis propositum paratum invenit. *Non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.* Cum depressisset illorum tumorem, qui quod baptizarent altum sapiebant; transit postea ad illos, qui de externa sapientia gloriabantur, et adversus illos vehementius armatur. Adversus illos enim, qui quod baptizarent inflabantur, dicebat, *Gratias ago, quod nullum baptizaverim*, et quod Christus me ad baptizandum non miserit; nec vehementibus usus est argumentis, sed quæ volebat paucis subindicans, prætercurrit: hic autem a prin-

Digitized by Google

cipio gravem infligit plagam dicens, *ut non evacuetur crux Christi*. Cur ergo altum sapis de iis, ob quæ pudore suffundi oporteret? Si enim hæc sapientia cum cruce pugnat et cum Evangeliis concertat, non gloriari de illa, sed pudore affici oportet. Hæc enim causa fuit, cur apostoli non sapientes sive philosophi fuerint, non ex charismatis imbecillitate, sed ut ne prædicatio læderetur. Non ergo illi verbum confirmabant, sed labefactabant; at idiotæ vere confirmabant. Hoc retundit fastum, hoc tumorem comprimit, hoc modeste agere suadet. At si non in sapientia verbi, inquies, cur Apollo virum doctum miserunt? Non vi orationis confidentes, sed quia potens erat in Scripturis, et confutabat Judæos. Alioquin autem id quod quærebatur erat, ut qui primas tenebant et verbum serere cœperunt, non essent docti. Hi magna virtute opus habebant, ut a principio errorem depellerent, et tunc in ipso ingressu magna fortitudine opus erat.

4. Qui ergo eruditis ab initio opus non habuit ut errorem depelleret, si postea eruditos admisit, non quasi illis indigens hoc fecit, sed quasi non discernens. Sicut enim sapientibus hujusmodi non egebat ad id quod volebat perficiendum : ita si postea illos inveniret, non rejiciebat. Tu vero mihi illud ostende, an Petrus et Paulus eruditi essent. Sed non poteris : erant enim idiotæ et illiterati. Quemadmodum igitur Christus quando discipulos misit in orbem, cum potentiam suam primum in Palæstina ostendisset illis, et dixisset : *Quando misi vos sine crumena et pera et calceis, numquid vobis aliquid defuit* (*Luc.* 22. 35)? tunc permisit ut deinceps et peram et crumenam haberent : ita hic quoque fecit. Nam id, quod quærebatur, erat ut Christi potentia ostenderetur; non ut propter externam sapientiam a fide ejicerentur ii qui accederent. Cum ergo Græci discipulos accusabunt ut idiotas, nos, plus quam illi, accusemus ipsos. Nec quis dicat Paulum sapientem, id est, doctum fuisse; sed eos, qui apud illos ob sapientiam et eloquentiam celebres sunt, extollentes, illos omnes qui apud nos fuere, rudes fuisse dicamus. Non parum enim in hac quoque parte illos dejiciemus : sic quippe splendida erit victoria.

Disputatio circa Paulum et Platonem. — Hæc autem dixi, quia Christianum quempiam aliquando audivi contra Græcum ridicule disputantem : ambo namque in disputatione rem suam confutabant et pessumdabant. Nam quæ Christianum dicere oportuisset, illa dicebat Græcus; et quæ Græcum dicere par erat, hæc Christianus opponebat. Nam cum de Paulo et de Platone quæstio esset, Græcus ille ostendere conabatur Paulum indoctum et rudem fuisse : Christianus vero ex simplicitate probare contendebat, Platone doctiorem et disertiorem fuisse Paulum. Ita porro Græcus victor fuisset, si hæc vicisset propositio. Nam si Platone doctior et eloquentior fuit Paulus, multi, ut verisimile est, opponent, illum non gratia, sed eloquentia superasse. Itaque sic loquens Christianus, pro Græco stabat : quod autem Græcus dicebat, pro Christiano faciebat. Nam si, ut dicebam, inerudituſ erat Paulus, et tamen Platonem vicit, splendida fuit victoria : indoctus quippe ille, omnes discipulos ejus adortus, persuasos secum abduxit. Unde palam est non in sapientia humana prædicationem prævaluisse, sed per Dei gratiam. Ne igitur in eadem incidamus, neve irrideamur, cum contra Græcos sic disputamus, apostolos tamquam indoctos accusemus : talis enim accusatio encomium est. Et cum dixerint illi, agrestes fuisse apostolos, nos addamus etiam fuisse indoctos, illiteratos, pauperes, viles et obscuros. Non sunt hæc maledicta apostolis illata, sed ad illorum gloriam cedit, quod tales cum essent, toto orbe terrarum fuerint clariores. Hi enim idiotæ, agrestes, indocti, sapientes illos, potentes, tyrannos, qui divitiis, gloria et externis cæteris rebus fruebantur et gloriabantur, quasi nec viri essent profligarunt. Unde palam est magnam esse crucis potentiam, et hæc non humana vi facta esse. Non enim humanæ naturæ sunt illa, sed supra naturam patrata sunt. Cum autem supra naturam et admodum ultra naturam quædam efficiuntur cum decoro et utilitate; palam est illa ex divina quadam virtute et operatione facta esse. Animadverte autem : piscator, tentoriorum artifex, publicanus, imperitus, illiteratus, ex Palæstina regione longinqua venientes, philosophis, oratoribus, dicendi peritis, ex patria expulsis omnibus, brevi temporis spatio illos vicerunt, cum periculis multis, populis et regibus ipsos oppugnantibus, ipsa pugnante natura; temporis antiquitate, obsistente etiam longa consuetudine, armatis dæmonibus, diabolo in acie stante et omnia movente, reges, principes, populos, gentes, urbes, barbaros, Græcos, philosophos, oratores, sophistas, scriptores, leges, tribunalia, supplicia varia, mortes innumeras et diversas. Attamen hæc omnia ita repulsa sunt et cesserunt, loquentibus piscatoribus, perinde ut tenuis pulvis, qui vehementium ventorum impetum ferre nequit. Discamus ergo sic cum Græcis disputare, ut ne simus tamquam bestiæ et pecora; sed parati semper ad spem nostram tuendam. Et interim hoc caput meditemur, quod non parvum est, illisque dicamus : Undenam infirmi fortes illos vicerunt, duodecim universum orbem? iique non iisdem utentes armis, sed nudi contra armatos pugnantes?

5. *Apostolorum victoria mirabilis; exemplo magis quam philosophia prædicandum.* — Dic enim, si duodecim viri rei militaris imperiti in armatam pugnatorum innumerabilium aciem irrumpentes, non inermes tantum, sed etiam corpore infirmi, ab illis nihil male paterentur, neque innumerabilibus telis impetiti sauciarentur; habentes autem tela infixa corpori nudo, omnes prosternerent, non armis utentes, sed manu ferientes; deinde alios occiderent, alios captivos abducerent, nullis acceptis vulneribus : an quis diceret rem talem gestam humanam esse? Atqui apostolicum tropæum longe illo mirabilius est. Longe enim mirabilius est quam nudum non vulnerari, quod imperitus et illiteratus atque piscator tantam superet dicendi

Digitized by Google

δὲ ἰδιῶται οἱ βεβαιοῦντες. Τοῦτο οἶδε κολάσαι [a] τῦφον, τοῦτο καταστεῖλαι φλεγμονήν, τοῦτο πεῖσαι μετριάζειν. Καὶ εἰ οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, τίνος ἕνεκεν τὸν Ἀπολλὼ λόγιον ὄντα ἔπεμψαν, φησί [b]; Οὐ τῇ τῶν λόγων δυνάμει θαῤῥοῦντες, ἀλλ' ὅτι δυνατὸς ἦν ἐν ταῖς Γραφαῖς, καὶ ἤλεγχε τοὺς Ἰουδαίους. Ἄλλως δὲ τὸ ζητούμενον ἦν, τὸ τοὺς πρωτοστάτας καὶ ἀρξαμένους σπείρειν τὸν λόγον μὴ εἶναι λογίους. Οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ πολλῆς δεόμενοι δυνάμεως, ὥστε ἀπώσασθαι τὴν πλάνην ἐκ προοιμίων, καὶ τότε πολλῆς ἔδει τῆς ἰσχύος εἰς αὐτὴν τὴν εἴσοδον.

δ'. Ὁ τοίνυν μὴ δεηθεὶς εὐπαιδεύτων ἐκ προοιμίων, εἰ [20] μετὰ ταῦτα λογίους ἐδέξατο, οὐχ ὡς δεόμενος τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλ' ὡς οὐ διακρινόμενος. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἐδεῖτο σοφῶν [c] εἰς τὸ κατορθῶσαι ἅπερ ἐβούλετο, οὕτως οὐδὲ μετὰ ταῦτα εὑρεθέντας διὰ τοῦτο ἐξέβαλε. Σὺ δὲ ἐκεῖνό μοι δεῖξον, εἰ Πέτρος λόγιος ἦν καὶ Παῦλος. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις· ἰδιῶται γὰρ ἦσαν, καὶ ἀγράμματοι. Ὥσπερ οὖν ὁ Χριστὸς, ὅτε τοὺς μαθητὰς ἔπεμπεν εἰς τὴν οἰκουμένην, δείξας αὐτοῦ τὴν δύναμιν αὐτοῖς ἐν Παλαιστίνῃ πρῶτον, καὶ εἰπὼν, *Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς χωρὶς βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδήματος, μή τινος ὑστερήσατε;* τότε ἐπέτρεψε λοιπὸν καὶ πήραν καὶ βαλάντιον ἔχειν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐποίησε. Τὸ γὰρ ζητούμενον ἦν δειχθῆναι τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, οὐ διὰ τὴν ἔξωθεν σοφίαν ἐκβάλλεσθαι τῆς πίστεως τοὺς προσιόντας. Ὅταν οὖν Ἕλληνες κατηγορήσωσι τῶν μαθητῶν ὡς ἰδιωτῶν, πλέον ἡμεῖς ἐκείνων κατηγορῶμεν [d] αὐτῶν. Μηδὲ λεγέτω τις, ὅτι σοφὸς ἦν ὁ Παῦλος· ἀλλ' ἐπαίροντες ἐπὶ σοφίᾳ τοὺς μεγάλους παρ' ἐκείνοις καὶ ἐπὶ εὐγλωττίᾳ θαυμασθέντας, τοὺς παρ' ἡμῖν ἅπαντας λέγωμεν ἰδιώτας γεγονέναι. Οὐ μικρῶς γὰρ αὐτοὺς καὶ κατὰ τοῦτο καταβαλοῦμεν τὸ μέρος· οὕτω γὰρ ἔσται λαμπρὰ τὰ νικητήρια.

Ταῦτα δὲ εἶπον, ἐπειδή τινος ἤκουσά ποτε Χριστιανοῦ πρὸς Ἕλληνα καταγελάστως διαλεγομένου, καὶ ἀμφοτέρων ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους μάχῃ τὰ ἑαυτῶν καταλυόντων. Ἃ γὰρ ἔδει τὸν Χριστιανὸν εἰπεῖν, ταῦτα ὁ Ἕλλην ἔλεγε· καὶ ἃ τὸν Ἕλληνα εἰκὸς ἦν εἰπεῖν, ταῦτα ὁ Χριστιανὸς προεβάλλετο. Περὶ Παύλου γὰρ καὶ Πλάτωνος ζητήσεως οὔσης, ὁ μὲν Ἕλλην ἐπειρᾶτο δεικνύναι, ὅτι ὁ Παῦλος ἦν ἀμαθὴς καὶ ἰδιώτης· ὁ δὲ Χριστιανὸς ὑπὸ ἀφελείας ἐσπούδαζε κατασκευάζειν, ὅτι Πλάτωνος λαμπρότερος ἦν ὁ Παῦλος. Οὕτω δὲ τοῦ Ἕλληνος ἐγίνετο τὰ νικητήρια, τούτου κρατοῦντος τοῦ λόγου. Εἰ γὰρ Πλάτωνος ἐλλογιμώτερος ἦν ὁ Παῦλος, πολλοὺς εἰκὸς ἀντιλέγειν, ὅτι οὐ τῇ χάριτι, ἀλλὰ τῇ εὐγλωττίᾳ περιεγένετο. Ὥστε ὑπὲρ τοῦ Ἕλληνος ἦν τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Χριστιανοῦ· ὃ δὲ ἔλεγεν ὁ Ἕλλην, ὑπὲρ τοῦ Χριστιανοῦ ἦν. Εἰ γὰρ Παῦλος ἀπαίδευτος ἦν, ἐκράτησε δὲ Πλάτωνος, ἅπερ ἔλεγον, λαμπρὰ γέγονεν ἡ νίκη. Τοὺς γὰρ ἐκείνου μαθητὰς λαβὼν ὁ ἀμαθὴς ἅπαντας ἔπεισε, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἤγαγεν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἐν σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ, τὸ κήρυγμα περιγέγονεν, ἀλλὰ Θεοῦ χάριτι. Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα πάσχωμεν, μηδὲ καταγελώμεθα οὕτω διαλεγόμενοι πρὸς Ἕλληνας, ἐπειδὰν ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς ἀγὼν ᾖ, κατηγορῶμεν τῶν ἀποστόλων ὡς ἀμαθῶν· ἡ γὰρ κατηγορία αὕτη ἐγκώμιον. Καὶ ὅταν εἴπωσιν ἐκεῖνοι, ὅτι ἄγροικοι ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, προσθῶμεν ἡμεῖς, καὶ εἴπωμεν, ὅτι καὶ ἀμαθεῖς καὶ ἀγράμματοι καὶ πένητες καὶ εὐτελεῖς καὶ ἀσύνετοι καὶ ἀφανεῖς. Οὐκ ἔστι βλασφημία τῶν ἀποστόλων ταῦτα, ἀλλὰ καὶ δόξα, τὸ τοὺς τοιούτους τῆς οἰκουμένης πάσης λαμπροτέρους φανῆναι. Οὗτοι γὰρ οἱ ἰδιῶται καὶ ἄγροικοι καὶ [21] ἀμαθεῖς τοὺς σοφοὺς καὶ δυνατοὺς καὶ τοὺς τυράννους, καὶ τοὺς ἐπὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ τοῖς ἔξωθεν πᾶσι κομπάζοντας, ὡς οὐδὲ ἄνδρας, οὕτω κατηγωνίσαντο. Ὅθεν δῆλον, ὅτι μεγάλη ἡ τοῦ σταυροῦ δύναμις, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνῃ ἰσχύϊ ταῦτα ἐγίνετο. Οὐ γὰρ ἔχει φύσιν τὰ γινόμενα, ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν ἦν τὰ κατορθούμενα. Ὅταν δὲ ὑπὲρ φύσιν τι γένηται, καὶ ὑπὲρ φύσιν παρὰ πολὺ μετὰ τοῦ προσήκοντος καὶ τοῦ χρησίμου, εὔδηλον ὅτι θείᾳ τινὶ ταῦτα δυνάμει καὶ συνεργείᾳ γίνεται. Σκόπει δέ· Ὁ ἁλιεὺς, ὁ σκηνοποιὸς, ὁ τελώνης, ὁ ἰδιώτης, ὁ ἀγράμματος, ἐκ Παλαιστίνης τῆς χώρας μακρὰν κειμένης ἐλθόντες, τοὺς φιλοσόφους, τοὺς ῥήτορας, τοὺς δεινοὺς εἰπεῖν ἐκ τῆς οἰκείας ἀπωσάμενοι πάντας, αὐτοὶ τούτων ἐκράτησαν ἐν χρόνῳ βραχεῖ μετὰ κινδύνων πολλῶν, δήμων, βασιλέων ἀντιπιπτόντων, τῆς φύσεως αὐτῆς μαχομένης, τοῦ χρόνου τῆς παλαιότητος, τῆς πολλῆς συνηθείας ἀντιπαλαιούσης [e] σφοδρῶς, δαιμόνων ὀπλιζομένων, διαβόλου παρατατομένου καὶ πάντα κινοῦντος, βασιλέας, ἄρχοντας, δήμους, ἔθνη, πόλεις, βαρβάρους, Ἕλληνας, φιλοσόφους, ῥήτορας, σοφιστὰς, λογογράφους, νόμους, δικαστήρια, κολάσεις ποικίλας, θανάτους μυρίους καὶ παντοδαπούς. Ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα οὕτως ἠλέγχετο καὶ παρεχώρει, τῶν ἁλιέων φθεγγομένων, ὡς κόνις λεπτὴ σφοδρῶν ἀνέμων ἐμβολὴν ἐνεγκεῖν μὴ δυναμένη. Μάθωμεν τοίνυν οὕτω πρὸς Ἕλληνας διαλέγεσθαι, ἵνα μὴ ὦμεν ὡς θρέμματα καὶ βοσκήματα, ἀλλ' ὦμεν παρεσκευασμένοι περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. Καὶ τέως τοῦτο τὸ κεφάλαιον μελετήσωμεν οὐκ ὀλίγον, καὶ λέγωμεν πρὸς αὐτούς· Πόθεν οἱ ἀσθενεῖς τῶν ἰσχυρῶν περιεγένοντο, οἱ δώδεκα τῆς οἰκουμένης, οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ὅπλοις κεχρημένοι, ἀλλὰ γυμνοὶ πρὸς ἐνόπλους μαχόμενοι;

ε'. Εἰπὲ γὰρ, εἰ δώδεκα ἄνδρες πολεμικῶν ἄπειροι πραγμάτων εἰς παράταξιν στρατιωτῶν ἄπειρον καὶ ὡπλισμένην εἰσπηδήσαντες, οὐκ ἄοπλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσφενεῖς τὸ σῶμα, ὑπὸ μὲν ἐκείνων οὐδὲν ἔπαθον, μηδὲ μυρίοις βαλλόμενοι βέλεσιν [f] ἐτρώθησαν, ἔχοντες δὲ ἐμπεπερονημένα τὰ βέλη γυμνῷ τῷ σώματι πάντας κατέβαλλον, οὐχ ὅπλοις κεχρημένοι, ἀλλὰ τῇ χειρὶ παίοντες, εἶτα τοὺς μὲν ἀνεῖλον, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους λαβόντες ἀπήγαγον, μηδὲ τραύματα αὐτοὶ δεξάμενοι, ἆρά τις τὸ γινόμενον ἀνθρώπινον εἶναι ἔφησε; Καίτοι τὸ τῶν ἀποστόλων τρόπαιον πολλῷ ἐκείνου θαυμαστότερον. Τοῦ γὰρ γυμνὸν μὴ τρωθῆναι, πολλῷ παραδοξότερον τὸ τὸν ἰδιώτην καὶ ἀγράμματον καὶ ἁλιέα τοσαύτης δεινότητος περιγενέσθαι, καὶ μήτε ὑπὸ τῆς ὀλιγότητος, μήτε ὑπὸ τῆς πενίας, μήτε ὑπὸ τῶν κινδύνων, μήτε ὑπὸ τῆς συνηθείας τῆς προκατειληφυίας, μήτε ὑπὸ τῆς τοσαύτης αὐστηρότητος τῶν πραγμάτων ὧν ἐπέταττον, μήτε ὑπὸ τῶν καθημερινῶν θανάτων, μήτε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀπατηθέντων, μήτε ὑπὸ τοῦ ἀξιώματος τῶν ἀπατησάντων διακωλυθῆναι. Οὕτω τοίνυν αὐτοὺς καταβάλωμεν, καὶ μαχώμεθα πρὸς ἐκείνους, καὶ πρὸ τῶν λόγων διὰ τοῦ βίου καταπληξώμεθα. Αὕτη [22] γάρ ἐστιν ἡ μεγάλη μάχη, οὗτος ὁ συλλογισμὸς ὁ ἀναν-

[a] *Legebatur* τοῦτο διέκλασε, *et mox*, κατέπτηξε... ἔπεισε. *Legebatur hæc vox, φησί, post* θαῤῥοῦντες. [b] Alius habet σοφιστῶν pro σοφῶν. [c] Reg., κατηγορῶμεν, melius quam edidi κατηγοροῦμεν.

[e] *Legebatur* ἀντιπιπτούσης. [f] *Deerat* βέλεσιν.

Digitized by Google

τίῤῥητος ὁ διὰ τῶν ἔργων· ἐπεὶ κἂν μυρία φιλοσοφήσωμεν διὰ τῶν λόγων, βίον δὲ μὴ παρεχώμεθα ἐκείνων βελτίονα, τὸ κέρδος οὐδέν. Οὐ γὰρ τοῖς λεγομένοις προσέχουσιν, ἀλλ' ἃ πράττομεν ἐξετάζουσι, καὶ φασι· Σὺ πρότερος τοῖς σοῖς ῥήμασι πείθου, καὶ τότε ἑτέροις παραίνει. Εἰ δὲ λέγεις μὲν μυρία εἶναι ἀγαθὰ ἐν τῷ μέλλοντι, ὡς οὐκ ὄντων δὲ οὕτω φαίνοιο τοῖς παροῦσι προσηλωμένος, τὰ ἔργα σου τῶν ῥημάτων ἐμοὶ πιστότερα. Ὅταν γὰρ ἴδω σε ἁρπάζοντα τὰ ἑτέρων, θρηνοῦντα ἀμέτρως ἐπὶ τοῖς ἀπελθοῦσι, πολλὰ ἕτερα πλημμελοῦντα, πῶς σοι πιστεύσω ὅτι ἔστιν ἀνάστασις; Κἂν γὰρ μὴ λέγωσι ταῦτα, ὅμως ἐννοοῦσι ταῦτα, καὶ περιστρέφουσιν ἐπὶ τῆς διανοίας. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ κωλύον τοὺς ἀπίστου; γενέσθαι Χριστιανούς. Ἐναγάγωμεν * τοίνυν αὐτοὺς διὰ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας. Πολλοὶ καὶ ἰδιῶται ἄνδρες φιλοσόφων οὕτω κατέπληξαν τὴν διάνοιαν, ὡς καὶ τὴν τῶν ἔργων ἐπιδειξάμενοι φιλοσοφίαν, καὶ φωνὴν σάλπιγγος λαμπροτέραν διὰ τῆς πολιτείας καὶ φιλοσοφίας ἀφέντες· αὕτη γὰρ τῆς γλώττης ἰσχυροτέρα. Ὅταν δὲ εἴπω, ὅτι οὐ χρὴ μνησικακεῖν, εἶτα τὸν Ἕλληνα μυρία ἐργάσωμαι κακά, πῶς δυνήσομαι τοῖς λόγοις αὐτὸν ἐναγαγεῖν, διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν ἀποσοβῶν; Θηρεύσωμεν τοίνυν αὐτοὺς διὰ τῆς πολιτείας, καὶ διὰ τῶν ψυχῶν τούτων οἰκοδομῶμεν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τούτων συναγάγωμεν τὸν πλοῦτον. Οὐκ ἔστι ψυχῆς οὐδὲν ἀντάξιον, οὐδὲ ὁ κόσμος ἅπας. Ὥστε κἂν μυρία δῷς χρήματα πένησιν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐργάσῃ, οἷον ὁ μίαν ψυχὴν ἐπιστρέφων. *Ὁ γὰρ ἐξάγων τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσται*, φησί. Μέγα μὲν γὰρ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἐλεεῖν τοὺς πενομένους· ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον τὸ πλάνης ἀπαλλάττειν· ὁ γὰρ τοῦτο ποιῶν, κατὰ Παῦλον γίνεται καὶ Πέτρον. Ἔξεστι γὰρ ἀναδέξασθαι τὸ ἐκείνων κήρυγμα, οὐχ ἵνα κινδυνεύωμεν καθάπερ ἐκεῖνοι, καὶ λιμοὺς καὶ λοιμοὺς καὶ τὰ ἄλλα ὑποφέρωμεν (εἰῤῥήνης γὰρ ὁ παρὼν καιρός), ἀλλ' ἵνα τὴν ἀπὸ προθυμίας σπουδὴν ἐπιδειξώμεθα. Καὶ γὰρ ἔξεστιν οἴκοι καθημένους ταύτην τὴν ἀλείαν ἐργάζεσθαι. Εἴ τις ἔχει φίλον καὶ συγγενῆ καὶ οἰκεῖον, ταῦτα ποιείτω, ταῦτα λεγέτω· καὶ ἔσται κατὰ Πέτρον καὶ Παῦλον. Καὶ τί λέγω Πέτρον καὶ Παῦλον; Στόμα ἔσται τοῦ Χριστοῦ· *Ὁ γὰρ ἐξαγαγὼν τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσται*, φησί. Κἂν μὴ σήμερον πείσῃς, αὔριον πείσεις· κἂν μηδέποτε πείσῃς, σὺ τὸν μισθὸν ἕξεις ἀπηρτισμένον· κἂν μὴ πάντας πείσῃς, ὀλίγους ἀπὸ πολλῶν δυνήσῃ· ἐπεὶ καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐχὶ πάντας τοὺς ὄντας ἀνθρώπους ἔπεισαν, ἀλλ' ὅμως πᾶσι διελέχθησαν, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι μισθὸν ἔχουσιν. Οὐ γὰρ πρὸς τὸ τέλος τῶν κατορθουμένων, ἀλλὰ πρὸς τὴν γνώμην τῶν κατορθούντων ὁ Θεὸς τοὺς στεφάνους ὁρίζειν εἴωθε. Κἂν δύο καταβάλῃς ὁβολοὺς, δέχεται· καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς χήρας ἐποίησε, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν διδασκόντων [25] ἐργάζεται. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ τὴν οἰκουμένην οὐ δύνασαι σῶσαι καὶ τῶν ὀλίγων καταφρόνει, μηδὲ τῇ τῶν μεγάλων ἐπιθυμίᾳ τῶν μικρῶν ἀφελκύσῃς σεαυτόν. Κἂν ἑκατὸν μὴ δυνηθῇς, τῶν δέκα ἐπιμελήθητι· κἂν δέκα μὴ δυνηθῇς, μηδὲ τῶν πέντε καταφρονήσῃς· κἂν πέντε μὴ δυνηθῇς, τοῦ ἑνὸς μὴ ὑπερίδῃς· κἂν τὸν ἕνα μὴ δυνηθῇς, μηδὲ οὕτως ἀθύμει, μηδὲ τὰ παρὰ σαυτοῦ κωλύσῃς. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ἐν τοῖς συναλλάγμασιν οὐ μόνον ἀπὸ χρυσίου, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀργυρίου τὰς ἐμπορίας ποιοῦνται οἱ περὶ ταῦτα σχολάζοντες; Ἂν μὲν γὰρ μηδέπω τῶν μικρῶν καταφρονῶμεν, καὶ τῶν μεγάλων ἀνθεξόμεθα· ἂν δὲ τῶν μικρῶν ὑπερίδωμεν, οὐδὲ ἐκείνων ἐπιληψόμεθα εὐκόλως. Οὕτως ἕκαστος πλούσιος γίνεται, καὶ μικρὰ καὶ μεγάλα συλλέγων· οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, ἵνα ἐν πᾶσι πλουτήσαντες, ἐπιτύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* Alii ἀναγάγωμεν.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι. Γέγραπται γάρ· Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω· ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου;

α'. Τοῖς κάμνουσι καὶ ψυχορραγοῦσι καὶ αἱ τροφαὶ αἱ ὑγιεῖς ἀηδεῖς, οἱ φίλοι καὶ οἱ προσήκοντες ἐπαχθεῖς, καὶ οὐδὲ γνωρίζονται πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἐνοχλεῖν δοκοῦσιν. Οὕτω δὴ καὶ τοῖς τὰς ψυχὰς ἀπολλυμένοις συμβαίνειν εἰκὸς· τὰ γὰρ πρὸς σωτηρίαν φέροντα ἀγνοοῦσι, καὶ τοὺς κηδομένους αὐτῶν ἐνοχλεῖν νομίζουσι. Γίνεται δὲ τοῦτο οὐ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐκείνων νόσον. Καὶ ὅπερ οἱ παραπαίοντες ποιοῦσιν, ἀπεχθανόμενοι πρὸς τοὺς ἐπιμελομένους αὐτῶν, καὶ λοιπὸν λοιδορούμενοι· τοῦτο καὶ οἱ ἄπιστοι πάσχουσιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐπ' ἐκείνων οἱ ὑβριζόμενοι τότε μάλιστα αὐτοὺς ἐλεοῦσι καὶ δακρύουσι, δεῖγμα ἔσχατον τῆς ἐπιτεταμένης ἀῤῥωστίας τοῦτο ποιούμενοι, ὅταν τοὺς φιλτάτους ἀγνῶσιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῶν Ἑλλήνων ποιήσωμεν, καὶ μᾶλλον τῶν γυναικῶν ὀλολύξωμεν ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι τὴν κοινὴν ἀγνοοῦσι σωτηρίαν. Οὐ γὰρ οὕτω γυναῖκα ἄνδρα δεῖ φιλεῖν, ὡς ἡμᾶς πάντας ἀνθρώπους, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἐφέλκεσθαι, κἂν Ἕλλην ᾖ, κἂν ὁστισοῦν. Θρηνῶμεν τοίνυν αὐτοὺς, ὅτι ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ μωρία αὐτοῖς ἐστιν, ὁ αὐτὸς σοφία καὶ δύναμις ὤν· *Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις*, φησὶ, *μωρία ἐστίν*. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὼς ἦν ἐκείνους, τοῦ σταυροῦ παρὰ τῶν Ἑλλήνων χλευαζομένου, τῇ σοφίᾳ τῇ δῆθεν παρ' ἑαυτῶν ἀνθίστασθαι καὶ πολεμεῖν θορυβουμένους τοῖς παρὰ τῶν Ἑλλήνων λεγομένοις, παραμυθούμενος ὁ Παῦλός φησι· Μὴ νομίσητε ξένον [24] γίνεσθαι καὶ παράδοξον. Ταύτην ἔχει τὴν φύσιν τὸ πρᾶγμα, ὥστε ὑπὸ τῶν ἀπολλυμένων μὴ γνωρίζεσθαι αὐτοῦ τὴν δύναμιν· ἐξεστήκασι γὰρ καὶ παραπαίουσι. Διὰ τοῦτο καὶ λοιδοροῦνται καὶ ἐπαχθῶς ἔχουσι πρὸς τὰ σωτήρια φάρμακα. Τί δὲ λέγεις, ἄνθρωπε; δοῦλος ὁ Χριστὸς ἐγένετο διὰ σὲ μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ ἐσταυρώθη καὶ ἀνέστη· καὶ δέον ἀναστάντα προσκυνῆσαι διὰ τοῦτο, καὶ θαυμάσαι τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι ὅπερ οὔτε πατὴρ οὔτε φίλος οὔτε υἱὸς ὑπὲρ σοῦ ἐποίησε, ταῦτα ὁ Δεσπότης πάντα εἰργάσατο ὑπὲρ σοῦ τοῦ ἐχθροῦ καὶ προσκεκρουκότος· δέον τοίνυν θαυμάζειν ὑπὲρ τούτων αὐτὸν, σὺ δὲ μωρίαν καλεῖς πρᾶγμα τοσαύτης σοφίας γέμον; Ἀλλ' οὐδὲν θαυμαστόν· τῶν γὰρ ἀπολλυμένων ἐστὶ μὴ ἐπιγινώσκειν τὰ πρὸς σωτηρίαν φέροντα.

Digitized by Google

vim, ac neque a paucitate, neque a paupertate, neque a periculis, neque a prævia consuetudine, nec a severitate rerum quas præcipiebant, neque a quotidianis mortibus, neque ab eorum qui decepti fuerant multitudine, neque ab eorum qui deceperant auctoritate, impedirentur. Sic ergo illos prosternamus et contra ipsos pugnemus : ac vita prius, quam sermone, impetamus illos. Hoc enim magnum certamen est, hæc ratiocinatio est, cui contradici non possit, quæ per opera procedit. Etiamsi enim innumera verbis philosophemur, si non meliorem quam illi vitam exhibeamus, nullum est lucrum. Non enim dictis attendunt, sed facta nostra examinant, et dicunt : Tu prior verbis tuis obtempera, et tunc alios admone. Quod si cum dicis innumera esse bona in futuro sæculo, quasi illa non sint, præsentibus addictus videaris, credibiliora mihi sunt facta quam dicta tua. Cum enim video te aliena rapientem, de iis qui defuncti sunt ultra modum lugentem, aliaque multa prave agentem, quomodo tibi credam dicenti resurrectionem esse? Etiamsi enim hæc non dicant, hæc cogitant et in mente versant. Et hoc impedit, quominus infideles Christiani fiant. Inducamus ergo illos per vitam nostram. Multi et illiterati viri philosophorum mentem ita perculsere, utpote qui operum philosophiam exhiberent, et vocem tuba clariorem per vitæ institutum et philosophiam emitterent : hæc quippe lingua fortior est. Cum enim dicam, non oportere injuriarum meminisse, deindeque Græco innumera inferam mala, quomodo potero verbis illum inducere, cum gestis ipsum depellam? Venemur ergo illos per vitæ institutum, et per hasce animas ædificemus Ecclesiam, et has congeramus divitias. Nihil est animæ æquiparandum, ne totus quidem mundus. Itaque etiamsi innumeras pauperibus pecunias erogaveris, nihil tale efficies quale is, qui vel unam animam convertit. *Qui enim educit pretiosum ex vili, quasi os meum erit* (*Jer.* 15. 19), inquit. Magnum quidem bonum est egenorum misereri; sed nihil tantum, quantum ab errore liberare : qui enim hoc facit, Paulo et Petro similis est. Licet enim illorum prædicationem suscipere, non ut periclitemur quemadmodum illi, et famem, pestem cæteraque toleremus; jam enim pacis tempus est; sed ut alacriter studium exhibeamus. Licet enim domi sedentes hanc exercere piscationem. Si quis habet amicum, aut cognatum, aut familiarem, hæc faciat, hæc dicat; et similis erit Petro et Paulo. Quid dico, Petro et Paulo? Os erit Christi : nam *Qui educit pretiosum a vili, quasi os meum erit*, inquit. Etiamsi hodie non persuaseris, cras persuadebis : etiamsi numquam persuaseris, tu perfectam habebis mercedem : etiamsi non omnibus persuaseris, ex multis paucos attrahere poteris; quandoquidem apostoli non omnibus hominibus persuasere, omnes tamen alloquuti sunt, et de omnibus mercedem habent. Non enim ab exitu recte factorum, sed a mente recte operantium coronas decernere Deus solet. Etiamsi duos jeceris obolos, accipit, et quod erga viduam fecit, hoc et erga doctores operatur. Ne itaque, quia non potes orbem terrarum servare, paucos despicias, neque ex magnorum desiderio, a minoribus te abstrahas. Si centum non potueris, decem cures; si denos non possis, nec quinos spernas; si quinos non possis, ne unum despicias; si unum non potueris, neque sic animo deficias, nec quæ penes te sunt cohibeas. Non vides quomodo in contractibus, non solum ex auro, sed etiam ex argento mercatores commercia exercere soleant? Nam si ne parva quidem despiciamus, magna etiam apprehendemus : si vero parva contemnamus, neque illa ipsa facile percipiemus. Sic quisque dives efficitur parva et magna colligens : sic et nos faciamus, ut in omnibus divites facti, regnum cælorum consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Cap. 1. v. 18. *Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est; iis vero qui salvi fiunt, nobis, virtus Dei est.* 19. *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba?* 20. *ubi inquisitor sæculi hujus?*

1. Laborantibus et animo fractis etiam salubres cibi insuaves sunt, amici et necessarii importuni, neque sæpe cognoscuntur, ac videntur inferre molestiam. Sic quoque solet accidere iis qui animas perdunt : nam quæ ad salutem ducunt ignorant, et illos qui ipsorum curam gerunt molestos esse putant. Hoc autem fit, non ex ipsa rei natura, sed ex illorum morbo. Et quod insani faciunt, cum illos odio habent qui ipsorum curam gerunt, illosque conviciis impetunt : hoc quoque faciunt infideles. Sed quemadmodum in illis qui conviciis impetuntur tum maxime eorum miserentur et lacrymantur, utpote qui hoc extremum esse ægritudinis indicium putent, quod illi amicissimos sibi non noscant : ita et nos circa Græcos faciamus, et magis quam propter uxores circa illos ejulemus, quia communem ignorant salutem. Non enim ita vir uxorem debet amare, ut nos homines omnes, illosque ad salutem attrahere, sive Græcus sit, sive quisquis alius. Lugeamus ergo illos, quia verbum crucis stultitia ipsis est, cum ipsum sapientia et virtus sit : nam *Verbum crucis pereuntibus*, inquit, *stultitia est*. Quia enim verisimile est illos, cum crux a Græcis irrideretur, ei quæ apud illos habebatur sapientia obstitisse et Græcorum dictis, consolans ipsos Paulus dicit : Ne putetis rem esse insolitam ac stupendam. Hanc res isthæc habet naturam, ut a pereuntibus virtus ejus non cognoscatur : mente namque capti sunt ac desipiunt. Ideo convicia efferunt, et salutaria pharmaca moleste ferunt. Quid vero dicis, o homo? Servus propter te Christus factus est, formam servi accipiens, crucifixus est et resurrexit : et

Digitized by Google

cum oporteret illum resuscitatum ideo adorare, et ejus benignitatem admirari; quia quæ nec pater nec amicus nec filius pro te fecit, hæc omnia Dominus operatus est propter te inimicum, qui illum offenderas : cum oporteret ergo illum propterea admirari, ut rem tanta sapientia plenam, stultitiam appellas? Sed nihil mirum : nam pereuntium est non agnoscere ea, quæ ad salutem ducunt.

Ratiociniis ea quæ fidei sunt sæpe labefactantur. — Ne turbemini igitur : non enim novum neque inexspectatum est illud, quod nempe a desipientibus magna derideantur. Illos vero qui sic affecti sunt, per humanam sapientiam persuadere non licet : imo si ita persuadere volueris, contrarium efficis : nam ea, quæ rationem superant, sola fide opus habent. Etenim si ratiociniis persuadere voluerimus, quomodo Deus factus sit homo, et in vulvam virginalem ingressus sit; et si rem fidei non permittamus, magis irridebunt illi. Ergo qui ratiociniis id quærunt, illi sunt qui pereunt. Ecquid dico de Deo? Nam si circa creaturas hoc faciamus, multus sequetur risus. Sit enim homo, qui velit omnia ratiociniis ediscere, et tentet tua persuaderi ratione, quomodo lucem aspiciamus; tu autem ratiocinio illi persuadere conare. Sed non poteris : si enim dixeris, quod sufficiat oculos aperire ad videndum, non modum dixisti, sed quod fieri solet. Cur enim non auribus videmus, inquiet, nec oculis audimus? cur non naso audimus, nec auribus olfacimus? Si ergo illo ea de re quærente, non possumus horum rationem reddere, et ille rideat, annon magis nos ridebimus? Nam si ambo ex eodem cerebro principium habent, amboque membra vicina sunt, quomodo non eadem ipsa possunt facere? Sed non poterimus causam dicere, neque modum ineffabilis et variæ operationis; et si tentemus, irridebimur. Ideo Dei potentiæ et immensæ sapientiæ cedentes, taceamus. Ita ergo si ea, quæ Dei sunt, per externam sapientiam explicare velimus, multus sequetur risus, non propter rerum imbecillitatem, sed propter hominum amentiam. Res enim magnas nullus sermo potest explicare. Animum autem adhibe : cum dixero, Crucifixus est, Græcus dicit : Et quomodo hoc rationi consentaneum est? sibi non opem tulit cum crucifigeretur et tentaretur tempore crucis; et quomodo postea resurrexit, et aliis opem tulit? nam si poterat, oportebat ante mortem agere (nam hoc quoque dicebant Judæi) : qui autem sibi ipsi opem non tulit, quomodo aliis tulit? non est hoc, inquit, rationi consentaneum. Jure : est enim crux, o homo, supra rationem et ineffabilis virtutis. Nam in malis gravibus constitutum, iis malis superiorem apparere, et sic congressum vincere, immensæ virtutis est. Ut enim in tribus pueris, ingressos in fornacem conculcasse flammam mirabilius erat, quam si ingressi non fuissent; et in Jona, in cetum incidentem a bellua nihil passum esse multo majus erat, quam si non incidisset : sic et in Christo longe mirabilius fuit mortuum solvisse mortem, quam si mortuus non fuisset. Ne dicas ergo, Cur sibi opem non tulit in cruce? Nam cum morte confligere volebat. Non descendit de cruce, non quod non posset, sed quod nollet. Eum enim quem mortis tyrannis detinere non potuit, quomodo clavi crucis detinere potuissent?

2. Sed hæc nobis nota sunt, infidelibus non item. Ideo dicebat, verbum crucis pereuntibus stultitiam esse, nobis autem salutem consequentibus, virtutem esse Dei. *Scriptum est enim : Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo.* Nihil grave hactenus posuit, sed primo ad Scripturæ testimonium venit, et tunc fiducia inde assumpta, vehementiore utitur sermone, et ait : *Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* 21. *Nam quia in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Cum dixisset, *Scriptum est, Perdam sapientiam sapientium*, ex rebus demonstrationem inducit, dicens : *Ubi sapiens? ubi scriba?* simul et Judæos et Græcos perstringens. Quis enim philosophus, quis eorum qui in syllogismis versati sunt, quis ex iis qui Judaica norunt, salutem dedit et veritatem docuit? Nemo; sed totum piscatorum fuit. Cum propositum ergo concludisset, illorumque fastum depressisset, ac dixisset : Nonne infatuavit Deus sapientiam hujus mundi? causam etiam dicit propter quam hæc ita facta sunt. Quia enim in sapientia Dei, inquit, non cognovit mundus per sapientiam Deum; crux apparuit. Quid sibi vult autem, *In sapientia Dei?* In ea quæ apparuit per opera, per quæ cognosci voluit. Propterea enim et hæc et similia probavit, ut convenienter ex iis quæ cernuntur Conditor in admiratione haberetur. Magnum est cælum, et immensa terra : Conditorem ergo mirare. Nam magnum hoc cælum non modo ab eo factum, sed facile factum est, et immensa terra quasi nihil producta fuit. Ideo de illo quidem dicit, *Opera digitorum tuorum sunt cæli* (*Psal.* 101. 26), de terra autem, *Qui terram fecit tamquam nihil.* Quia ergo per hanc sapientiam noluit Deum cognoscere, per stultitiam, quæ esse videtur, prædicationis persuasit; non per ratiocinia, sed per fidem. De cætero ubi sapientia Dei est, humana non ultra est opus. Nam dicere eum, qui hunc tantum mundum creavit, Deum esse oportere immensa et ineffabili virtute præditum, humanæ sapientiæ erat sic ratiocinari, et per hæc illum comprehendere : nunc autem non ratiociniis, sed fide sola opus est. Nam in crucifixum et in sepultum credere, et certum habere eumdem ipsum resurrexisse ac superne sedere, id sapientia non eget neque ratiociniis, sed fide. Apostoli enim non cum sapientia prodiere, sed cum fide, fueruntque externis sapientibus sapientiores et sublimiores, et tanto magis, quanto majus est ea quæ Dei sunt fide suscipere, quam ratiocinia movere : hoc enim humanam superat mentem. Quomodo autem perdidit sapientiam? Per Paulum et similes nobis cognitus, ostendit illam inutilem esse. Ad suscipiendam enim evangelicam

Digitized by Google

Μὴ θορυβεῖσθε οὖν· οὐ γὰρ ξένον οὐδὲ παρὰ προσδοκίαν τὸ γινόμενον, τὸ χλευάζεσθαι τὰ μεγάλα παρὰ τῶν ἐξεστηκότων. Τοὺς δὲ οὕτω διακειμένους διὰ σοφίας ἀνθρωπίνης πείθειν οὐκ ἔνι· ἀλλὰ, κἂν βουληθῇς οὕτω πεῖσαι, τὸ ἐναντίον ποιεῖς· τὰ γὰρ ὑπερβαίνοντα λογισμὸν πίστεως δεῖται μόνης. Καὶ γὰρ, ἂν θέλωμεν πείθειν διὰ λογισμῶν, πῶς ἄνθρωπος ἐγένετο ὁ Θεὸς, καὶ εἰς μήτραν εἰσῆλθε παρθενικὴν, καὶ μὴ τῇ πίστει τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψωμεν, μᾶλλον ἐκεῖνοι καταγελάσονται. Ἆρα οἱ λογισμοῖς ζητοῦντες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπολλύμενοι. Καὶ τί λέγω περὶ Θεοῦ; Ἐπὶ γὰρ τῶν κτισμάτων ἂν τοῦτο ποιήσωμεν, πολὺς ἕψεται γέλως. Ἔστω γὰρ ἄνθρωπος πάντα βουλόμενος λογισμοῖς μανθάνειν, καὶ πειράσθω τῷ παρὰ σοῦ λόγῳ πείθεσθαι, πῶς βλέπομεν τὸ φῶς· σὺ δὲ αὐτὸν λογισμῷ πείθειν πειρῶ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις· ἂν γὰρ εἴπῃς, ὅτι ἀρκεῖ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξαντα βλέπειν, οὐ τὸν τρόπον εἴρηκας, ἀλλὰ τὸ γινόμενον. Διὰ τί γὰρ μὴ τῇ ἀκοῇ βλέπομεν, φησὶ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀκούομεν; διὰ τί γὰρ μὴ τῇ ῥινὶ ἀκούομεν, καὶ τῇ ἀκοῇ ὀσφραινόμεθα; Ἂν τοίνυν, ἀποροῦντος αὐτοῦ περὶ τούτων, μὴ δυνώμεθα τὸν λόγον ἀποδοῦναι τούτων, ἐκεῖνος μέλλει γελᾷν; οὐ μειζόνως ἡμεῖς καταγελασόμεθα; Εἰ γὰρ ἀμφότερα ἐξ ἑνὸς ἐγκεφάλου τὴν ἀρχὴν ἔχει, καὶ ἀμφότερα ἀλλήλοις γειτνιάζει τὰ μέλη, πῶς οὐ τὰ αὐτὰ δύναται ποιεῖν; Ἀλλ' οὐ δυνησόμεθα εἰπεῖν τὴν αἰτίαν οὐδὲ τὸν τρόπον τῆς ἀφάτου καὶ ποικίλης ἐνεργείας, ἀλλὰ, κἂν ἐπιχειρήσωμεν, καταγελώμεθα. Διά τοι τοῦτο τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ τῇ ἀπείρῳ σοφίᾳ παραχωροῦντες, σιγήσωμεν. Οὕτω τοίνυν καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἐὰν τῇ ἔξωθεν σοφίᾳ βουληθῶμεν παραστῆσαι, πολὺς ἕψεται γέλως, οὐ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀσθένειαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄνοιαν. Τὰ γὰρ μεγάλα λόγος οὐδεὶς παραστῆσαι δύναται. Σκόπει δέ· Ὅταν εἴπω, Ἐσταυρώθη, ὁ Ἕλλην λέγει· Καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον τοῦτο; ἑαυτῷ οὐκ ἤμυνε σταυρουμένῳ καὶ πειραζομένῳ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ, καὶ πῶς μετὰ ταῦτα ἀνέστη, καὶ ἑτέροις ἤμυνεν; εἰ γὰρ ἐδύνατο, πρὸ τοῦ θανάτου ἔδει (τοῦτο γὰρ καὶ Ἰουδαῖοι ἔλεγον)· ὁ δὲ ἑαυτῷ μὴ ἀμύνας, πῶς ἄλλοις ἤμυνεν; οὐκ ἂν [25] ἔχοι λόγον, φησί. Εἰκότως [a]· καὶ γὰρ ὑπὲρ λόγον ἐστὶν, ἄνθρωπε, καὶ ἀφάτου δυνάμεως ὁ σταυρός. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς γενόμενον, ἀνώτερον φανῆναι τῶν δεινῶν, καὶ συμπλακέντα νικῆσαι, δυνάμεώς ἐστιν ἀπείρου. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τριῶν παίδων, τοῦ μὴ ἐμβῆναι εἰς τὴν κάμινον, τὸ ἐμβάντας καταπατῆσαι τὴν φλόγα, θαυμαστότερον ἦν· καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωνᾶ, τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ κῆτος, τὸ ἐμπεσόντα μηδὲν ἀπὸ τοῦ θηρίου παθεῖν ἀηδὲς, πολλῷ μεῖζον ἦν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, τὸ ἀποθανόντα διαλῦσαι τὸν θάνατον, παραδοξότερον ἦν. Μὴ τοίνυν λέγε· Διὰ τί οὐκ ἤμυνεν ἑαυτῷ ἐν τῷ σταυρῷ; αὐτῷ γὰρ συμπλακῆναι ἠπείγετο τῷ θανάτῳ. Οὐ κατέβη ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἠβούλετο. Ὃν γὰρ ἡ τυραννὶς οὐ κατέσχε τοῦ θανάτου, πῶς ἦλοι σταυροῦ κατασχεῖν ἠδύναντο;

β'. Ἀλλὰ ταῦτα ἡμῖν γνώριμα, τοῖς δὲ ἀπίστοις οὐκέτι. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, ὅτι ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι. *Γέγραπται γάρ· Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.* Οὐδὲν παρ' ἑαυτοῦ φορτικὸν τέως τίθησιν, ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν ἔρχεται τῆς Γραφῆς, καὶ τότε τὴν ἐκεῖθεν παῤῥησίαν λαβὼν καταφορικώτερον κέχρηται τοῖς λόγοις, καί φησιν· *Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;* Ἐπειδὴ γὰρ *ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.* Εἰπὼν ὅτι *Γέγραπται, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν*, τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξιν ἐπάγει λέγων· *Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς;* ὁμοῦ καὶ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων καθαπτόμενος. Ποῖος γὰρ φιλόσοφος, τίς τῶν περὶ τοὺς συλλογισμοὺς ἐσχολακότων, τίς τῶν τὰ Ἰουδαίων εἰδότων ἔσωσε, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐγνώρισεν; Οὐκ ἔστιν οὐδείς, ἀλλὰ τῶν ἁλιέων τὸ πᾶν γέγονε. Συμπεράνας τοίνυν τὸ προκείμενον, καὶ κατενεγκὼν αὐτῶν τὸν τῦφον, καὶ εἰπών· *Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;* λέγει καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ταῦτα γέγονεν οὕτως. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, ὁ σταυρὸς ἐφάνη. Τί δέ ἐστιν, *Ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ*; Τῇ διὰ τῶν ἔργων φαινομένῃ, δι' ὧν ἠθέλησε γνωρισθῆναι. Διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὰ καὶ τοιαῦτα κατεσκεύασεν, ἵνα ἀναλόγως ἐκ τῶν ὁρωμένων ὁ ποιητὴς θαυμάζηται. Μέγας ὁ οὐρανὸς, καὶ ἀπειροπληθὴς ἡ γῆ· θαύμασον τοίνυν τὸν πεποιηκότα. Καὶ γὰρ ὁ μέγας οὗτος οὐ μόνον ἐγένετο ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ μετ' εὐκολίας, καὶ ἡ ἄπειρος ἐκείνη γῆ καὶ αὐτὴ ὡς οὐδὲν παρήγετο. Διὰ τοῦτο περὶ μὲν ἐκείνου φησὶν, ὅτι *Ἔργα τῶν δακτύλων σού εἰσιν οἱ οὐρανοί·* περὶ δὲ τῆς γῆς, *Ὁ ποιήσας τὴν γῆν ὡς οὐδέν.* Ἐπεὶ οὖν διὰ τῆς σοφίας ταύτης οὐκ ἠθέλησε γνωρίσαι τὸν Θεὸν, διὰ τῆς δοκούσης μωρίας εἶναι τοῦ κηρύγματος ἔπεισεν, οὐ διὰ λογισμῶν, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως. Λοιπὸν ὅπου σοφία Θεοῦ, οὐκέτι χρεία ἀνθρωπίνης. Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι τὸν κτίσαντα τὸν [26] κόσμον τὸν τοσοῦτον καὶ οὕτω μέγαν, Θεὸν εἶναι εἰκὸς δύναμιν ἀμήχανόν τινα ἔχοντα καὶ ἀπόῤῥητον, σοφίας ἀνθρωπίνης λογίζεσθαι ἦν, καὶ διὰ τούτων αὐτὸν καταλαμβάνειν· νῦν δὲ οὐκέτι λογισμῶν, ἀλλὰ πίστεως δεῖ μόνης. Τὸ γὰρ εἰς τὸν σταυρωθέντα καὶ ταφέντα πιστεύειν καὶ πεπληροφορῆσθαι, ὅτι οὗτος αὐτὸς καὶ ἀνέστη καὶ ἄνω κάθηται, τοῦτο σοφίας οὐ δεῖται οὐδὲ λογισμῶν, ἀλλὰ πίστεως. Καὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι οὐ σοφίᾳ προσῆλθον, ἀλλὰ πίστει, καὶ γεγόνασι τῶν ἔξω σοφῶν σοφώτεροι καὶ ὑψηλότεροι, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ τοῦ λογισμοὺς κινεῖν τὸ πίστει τὰ τοῦ Θεοῦ δέχεσθαι μεῖζον· τοῦτο γὰρ ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνει διάνοιαν. Πῶς δὲ ἀπώλεσε τὴν σοφίαν; Διὰ Παύλου καὶ τῶν τοιούτων γνωρισθεὶς ἡμῖν, ἔδειξεν αὐτὴν οὖσαν ἀνόητον [b]. Πρὸς γὰρ τὸ δέξασθαι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν οὔτε ὁ σοφὸς ὠφελεῖταί τι παρὰ τῆς σοφίας, οὔτε ὁ ἰδιώτης ἐβλάβη τι παρὰ τῆς ἀμαθίας· ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν,

[a] *Aberat* εἰκότως.

[b] Alius, ἀνόητον.

Digitized by Google

μᾶλλον ἰδιωτεία, ἡ σοφία πρὸς τὴν ὑποδοχὴν ἐστιν ἐπιτήδειον καὶ εὐκολώτερον. Ὁ γὰρ ποιμὴν καὶ ἄγροικος ταύτην θᾶττον ὑποδέξεται, καθάπαξ καὶ τοὺς λογισμοὺς καταστέλλων, καὶ τῷ Δεσπότῃ ἑαυτὸν παραδιδούς. Οὕτω τοίνυν τὴν σοφίαν ἀπώλεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ προτέρα ἑαυτὴν κατέβαλε, πρὸς οὐδὲν χρησίμη λοιπόν ἐστιν. Ὅτε γὰρ ἔδει τὰ ἑαυτῆς αὐτὴν ἐνδείξασθαι καὶ διὰ τῶν ἔργων ἰδεῖν τὸν Δεσπότην, οὐκ ἠθέλησε. Διὰ τοῦτο, κἂν θέλῃ νῦν ἐπεισαγαγεῖν ἑαυτὴν, οὐ δύναται· οὐ γὰρ τοιαῦτα τὰ πράγματα· ἡ γὰρ ὁδὸς ἡ τῆς θεογνωσίας πολλῷ μείζων ἐκείνης αὕτη. Διά τοι τοῦτο πίστεως καὶ ἀφελείας χρεία, καὶ ταύτην πανταχοῦ ζητεῖν δεῖ, καὶ τῆς ἔξωθεν προτιμᾶν σοφίας· *Ἐμώρανε γὰρ ὁ Θεός*, φησὶ, *τὴν σοφίαν*. Τί δέ ἐστιν, *Ἐμώρανε*; Μωρὰν ἔδειξεν οὖσαν πρὸς τὴν τῆς πίστεως κατάληψιν. Ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἐφρόνουν ἐπ' αὐτῇ, ἤλεγξεν αὐτὴν ταχέως. Ποία γὰρ σοφία, ὅταν τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν μὴ εὑρίσκῃ; Ἐποίησε τοίνυν φανῆναι μωρὰν, ἐπειδὴ ἑαυτὴν ἐκείνη πρώτη ἤλεγξεν. Εἰ γὰρ ὅτε λογισμοῖς ἦν εὑρεῖν, οὐδὲν ἔδειξε, νῦν ὅτε μείζονα φέρεται τὰ πράγματα, πῶς ἀνῦσαί τι δυνήσεται, ὅτε πίστεως χρεία μόνης, καὶ οὐχὶ δεινότητος; Μωρὰν τοίνυν αὐτὴν ἔδειξεν ὁ Θεός· ηὐδόκησε δὲ διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι, μωρίας δὲ οὐχὶ τῆς οὔσης, ἀλλὰ τῆς εἶναι δοκούσης. Τὸ γὰρ μεῖζον τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐχ ἑτέραν σοφίαν τοιαύτην ἐκείνης πλείονα εἰσαγαγὼν, ἀλλὰ τὴν δοκοῦσαν εἶναι μωρίαν, οὕτω περιγέγονε. Καὶ γὰρ Πλάτωνα ἐξέβαλεν, οὐχὶ δι' ἑτέρου φιλοσόφου σοφωτέρου, ἀλλὰ διὰ ἀλιέως ἀμαθοῦς. Οὕτω γὰρ γέγονε μείζων ἡ ἧττα, καὶ λαμπροτέρα ἡ νίκη. Εἶτα δεικνὺς τοῦ σταυροῦ τὴν δύναμιν, φησίν· *Ἐπειδὴ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι σημεῖα αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν.*

γ'. [27] Πολλὴ τῶν εἰρημένων ἡ σύνεσις. Θέλει γὰρ εἰπεῖν, πῶς διὰ τῶν ἐναντίων ἐκράτησεν ὁ Θεὸς, καὶ πῶς οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον τὸ κήρυγμα. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὅταν εἴπωμεν, φησὶν, Ἰουδαίοις, Πιστεύσατε, λέγουσιν, Ἀναστήσατε νεκροὺς, ἰάσασθε δαιμονῶντας, δείξατε ἡμῖν σημεῖα. Ἡμεῖς δὲ ἀντὶ τούτων τί λέγομεν; Ὅτι ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν ὁ κηρυττόμενος. Τοῦτο δὲ ἱκανὸν οὐ μόνον τοὺς μὴ βουλομένους μὴ ἐφέλκεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους διακρούσασθαι· ἀλλ' ὅμως οὐ διακρούεται, ἀλλὰ ἐφέλκεται καὶ κρατεῖ καὶ περιγίνεται. Πάλιν Ἕλληνες ἀπαιτοῦσιν ἡμᾶς ῥητορείαν λόγων καὶ δεινότητα σοφισμάτων· ἡμεῖς δὲ καὶ τούτοις σταυρὸν κηρύττομεν· καὶ ὅπερ ἐπὶ Ἰουδαίων δοκεῖ ἀσθενείας εἶναι, τοῦτο ἐπὶ Ἑλλήνων μωρία. Ὅταν οὖν μὴ μόνον ἃ αἰτοῦσι μὴ παρέχωμεν, ἀλλὰ καὶ ἐναντία ὧν αἰτοῦσιν· ὁ γὰρ σταυρὸς οὐ μόνον οὐ δοκεῖ σημεῖον εἶναι κατὰ λογισμὸν ἐξεταζόμενον, ἀλλὰ καὶ σημείου ἀναίρεσις· καὶ οὐ μόνον οὐ δοκεῖ δυνάμεως ἀπόδειξις, ἀλλὰ καὶ ἀσθενείας ἔλεγχος· οὐ μόνον οὐ δοκεῖ σοφίας ἐπίδειξις εἶναι, ἀλλὰ καὶ μωρίας ὑπόληψις· ὅταν οὖν οἱ σημεῖα καὶ σοφίαν ζητοῦντες μὴ μόνον μὴ λαμβάνωσιν ἅπερ αἰτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία ὧν ἐπιθυμοῦσιν ἀκούωσιν, εἶτα διὰ τῶν ἐναντίων πείθωνται, πῶς οὐκ ἄφατός ἐστιν ἡ τοῦ κηρυττομένου δύναμις;

Ὥσπερ ἂν εἴ τινι τῶν κλυδωνιζομένων καὶ λιμένος ἐπιθυμούντων μὴ λιμένα δείξας, ἀλλ' ἕτερον μέρος τοῦ πελάγους ἀγριώτερον, δυνηθῇς ποιῆσαι [a] μετὰ χάριτος ἕπεσθαι· ἢ ἰατρὸς τὸν τετρωμένον καὶ φαρμάκων ἐπιθυμοῦντα μὴ διὰ φαρμάκων, ἀλλὰ διὰ τοῦ καίειν πάλιν ἐπαγγελλόμενος ὑγιῆ ποιεῖν, ἐφέλκοιτο πρὸς ἑαυτὸν (μεγάλης γὰρ τοῦτο δυνάμεως)· οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐ μόνον οὐ [b] διὰ σημείου, ἀλλὰ καὶ διὰ πράγματος δοκοῦντος ἐναντίου εἶναι τοῖς σημείοις περιεγένοντο· ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ πεποίηκεν ὁ Χριστός. Βουλόμενος γὰρ αὐτὸν θεραπεῦσαι, διὰ πράγματος ἐπιτείνοντος τὴν πήρωσιν ἀνέλε πηλὸν γὰρ ἐπέθηκεν. Ὥσπερ οὖν διὰ πηλοῦ τὸν τυφλὸν ἐθεράπευσεν, οὕτω καὶ τὴν οἰκουμένην διὰ σταυροῦ προσηγάγετο· ὅπερ προσθήκη ἦν σκανδάλου, οὐκ ἀναίρεσις σκανδάλου. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως ἐποίησε, τὰ ἐναντία διὰ τῶν ἐναντίων κατασκευάζων. Ψάμμῳ γοῦν θάλασσαν ἐτείχισε, τῷ ἀσθενεῖ τὸ ἰσχυρὸν χαλινώσας· ὕδατι γῆν ἐπέθηκε, τῷ χαύνῳ καὶ διαῤῥέοντι τὸ βαρὺ καὶ πυκνὸν ἐποχεῖσθαι παρασκευάσας. Διὰ τῶν προφητῶν πάλιν ξύλῳ μικρῷ σίδηρον ἐμετεώρισεν. Οὕτω δὴ καὶ σταυρῷ τὴν οἰκουμένην ἐπεσπάσατο. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὕδωρ βαστάζει τὴν γῆν, οὕτω καὶ ὁ σταυρὸς βαστάζει τὴν οἰκουμένην. Μεγάλης τοίνυν δυνάμεως καὶ σοφίας ἀπόδειξις τὸ διὰ τῶν ἐναντίων πείθειν. Καὶ γὰρ σκανδάλου πρᾶγμα ὁ σταυρὸς εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' ὅμως οὐ μόνον οὐ σκανδαλίζει, ἀλλὰ καὶ ἐφέλκεται. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοήσας ὁ Παῦλος καὶ ἐκπλαγείς, ἔλεγεν, ὅτι *Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ*, [28] *καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί*· περὶ τοῦ σταυροῦ λέγων τὸ μωρὸν καὶ τὸ ἀσθενὲς, οὐ τὸ ὄν, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν· πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν ἀποκρίνεται. Ὃ γὰρ οὐκ ἴσχυσαν φιλόσοφοι διὰ τῶν συλλογισμῶν παῖσαι, τοῦτο ἡ δοκοῦσα εἶναι μωρία κατώρθωσε; Τίς οὖν σοφώτερος; ὁ τοὺς πολλοὺς πείθων, ἢ ὁ ὀλίγους, μᾶλλον δὲ οὐδένα; ὁ περὶ τῶν μεγίστων πείθων, ἢ ὁ περὶ τῶν μὴ δεόντων [c]; Πόσα ἔκαμε Πλάτων καὶ οἱ κατ' αὐτὸν περὶ γραμμῆς καὶ γωνίας καὶ στιγμῆς καὶ ἀριθμῶν ἀρτίων καὶ περιττῶν, καὶ ἴσων ἀλλήλοις καὶ ἀνίσων, καὶ τῶν τοιούτων διαλεγόμενος ἡμῖν ἀραχνίων (καὶ γὰρ τῶν ὑφασμάτων ἐκείνων ἀχρηστότερα ταῦτα τῷ βίῳ), κοὐ μέγαν, οὐ μικρὸν ἐντεῦθεν ὠφελήσας οὕτω τὸν βίον κατέλυσε! πόσα ἔκαμε δεῖξαι ἐπιχειρῶν ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ οὐδὲν σαφὲς εἰπών, οὐδὲ πείσας τινὰ τῶν ἀκουόντων οὕτως ἀπῆλθεν! Ὁ δὲ σταυρὸς διὰ ἰδιωτῶν ἔπεισε, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐπεσπάσατο [d], καὶ οὐχ ὑπὲρ τῶν τυχόντων πραγμάτων, ἀλλὰ περὶ Θεοῦ διαλεχθεὶς καὶ τῆς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβείας, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ τῆς τῶν μελλόντων κρίσεως· καὶ πάντας ἐποίησε φιλοσόφους, τοὺς ἀγροίκους, τοὺς ἰδιώτας. Ὅρα πῶς τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ ἀσθενὲς ἰσχυρότερον. Πῶς ἰσχυρότερον; Ὅτι τὴν οἰκουμένην ἐπέδραμεν ἅπασαν, καὶ πάντας κατὰ κράτος εἷλε, καὶ μυρίων ἐπιχειρούντων σβέσαι τοῦ σταυρωθέντος τὸ ὄνομα, τούναντίον ἐγένετο. Τοῦτο μὲν γὰρ ἤνθησε καὶ ἐπέδωκεν ἐπὶ μεῖζον, ἐκεῖνοι δὲ ἀπώλοντο καὶ διεφθάρησαν, καὶ οἱ ζῶντες τῷ νεκρωθέντι πολεμοῦντες, οὐδὲν ἴσχυσαν. Ὥστε ἐπειδὰν εἴπῃ με μωρὸν ὁ Ἕλλην, τότε δείκνυσιν ἑαυτὸν μεθ' ὑπερβολῆς μωρόν· ὅταν ἐγὼ νομιζόμενος εἶναι παρ' αὐτῷ μωρὸς, τοῦ σοφοῦ φαίνωμαι σοφώτερος· ὅταν ἐμὲ καλέσῃ ἀσθενῆ, τότε ἑαυτὸν ἀσθενέστε-

[a] Reg. δυνηθῇς πεῖσαι. [b] *Aberat* οὐ. [c] Reg., τῶν μηδὲ ὄντων, non male. [d] *Legebatur* ἔπεισε *ex præcedentibus ridicule repetitum.*

Digitized by Google

prædicationem neque sapiens juvatur a sapientia, neque imperitus lædi:ur ab ignorantia. Sed si quid oporteat admirabile dicere, imperitia ad suscipiendum opportunior et facilior est, quam sapientia. Pastor enim et rusticus hanc citius suscipiet, ratiocinia comprimens, et Domino se dedens. Sic ergo ille sapientiam perdidit. Quia enim prior seipsam dejecit, ad nihil deinceps utilis est. Cum oporteret enim eam sua indicare et per opera Deum videre, noluit. Ideo si se jam inducere vellet, non potest; non enim res ita se habent: hæc enim ad cognitionem Dei via longe major illa est. Ideo fide et simplicitate opus est: illam oportet semper quærere et externæ sapientiæ anteponere; nam *Stultam fecit Deus*, inquit, *sapientiam*. Quid est autem, *Stultam fecit?* Stultam esse ostendit ad fidem comprehendendam. Quia enim altum sapiebant de illa, ipsam cito confutavit. Quænam illa sapientia, quæ caput bonorum non inveniat? Effecit igitur, ut illa stulta appareret, quia illa se primam refellit. Si enim quando ratiociniis licebat invenire, nihil ostendit: nunc cum res feruntur majores, quomodo quidpiam perficere poterit, cum sola fide opus est, non facundia? Stultam ergo illam ostendit Deus. Placuit autem ipsi per stultitiam prædicationis salutem donare; stultitiam quæ vere non talis est, sed talis esse videtur. Hoc porro majus est, quod non aliam sapientiam illa excellentiorem inducens, per eam, quæ stultitia videbatur esse, superavit. Platonem quippe ejecit, non per alium sapientiorem philosophum, sed per ignarum piscatorem: ita enim et major clades fuit et splendidior victoria. Deinde crucis virtutem ostendens ait: 22. *Quoniam et Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt:* 23. *nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam,* 24. *ipsis autem vocatis, Judæis et Græcis, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam.*

3. Magna est dictorum prudentia. Vult enim dicere quomodo per contraria vicit Deus, et quomodo prædicatio non sit humana. Hoc autem vult significare: Cum dicimus, inquit, Judæis, Credite, respondent, Mortuos suscitate, sanate dæmoniacos, ostendite nobis signa. Nos autem quid ad hæc dicimus? Crucifixus et mortuus est is qui prædicatur. Hoc vero possit non modo nolentes non attrahere, sed etiam volentes repellere: attamen non repellit, sed attrahit et detinet et vincit. Rursum Græci a nobis exigunt eloquentiam et sophismatum gravitatem. Nos autem his quoque crucem prædicamus: et quod Judæis imbecillitas esse videtur, hoc Græcis est stultitia. Cum autem illis non modo ea quæ petunt non præbemus, sed etiam petitis contraria damus; crux enim non modo signum non videtur esse, sed etiam, si ratione examinetur, signi ademptio putatur; nec modo non videtur virtutis demonstratio, sed etiam imbecillitatis argumentum, nec modo non sapientiæ ostensio, sed etiam stultitiæ suspicio: cum ergo signa et sapientiam quærentes, non solum non accipiant ea quæ petunt, sed contraria iis quæ desiderant audiant, ac deinde per contraria persuadeantur; quomodo non ineffabilis fuerit ejus qui prædicatur virtus?

Christus per contraria persuadet, quomodo. — Quemadmodum si cui eorum, qui fluctibus jactantur et portum desiderant, non ostendens portum, sed aliam pelagi partem sæviorem, posses efficere, ut gratias agens sequeretur; vel si medicus saucium et medicamenta cupientem, non pharmacis, sed iterum urendo pollicens se sanum redditurum esse, ad se illum attraheret; hoc enim magnæ virtutis esset: ita et apostoli non modo non per signum, sed etiam per rem, quæ signis contraria esse videbatur, superaverunt. Quod etiam in cæco Christus fecit. Cum vellet enim ipsum curare, per rem quæ cæcitatem augeret, illam sustulit; nam lutum imposuit. Ut ergo per lutum cæcum sanavit, sic orbem terræ per crucem adduxit: id quod scandali additio erat, non sublatio scandali. Sic etiam in creatione fecit, contraria contrariis apparans. Arena quippe mare cinxit, infirmo validum refrenans: aquæ terram imposuit, molli et fluido densum et solidum imponens. Per prophetas quoque parvo ligno ferrum eduxit. Sic et cruce orbem attraxit. Quemadmodum enim aqua terram gestat, ita crux orbem terræ portat. Magnæ igitur virtutis et sapientiæ argumentum est per contraria persuadere. Crux enim scandalum esse videtur; et tamen non solum non offendiculo est, sed etiam trahit. Hæc itaque omnia cogitans Paulus, et obstupescens dicebat: *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Stultum et infirmum dicens, de cruce loquitur, non quod est, sed quod videtur esse significans: nam secundum illorum opinionem respondet: Etenim quod per syllogismos philosophi facere non potuere, hoc perfecit ea quæ videbatur esse stultitia. Quis ergo sapientior, is qui multis persuadet, an is qui paucis, imo vero nulli? is qui de rebus maximis persuadet, an is qui de iis, quæ non oporteret[1]? Quantum laboravit Plato circa lineam et angulum et punctum, ac de numeris paribus et imparibus, et inter se æqualibus et inæqualibus ac de similibus aranearum telis (hæc enim in utiliora vitæ sunt, quam hujusmodi textura), et cum nec parvum nec magnum inde fructum attulisset, sic vitam finivit? quantum laboravit ut ostenderet animam esse immortalem, et nihil clarum dixit, ac cum nemini auditorum id persuasisset, sic diem obiit? Crux autem per ignaros homines persuasit, imo persuasit toti orbi terrarum; non de levibus rebus disserens, sed de Deo et de vera religione, deque evangelico vitæ instituto, ac de futuro judicio, atque rusticos indoctosque omnes fecit philosophos. Vide quomodo quod stultum est Dei, sapientius sit hominibus, et infirmum fortius. Quomodo fortius? Quod totum orbem pervaserit, et omnes vi ceperit, et quod innumeris Crucifixi nomen exstinguere conantibus, contrarium evenerit: hoc

[1] Reg. habet, *quæ non sunt*, pro, *quæ non oporteret*.

Digitized by Google

nomen floruit, et majorem in modum accrevit; illi vero perierunt et in exitium ruerunt: ac viventes adversus mortuum bellum gerentes, nihil potuere. Itaque quando me mortuum Græcus dicit, tunc ostendit se admodum stultum esse; quando ego, qui ab illo stultus esse existimor, sapiente sapientior appareo: cum me vocabit infirmum, tunc seipsum infirmiorem ostendet. Quæ enim per Dei gratiam recte agere potuerunt publicani et piscatores, hæc philosophi, tyranni, et ut ita dicam, totus orbis innumera circumcurrens, ne imaginari quidem potuit. Quid enim crux non induxit? De immortalitate animæ sententiam, de resurrectione corporum, de despectu præsentium et de futurorum desiderio. Homines angelos fecit, et omnes ubique philosophantur, omnemque virtutem exhibent.

4. Sed etiam apud illos, inquies, multi mortem contempsere. Quinam, quæso? an ille qui cicutam bibit? Sed si velis, innumeros tales ex Ecclesia proferam. Si enim liceret ingruente persequutione epota cicuta excedere, essent omnes illo clariores.

Socrates coactus cicutam bibit. Martyrum cruciatus. — Alioquin autem bibit ille, cum non liceret sibi aut bibere aut non bibere; sed vellet nollet hæc oportuit facere: quod non virtutis, sed necessitatis erat. Nam latrones et homicidæ, sententia judicum damnati, graviora passi sunt. Apud nos autem contrario modo res se habet: non enim inviti martyres passi sunt, sed sponte, et cum penes illos esset non pati, adamante quolibet firmiorem exhibuere virtutem. Non mirum ergo est, si ille cicutam biberit, cum non posset a tali potu abstinere, et ad extremam provectus esset senectutem: dicebat enim se annos septuaginta natum quando vitam contempsit, si tamen hoc sit contemnere: non enim ego illud dixerim, imo neque ullus alius. Sed ostende mihi aliquem in tormentis pro pia religione perseverantem, ut ego innumeros ubique per orbem proferam. Quis effossis unguibus, id fortiter tulit? quis, cum eruerentur articuli? quis, cum corpus ejus discerperetur et separatur a capite? quis, cum ossa capitis extraherentur? quis in sartagine frequenter positus? quis in lebetem injectus? Hæc mihi ostende. Nam ex cicuta mori perinde est atque dormientem permanere: mors enim hujusmodi somno suavior esse dicitur. Quod si qui etiam tormenta pertulerunt, horum certe laus periit: pro turpi enim causa perierunt; alii ut qui secreta revelassent, alii ut qui tyrannidem affectassent, alii in turpissimis rebus deprehensi: alii frustra et temere, nulla de causa, sese detulerunt. Sed non ita apud nos. Ideo illorum quidem gesta tacentur; hæc vero florent et in dies accrescunt. Quod cogitans Paulus dicebat: Infirmum Dei fortius est omnibus hominibus. Quod enim divina sit prædicatio, inde etiam manifestum est. Undenam in mentem venit duodecim hominibus iisque ignaris, in lacubus, fluviis et deserto manentibus, ut res tantas aggrederentur; et iis qui numquam fortasse in urbem et in forum venerant, ut contra totum orbem aciem instruerent? Quod enim formidolosi essent et pusilli animi, ostendit ille, qui de iis scripsit, qui id non recusavit, neque illorum obtegere vitia voluit: quod maximum est veritatis argumentum. Quid igitur ille de illis dicit? Quod Christo comprehenso, post innumera edita miracula alii fugerint, ille vero aliorum coryphæus ipsum negaverit. Undenam ergo illi, qui vivente Christo Judæorum impetum non tulerant, illo mortuo et sepulto, cum non resurrexisset, ut vos dicitis, neque alloquutus illos fuisset, neque animum indidisset, contra tantum orbem terræ aciem instruxerunt? Annon apud se dixissent, Quid hoc est? seipsum non potuit servare, et nos proteget? sibi opem non tulit vivus, et nobis manum tendet mortuus? ipse vivus nullam subegit gentem, et nos toti orbi, ipsius prolato nomine, persuadebimus? et quomodo non contra rationem fuerit, hæc non solum facere, sed etiam cogitare? Quamobrem palam est, si non vidissent illum resurrexisse, magnumque potentiæ ejus habuissent argumentum, non tantam jacturos fuisse aleam. Etiamsi enim amicos habuissent innumerabiles, annon statim omnium sibi inimicitiam attraxissent, dum antiquos mores amoverent, et patrios terminos transferrent? nunc autem omnes habuere sibi hostes et proprios et alienos. Etiamsi enim propter externa omnia venerabiles fuissent, annon omnes ipsos exsecrati fuissent, quod novum vitæ institutum inducerent? nunc autem deserti erant ab omnibus, et consentaneum erat, ut vel inde in omnium odium et contemptum incurrerent. Quos enim vis dicere? Judæos? At ingenti illos odio prosequebantur ex iis, quæ contra magistrum facta fuerant. An Græcos? At hi non minus quam illi ipsos aversabantur; idque norunt maxime omnium Græci. Plato enim, qui novam voluit instituere rempublicam, vel potius partem reipublicæ, qui non deorum nomina mutavit, sed acta et gesta alia pro aliis induxit, in periculum venit, ne ex Sicilia ejectus (*a*) morte afficeretur: quia autem hoc non accidit, libertatem ipse amisit. Et nisi barbarus quidam Siciliæ tyranno mitior fuisset, nihil prohibuisset quominus philosophus in aliena terra servituti addictus esset. Atqui non par res est, ea quæ ad regnum pertinent innovare, et quæ ad religionem: hoc enim maxime homines conturbat et commovet. Nam dicere, Hic et iste hanc uxorem ducant, et, Custodes hoc modo sint custodes, non multum turbare possunt, cum maxime in libro scripta sunt, nec multum curat legislator, ut scripta in opus exeant: at dicere, eos qui coluntur non esse deos, sed dæmonas, cum qui crucifixus fuit Deum esse, scitis quantam accenderit iram, quantum excitaverit bellum.

5. *Protagoras et Theodorus athei.* — Nam apud illos Protagoras (*b*), quia ausus est dicere, Non novi deos,

(*a*) De Platone ejusque in Siciliam transitu, et de reditu ex eadem, vide Plutarchum in Vita Dionis, et Diogenem Laertium in Platone.

(*b*) De Protagora hæc habet Cicero lib. 1 de Natura deorum, c. 23: *Nam Abderites quidem Protagoras, cujus a te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset de diis, neque ut sint, neque ut non sint, Atheniensium jussu urbe atque*

Digitized by Google

ρον δείκνυσιν. Ἃ γὰρ ἴσχυσαν κατορθῶσαι τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι τελῶναι καὶ ἁλιεῖς, ταῦτα φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες καὶ τύραννοι καὶ πᾶσα ἁπλῶς ἡ οἰκουμένη μυρία περιδραμοῦσα οὐδὲ φαντασθῆναι ἴσχυσαν. Τί γὰρ οὐκ εἰσήγαγεν ὁ σταυρός; Τὸν περὶ ἀθανασίας ψυχῆς λόγον, τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν σωμάτων, τὸν περὶ τῆς ὑπεροψίας τῶν παρόντων, τὸν περὶ τῆς ἐπιθυμίας τῶν μελλόντων. Καὶ ἀγγέλους τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε, καὶ πάντες πανταχοῦ φιλοσοφοῦσι, καὶ πᾶσαν ἀνδρείαν ἐπιδείκνυνται.

δ'. Ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῖς, φησὶ, πολλοὶ θανάτου καταφρονοῦντες γεγόνασι. Τίνες, εἰπέ μοι; ἆρα ὁ τὸ κώνειον πιών; Ἀλλ' εἰ βούλει, τοιούτους μυρίους ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας παράσχωμαι. Εἰ γὰρ ἐνῆν, διωγμοῦ καταλαβόντος, κώνειον πιόντας ἀπελθεῖν, πάντες ἂν ἐκείνου λαμπρότεροι γεγόνασι.

Ἄλλως δὲ ἐκεῖνος οὐχὶ κύριος ὢν τοῦ μὴ πιεῖν ἢ πιεῖν, ἔπιεν· ἀλλὰ καὶ ἄκοντα καὶ ἐκόντα ἔδει τοῦτο παθεῖν, ὅπερ οὐκ ἦν ἀνδρείας, ἀλλὰ ἀνάγκης λοιπόν. Καὶ γὰρ καὶ λῃσταὶ καὶ ἀνδροφόνοι ὑπὸ τῇ ψήφῳ γενόμενοι τῶν δικαζόντων χαλεπώτερα ἔπαθον. Παρ' ἡμῖν δὲ τοὐναντίον ἅπαν· οὐ γὰρ ἄκοντες οἱ μάρτυρες ὑπέμειναν, ἀλλ' ἑκόντες καὶ κύριοι τοῦ μὴ παθεῖν ὄντες, [29] ἀδάμαντος παντὸς στερρότεραν ἐπιδεικνύντες τὴν ἀνδρείαν. Οὐ τοίνυν τοῦτο θαυμαστὸν, εἰ κώνειον ἔπιεν ἐκεῖνος, καὶ μηκέτι κύριος ὢν τοῦ μὴ πιεῖν, καὶ πρὸς ἕσχατον γῆρας ἐληλακώς· καὶ γὰρ ἔλεγεν ἐτῶν ἑβδομήκοντα εἶναι, ὅτε κατεφρόνησε ζωῆς, εἴ γε καὶ τοῦτο καταφρονῆσαί ἐστιν· οὐ γὰρ ἔγωγε ἂν εἴποιμι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἄλλος οὐδείς. Ἀλλὰ δεῖξόν μοί τινα ὑπὲρ εὐσεβείας βασάνοις ἐγκαρτερήσαντα, καθάπερ ἐγὼ μυρίους πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Τίς τῶν ὀνύχων ἀνορυττομένων, γενναίως ἤνεγκε; τίς τῶν ἄρθρων ἀνασκαπτομένων; τίς τοῦ σώματος αὐτοῦ κατὰ μέρος πορθουμένου; τίς τῶν ὀστέων τῆς κεφαλῆς ἀναμοχλευομένων; τίς ἐπὶ τήγανα συνεχῶς τιθέμενος; τίς εἰς λέβητα ἐμβαλλόμενος; Ταῦτά μοι δεῖξον. Τὸ γὰρ κωνείῳ τελευτῆσαι, ἴσον ἐστὶ τῷ καθευδήσαντα ἐναπομεῖναι· καὶ γὰρ ὕπνου ἡδίων οὗτος ὁ θάνατος λέγεται εἶναι. Εἰ δέ τινες καὶ βασάνους ὑπέμειναν, ἀλλὰ καὶ τούτων τὸ ἐγκώμιον ἀπόλωλεν· ὑπὲρ γὰρ αἰσχρᾶς αἰτίας ἀπώλοντο, οἱ μὲν ὡς ἀπόῤῥητα ἐξειπόντες, οἱ δὲ ὡς τυραννίδι ἐπιθέμενοι, οἱ δὲ ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἁλόντες· οἱ δὲ εἰκῇ καὶ μάτην καὶ ἁπλῶς, αἰτίας μὴ οὔσης, ἑαυτοὺς ἀπήγαγον. Ἀλλ' οὐχὶ παρ' ἡμῖν οὕτω. Διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἐκείνων σεσίγηται, ταῦτα δὲ ἀνθεῖ καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιδίδωσι τὴν ἡμέραν. Ὅπερ ἐννοῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· Τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ πάντων ἰσχυρότερόν ἐστι τῶν ἀνθρώπων. Ὅτι γὰρ θεῖον τὸ κήρυγμα, καὶ ἐντεῦθεν δῆλον. Πόθεν γὰρ ἐπῆλθεν ἀνθρώποις δώδεκα καὶ ἰδιώταις πράγμασιν ἐπιχειρῆσαι τοσούτοις, ἐν λίμναις, ἐν ποταμοῖς, ἐν ἐρημίαις διατρίβουσιν, οὐδέποτε εἰς πόλιν ταχέως οὐδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβεβληκόσι [a]; πόθεν ἐπῆλθε πρὸς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν παρατάξασθαι; Ὅτι γὰρ δειλοὶ ἦσαν καὶ ἄνανδροι, δείκνυσιν ὁ περὶ αὐτῶν γράψας, καὶ μὴ παραιτησάμενος, μηδὲ ὑπομείνας συσκιάσαι αὐτῶν τὰ ἐλαττώματα, ὅπερ μέγιστον καὶ τοῦτο τῆς ἀληθείας ἐστὶ τεκμήριον. Τί οὖν οὗτός φησι περὶ αὐτῶν; Ὅτι τοῦ Χριστοῦ συλληφθέντος, μετὰ μυρία θαύματα οἱ μὲν ἔφυγον, ὁ δὲ μείνας κορυφαῖος ὢν τῶν ἄλλων ἠρνήσατο. Πόθεν οὖν οἱ ζῶντος τοῦ Χριστοῦ τὴν Ἰουδαϊκὴν ὁρμὴν οὐκ ἐνεγκόντες, τελευτήσαντος καὶ ταφέντος καὶ μὴ ἀναστάντος, ὥς φατε, μηδὲ διαλεχθέντος αὐτοῖς, μηδὲ θάρσος ἐνθέντος, πρὸς τοσαύτην παρετάττοντο οἰκουμένην; Οὐκ ἂν εἶπον πρὸς ἑαυτούς, Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἑαυτὸν οὐκ ἴσχυσε σῶσαι, καὶ ἡμῶν προστήσεται; ἑαυτῷ οὐκ ἤμυνε ζῶν, καὶ ἡμῖν χεῖρα ὀρέξει τετελευτηκώς; αὐτὸς ζῶν οὐδὲ ἓν ἔθνος ὑπέταξε, καὶ ἡμεῖς τὴν οἰκουμένην ὅλην πείσομεν τὸ ἐκείνου λέγοντες ὄνομα; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον οὐχὶ ποιῆσαι ταῦτα μόνον, ἀλλ' ἐννοῆσαι γοῦν; Ὅθεν δῆλον ὅτι, εἰ μὴ εἶδον ἀναστάντα καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μεγίστην ἔλαβον ἀπόδειξιν, οὐκ ἂν τοσοῦτον ἀνέῤῥιψαν κύβον. [30] Εἰ γὰρ καὶ φίλους εἶχον μυρίους, οὐκ ἂν εὐθέως ἐχθροὺς ἐκτήσαντο πάντας, παλαιὰ ἔθη κινοῦντες καὶ πατρῷα ὅρια μεταίροντες [b]; νυνὶ δὲ καὶ πάντας πολεμίους ἐκέκτηντο, καὶ τοὺς ἰδίους καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Εἰ γὰρ καὶ αἰδέσιμοι πάντων ἕνεκεν ἦσαν τῶν ἔξωθεν, οὐκ ἂν πάντες αὐτοὺς ἐβδελύξαντο καινὴν πολιτείαν εἰσάγοντας; νῦν δὲ καὶ ἔρημοι πάντων ἐτύγχανον, καὶ εἰκὸς ἦν κἀντεῦθεν μισητοὺς γενέσθαι παρὰ πᾶσι καὶ εὐκαταφρονήτους. Τίνας γὰρ βούλει εἰπεῖν; Ἰουδαίους; Ἀλλ' ἄφατον εἶχον πρὸς αὐτοὺς μῖσος ἐκ τῶν πρὸς τὸν διδάσκαλον γεγενημένων. Ἀλλ' Ἕλληνας; Ἀλλὰ καὶ οὗτοι οὐκ ἐλάττονα ἐκείνων ἀπεστράφησαν, καὶ ἴσασι ταῦτα μάλιστα Ἕλληνες. Πλάτων γὰρ ὁ πολιτείαν τινὰ καινοτομῆσαι βουληθεὶς, μᾶλλον δὲ μέρος πολιτείας, καὶ οὐ τὰ τῶν θεῶν μετατιθεὶς νόμιμα, ἀλλ' ἁπλῶς πράξεις εἰσαγωγὼν ἑτέρας ἀνθ' ἑτέρων, ἐκινδύνευσε Σικελίας ἐκπεσὼν ἀποθανεῖν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐ γέγονε, τῆς ἐλευθερίας ἐξέπεσεν αὐτῆς. Καὶ εἰ μὴ βάρβαρός τις τοῦ Σικελίας τυράννου γέγονεν ἡμερώτερος, οὐδὲν ἐκώλυε διαπαντὸς δουλεύειν τὸν φιλόσοφον ἐν ἀλλοτρίᾳ. Καίτοιγε οὐκ ἴσον ἐστὶ τὰ περὶ βασιλείας καινοτομεῖν, καὶ τὰ περὶ θρησκείας· τοῦτο γὰρ μάλιστα θορυβεῖ καὶ ταράττει τοὺς ἀνθρώπους. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τὴν δεῖνα γαμεῖτωσαν, καὶ Οἱ φύλακες τοῦτον τὸν τρόπον ἔστωσαν φύλακες, οὐ σφόδρα ἱκανὸν θορυβῆσαι· καὶ μάλιστα, ὅταν ἐν βιβλίῳ ᾖ ταῦτα κείμενα, καὶ μὴ πολλὴ σπουδὴ τοῦ νομοθετοῦντος γίνηται εἰς ἔργον ἄγειν τὰ λεγόμενα· τὸ μέντοι γε λέγειν, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ θεραπευόμενοι, ἀλλ' ὅτι δαίμονές εἰσιν, ὅτι ὁ ἐσταυρωμένος Θεὸς, ἴστε πόσην ἀνῆψεν ὀργὴν, πόσην ἂν ἐποίησε δοῦναι δίκην, πόσον ἀνέῤῥίπισε πόλεμον.

ε'. Καὶ γὰρ Πρωταγόρας παρ' αὐτοῖς, ἐπειδὴ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ Οἶδα θεοὺς, οὐ τὴν οἰκουμένην περιῶν καὶ κηρύττων, ἀλλ' ἐν μιᾷ πόλει, περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευσε. Καὶ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος, καὶ Θεόδωρος

[a] *Legebatur* ἐμβεβηκόσι.

[b] Sic Reg. bene. Editi autem πατρῷα ἔθη μεταίροντες, repetita voce ἔθη.

Digitized by Google

ὁ λεγόμενος Ἄθεος, καίτοι φίλους εἶχον καὶ δύναμιν τὴν ἀπὸ τῶν λόγων, καὶ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ ἐθαυμάζοντο, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αὐτοὺς ὤνησε· καὶ ὁ μέγας δὲ Σωκράτης καὶ πάντων τῶν παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίᾳ κρατῶν διὰ τοῦτο τὸ κώνειον ἔπιεν, ἐπειδὴ ἐν τοῖς περὶ θεῶν λόγοις μικρόν τι παρακινεῖν ὑπωπτεύετο. Εἰ δὲ ὑπόληψις μόνη καινοτομίας τοσοῦτον κίνδυνον ἤνεγκε φιλοσόφοις ἀνδράσι καὶ σοφοῖς καὶ μυρίας ἀπολελαυκόσι θεραπείας, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἴσχυσαν ἅπερ ἤθελον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ καὶ ζωῆς καὶ πατρίδος [31] ἐξέπεσον, πῶς οὐ θαυμάζεις καὶ ἐκπλήττῃ, τὸν ἁλιέα ὁρῶν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης τοσαῦτα ἐργασάμενον, καὶ κατορθώσαντα ἅπερ ἐσπούδασε, καὶ περιγενόμενον καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων ἁπάντων; Ἀλλ' οὗτοι, φησὶν, οὐχὶ θεοὺς εἰσήγαγον ξένους, ὥσπερ ἐκεῖνοι. Αὐτὸ μὲν οὖν μάλιστα τὸ θαυμαστόν μοι λέγεις, ὅτι διπλῆ ἡ καινοτομία, καὶ τὸ τοὺς ὄντας καθαιρεῖν, καὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἀναγγέλλειν. Πόθεν γὰρ αὐτοῖς ἐπῆλθε τοιαῦτα κηρύττειν; πόθεν ὑπὲρ τοῦ τέλους αὐτῶν θαρρεῖν; τίνας τῶν πρὸ αὐτῶν τοιοῦτόν τι κατορθωκότας εἶχον ἰδεῖν; οὐ πάντες δαίμονας προσεκύνουν; οὐ πάντες τὰ στοιχεῖα ἐθεοποίουν; οὐ διάφορος ἦν τῆς ἀσεβείας ὁ τρόπος; Ἀλλ' ὅμως τὰ πάντα ἐπῆλθον, καὶ κατέλυσαν ταῦτα, καὶ ἐπέδραμον ἐν βραχεῖ καιρῷ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καθάπερ ὑπόπτεροί τινες, οὐ κινδύνους λογιζόμενοι, οὐ θανάτους, οὐ τὴν τοῦ πράγματος δυσκολίαν, οὐ τὴν ὀλιγότητα τὴν ἑαυτῶν, οὐ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντιουμένων, οὐ τὴν ἐξουσίαν, οὐ τὴν δυναστείαν, οὐ τὴν σοφίαν τῶν πολεμούντων. Εἶχον γὰρ τούτων ἁπάντων μείζονα συμμαχίαν, τὴν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναστάντος δύναμιν. Οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστὸν, εἰ πολεμῆσαι εἶλοντο τῇ οἰκουμένῃ πόλεμον αἰσθητὸν, ὡς τοῦτο τὸ γεγενημένον νῦν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ νόμου τῆς μάχης ἐξῆν ἀπεναντίας ἵστασθαι τῶν πολεμίων, καὶ χώραν ἀπολαμβάνοντας ἐναντίαν οὕτω παρατάττεσθαι πρὸς τοὺς ἐναντιουμένους, καὶ καιρὸν ἔχειν ἐπιθέσεως καὶ συμβολῆς· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ στρατόπεδον ἴδιον εἶχον, ἀλλὰ αὐτοῖς ἀνεμίγνυντο τοῖς πολεμίοις, καὶ οὕτως αὐτῶν ἐκράτουν· καὶ ἐν μέσοις τοῖς ἐχθροῖς ἀναστρεφόμενοι, διωλίσθαινον αὐτῶν τὰς λαβάς [a], καὶ περιεγίνοντο καὶ ἐνίκων νίκην λαμπρὰν πληροῦσαν προφητείαν λέγουσαν· *Καὶ κατακυριεύσεις ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου.* Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον, ὅτι κατέχοντες αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλοντες καὶ δεσμοὺς, οὐ μόνον αὐτῶν οὐ περιεγένοντο, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μετὰ ταῦτα αὐτοῖς ὑπέκυπτον, οἱ μαστίζοντες τοῖς μαστιζομένοις, οἱ δεσμοῦντες τοῖς δεδεμένοις, οἱ διώκοντες τοῖς ἐλαυνομένοις. Ταῦτα δὴ πάντα πρὸς Ἕλληνας λέγομεν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων πλείονα· πολλὴ γὰρ τῆς ἀληθείας ἡ περιουσία. Κἂν γὰρ παρακολουθῆτε τῇ ὑποθέσει, πᾶσαν ὑμᾶς τὴν πρὸς αὐτοὺς διδάξομεν μάχην· τέως δὲ ταυτὶ δύο διατηρῶμεν κεφάλαια, πῶς οἱ ἀσθενεῖς τοὺς ἰσχυροὺς ἐνίκησαν, καὶ πόθεν αὐτοῖς ἐπῆλθε τοιούτοις οὖσι τοιαῦτα βουλεύσασθαι, εἰ μὴ θείας ἀπέλαυον συμμαχίας.

[a] *Legebatur* βλάβας.

α'. Καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὧδε. Παρεχώμεθα δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων [b] τὰ τοῦ βίου κατορθώματα, καὶ δαψιλὲς τὸ πῦρ ἀνάπτωμεν τῆς ἀρετῆς. Φωστῆρες γάρ ἐστε, φησὶν, ἐν μέσῳ τοῦ κόσμου λάμποντες· καὶ μείζονα ἡμῶν ἑκάστῳ χρείαν ἐνεχείρισεν ὁ Θεὸς, ἢ τῷ ἡλίῳ, μείζονα οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ τοσούτῳ [32] μείζονα, ὅσῳ τὰ πνευματικὰ τῶν αἰσθητῶν διενήνοχεν. Ὅταν οὖν πρὸς τὸν ἡλιακὸν ἴδωμεν κύκλον, καὶ θαυμάσωμεν τὸ κάλλος καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν φαιδρότητα τοῦ ἄστρου, λογιζώμεθα πάλιν, ὅτι μεῖζον καὶ ἄμεινον τὸ ἐν ἡμῖν φῶς, καθάπερ καὶ τὸ σκότος χαλεπώτερον, ἂν μὴ προσέχωμεν· καὶ γὰρ νὺξ βαθεῖα κατέχει τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Ταύτην τοίνυν ἀνατρέψωμεν καὶ λύσωμεν. Νὺξ οὐκ ἐν αἱρετικοῖς; οὐδὲ ἐν Ἕλλησι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τοῖς παρ' ἡμῖν δογμάτων ἕνεκεν καὶ βίου. Πολλοὶ γὰρ τῇ ἀναστάσει διαπιστοῦσι, πολλοὶ καὶ γένεσιν ἑαυτοῖς ἐπιτειχίζουσι, πολλοὶ καὶ παρατηρήσεις φυλάττουσι, καὶ κληδωνισμοῖς καὶ οἰωνισμοῖς καὶ συμβόλοις· οἱ δὲ καὶ περιάπτοις καὶ ἐπῳδαῖς κέχρηνται. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτους μὲν ὕστερον ἐροῦμεν, ὅταν τὰ πρὸς Ἕλληνας διανύσωμεν· τέως δὲ τὰ εἰρημένα κατέχετε, καὶ συλλάβεσθέ μοι τῆς μάχης, διὰ τοῦ βίου πρὸς ἡμᾶς ἕλκοντες αὐτοὺς καὶ μεθιστῶντες. Ὅπερ γὰρ ἀεὶ λέγω, τὸν περὶ φιλοσοφίας διδάσκοντα, πρότερον ἐν ἑαυτῷ τοῦτο διδάσκειν χρὴ καὶ ποθεινὸν εἶναι τοῖς ἀκούουσι.

Γενώμεθα τοίνυν ποθεινοὶ, καὶ εὐνοϊκῶς διαθῶμεν πρὸς ἡμᾶς τοὺς Ἕλληνας. Τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μὴ κακῶς ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ κακῶς πάσχειν ὦμεν παρεσκευασμένοι. Οὐχ ὁρῶμεν τὰ παιδία, ὅταν ὑπὸ τῶν πατέρων βασταζόμενα ἐντείνῃ πληγὰς εἰς τὰς γνάθους τοῦ φέροντος, πῶς ὁ πατὴρ ἡδέως παρέχει τῷ παιδὶ τῆς ὀργῆς ἐμφορηθῆναι, καὶ ὅταν ἴδῃ κενώσαντα τὸν θυμὸν φαιδρύνεται; Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν· καὶ καθάπερ πατέρες πρὸς παιδία, τοῖς Ἕλλησι διαλεγώμεθα. Παιδία γάρ εἰσιν ἅπαντες Ἕλληνες· καὶ ταῦτά τινες τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρήκασιν, ὅτι ἀεὶ παῖδες ἐκεῖνοι, καὶ γέρων Ἕλλην οὐδείς. Τὰ δὲ παιδία ὑπὲρ οὐδενὸς ἀνέχεται φροντίζειν χρησίμου· οὕτω καὶ οἱ Ἕλληνες παίζειν ἀεὶ βούλονται καὶ χαμαὶ κεῖνται, χαμαιπετεῖς ὄντες καὶ χαμαίζηλοι. Τὰ δὲ παιδία πολλάκις περὶ ἀναγκαίων ἡμῶν διαλεγομένων οὐδενὸς ἐπαισθάνεται τῶν λεγομένων, ἀλλ' ἀεὶ καὶ γελᾷ· τοιοῦτοι καὶ οἱ Ἕλληνες· ὅταν περὶ βασιλείας διαλεγώμεθα, γελῶσι. Καὶ καθάπερ ἐκ παιδικοῦ στόματος πολὺς ἀποβλύζων σίελος πολλάκις καὶ σιτίον καὶ ποτὸν ἐμόλυνεν· οὕτω καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ στόματος τῶν Ἑλλήνων ἀπορρέοντα ῥήματα μάταια καὶ ἀκάθαρτα κἂν ἀναγκαίαν δῷς τροφὴν, λυποῦσι τοὺς παρέχοντας διὰ βλασφημίας ἀεὶ, καὶ δέονται διαβαστάζεσθαι. Τὰ παιδία πάλιν ὅταν ἴδωσι λῃστὴν εἰσιόντα καὶ τὰ ἔνδον ἀφαιρούμενον, οὐ μόνον οὐκ ἀμύνει, ἀλλὰ καὶ προσγελᾷ τῷ ἐπιβούλῳ· ἂν δὲ τὸν καλαθίσκον ἢ τὰ σεῖστρα ἀφέλῃς, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀθυρμάτων, δεινοπαθεῖ καὶ δυσχεραίνει, σπαράττεται καὶ λακτίζει τὸ ἔδαφος.

[b] Sic codex Regius optime. Editi παρεχόμεθα δὲ τῶν ἔργων, et infra ἀνάπτομεν.

Digitized by Google

non orbem circumiens et prædicans, sed in una civitate, de extremis periclitatus est. Diagoras vero Milesius (*a*), et Theodorus atheus cognominatus, quamvis amicos haberent et dicendi facultatem, et ex philosophia in admiratione haberentur, nihil tamen eorum ipsos juvit. Et magnus ille Socrates, qui apud illos philosophia superabat omnes, ideo cicutam ebibit, quod suspicio esset, illum in iis, quæ de diis scripserat, aliquid mutavisse. Quod si innovationis suspicio sola tantum periculi creavit viris philosophis et sapientibus, qui ingentem sibi pepererant existimationem, et non modo non potuere quod volebant perficere, sed etiam ipsi et vita et patria exciderunt; quomodo non miraris et obstupescis, piscatorem videns in orbe tot tantaque patrantem, quæ studebat perficientem et barbaros Græcosque omnes superantem? At hi, inquies, non deos alienos inducebant sicut illi. Hoc ipsum maxime mirabile mihi dicis, quia duplex erat innovatio, et quod eos qui tunc colebantur tollerent, et quod Crucifixum prædicarent. Undenam ad ea prædicanda permoti sunt? undenam audent de fine suo confidere? quosnam ante se viderant talem rem bene gerentes? annon omnes deos colebant? annon omnes elementa in deos referebant? annon diversus erat impietatis modus? Attamen omnia aggressi sunt, et hæc sustulerunt, ac brevi tempore totum orbem tamquam alis instructi percurrerunt, non pericula curantes, non mortes, non rei difficultatem, non paucitatem suorum, non multitudinem adversantium, non potentiam, non sapientiam inimicorum. His quippe omnibus majora habebant auxilia, Crucifixi nempe qui resurrexerat potentiam. Non ita mirabile fuisset, si bellum sensibile in totum orbem inferre voluissent, ut mirum est illud quod nunc factum est. Nam lege belli licebat adversus inimicos stare, et contraria occupata regione, sic contra hostes aciem instruere, atque occasionem accipere invadendi et manus conserendi. Hic autem non ita. Non enim exercitum proprium habebant, sed cum ipsis inimicis permixti erant, et sic illos vincebant, atque in mediis inimicis versantes, illorum impetus propulsabant et superabant, atque victoriam reportabant splendidam, quæ prophetiam implebat dicentem: *Et dominaberis in medio inimicorum tuorum* (*Psal.* 109. 2). Hoc enim maxime stuporem injiciebat, quod cum eos tenerent inimici, atque in carcerem et vincula conjicerent, non modo ipsos non superarent; sed postea ante illos procumberent, flagellantes ante flagellatos, vincientes ante vinctos, persequentes ante pulsos. Hæc porro omnia Græcis dicimus, imo his plura; magna quippe est veritatis ubertas. Si enim argumentum sequamini, omnes vos docebimus adversus illos concertationem. Interim vero hic duo conservemus capita: quomodo infirmi fortes superarint; et quomodo ipsis venisset in mentem cum tales essent talia consilia suscipere, nisi divino potiti fuissent auxilio.

6. Et nostra quidem hactenus. Nos autem operibus vitam recte geramus, et copiosum virtutis ignem accendamus. Luminaria enim estis, inquit, in medio mundi fulgentes (*Philipp.* 2. 15): et singulis nostrum majorem Deus dedit usum, quam soli; majorem quam cælo et terræ et mari, et tanto majorem, quanto spiritualia sensibilibus præcellunt. Cum ergo solis circulum conspicimus et pulchritudinem, corpus et splendorem astri admiramur, cogitemus majorem et meliorem in nobis esse lucem; ut etiam graviores tenebras, nisi attendamus: nam nox profunda totum orbem occupat. Hanc igitur evertamus et solvamus. Nox non in hæreticis et Græcis tantum, sed etiam in multis qui nobiscum sunt, tam in dogmatibus, quam in vita. Multi enim resurrectioni non credunt, multi genethliaca sententia se muniunt; alii observationibus student, necnon vaticinationibus, auguriis et symbolis; alii liganinibus et incantationibus utuntur. At adversus illos etiam postea dicturi sumus, postquam sermonem contra Græcos absolverimus: interim vero illa quæ dicta sunt retinete, et mecum ad pugnam accedite, per vitæ institutum illos ad nos attrahentes et transferentes. Etenim, quod semper dico, eum qui philosophiam docet, oportet primo per seipsum hoc docere, et auditoribus esse desiderabilem.

Quomodo Græci de fide sunt imbuendi. — Simus ergo desiderabiles, et Græcorum nobis benevolentiam attrahamus. Erit autem illud, si parati simus non solum ad bene faciendum, sed etiam ad male patiendum. Non videmus infantes, quando a parentibus gestati, quomodo plagis portantis se genas verberent, et quam libenter concedat pater filio ut iram expleat, et quando videt iram explevisse, lætetur? Ita et nos faciamus, et quemadmodum patres filios, sic Græcos alloquamur. Infantes quippe sunt Græci omnes: et quidam apud illos hæc dixerunt, quod semper pueri sint, et nullus sit senex Græcus. Pueri autem de re utili nulla curant. Sic etiam Græci semper ludere volunt, et humi jacent et quæ humi sunt affectant. Pueri autem sæpe, cum de rebus necessariis loquimur, dictorum nihil sentiunt, sed semper rident. Ita etiam Græci, cum de regno disserimus, rident: et sicut ex ore parvulorum sæpe multa decidente saliva, cibus et potus inquinatur: sic et verba ex ore Græcorum fluentia, vana sunt et impura; et si necessarium dederis cibum, prædentes maledictis incessunt et ferri debent. Pueri quoque cum furem vident ingressum, et quæ intus sunt auferentem,

agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti. Ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos, quippe cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset.

(*a*) Error est in omnibus Editis et Manuscriptis, cum Diagoras dicitur Milesius, qui erat Melius sive ex insula Melo, ut testificatur Suidas. Ante illum Cicero dixerat l. 1 de Natura deorum, c. 1: *Nullos esse omnino deos, Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus putaverunt.* Cum ergo Manuscripti et Editi omnes *Milesius* habeant, error fortasse Chrysostomi fuerit. Hæc de Diagora. De sequenti vero quæstio est. Editi omnes *Diodorus* habent, Regius vero Codex *Theodorus*, cui favet locus allatus Ciceronis, qui cum Diagora Theodorum conjunxit, et utrumque nullos esse deos putavisse dixit. Hic *atheus* vocatus est teste Suida. De Socrate postea agit Chrysostomus. Ille cicutam bibere jussus est, quæ res omnium ore fertur.

Digitized by Google

non modo non arcent, sed etiam insidiatori arrident: si vero calathiscum et sistra auferas, aut aliud quidpiam ludicrum, ægre puellus et indigne fert, se dilacerat, solum pulsat. Sic et Græci quoque, diabolum videntes omnia paterna bona, quæ vitam sustentant, diripientem, rident, et tamquam ad amicum accurrunt: si quis autem possessionem, aut divitias aut puerile quidpiam auferat, lamentantur, se discerpunt: ac sicut pueri sine sensu nudantur, nec erubescunt: ita et Græci cum scortis et adulteris voluptati, naturæ leges nudantes, et nefarios inducentes coitus, non convertuntur. Plausistis valde et laudastis; sed cum plausu providete, ne de vobis etiam hæc dicantur. Quapropter omnes rogo, viri estote: nam si nos pueri simus, quomodo illos instituemus ut viri sint? quomodo ab infantili insipientia arcebimus illos? Simus ergo viri, ut perveniamus ad mensuram ætatis a Christo definitam et futura adipiscamur bona, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA V.

Cap. 1. v. 26. *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles:* 27. *sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes.*

1. Cum dixisset, id quod stultum est Dei sapientius esse hominibus, ostendit humanam sapientiam abjectam fuisse, et ex testimonio Scripturarum et ex rerum eventu: ex testimonio, cum dicit: *Perdam sapientiam sapientium:* ex eventu, per interrogationem loquens ac dicens: *Ubi sapiens? ubi scriba?* Rursum ostendit rem non esse novam, sed antiquam, ut quæ jam olim fuerit præfigurata et prædicta. *Scriptum est enim,* inquit, *Perdam sapientiam sapientium.* Cum his ostendit, hæc utiliter et provide facta fuisse: quia enim in sapientia Dei, inquit, non novit mundus Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes: et quod crux sit ineffabilis potentiæ et sapientiæ argumentum, et quod multo majus sit id quod stultum est Dei, quam humana sapientia. Et hoc rursum non per doctores, sed etiam per discipulos ostendit: *Videte* enim, inquit, *vocationem vestram.* Non modo enim doctores idiotas, sed etiam discipulos tales elegit: *Non enim multi sapientes,* inquit, *secundum carnem.* Sic ostenditur hoc et validius et sapientius, cum et multis persuaserit et insipientibus persuaserit. Nam difficillimum est idiotæ persuadere, maxime cum de rebus necessariis et magnis sermo est. Attamen persuaserunt; et hujus rei testes vocat illos: nam ait, *Videte vocationem vestram, fratres,* considerate, scrutamini. Nam quod idiotæ et ignari dogmata adeo sapientia omniumque sapientissima susceperint, id magnæ doctoris sapientiæ testimonium est. Quid sibi vult autem illud, *Secundum carnem?* Si spectetur id quod apparet, et præsens vita atque externa institutio. Deinde ne videatur sibi ipsi adversari (nam proconsuli persuasit et Areopagitæ nec non Apollo, aliosque videmus sapientes ad prædicationem accessisse); non dixit, Nullus sapiens; sed, *Non multi sapientes.* Non enim ex constituto indoctos vocabat, et sapientes relinquebat; sed hos etiam admittebat, at longe plures illorum. Quare? Quia qui sapiens est secundum carnem, multa plenus est insipientia: et hic maxime stultus est, quando corruptam doctrinam ejicere non vult. Ac quemadmodum medico artem suam docere volente, qui pauca sciunt et male contrarioque modo arte utuntur, atque eam retinere contendunt, non facile disciplinam admiserint; qui vero nihil sciunt, facile dicta suscipiunt: sic et hac in re factum est; indocti magis persuasi sunt: summam enim non habebant arrogantiam, cum non putarent se sapientes esse. Illi nempe maxime stulti sunt, qui ratiociniis illa permittunt, quæ non possunt nisi per fidem inveniri. Quomodo enim si, cum faber ærarius forcipe candens ferrum extrahat, iste manu id facere contendat, illum extremæ damnabimus amentiæ: ita et philosophi, qui per se hæc invenire conati sunt, fidem probro affecerunt. Ideo nihil eorum quæ perquirebant invenerunt. *Non multi potentes, non multi nobiles.* Nam et hi fastu pleni sunt. Nihil autem ad Dei cognitionem sic inutile est, ut arrogantia et divitiarum amor. Efficiunt enim illa, ut præsentia admirentur et futurorum nullam rationem habeant: et curarum multitudine aures obstruunt. *Sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus.* Quod maximum est victoriæ signum, cum per indoctos vincit.

2. Non enim tanto pudore afficiuntur Græci, quando per sapientes superantur: sed tunc maxime pudet illos, cum viderint artificem et forensem plus quam illos philosophantem. Ideo ipse dicebat, *Ut confundat sapientes.* Neque hic solum illud fecit, sed etiam in aliis vitæ commodis. *Etenim infirma mundi elegit,* inquit, *ut confundat fortia.* Non enim indoctos solum, sed etiam pauperes, viles, abjectos vocavit, ut in potentia constitutos humiliaret. 28. *Et ignobilia mundi et contemptibilia, et ea quæ non sunt, ut ea quæ erant destrueret.* Et quænam vocat, quæ non sunt? Eos, qui nihil esse putantur, quod in nullo sint pretio. Ita magnam ostendit potentiam, cum per eos, qui nihil videntur esse, magnos dejicit: id quod etiam alibi dicit: *Virtus mea in infirmitate perficitur* (2. *Cor.* 12. 9). Est enim magna potentia, abjectos, qui nullam umquam disciplinam attigerant, repente de iis, quæ supra cælos sunt, docere philosophari. Nam et medicum et oratorem et alios omnes tunc maxime miramur, cum indoctos admodum instituunt et erudiunt. Si vero magnum miraculum est artis rationes indoctis inculcare; multo magis tantæ philosophiæ rationes. Non pro miraculo tantum edendo, neque ut potentiam suam ostenderet, id fecit, sed etiam ut arrogantes reprimeret. Ideoque antea dicebat, *Ut confundat sapientes, ut ea quæ erant destrueret;* et hic rursus: 29. *Ut non glorietur omnis*

Digitized by Google

Οὕτω δὴ καὶ οἱ Ἕλληνες, τὸν μὲν διάβολον ὁρῶντες πάντα ὑφαιρούμενον αὐτῶν τὰ πατρῷα καὶ τὰ συνέχοντα αὐτῶν τὴν ζωήν, γελῶσιν ὥσπερ φίλῳ προστρέχοντες· ἂν δὲ κτῆμά τις ἢ πλοῦτον ἢ ὁτιοῦν τοιοῦτον τῶν παιδικῶν, ἀφέληται, ὀδύρονται, σπαράττονται· καὶ καθάπερ τὰ παιδία ἀναισθήτως γυμνοῦται καὶ οὐκ ἐρυθριᾷ, οὕτω καὶ οἱ Ἕλληνες πόρνοις καὶ μοιχοῖς συγκυλινδούμενοι, [33] καὶ τοὺς τῆς φύσεως γυμνοῦντες νόμους, καὶ παρανόμους εἰσάγοντες μίξεις, οὐκ ἐπιστρέφοντσι. Ἐκροτήσατε σφόδρα καὶ ἐπηνέσατε· ἀλλὰ μετὰ τοῦ κρότου σπουδάσατε, ὅπως μὴ καὶ περὶ ὑμῶν ταῦτα λέγηται. Διὸ παρακαλῶ πάντας γενέσθαι ἄνδρας· ἐπεὶ, ὅταν αὐτοὶ παῖδες ὦμεν, πῶς ἐκείνους διδάξομεν ἄνδρας εἶναι; πῶς εἴρξομεν αὐτοὺς τῆς παιδικῆς ἀνοίας; Γενώμεθα τοίνυν ἄνδρες, ἵνα φθάσωμεν εἰς τὸ μέτρον τῆς ἡλικίας τῆς ὡρισμένης παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Ε'.

Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς.

α'. Εἰπὼν [a], ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν, ἔδειξεν ὅτι ἐκβέβληται ἡ σοφία ἡ ἀνθρωπίνη ἀπό τε τῆς μαρτυρίας τῶν Γραφῶν, ἀπό τε τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως· ἀπὸ μὲν τῆς μαρτυρίας, εἰπὼν, *Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν*· ἀπὸ δὲ τῆς ἐκβάσεως, κατὰ ἐρώτησιν προαγαγὼν τὸν λόγον καὶ εἰπὼν, *Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς;* Πάλιν συναπέδειξεν, ὅτι καὶ οὐ νεώτερον τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ καὶ παλαιὸν, ὡς ἄνωθεν αὐτὸ προδιατυποῦσθαι καὶ προλέγεσθαι· *Γέγραπται γὰρ*, φησὶν *Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν*. Μετὰ τούτων ἀπέδειξεν, ὅτι καὶ χρησίμως καὶ εὐλόγως ταῦτα οὕτω γέγονεν· Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος τὸν Θεὸν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας· καὶ ὅτι ὁ σταυρὸς ἀφάτου δυνάμεως καὶ σοφίας ἀπόδειξις, καὶ ὅτι πολλῷ μεῖζον τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας, καὶ τοῦτο πάλιν οὐχὶ διὰ τῶν διδασκάλων, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν ἀποδείκνυσι τῶν μαθητῶν· *Βλέπετε* γὰρ, φησὶ, *τὴν κλῆσιν ὑμῶν*. Οὐ γὰρ μόνον διδασκάλους ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ μαθητὰς ἐπελέξατο τοιούτους· *Οὐ γὰρ πολλοὶ σοφοὶ*, φησὶ, *κατὰ σάρκα*. Οὕτω δείκνυται τοῦτο καὶ ἰσχυρότερον καὶ σοφώτερον, ὅταν καὶ πολλοὺς πείσῃ καὶ ἀσόφους πείσῃ. Καὶ γὰρ δυσκολώτατον ἰδιώτην πεῖσαι, μάλιστα ὅταν περὶ πραγμάτων ἀναγκαίων καὶ μεγάλων ὁ λόγος ᾖ. Ἀλλ' ὅμως ἔπεισαν· καὶ τούτου μάρτυρας αὐτοὺς καλεῖ· *Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί*, φησὶν, ἐπισκέψασθε, διερευνήσασθε. Τὸ γὰρ δόγματα οὕτω σοφὰ καὶ πάντων σοφώτερα καταδέξασθαι τοὺς ἰδιώτας, μεγίστην τῷ διδασκάλῳ μαρτυρεῖ σοφίαν. Τί δέ ἐστι, *κατὰ σάρκα;* Κατὰ τὸ φαινόμενον, κατὰ τὸν παρόντα βίον, κατὰ τὴν ἔξωθεν παίδευσιν. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτῷ περιπίπτειν (καὶ γὰρ τὸν ἀνθύπατον ἔπεισε καὶ τὸν Ἀρεοπαγίτην καὶ τὸν Ἀπολλὼ, καὶ ἑτέρους δὲ εἴδομεν σοφοὺς τῷ κηρύγματι προσελθόντας), οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐδεὶς σοφὸς, ἀλλ', *Οὐ πολλοὶ σοφοί*. [34] Οὐ γὰρ ἀποκεκληρωμένως τοὺς ἰδιώτας ἐκάλει καὶ τοὺς σοφοὺς ἠφίει, ἀλλὰ καὶ τούτους ἐδέχετο, πολλῷ δὲ πλείους ἐκείνους. Τί δήποτε; Ὅτι ὁ κατὰ σάρκα σοφὸς πολλῆς γέμει τῆς ἀνοίας, καὶ οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ μωρὸς, ὅταν τὴν διεφθαρμένην διδασκαλίαν ἐκβαλεῖν μὴ βούληται. Καθάπερ οὖν τις ἰατρὸς, εἰ βουληθείη διδάξαι τινὰς τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης, οἱ μὲν ὀλίγα εἰδότες, κακῶς καὶ ἐναντίως χρώμενοι [b] τῇ τέχνῃ καὶ κατέχειν φιλονεικοῦντες, οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο μαθεῖν ῥᾳδίως, οἱ δὲ μηδὲν ἐπιστάμενοι μάλιστα ἂν καταδέξαιντο τὰ λεγόμενα· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν· οἱ ἰδιῶται μᾶλλον ἐπείσθησαν· τὴν γὰρ ἐσχάτην ἀπόνοιαν οὐκ εἶχον, τὸ νομίζειν ἑαυτοὺς εἶναι σοφούς. Καὶ γὰρ οἱ σφόδρα μωροὶ, οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ λογισμοῖς ἐπιτρέποντες ἅπερ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἢ διὰ πίστεως. Καὶ γὰρ εἴ τις, τοῦ χαλκευτικοῦ [c] διὰ τῆς πυράγρας τὸν πεπυρακτωμένον ἐξέλκοντος σίδηρον, οὗτος διὰ τῆς χειρὸς φιλονεικοίη τοῦτο ποιεῖν, τὴν ἐσχάτην αὐτοῦ καταψηφιούμεθα ἄνοιαν· οὕτω καὶ οἱ φιλόσοφοι δι' ἑαυτῶν ταῦτα εὑρεῖν φιλονεικήσαντες, τὴν πίστιν ἠτίμασαν. Διά τοι τοῦτο οὐχ εὗρον τῶν ζητουμένων οὐδέν. *Οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς*. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τύφου πεπληρωμένοι εἰσὶν. Οὐδὲν δὲ οὕτω πρὸς ἀκριβῆ θεογνωσίαν ἄχρηστον, ὡς ἀπόνοια καὶ τὸ προσηλῶσθαι πλούτῳ. Καὶ γὰρ παρασκευάζει τὰ παρόντα θαυμάζειν καὶ μηδένα τῶν μελλόντων ποιεῖσθαι λόγον, καὶ ἐμφράττει τὰ ὦτα τῷ πλήθει τῶν φροντίδων. *Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός*. Ὅπερ ἐστὶ μέγιστον τῆς νίκης δεῖγμα, ὅταν διὰ τῶν ἰδιωτῶν νικᾷ.

β'. Οὐ γὰρ οὕτω καταισχύνονται Ἕλληνες, ὅταν διὰ τῶν σοφῶν ἡττηθῶσιν· ἀλλὰ τότε ἐγκαλύπτονται, ὅταν ἴδωσι τὸν χειροτέχνην καὶ τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ὑπὲρ αὐτοὺς φιλοσοφοῦντα. Διὸ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς*. Καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πλεονεκτημάτων τοῦ βίου. *Καὶ γὰρ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο*, φησὶ, *ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά*. Οὐ γὰρ ἰδιώτας μόνον, ἀλλὰ καὶ πένητας καὶ εὐκαταφρονήτους καὶ ἀσήμους ἐκάλεσεν, ἵνα τοὺς ἐν δυναστείαις ὄντας ταπεινώσῃ. *Καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ*. Καὶ τίνα τὰ μὴ ὄντα καλεῖ; Τοὺς μηδὲν εἶναι λογιζομένους διὰ τὴν πολλὴν οὐδένειαν. Οὕτω τὴν πολλὴν δύναμιν ἐπεδείξατο, διὰ τῶν μηδὲν εἶναι δοκούντων τοὺς μεγάλους κατενεγκών· ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, ὅτι *Ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται*. Μεγάλη γὰρ δύναμις [d] τὸ τοὺς ἀπερρίμμένους καὶ μηδενὸς μηδέποτε μαθήματος ἁψαμένους, τούτους ἀθρόον τὰ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν παιδεύειν φιλοσοφεῖν. Ἐπεὶ καὶ ἰατρὸν καὶ ῥήτορα καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τότε μάλιστα θαυμάζομεν, ὅταν τοὺς σφόδρα ἰδιώτας πείθωσι καὶ παιδεύωσιν. Εἰ δὲ τοὺς περὶ τέχνης λόγους θαῦμα μέγα ἐνθεῖναι ἰδιώτῃ, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ὑπὲρ τοσαύτης φιλοσοφίας. Οὐ θαύματος δὲ ἕνεκεν μόνον, οὐδὲ τοῦ δεῖξαι [35] τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ καταστεῖλαι τοὺς ἀλαζόνας. Διὸ καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγεν· *Ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφοὺς, ἵνα καταργήσῃ τὰ ὄντα*,

[a] Ita Regius codex, recte. Editi, εἶπεν. [b] Χρώμενοι deest in Regio codice. Sed locus in editis bene habet, nec assentior Dunæo corrigere volenti.

[c] Legebatur καὶ γὰρ εἰ, ὥσπερ τοῦ χαλκευτικοῦ. [d] Reg., Μεγάλης γὰρ δυνάμεως.

Digitized by Google

καὶ ἐνταῦθα πάλιν· *Ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.* Πάντα γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τοῦτο ποιεῖ; [ἵνα τὸν τῦφον καὶ τὸ φρόνημα καταστείλῃ, ἵνα τὸ καυχᾶσθαι καθέλῃ· καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, ἐνδιατρίβετε; πάντα ποιεῖ,] ἵνα μηδὲν ἑαυτοῖς λογιζώμεθα, ἵνα πάντα τῷ Θεῷ ἐπιγράφωμεν. Καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι ὑμᾶς αὐτοὺς προσενείματε; Καὶ ποίας τεύξεσθε συγγνώμης; Καὶ γὰρ ἔδειξεν ὁ Θεὸς, ὅτι οὐ δυνατὸν δι' ἑαυτῶν σωθῆναι μόνον, καὶ τοῦτο παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν. Οὐ γὰρ τότε δι' ἑαυτῶν σωθῆναι ἐνῆν, ἀλλ' ἔδει κάλλος οὐρανοῦ καὶ γῆς μέγεθος καὶ τῆς ἄλλης κτίσεως τὸ σῶμα περιελθόντας, οὕτω χειραγωγεῖσθαι πρὸς τὸν τῶν ἔργων δημιουργόν. Ἐποίησε δὲ τοῦτο, προαναστέλλων τὴν μέλλουσαν οἰησισοφίαν [a]. Ὡς ἂν εἴ τις διδάσκαλος κελεύσας ἔπεσθαι τῷ μαθητῇ ᾗπερ ἂν ἡγῆται, ἐπειδὰν ἴδῃ προλαβόντα καὶ βουλόμενον ἀφ' ἑαυτοῦ πάντα μαθεῖν, ἀφεὶς διαμαρτεῖν, καὶ δείξας ὡς οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τὴν μάθησιν, οὕτως αὐτῷ τότε ἐπεισάγοι τὰ παρ' ἑαυτοῦ· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐκέλευσε παρὰ τὴν ἀρχὴν ἕπεσθαι διὰ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν κατανοήσεως· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐθέλησαν, δείξας διὰ τῆς πείρας, ὅτι οὐκ ἀρκοῦσιν ἑαυτοῖς, τότε αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἑτέρως πάλιν ἄγει· ἔδωκεν ἀντὶ δέλτου τὸν κόσμον. Οὐδὲ ἐν τούτοις ἐμελέτησαν οἱ φιλόσοφοι, οὐδὲ αὐτῷ πεισθῆναι ἠθέλησαν, οὐδὲ ταύτην ἐλθεῖν τὴν ὁδὸν πρὸς αὐτὸν, ἣν αὐτὸς ἐκέλευσεν. Εἰσήγαγεν ἑτέραν ὁδὸν τῆς προτέρας σαφεστέραν, πείθουσαν ὅτι οὐκ αὐτάρκης ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτῷ μόνος. Τότε μὲν γὰρ καὶ λογισμοὺς ἦν ἀνακινεῖν, καὶ τῇ ἔξωθεν κεχρῆσθαι σοφίᾳ διὰ τῆς κτίσεως χειραγωγουμένους· νῦν δὲ ἂν μή τις γένηται μωρὸς, τουτέστιν, ἂν μὴ πάντα λογισμὸν καὶ πᾶσαν κενώσῃ σοφίαν, καὶ τῇ πίστει ἑαυτὸν παραδῷ, ἀμήχανον σωθῆναι. Οὐ μικρὸν τοίνυν μετὰ τοῦ ποιῆσαι ῥᾳδίαν τὴν ὁδὸν, καὶ νόσημα ἀνέσπασεν ἐντεῦθεν, τὸ μὴ καυχᾶσθαι μηδὲ μέγα φρονεῖν· *Ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σάρξ.* Ἀπὸ γὰρ τούτου ἡ ἁμαρτία, ὅτι σοφώτεροι τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων εἶναι ἐφιλονείκησαν, οὐ θέλοντες οὕτω μαθεῖν ὡς αὐτὸς ἐνομοθέτησε. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ὅλως ἔμαθον. Οὕτω καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο. Εἶπε τῷ Ἀδάμ· Τόδε τι πρᾶξον, καὶ τόδε μὴ πράξῃς. Ἐκεῖνος ὡς πλέον τι νομίζων εὑρίσκειν, παρήκουσε, καὶ ὅπερ εἶχεν, ἀπώλεσεν. Εἶπε τοῖς ἐξῆς· Μὴ ἐναπομένετε τῇ κτίσει, ἀλλὰ διὰ ταύτης τὸν Δημιουργὸν θεωρεῖτε. Ἐκεῖνοι δῆθεν, ὡς σοφώτερόν τι τῶν εἰρημένων εὑρίσκοντες, μυρίους ἐκίνησαν λαβυρίνθους. Διὰ τοῦτο καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις συνερράγησαν, καὶ οὔτε τὸν Θεὸν εὗρον, οὔτε περὶ τῆς κτίσεώς τι σαφὲς ἔγνωσαν, οὐδὲ προσήκουσαν καὶ ἀληθῆ περὶ αὐτῆς δόξαν ἔσχον. Διὰ τοῦτο πάλιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τὴν οἴησιν αὐτῶν καθαιρῶν, τοὺς ἰδιώτας πρώτους εἰσήγαγε, δείξας ὡς πάντες τῆς ἄνωθεν δέονται σοφίας. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ περὶ γνώσεως λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ ἀνθρώπους [36] καὶ τὰ ἄλλα πάντα κτίσματα ἐν πολλῇ χρείᾳ αὐτοῦ κατέστησεν, ἵνα μεγίστην ἀφορμὴν ἔχῃ καὶ ταύτην ὑποταγῆς καὶ οἰκειώσεως, ἵνα μὴ ἀποπηδήσαντα ἀπόληται [b]. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀφῆκεν αὐτάρκεις αὐτοὺς ἑαυτοῖς εἶναι. Εἰ γὰρ καὶ νῦν ἐν χρείᾳ ὄντες πολλοὶ καταφρονοῦσιν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ποῦ οὐκ ἂν ἐξῆλθον ὑπεροφίας; Ὥστε τὸ οὕτω καυχᾶσθαι οὐ φθονῶν αὐτοῖς ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἀφέλκων αὐτοὺς τῆς ἀπωλείας τῆς ἐντεῦθεν γινομένης. *Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις.* Τὸ, *Ἐξ αὐτοῦ*, ἐνταῦθα οὐ περὶ τῆς εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς οἶμαι λέγειν αὐτὸν, ἀλλὰ περὶ τῆς πίστεως· τουτέστι, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός. Μὴ νομίσητε τοίνυν, ὅτι ἀφελόμενος ἡμᾶς τοῦ καυχήματος, εἰασεν οὕτω· μεῖζον γὰρ ἕτερον ἔδωκε καύχημα. Ἐκείνου γὰρ ἐνώπιον οὐ δεῖ καυχᾶσθαι. Παῖδες αὐτοῦ ἐστε, διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο γενόμενοι. Καὶ ἐπειδὴ εἶπε, *Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο καὶ τὰ ἀγενῆ*, δείκνυσιν ὅτι πάντων εἰσὶν εὐγενέστεροι, τὸν Θεὸν ἔχοντες πατέρα. Τῆς δὲ εὐγενείας ταύτης οὐχ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἡμῖν ἐστιν αἴτιος, σοφοὺς ἡμᾶς ποιήσας καὶ δικαίους καὶ ἁγίους· τοῦτο γάρ ἐστιν· *Ἐγενήθη ἡμῖν σοφία.*

γ'. Τίς οὖν ἡμῶν σοφώτερος τῶν οὐ τὴν Πλάτωνος ἐχόντων σοφίαν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν, τοῦτο τοῦ Θεοῦ βουληθέντος; Τί δέ ἐστιν, *Ἀπὸ Θεοῦ*; Ὅταν μεγάλα εἴπῃ περὶ τοῦ Μονογενοῦς, τότε προσάπτει τὸν Πατέρα, ἵνα μὴ νομίσῃ τις ἀγέννητον εἶναι τὸν Υἱόν. Ἐπειδὴ οὖν εἶπεν, ὅτι τοσαῦτα ἴσχυσε, καὶ τὸ πᾶν ἀνέθηκε τῷ Υἱῷ, σοφίαν αὐτὸν λέγων ἡμῖν γεγενῆσθαι καὶ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν. Διὰ τοῦ Υἱοῦ πάλιν τὸ πᾶν ἀνατιθεὶς τῷ Πατρὶ εἶπεν· *Ἀπὸ Θεοῦ.* Διὰ τί δὲ μὴ εἶπεν, Ἐσόφισεν ἡμᾶς, ἀλλ', *Ἐγενήθη ἡμῖν σοφία*; Τὸ δαψιλὲς ἐνδεικνύμενος τῆς δωρεᾶς· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Ἑαυτὸν ἡμῖν ἔδωκε. Καὶ ὅρα πῶς ὁδῷ προβαίνει. Πρότερον γὰρ ἡμᾶς σοφοὺς ἐποίησεν ἀπαλλάξας τῆς πλάνης, καὶ τότε δικαίους καὶ ἁγίους, τὸ Πνεῦμα χαρισάμενος, καὶ οὕτως ἀπήλλαξεν ἡμᾶς ἁπάντων τῶν κακῶν, ὥστε αὐτοῦ εἶναι. Καὶ οὐ τῆς οὐσιώσεως τοῦτο δηλωτικὸν, ἀλλὰ τῆς πίστεως [c]. Ἀλλαχοῦ μὲν οὖν φησιν, ὅτι ἡμεῖς ἐγενόμεθα δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ, οὕτω λέγων· *Τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ*· νῦν δὲ αὐτόν φησι δικαιοσύνην ἡμῖν γεγενῆσθαι, ὥστε ἔξεστι τῷ βουλομένῳ μετέχειν δαψιλῶς. Οὐ γὰρ ὁ δεῖνα σοφοὺς ἐποίησε καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ' ὁ Χριστός. Ὁ τοίνυν καυχώμενος, ἐν αὐτῷ καυχάσθω, μὴ ἐν τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι· παρὰ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἅπαντα. Διὸ εἰπὼν, *Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις*, ἐπήγαγεν· *Ἵνα, καθὼς γέγραπται, Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.* Διὰ τοῦτο καὶ σφοδρῶς κατηνέχθη κατὰ τῆς τῶν [37] Ἑλλήνων σοφίας, ἵνα τούτῳ αὐτῷ [d] πείσῃ τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι δίκαιον, ἐν Θεῷ καυχᾶσθαι. Ὅταν γὰρ παρ' ἑαυτῶν τὰ ὑπὲρ ἑαυτοὺς ζητῶμεν, οὐδὲν μωρότερον, οὐδὲν ἀσθενέστερον ἡμῶν γίνεται. Γλῶτταν μὲν γὰρ ἔχειν ἠκονημένην, δυνατὸν, δόγματα δὲ ἰσχυρὰ, ἀμήχανον· ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀραχνίων ὑφάσμασιν ἐοίκασιν οἱ λογισμοὶ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες. Εἰς τοῦτο γάρ τινες παρῆλασαν μανίας, ὡς μηδὲν ἀληθὲς εἶναι λέγειν τῶν ὄντων, ἀλλὰ πάντα ἐναντία διϊσχυρίζεσθαι τῶν φαινομένων. Μηδὲν τοίνυν εἴπῃς σαυτοῦ, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ἐν Θεῷ καυχῶ· μηδενὶ ἀνθρώπῳ τί ποτε λογίσῃ. Εἰ γὰρ Παύλῳ οὐδὲν χρὴ λογίζεσθαι, πολλῷ μᾶλλον ἑτέροις· *Ἐγὼ γάρ*, φησὶν, *ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν.* Ὁ μαθὼν ἐν Κυρίῳ καυχᾶσθαι, οὐδέποτε ἐπαρθήσεται, ἀλλ' ἀεὶ καὶ μετριάσει, καὶ ἐν πᾶσιν ἔσται εὐχάριστος. Ἀλλ' οὐ τὰ τῶν Ἑλλήνων τοιαῦτα, ἀλλὰ πάντα ἑαυτοῖς ἀνατι-

[a] *Legebatur* οἴησιν καὶ σοφίαν. [b] *Aberant hæc*, ἵνα..... ἀπόληται.

[c] Locum vitiatum ope codicis Regii restituimus. Editi, ὥστε σὺτοῦ εἶναι, καὶ τῆς οὐσιώσεως τούτου καὶ πίστεως. [d] Ita Regius codex. In editis ἵνα τοῦτο αὐτῷ, male.

Digitized by Google

caro in conspectu Dei. Omnia enim Deus ideo facit, (*a*) [ut superbiam et arrogantiam reprimat, ut jactationem tollat : et vos in hoc perstatis? Omnia facit], ut nihil nobis imputemus, ut omnia Deo adscribamus : et vos huic et illi vos addixistis? Et quam veniam consequimini? Nam ostendit Deus fieri non posse ut nostra solum opera salutem assequamur; et hoc ab initio fecit. Neque enim tum poterant homines per se servari, sed oportebat obeuntes cæli pulchritudinem, terræ magnitudinem, et aliarum creaturarum corpus, sic adduci ad rerum Opificem. Hoc porro fecit jam ante reprimens futuram sapientiæ vanam opinionem. Quemadmodum si quis magister, cum jusserit discipulum sequi quocumque ducatur, ubi viderit illum prævenire et velle a seipso cuncta discere, sinens illum errare, ostendit illum non sibi sufficere ad disciplinam, et tunc quæ sua sunt inducit : ita et Deus jussit initio sequi per rerum creatarum comprehensionem; quia vero noluerunt, cum experientia docuisset illos non sibi sufficere, tunc ipsos ad se alio modo ducit : pro tabula dedit mundum. Neque in his meditati sunt philosophi, neque illi obsequi voluerunt, neque hanc ad ipsum ingredi viam, quam ille jusserat. Aliam ille induxit viam priore clariorem, quæ persuaderet hominem solum non sibi ipsi sufficere. Tunc enim licebat ratiocinia movere, et externa uti sapientia, per res creatas ductos : nunc autem nisi quis stultus fiat, id est, nisi omne ratiocinium et omnem sapientiam evacuet ac fidei se tradat, servari nequit. Non parum igitur est, quod cum viam facilem reddiderit, morbum quoque inde ortum evulserit, ut non glorientur homines neque altum sapiant : *Ut non glorietur omnis caro.* Hinc enim peccatum ortum est, quod Dei legibus se sapientiores esse contenderint, nolentes ita discere ut ille constituit. Propterea neque sic omnino didicerunt. Sic etiam factum est ab initio. Dixit Adamo, Hoc fac, hoc ne feceris. Ille se plura reperturum sperans, obsequutus non est, et quod habebat perdidit. Dixit iis qui postea fuere, Ne in re creata consistite, sed per illam Creatorem contemplamini. Illi autem, quasi quid dictis sapientius invenissent, innumeros moverunt labyrinthos. Quapropter et secum et inter se mutuo conflixerunt, ac neque Deum invenerunt, neque de re creata quid ciare noverunt, neque congruentem et veram circa eam opinionem habuerunt. Ideo rursum magna vi illorum opinionem decutiens, indoctos primum induxit, ostendens omnes superna sapientia opus habere. Neque modo in cognitionis ratione, sed et in aliis omnibus homines et omnes res creatas omnino opus habere sui voluit, ut maximam haberet occasionem et subjectionis et necessitudinis, ne quæ resilirent, perirent [1]. Ideoque non permisit ut sibi ipsis satis essent. Nam si nunc etiam multi cum opus habeant, despiciunt; nisi hoc fuisset, quo superbiæ non ascendissent? Itaque tantam gloriæ ostentationem, non ex invidia ille sustulit, sed ut retraheret illos ex pernicie inde parta. 30. *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia et sanctificatio et redemptio.* Illud, *Ex ipso*, non de productione ad essentiam ipsum dicere puto, sed de fide; id est, filios Dei fieri dicit, non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis. Ne existimetis ergo, postquam a gloriatione nos exemerat, sic reliquisse : aliam enim majorem dedit gloriationem. In conspectu enim ejus non oportet gloriari. Filii ejus estis, hoc facti per Christum. Et postquam dixit, *Stulta mundi elegit et ignobilia*, ostendit illos esse omnium nobiliores, qui Deum patrem habeant. Hujus porro nobilitatis non hic vel ille, sed Christus vobis causa est, qui nos sapientes fecit et justos et sanctos; hoc enim significat illud, *Factus est nobis sapientia.*

3. Quis ergo nobis sapientior fuerit, qui non Platonis, sed Christum ipsum sapientiam habemus, Deo ita volente? quid est autem illud, *A Deo?* Cum magna dixisset de Unigenito, tunc addit Patrem, ne quis putaret ingenitum Filium esse. Cum ergo dixisset eum tanta potuisse, etiam totum tribuit Filio, dicens illum sapientiam nobis factum fuisse, et justitiam et sanctificationem et redemptionem. Per Filium rursus totum attribuens Patri dixit, *A Deo.* Cur autem non dixit, Fecit nos sapientes, sed, *Factus est nobis sapientia?* dono ostendens abundantiam, ac si diceret, Seipsum nobis dedit. Et vide quomodo procedat. Prius enim nos sapientes fecit cum ab errore liberavit, et tunc justos et sanctos, Spiritum largitus, et sic nos a malis omnibus liberavit, ita ut ipsius simus, non per ipsius essentiam, sed per fidem. Alibi porro dicit, quod nos facti simus justitia in ipso : *Eum, qui non novit peccatum, peccatum pro nobis fecit, ut nos fieremus justitia Dei in ipso* (2. *Cor.* 5. 21); nunc autem dicit illum nobis factum fuisse justitiam, ita ut volenti liceat ejus abunde consortem esse. Non enim hic vel ille sapientes fecit, sed Christus. Qui ergo gloriatur, in illo glorietur, non in alio : a Christo omnia facta sunt. Ideo cum dixisset, *Qui factus est nobis sapientia et justitia et sanctificatio et redemptio*, subjunxit : 31. *Ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur.* (*Jer.* 9. 23). Propterea etiam valde invectus est in sapientiam Græcorum; ut hoc ipso persuadeat hominibus, ut etiam justum est, ut in Domino glorientur. Nam cum a nobis ipsis quæ nos superant quærimus, nihil est nobis stultius, nihil imbecillius. Linguam enim acutam habere possumus; dogmata vero solida, non item; sed aranearum telis per se similia sunt ratiocinia. Eo enim quidam processerant amentiæ, ut eorum quæ sunt nihil verum esse dicerent, sed iis, quæ apparerent, omnia contraria esse affirmarent. Nihil ergo tuum esse dixeris, sed in omnibus in Deo glorieris; nulli homini aliquid unquam tribuas. Si enim Paulo nihil est attribuendum, multo magis ea-

[1] Hæc, *ne quæ resilirent, perirent*, Savil. posuit in margine.

(*a*) Quæ uncinis clauduntur, in margine ferunt Montf. et Savil. nobisque in textum recipere visum est.

Digitized by Google

teris : nam ait ille, *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit* (1. *Cor.* 3. 6). Qui didicit in Domino gloriari, numquam sese efferet, sed semper modeste aget, et in omnibus gratus erit. Res autem Græcorum non sunt hujusmodi, sed omnia illi sibi adscribunt. Ideoque ex hominibus deos faciunt; adeo illos arrogantia pessumdedit. Demum hora est ut cum illis concertemus. Ubi ergo die superiori orationem reliquimus? Dicebamus, non posse ex humana consequentia philosophos a piscatoribus superari : attamen fieri potuit; unde palam est, id per gratiam factum esse. Dicebamus fieri non posse, ut tot et tam præclara gesta vel cogitarent quidem ; et ostendimus illos non modo cogitasse, sed etiam cum magna facilitate ad finem perduxisse.

Ex gratia divina apostoli orbem converterunt. — In hoc ipso hodie orationis capite nos exercebimus : undenam illis venerit in mentem, ut sperarent se totum orbem terræ posse vincere, si non vidissent Christum resurrexisse. Num in mentis excessu quidpiam tale inconsiderate et temere cogitarunt? Omnem quippe amentiam superat, absque Dei gratia tantam rem perfici posse sperare. Quomodo hoc effecissent insanientes et in mentis excessu? Sin vero sanæ mentis erant, ut et res ipsæ probant, quomodo non acceptis ex cælo fide dignis pignoribus, nec supernam adepti gratiam, ausi essent ad tanta exire bella, in terra et in mari suscipienda, et ad mutandos totius orbis mores, tanto tempore confirmatos, homines duodecim se accingere et ita fortiter stare? Et quod majus est, ad cælum vocantes et supernas habitationes, unde exspectabant se auditoribus persuasuros esse? Et si quidem fuissent educati in gloria, opibus, potentia et eruditione, ne sic quidem ad tantam molem rerum se extollere posse videbantur ; sed tamen aliqua ratione potuisset exspectari : nunc vero alii in lacubus, alii in pellibus versabantur, alii in telonio. Nihil autem est his studiis ineptius ad philosophiam, et ad persuadendum, ut magna quis imaginetur, maxime vero quando nullum suppetit exemplum. At illi non modo exempla non habebant, queis se superaturos sperarent, sed etiam habebant, quod superaturi non essent, eaque recentia. Multi namque qui innovare tentaverant, exstincti fuerant (non de Græcorum rebus loquor; illæ quippe nondum erant; sed de ipsis Judæis eodem tempore), non cum duodecim hominibus, sed cum magna multitudine res aggressi. Nam Theudas et Judas magnos habentes hominum cœtus, cum discipulis perierant. Et ex his exemplis ortus timor poterat illos deterrere, nisi admodum persuasi fuissent sine divina virtute non posse quempiam superare. Quod si etiam se vincere posse sperabant, qua spe fulti tanta adiissent pericula, nisi ad futura respexissent? Ponamus autem illos se superaturos sperasse, quid lucri sperabant ex eo, quod omnes adducerent ad eum qui non resurrexit, sicut dicitis?

4. Nam si nunc homines qui crediderunt de regno cælorum et de innumeris bonis, difficile pericula subeunt, quomodo tanta incassum passi essent, imo vero ad malum? Si enim non facta fuissent illa quæ vere facta sunt, et si Christus in cælum non ascendisset, hæc fingere contendentes et aliis persuadere, Deum offensuri erant et mille a superis fulmina exspecta turi. Alioquin autem etiamsi vivente Christo tantam habuissent alacritatem, ipso mortuo illam exstinxissent. Nam si non resurrexisset, ipsis deceptor et simulator fuisset. An nescitis exercitus vivente duce et imperatore, etiamsi debiles et non numerosi sint, consistere; illis vero defunctis, etiamsi validi sint, dissolvi? Quibusnam, quæso, probabilibus rationibus usuri erant prædicationem aggressuri, et per orbem totum exituri? quot impedimentis non detenti fuissent? Nam si furentes erant (hoc dicendi finem non faciam), nihil penitus recte gessissent : nemo enim furentibus obtemperat : si autem rem bene gesserunt, ut gesserunt utique, et finis ostendit, omnium sapientissimi erant. Si omnium sapientissimi erant, palam est illos non temere ad prædicationem venisse. Nisi enim vidissent illum resurrexisse, quid poterat illos ad hoc bellum educere? quid non illos avertisset? Dixit illis, Post tres dies resurgam, et regnum cælorum pollicitus est : dixit illis, quod orbem terrarum superaturi essent, accepto Spiritu sancto ; et ad hæc innumera alia dixit naturam omnem superantia. Itaque, si nihil horum evenisset, etsi viventi crediderant, eo mortuo non ultra credidissent, nisi resuscitatum vidissent. Dixissent enim, Post tres dies se resurrecturum dixit, et non resurrexit : Spiritum se daturum promisit, et non misit : quomodo ergo de futuris illi credemus, cum præsentia falsi convicta sint? Qua de causa, si non resurrexisset, prædicarent illum resurrexisse? Quia ipsum amabant, inquies. Atqui ipsum deinde odio habituri erant, quod se decepisset et prodidisset, et quod mille factis promissis, induxisset ut domos, parentes et omnia relinquerent, quod totam Judæorum gentem contra se suscitasset, ac se prodidisset. Quod si illud ex infirmitate factum fuisset, id ignovissent; nunc vero existimaretur ex improbitate factum. Oportebat enim verum dicere, neque cælum promittere, homo cum esset mortalis, ut dicitis. Quare verisimisile est contraria facturos fuisse, fallaciam prædicaturos, et dicturos ipsum simulatorem et præstigiatorem fuisse : sic enim ex periculis liberati fuissent, sic bellum solvissent. Si enim militibus pecuniam dederunt Judæi, ut dicerent, ipsos corpus furto sustulisse; si transeuntes discipuli dixissent, Ipsum furati sumus, nec resurrexit : quanto non affecti fuissent honore? Ipsis itaque licebat honorari et coronari. Cur ergo contumeliis affici et periclitari maluerunt, nisi divina quædam virtus fuisset his omnibus potentior, quæ id ipsis suaderet? Sin autem nondum persuademus, illud quoque cogita : si hoc non esset, etiamsi valde præparati fuissent, non prædicandum illum suscepissent, sed aversati illum fuissent. Scitis enim nos ne nomina quidem eorum, qui nos ita deceperint, audire velle. Cur autem nomen ejus prædicarunt? an quod

Digitized by Google

θέασι. Διὸ καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων ποιοῦσι θεούς· οὕτως αὐτοὺς ἡ ἀπόνοια ἐξετραχήλισεν. Ὥρα δὴ λοιπόν ἐστι πρὸς τὴν τούτων ἐξελθεῖν μάχην. Ποῦ τοίνυν κατελίπομεν τὸν λόγον τῇ προτέρᾳ; Ἐλέγομεν, ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν περιγενέσθαι τῶν φιλοσόφων τοὺς ἁλιέας· ἀλλ' ὅμως γέγονε δυνατόν· ὅθεν δῆλον, ὅτι χάριτι γέγονεν. Ἐλέγομεν, ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν οὐδὲ ἐννοῆσαι αὐτοὺς τοσαῦτα κατορθώματα· καὶ ἐδείξαμεν, ὅτι οὐ μόνον ἐνενόησαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος ἤγαγον μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας.

Τὸ αὐτὸ δὴ καὶ σήμερον γυμνάσωμεν τοῦ λόγου τὸ κεφάλαιον, πόθεν αὐτοῖς ἐπῆλθε προσδοκῆσαι τῆς οἰκουμένης περιγενέσθαι, εἰ μὴ εἶδον τὸν Χριστὸν ἀναστάντα. Μὴ γὰρ ἐξεστήκεσαν, ὥστε τοιοῦτόν τι λογίσασθαι ἁπλῶς καὶ εἰκῇ; Καὶ γὰρ ὑπερβάλλει πᾶσαν μανίαν τὸ προσδοκῆσαι ἄνευ θείας χάριτος τοσούτου περιγενέσθαι πράγματος. Πῶς δ' ἂν αὐτὸ κατώρθωσαν μαινόμενοι καὶ ἐξεστηκότες; Εἰ δὲ ἐσωφρόνουν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ πράγματα ἔδειξε, πῶς ἄνευ τοῦ λαβεῖν ἐνέχυρα ἀξιόπιστα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς ἄνωθεν ἀπολαῦσαι ῥοπῆς, ὑπέμενον πρὸς τοσούτους ἐξελθεῖν πολέμους, καὶ γῆς καὶ θαλάττης κατατολμῆσαι, καὶ πρὸς μεταβολὴν τῶν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐθῶν τῶν ἐν χρόνῳ τοσούτῳ παγέντων ἄνθρωποι δώδεκα ἀποδύσασθαι, καὶ στῆναι γενναίως οὕτω; Καὶ τὸ δὴ μεῖζον, πρὸς τὸν οὐρανὸν καλοῦντες καὶ τὰς ἄνω διατριβάς, πόθεν προσεδόκων πείθειν τοὺς ἀκούοντας; Καὶ εἰ μὲν ἦσαν ἐν δόξῃ καὶ πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ καὶ παιδεύσει τραφέντες, μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτω πρὸς τοσοῦτον ὄγκον πραγμάτων εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἐπαρθῆναι· πλὴν ἀλλὰ μᾶλλόν τινα λόγον εἶχεν ἡ προσδοκία· νῦν δὲ οἱ μὲν πρὸς λίμνας, οἱ δὲ περὶ δέρματα ἠσχόληντο, οἱ δὲ περὶ τελωνίαν. Οὐδὲν δὲ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀχρηστότερον πρὸς φιλοσοφίαν καὶ πρὸς τὸ πεῖσαι μεγάλα φαντάζεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν μὴ παράδειγμά τις ἔχῃ. Μᾶλλον δὲ οὐ μόνον παραδείγματα οὐκ εἶχον, ὅτι περιέσονται, [38] ἀλλ' ὅτι καὶ οὐ περιέσονται, καὶ ταῦτα δὴ ἔναυλα. Πολλοὶ γὰρ ἐπιχειρήσαντες καινοτομίαις ἐσβέσθησαν (οὐχὶ τὰ παρ' Ἕλλησι [a] λέγω· ἐκεῖνα γὰρ οὐδὲ ἦσαν [b], ἀλλὰ παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ), οὐχὶ μετὰ δώδεκα ἀνθρώπων, ἀλλὰ μετὰ πλήθους πολλοῦ τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθέμενοι. Καὶ γὰρ Θευδᾶς καὶ Ἰούδας συστήματα ἔχοντες μεγάλα ἀνθρώπων μετὰ τῶν μαθητῶν ἀπώλοντο. Καὶ ὁ παρ' ἐκείνων φόβος ἱκανὸς ἦν τούτους παιδεῦσαι, εἰ μὴ σφόδρα ἦσαν πεπεισμένοι, ὅτι ἄνευ θείας δυνάμεως ἀμήχανον περιγενέσθαι. Εἰ δὲ καὶ προσεδόκων κρατῆσαι, ποίαις ἐλπίσι τοσούτους ἀνεδέχοντο κινδύνους, εἰ μὴ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐώρων; Θῶμεν δέ, ὅτι καὶ ἠλπιζον κρατῆσαι· τί προσεδόκων κερδαίνειν ἐκ τοῦ προσάγειν ἅπαντας τῷ μὴ ἀναστάντι, καθώς φατε;

δ'. Εἰ γὰρ νῦν πιστεύσαντες ἄνθρωποι περὶ βασιλείας οὐρανῶν καὶ μυρίων ἀγαθῶν, δυσκόλως καταδέχονται κινδύνους, πῶς ἂν ἐκεῖνοι μάτην τοσαῦτα ἂν ὑπέμειναν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ κακῷ; Εἰ γὰρ μὴ ἐγένετο τὰ γεγενημένα, μηδὲ εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ Χριστὸς ἀνέβη, πάντως, ταῦτα πλάττειν φιλονεικοῦντες καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν, τῷ Θεῷ προσχρούειν ἔμελλον καὶ μυρίους ἄνωθεν προσδοκᾶν κεραυνούς. Ἄλλως δὲ, εἰ καὶ ζῶντος τοῦ Χριστοῦ τοσαύτην εἶχον προθυμίαν, ἀποθανόντος ἂν ἔσβεσαν αὐτήν. Ἔδοξε γὰρ ἂν αὐτοῖς, εἰ μὴ ἀνέστη, ἀπατεὼν εἶναί τις καὶ εἴρων. Οὐκ ἴστε, ὅτι τὰ στρατόπεδα, τοῦ μὲν στρατηγοῦ καὶ βασιλέως ζῶντος, κἂν ἀσθενῇ ᾖ, συγκροτεῖται· ἀπελθόντων δὲ ἐκείνων, κἂν ἰσχυρὰ ᾖ, διαλύεται; Ποίοις οὖν, εἰπέ μοι, λόγοις ἐκέχρηντο πιθανοῖς, μέλλοντες ἅπτεσθαι τοῦ κηρύγματος καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ἐξιέναι ἅπασαν; ποίοις δὲ κωλύμασιν οὐκ ἂν κατεσχέθησαν; Εἰ γὰρ μαινόμενοι ἦσαν (τὸ γὰρ αὐτὸ λέγων οὐ παύσομαι), οὐδὲ ὅλως κατορθῶσαι ἔδει· οὐδεὶς γὰρ μαινομένοις πείθεται· εἰ δὲ κατώρθωσαν, ὥσπερ οὖν καὶ κατώρθωσαν, καὶ δείκνυσι τὸ τέλος, πάντων ἦσαν σοφώτεροι. Εἰ δὲ πάντων ἦσαν σοφώτεροι, εὔδηλον ὅτι οὐκ ἂν ἁπλῶς ἦλθον ἐπὶ τὸ κήρυγμα. Εἰ γὰρ μὴ εἶδον αὐτὸν ἀναστάντα, τί ἦν ἱκανὸν αὐτοὺς ἐξαγαγεῖν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον; τί δὲ οὐκ ἂν αὐτοὺς ἀπέτρεψεν; Εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστήσομαι, καὶ περὶ βασιλείας; οὐρανῶν ἐπηγγείλατο· εἶπεν, ἅτι Κρατήσουσι τῆς οἰκουμένης Πνεῦμα λαβόντες ἅγιον· καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἕτερα πᾶσαν ὑπερβαίνοντα φύσιν. Ὥστε εἰ μηδὲν τούτων γέγονεν, εἰ καὶ ζῶντι ἐπείθοντο, τελευτήσαντος οὐκ ἂν ἐπείσθησαν, εἰ μὴ εἶδον ἀναστάντα. Εἶπον γὰρ ἂν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας, ἔλεγεν, ἀναστήσομαι, καὶ οὐκ ἀνέστη· Πνεῦμα ὑπέσχετο δώσειν, καὶ οὐκ ἔπεμψε· πῶς οὖν ὑπὲρ τῶν μελλόντων αὐτῷ πιστεύσημεν, τῶν παρόντων ἐληλεγμένων; Τίνος δὲ ἕνεκεν μὴ ἀναστάντος, ἐκήρυττον ὅτι ἀνέστη; Ἐπειδὴ ἐφίλουν αὐτὸν, φησί. Καὶ μὴν μισεῖν λοιπὸν εἰκὸς ἦν ἀπατήσαντα [39] καὶ προδεδωκότα, καὶ ὅτι μυρίαις αὐτοὺς ἐλπίσιν ἐπάρας, καὶ οἰκίας καὶ γονέων καὶ πάντων ἀποστήσας, καὶ ὁλόκληρον ἔθνος ἐκπολεμώσας αὐτοῖς τὸ Ἰουδαίων, προέδωκεν ὕστερον. Καὶ εἰ μὲν ἀσθενείας ἦν τὸ γενόμενον, συνέγνωσαν ἂν· νυνὶ δὲ κακουργίας πολλῆς εἶναι ἐνομίζετο. Ἔδει γὰρ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ μὴ τὸν οὐρανὸν ἐπαγγείλασθαι ἄνθρωπον ὄντα θνητὸν, ὡς φατε. Ὥστε τοὐναντίον εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιεῖν, κηρύττειν τὴν ἀπάτην, καὶ λέγειν αὐτὸν εἴρωνα καὶ γόητα· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τῶν κινδύνων ἀπηλλάγησαν, οὕτω καὶ τὸν πόλεμον ἔλυσαν. Εἰ γὰρ τοῖς στρατιώταις ἀργύριον ἔδωκαν οἱ Ἰουδαῖοι ἵνα εἴπωσιν, ὅτι ἔκλεψαν τὸ σῶμα· εἰ παρελθόντες εἶπον οἱ μαθηταὶ ὅτι Ἐκλέψαμεν, καὶ οὐκ ἀνέστη, ποίας ἂν οὐκ ἀπέλαυσαν τιμῆς; Ὥστε ἐξῆν αὐτοῖς καὶ τιμᾶσθαι καὶ στεφανοῦσθαι. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὸ ὑβρίζεσθαι καὶ κινδυνεύειν ἀντικατηλλάξαντο τούτων, εἰ μὴ θεία τις ἦν ἡ πείθουσα αὐτοὺς δύναμις, ἡ τούτων ἁπάντων δυνατωτέρα; Εἰ δὲ μηδέπω πείθομεν, λογίζου κἀκεῖνο, ὅτι εἰ μὴ τοῦτο ἦν, κἂν εἰ σφόδρα παρεσκευάζοντο, οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ τὸ κήρυγμα ἐκήρυξαν, ἀλλ' ἀπεστράφησαν αὐτόν. Ἴστε γὰρ ὅτι οὐδὲ τὰ ὀνόματα βουλόμεθα τῶν τὰ τοιαῦτα ἀπατώντων ἡμᾶς ἀκούειν. Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ἐκήρυττον αὐτοῦ τὸ ὄνομα; προσδοκῶντες ὅτι κρατήσουσι δι' αὐτοῦ; καὶ μὴν τοὐναντίον ἐχρῆν προσδοκᾶν, ὅτι εἰ καὶ ἔμελλον κρατήσειν, ἀπώλοντο ἀπατεῶνος ὄνομα φέροντες εἰς μέσον. Εἰ δὲ συσκιάσαι τὰ πρότερα ἐβούλοντο, ἔδει σιγῆσαι,

[a] Sic Regius codex. Edili vero, τοῖς παρ' Ἕλλησι.
[b] *Legebatur* οὐδὲν ἦσαν.

Digitized by Google

ὡς τό γε ἐπαγωνίζεσθαι, μειζόνως ἀνῆπτε καὶ τὸν πόλεμον καὶ τὸν γέλωτα. Πόθεν οὖν ἐπῆλθεν αὐτοῖς ἀναπλάσαι τοιαῦτα; καὶ γὰρ ἅπερ ἤκουσαν, ἀπώλεσαν. Εἰ δὲ οὐκ ὄντος φόβου πολλὰ ἐπελανθάνοντο, καί τινα οὐδὲ ἐνόουν, καθὼς καὶ ὁ εὐαγγελιστής φησι, τοσούτου κινδύνου καταλαβόντος, πῶς οὐκ ἂν ἅπαντα αὐτῶν ἀπέπτη; Καὶ τί λέγω τὰ ῥήματα; ὅπου γε καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν τὸν διδάσκαλον πόθος ἠρέμα κατεμαραίνετο τῷ φόβῳ τῶν ἐσομένων· ὅπερ αὐτοῖς καὶ ὠνείδισεν. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τούτου μὲν ἐκκρεμάμενοι αὐτοῦ, σινεχῶς ἠρώτων, Ποῦ ὑπάγεις; ὕστερον δὲ, ὅτε τοὺς μακροὺς ἀπέτεινε λόγους τὰ δεινὰ διηγούμενος τὰ παρ' αὐτὸν τὸν σταυρὸν καταληψόμενα αὐτοὺς, εἶτα τῷ δέει παγέντες ἐναπέμειναν ἀχανεῖς· ἄκουσον πῶς τοῦτο αὐτὸ προφέρει αὐτοῖς λέγων· *Οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με· Ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι λελάληκα ὑμῖν ταῦτα, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.* Εἰ τοίνυν προσδοκῶντες αὐτὸν ἀποθανεῖσθαι καὶ ἀναστήσεσθαι οὕτως ἤλγουν, ἀναστάντα αὐτὸν μὴ ἰδόντες, πῶς οὐκ ἂν ἀπώλοντο, καὶ εἰς αὐτὴν ἂν ἐσπούδασαν καταδῦναι τὴν γῆν, καὶ ἀθυμίᾳ τῇ τῆς ἀπάτης καὶ δέει τῶν ἐσομένων πολιορκούμενοι;

ε'. Πόθεν δὲ καὶ τὰ ὑψηλὰ αὐτοῖς δόγματα; τὰ γὰρ ὑψηλότερα ὕστερον εἶπεν αὐτοὺς ἀκούσεσθαι· *Πολλὰ γὰρ ἔχω λέγειν ὑμῖν*, φησὶν, *ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν* [40] *ἄρτι.* Ὥστε τὰ λειπόμενα [a] ὑψηλότερα ἦν. Εἰς δὲ τῶν μαθητῶν οὐδὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἤθελεν ἀπελθεῖν μετ' αὐτοῦ, ἐπειδὴ κινδύνων ἤκουσεν, ἀλλ' ἔλεγεν· *Ἀπέλθωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ*· βαρυνόμενος ἐπειδὴ προσεδόκησεν ἀποθανεῖσθαι. Εἰ δὲ μετ' αὐτοῦ ὢν προσεδόκησεν ἀποθανεῖσθαι, καὶ ἀνεδύετο διὰ τοῦτο, χωρὶς αὐτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν μαθητῶν τί οὐκ ἂν ἦλπισε τότε παθεῖν [b]; Καὶ πολὺς ὁ ἔλεγχος ἦν τῆς ἀναισχυντίας. Τί δὲ καὶ εἶχον εἰπεῖν ἐξιόντες; Τὸ μὲν γὰρ πάθος ἡ οἰκουμένη πᾶσα ᾔδει· καὶ γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐκρέματο τοῦ ἱκρίου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ, καὶ ἐν μητροπόλει, καὶ ἐν ἑορτῇ μεγίστῃ, ἐν ᾗ μάλιστα οὐκ ἐνῆν τινα ἀπολειφθῆναι· τὴν δὲ ἀνάστασιν οὐδεὶς εἶδε τῶν ἔξωθεν, ὅπερ οὐ μικρὸν αὐτοῖς πρὸς τὸ πείθειν ἐμπόδιον ἦν. Καὶ ὅτι μὲν ἐτάφη, πάντες διεθρύλλουν· καὶ ὅτι ἐκλεψαν τὸ σῶμα αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ, οἱ στρατιῶται μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἁπάντων ἔλεγον· ὅτι δὲ ἀνέστη, τῶν ἔξωθεν οὐδεὶς εἶδε. Πόθεν οὖν προσεδόκησαν πείθειν τὴν οἰκουμένην; Εἰ γὰρ θαυμάτων γινομένων στρατιῶται ἐπείσθησαν τὰ ἐναντία μαρτυρῆσαι, πόθεν προσεδόκων οὗτοι χωρὶς θαυμάτων κηρύττειν, καὶ μηδὲ ὀβολὸν κεκτημένοι πείθειν γῆν καὶ θάλατταν περὶ τῆς ἀναστάσεως; εἰ δὲ δόξης ἐρῶντες τοῦτο ἐποίουν, πολλῷ μᾶλλον ἂν ἕκαστος ἑαυτῷ δόγματα ἐπεφήμισεν, οὐχὶ τῷ ἀπελθόντι. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐπείσθησαν αὐτοῖς οἱ ἄνθρωποι; Καὶ περὶ τίνος ἀκούοντες μᾶλλον ἐπίστευον; περὶ ἐκείνου τοῦ συλληφθέντος καὶ σταυρωθέντος, ἢ περὶ αὐτῶν τῶν τὰς χεῖρας ἐκφυγόντων τὰς Ἰουδαϊκάς; Τίνος δὲ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, μέλλοντες [c] τοῦτο ποιεῖν, οὐκ εὐθέως τὴν Ἰουδαίαν ἀφέντες, εἰς τὰς ἔξω πόλεις ἀπῆλθον, ἀλλ' ἔνδον ἐστρέφοντο; Πῶς δὲ, εἰ μὴ σημεῖα ἐποίουν, ἔπειθον; Καὶ εἰ μὲν ἐποίουν (ἐποίουν γὰρ), Θεοῦ δύναμις ἦν τὸ γινόμενον· εἰ δὲ μὴ ἐποίουν καὶ ἐκράτουν, πολὺ θαυμαστότερον ἦν τὸ συμβάν. Οὐκ ᾔδεσαν Ἰουδαίους, εἰπέ μοι, καὶ τὴν πονηρὰν αὐτῶν μελέτην καὶ τὴν φθόνων γέμουσαν ψυχήν; Καὶ γὰρ **Μωϋσέα** ἐλίθασαν μετὰ τὸ πέλαγος ὅπερ ἐπέζευσαν, μετὰ τὴν νίκην καὶ τὸ τρόπαιον ἐκεῖνο τὸ θαυμαστὸν, ὅπερ ἔστησαν ἀναιμωτὶ διὰ τῶν ἐκείνου χειρῶν κατὰ τῶν δουλωσαμένων [d] αὐτοὺς Αἰγυπτίων, μετὰ τὸ μάννα, μετὰ τὰς πέτρας καὶ τὰς πηγὰς τῶν ποταμῶν τὰς ἐκεῖθεν ῥαγείσας, μετὰ τὰ μυρία θαύματα τὰ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τῆς ἐρήμου· Ἱερεμίαν εἰς λάκκον ἐνέβαλον, καὶ πολλοὺς τῶν προφητῶν κατέσφαξαν. Ἄκουσον γοῦν τί φησιν Ἠλίας μετὰ τὸν φοβερὸν λιμὸν ἐκεῖνον καὶ τὸν θαυμαστὸν ὑετὸν καὶ τὴν λαμπάδα, ἣν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατήγαγε, καὶ τὸ παράδοξον ὁλοκαύτωμα, ὡς πορρωτάτω τῆς χώρας αὐτῶν ἐλαυνόμενος· *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου.* [41] Καίτοι γε οὐδὲν τῶν νομίμων ἐκίνουν. Τούτοις οὖν πόθεν εἶχον προσέχειν; εἰπέ μοι· καὶ γὰρ ἁπάντων ἦσαν ἐκείνων εὐτελέστεροι, καὶ τοιαῦτα ἐκαινοτόμουν, δι' ἃ καὶ τὸν Διδάσκαλον ἐσταύρωσαν. Καὶ ἄλλως δὲ, οὐχ οὕτως ἐδόκει δεινὸν εἶναι τὸ τὸν Χριστὸν ταῦτα λέγειν, καὶ τούτους. Τὸν μὲν γὰρ ἴσως ἐνόμιζον ἑαυτῷ δόξαν κτώμενον ταῦτα ποιεῖν, τούτους δὲ καὶ μειζόνως ἂν ἐμίσησαν, ὅτε ὑπὲρ ἑτέρου πολεμοῦντας αὐτοῖς. Ἀλλ' οἱ νόμοι αὐτοῖς ἐβοήθουν οἱ Ῥωμαίων; Ἀλλ' ἀπὸ τούτων καὶ ἐνεποδίζοντο μᾶλλον· καὶ γὰρ ἔλεγον· *Πᾶς ὁ ποιῶν ἑαυτὸν βασιλέα, οὐκ ἔστι φίλος τοῦ Καίσαρος.* Ὥστε τοῦτο μόνον ἱκανὸν ἦν ἐμποδίσαι, ὅτι τοῦ νομισθέντος εἶναι τυράννου καὶ μαθηταὶ ἦσαν, καὶ τὰ ἐκείνου κρατύνειν ἐβούλοντο. Τί δὲ ὅλως αὐτοὺς ἐπῆρεν εἰς τοσούτους κινδύνους ἐμπεσεῖν; τί δὲ περὶ αὐτοῦ λέγοντες ἐδόκουν εἶναι [d] πιθανοί; ὅτι ἐσταυρώθη; ὅτι ἀπὸ γυναικὸς ἐτέχθη Ἰουδαίας πτωχῆς, Ἰουδαίῳ τέκτονι μεμνηστευμένης; ὅτι ἐξ ἔθνους ἦν τῆ οἰκουμένῃ ἀπεχθανομένου; Ἀλλὰ ταῦτα πάντα οὐχὶ πείθειν μόνον καὶ ἐφέλκεσθαι τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ προσίστασθαι πᾶσιν ἦν ἱκανὰ, καὶ μάλιστα τὰ παρὰ τοῦ σκηνοποιοῦ καὶ τοῦ ἁλιέως λεγόμενα. Οὐκ ἂν οὖν ταῦτα πάντα ἐνενόησαν οἱ μαθηταί; καὶ γὰρ αἱ δειλαὶ φύσεις πλείονα τῶν ὄντων ἀναπλάττειν δύνανται· τοιαῦται δὲ ἦσαν αἱ ἐκείνων. Πόθεν οὖν ἤλπιζον κατορθώσειν; μᾶλλον δὲ οὐκ ἤλπισαν, μυρίων ὄντων τῶν ἀπαγόντων [e] αὐτοὺς, εἴ γε μὴ ἀνέστη ὁ Χριστός.

σ'. Οὐκ εὔδηλον καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις, ὅτι εἰ μὴ δαψιλοῦς καὶ μεγάλης ἀπέλαυσαν χάριτος, καὶ ἐνέχυρα τῆς ἀναστάσεως ἔλαβον, οὐ μόνον πρᾶξαι καὶ ἐπιχειρῆσαι, ἀλλ' οὐδὲ ἐννοῆσαι ταῦτα ἠδύναντο; Εἰ γὰρ τοσούτων ὄντων κωλυμάτων πρὸς τὸ βουλεύσασθαι, οὐ λέγω πρὸς τὸ κατορθῶσαι, καὶ ἐβουλεύσαντο καὶ εἰς ἔργον ἐξήγαγον καὶ μείζονα πάσης ἐλπίδος ἐποίησαν, παντὶ που δῆλον, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει, ἀλλὰ θείᾳ χάριτι πάντα εἰργάζοντο. Τούτους τοίνυν τοὺς λόγους γυμνάζωμεν, μὴ καθ' ἑαυτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀλλήλων· οὕτω δ' ἂν εὐκολωτέρα γένοιτ' ἂν ἡμῖν καὶ ἡ τῶν λοιπῶν εὕρεσις. Μηδὲ, ὅτι χειροτέχνης εἶ, ἀλλοτρίαν τὴν μελέτην ταύτην εἶναι νόμιζε. Καὶ γὰρ Παῦλος σκηνοποιὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἐνεπλήσθη τότε χάριτος, φησὶ, κἀκεῖθεν ἅπαντα ἐφθέγγετο. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς χάριτος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλου ἦν· καὶ τὴν χάριν δὲ διὰ τοῦτο ἔλαβεν, ἐπειδὴ γνώμην ἀξίαν τῆς χάριτος ἐπεδείξατο, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν τὴν τέχνην μετεχεί-

[a] *Legebatur* μὴ λεγόμενα. [b] Παθεῖν, quod deerat in editis, habetur in Regio cod. [c] *Legebatur* ἔμελλον, μαχ, εἰς τ. ἑ. πόλ. ἐπῆλθον. *paulo post.* Εἰ μὲν γὰρ ἐποίουν.

[d] Sic Reg., optime. Editi, χειρῶν καταδουλωσαμένων. [e] *Legebatur* ἂν *post* ἐδόκουν. [f] *Legebatur* ὑπαγόντων.

Digitized by Google

exspectarent se per illum superaturos esse? Atqui contrarium exspectandum erat, quia, etiamsi superaturi essent, periissent deceptoris nomen in medium afferentes. Sin autem volebant priora occultare, tacere oportebat : nam decertare magis excitasset et bellum et risum. Unde ergo venit illis in mentem ut hæc confingerent? nam illa quæ ipsi audierant, exciderant. Quod si cum nullus esset timor, multorum obliviscebantur, et quædam non intelligebant, ait evangelista, tanto imminente periculo, quomodo non omnia ab illis avolassent? Et quid dico verba, cum futurum esset, ut magistri amor metu futurorum sensim marcesceret? quod etiam ipsis exprobravit. Nam cum antea quidem ab illo pendentes frequenter interrogarent, Quo vadis? postea autem, cum longos texuit sermones, mala enarrans quæ tempore crucis ipsos invasura erant, deindeque metu defixi cum hiantes illi manerent, audi quomodo eis hoc proferat dicens : *Nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum* (*Joan.* 16. 5. 6). Si ergo exspectantes illum moriturum et resurrecturum esse, ita dolebant; si resurgentem illum non vidissent, quomodo non periissent, et in ipsam terram suffodi non studuissent, tum ex mœrore fraudis, tum ex timore futurorum obsessi?

5. Unde autem et sublimia illis dogmata? sublimiora enim ipsos postea audituros esse dixit : nam *Multa*, inquit, *habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* (*Ib.* v. 12). Illa igitur quæ non dicebantur, sublimiora erant. Unus autem ex discipulis nec in Judæam cum illo abire volebat, postquam pericula audivit; sed dicebat, *Abeamus et nos, ut moriamur cum illo* (*Id.* 11. 16); ægre ferens quod se moriturum exspectaret. Quod si cum illo versans se moriturum exspectabat, ideoque refugiebat; absque eo et cæteris discipulis quid non tunc se passurum exspectasset? Et magnum hoc fuisset impudentiæ argumentum. Quid ergo etiam dicendum habebant exeuntes? Nam passionem quidem sciebat universus orbis : in alto quippe patibulo suspensus fuerat, in meridie, in metropoli, et in maximo die festo, et a quo maxime non licebat quempiam abesse : resurrectionem vero nullus sciebat exterorum, quod non parvum illis erat impedimentum, ut ne persuaderent. Et quod esset sepultus omnium rumore ferebatur; quodque discipuli corpus furati essent, milites cum Judæis omnibus dicebant : quod autem resurrexisset, exterorum nemo sciebat. Undenam exspectabant, se id toti orbi persuasuros esse? Si enim post edita miracula persuasi fuerunt milites, ut contraria testarentur, undenam sperassent hi se sine miraculis prædicaturos esse, ac ne obolum quidem habentes, terræ et mari de resurrectione persuasuros esse? Quod si ex gloriæ amore hoc fecissent, multo magis unusquisque dogma sibi attribuisset, non ei qui decesserat. At non credidissent illis homines? Et de quonam magis credidissent audientes? de illone qui comprehensus et crucifixus fuerat, an de illis qui Judæorum manus effugerant? Cur autem, quæso, hoc facturi erant? non statim Judæam dimittentes venerunt in externas civitates, sed intus versabantur? Quomodo autem persuasissent, nisi signa edidissent? Si faciebant quidem, et utique faciebant, Dei virtus erat id quod fiebat : si autem non faciebant, et tamen vincebant, longe mirabilius erat illud. Annon Judæos noverant, quæso te, et malam ipsorum mentem, invidiaque plenum animum? Etenim Moysen lapidarunt, postquam mare pedibus transierant, post victoriam et tropæum illud mirabile, quod absque sanguine per manus ejus erexerunt de Ægyptiis, qui illos in servitutem redegerant, post manna, post petras et fluviorum fontes inde manantes, post mille miracula in Ægypto, in mari Rubro, in deserto : Jeremiam in lacum injecerunt, et multos prophetas interfecerunt. Audi quid dicat Helias post famem illam terribilem, et mirabilem pluviam, et lampadem illam, quam de cælis descendere curavit, et stupendum illud holocaustum; procul ab eorum regione ejectus : *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua diruerunt; et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam* (3. *Reg.* 19. 10). Atqui ii leges non immutabant. Unde ergo, quæso, his animus adhibendus erat? nam omnium vilissimi erant; atque ea ipsa innovabant, ob quæ Magistrum Judæi crucifixerant. Alioquin vero non tam grave videbatur esse, quod Christus et illi eadem dicerent. Nam illum quidem forte putabant ideo id fecisse, ut sibi gloriam pareret; illos autem etiam magis odissent, cum pro alio contra se bellum gererent. Sed opem illis ferebant leges Romanorum? Imo ab illis magis impediebantur : dicebant enim, *Omnis, qui se ipsum regem facit, non est amicus Cæsaris* (*Joan.* 19. 12). Quapropter hoc solum impedire poterat, quoniam ejus, qui tyrannus existimatus fuerat, discipuli erant, et res ejus volebant firmare. Quid ergo tandem illos erexit animo, ut in tanta pericula inciderent? quid autem de illo dicentes, videbantur fide digni? quod crucifixus esset? quod ex muliere paupere Judæa natus esset, quæ desponsata fuerat Judæo fabro? quod ex gente esset orbi odiosa? Verum hæc omnia non modo non apta erant ad persuadendos et alliciendos auditores, sed ad omnes adversum concitandos idonea; maxime autem a tentoriorum artifice et a piscatore dicta. Annon hæc omnia in mentem venerunt discipulis? nam timidæ naturæ plura quam sint possunt confingere : tales erant illorum naturæ. Undenam ergo so recte acturos sperarunt? Imo non sperassent, cum innumera essent quæ illos abducerent, nisi resurrexisset Christus.

6. Annon palam est vel stultissimis, quod nisi uberem et magnam consequuti essent gratiam, et pignora accepissent resurrectionis, non modo hæc non agere et suscipere, sed ne cogitare quidem potuissent? Si enim tot impedimenta essent, non dico ad recte agendum, sed ad consultandum, et consultarunt et præclara egerunt, et quæ omni spe majora erant ad effectum deduxerunt : cuivis palam est eos non humana virtute, sed divina gratia omnia fecisse.

Digitized by Google

In his ergo sermonibus nos exerceamus, non apud nos tantum, sed cum aliis : sic nobis facilior erit cæterorum inventio. Neque quia manu artem exerces, alienum hoc studium esse putes. Nam Paulus tentoriorum opifex erat ; sed tunc quoque multa plenus erat gratia, atque inde omnia loquebatur. Imo ante gratiam ad pedes Gamalielis erat : et ideo gratiam accepit, quia mentem gratia dignam exhibebat, et postea rursus artem exercebat. Nemo igitur artifex erubescat, sed ii, qui frustra aluntur et otiosi sunt, qui multis utuntur ministris et ingenti famulatu fruuntur. Nam semper laborantem ali, philosophiæ genus est : horum animæ puriores sunt, horum mentes firmiores. Nam qui otiosus est, multa potius temere loquitur, et multa frustra agit, ac nihil per totam diem operatur, multo plenus torpore : qui autem operatur, nihil superfluum cito percipiet neque in operibus nec in verbis nec in mente ; tota enim anima semper intenditur ad vitam laboriosam. Ne ergo despiciamus eos qui labore manuum aluntur, sed potius illos ideo beatos prædicemus. Quænam, quæso, est tibi gratia, cum accepta a patre hæreditate, perpetuo nihil agis, sed illa omnia bona frustra insumis ? An nescis non omnes eamdem rationem reddituros nos esse ; sed eos qui hic in majori licentia et rerum copia vixerunt, gravius ; eos autem qui in laboribus, in paupertate et ærumnis vitam duxere, mitius esse tractandos. Hæc autem ex Lazaro et divite manifesta sunt. Tu certe, qui ad debita officia otio non es usus, jure accusaris ; pauper vero qui reliquum temporis ad debita officia adhibuit, magnis fruetur coronis.

Contra theatrorum spectacula. — At tu militiam obtendis, et quod illa distinearis allegas ? Sed talis excusatio non est rationi consona. Nam Cornelius erat centurio, et balteus vitæ institutum nihil læsit. Tu vero cum saltatoribus et mimis das operam, et totum vitæ tempus in scena consumis, non vel militiæ necessitatem vel metum magistratuum obtendis ; quando autem te ad ecclesiam vocamus, tunc innumera affers impedimenta. Et quid dices in illa die, cum videris flammam et fluvios igneos et vincula insolubilia, et stridorem dentium audieris ? quis tibi tunc patrocinabitur, cum videris artificem, qui recte vixerit, omni gloria fruentem ; te vero, qui nunc sericis indutus es vestimentis et oles unguenta, intolerabilia patientem ? quid tibi proderunt divitiæ et rerum omnium copia ? quid detrimenti artifici affert paupertas ? Ne ergo tunc patiamur, ea quæ nunc dicuntur timeamus, et totum laborem nostrum in necessariarum rerum operibus consumamus. Ita enim placato Deo pro peccatis præteritis, additisque bonis operibus futuris, regnum cælorum consequi poterimus, gratia et benignitate, etc

HOMILIA VI.

CAP. 2. v. 1. *Et ego, fratres, cum veni ad vos, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Dei.* 2. *Non enim judicavi me scire aliquid in vobis, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.*

1. Nihil est Pauli anima ad decertandum acrius ; imo potius non illius anima : non enim ipse hoc invenit ; sed nihil par gratiæ in illo operanti, quæ omnia vincit. Satis enim erunt ea, quæ prius dicta sunt, ad dejiciendum illorum fastum, qui in sapientia gloriabantur ; imo vel pars dictorum sufficiebat. Ut autem præclarior sit victoria, iis quæ dicta sunt certamina addit, prostratis insultans adversariis. Attende autem : adduxerat prophetiam dicentem : *Perdam sapientiam sapientium :* ostenderat Dei sapientiam, quia per eam, quæ stultitia videbatur esse, externam philosophiam prostravit ; ostenderat, quod stultum est Dei, sapientius esse hominibus ; ostenderat quod non solum per ignaros docuerit, sed etiam ignaros et idiotas vocaverit. Nunc ostendit et ipsum quod prædicabatur, et modum prædicationis satis fuisse ad perturbandum, et non perturbavisse. Non tantum enim discipuli idiotæ sunt, inquit ; sed etiam ego qui prædico. Ideo, inquit, *Et ego, fratres* (rursus fratres vocat, ut sermonis asperitatem emolliat), *veni, non in sublimitate sermonis, annuntians vobis testimonium Dei.* Quid enim, dic quæso, si voluisses in sublimitate venire ? poterasne ? Ego quidem si voluissem, non potuissem ; Christus autem si voluisset, potuisset. Sed noluit, ut splendidius redderet tropæum. Ideoque superius ostendens hoc illius opus fuisse, ipsiusque voluntatem esse, ut sic indocte ejus verbum prædicetur, dicebat : *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare, non in sapientia sermonis.* Est autem multo majus, imo infinite majus, quod hoc voluerit Christus, quam quod voluerit Paulus. Non ergo facundiam ostentans, inquit, neque externis armatus sermonibus, annuntio testimonium Dei. Nec dixit, prædicationem, sed, *Testimonium Dei*, quod ipsum satis erat ad avertendum. Mortem enim annuntians circuibat : ideo subjunxit : *Non enim judicavi me scire aliquid in vobis, nisi Jesum Christum, huncque crucifixum.* Hoc autem dicebat, quia externæ sapientiæ omnino expers erat, ut etiam superius dicebat : *Veni non in sublimitate sermonis.* Nam quod ipse hoc posset habere palam est. Cujus enim vestimenta mortuos suscitarunt, et umbræ morbos expulerunt, multo magis linguæ facundiam poterat anima suscipere. Nam hoc quidem est discipulorum, illud autem artem omnem superat. Qui ergo artis majora novit, multo magis minora potuerit. Sed non permisit Christus ; neque enim consentaneum erat. Merito igitur ait, *Non enim judicavi me aliquid scire ;* nam et ego hoc volo quod et Christus vult. Mihi autem videtur humilius loqui cum illis, quam cum aliis, ut fastum illorum comprimeret. Illud ergo, *Judicavi me nihil scire*, ad differentiam externæ sapientiæ dicitur. Non enim veni syllogismos nectens neque sophismata,

Digitized by Google

τὴν νίκην δείξας, καὶ ἐκείνους ἀποφήνας σφόδρα μωροὺς, τὸ προσῆκον αὐτῇ λοιπὸν ἀπέδωκεν ὄνομα λέγων· *Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις.* Σοφίαν δὲ λέγει τὸ κήρυγμα καὶ τὸν τρόπον τῆς σωτηρίας, τὸ διὰ σταυροῦ σωθῆναι· τελείους δὲ τοὺς πεπιστευκότας. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τέλειοι οἱ τὰ ἀνθρώπινα εἰδότες ὅτι σφόδρα ἀσθενῆ, καὶ ὑπεριδόντες αὐτῶν, ὅτι μηδὲν αὐτοῖς συμβάλλεται πεπεισμένοι, οἷοι γεγόνασιν οἱ πιστοί. *Σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου.* Ποῦ γὰρ χρήσιμος ἡ ἔξωθεν σοφία, ἐνταῦθα καταστρέφουσα καὶ περαιτέρω μὴ προϊοῦσα, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα δυναμένη τι τοὺς ἔχοντας ὠφελεῖν; Ἄρχοντας δὲ αἰῶνος ἐνταῦθα οὐ δαίμονάς τινας λέγει, καθώς τινες ὑποπτεύουσιν· ἀλλὰ τοὺς ἐν ἀξιώμασι, τοὺς ἐν δυναστείαις, τοὺς τὸ πρᾶγμα περιμάχητον εἶναι νομίζοντας, φιλοσόφους καὶ ῥήτορας καὶ λογογράφους· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἐκράτουν, καὶ δημαγωγοὶ πολλάκις ἐγίνοντο. Τοῦ δὲ αἰῶνος τούτου ἐκάλεσεν ἄρχοντας, ἐπειδὴ περαιτέρω τοῦ παρόντος αἰῶνος οὐ πρόεισιν αὐτῶν ἡ ἀρχή· διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Τῶν καταργουμένων·* οἰκοθέν τε αὐτὴν διαβάλλων καὶ ἀπὸ τῶν χρωμένων. Δείξας γὰρ ὅτι ψευδής ἐστιν, ὅτι μωρά, ὅτι οὐδὲν δύναται εὑρεῖν, ὅτι ἀσθενὴς, δείκνυσιν ὅτι καὶ ὀλιγοχρόνιος. *Ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ.* Ποίῳ μυστηρίῳ; Καὶ μὴν φησὶν ὁ Χριστός· *Ὃ ἠκούσατε εἰς τὸ οὖς,* [51] *κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.* Πῶς οὖν μυστήριον αὐτὴν καλεῖ; Ἐπειδὴ οὔτε ἄγγελος οὔτε ἀρχάγγελος οὔτε ἄλλη τις αὐτὸ κτιστὴ δύναμις ᾔδει, πρὶν γενέσθαι. Διό φησιν, *Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ.* Τοῦτο δὲ ἐποίησεν, ἡμᾶς τιμῶν ὁ Θεὸς, ὥστε μεθ' ἡμῶν ἀκοῦσαι τῶν μυστηρίων. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, οὓς ἂν ποιησώμεθα φίλους, τοῦτο τεκμήριον πρὸς αὐτοὺς εἶναί φαμεν τῆς φιλίας, τὸ μηδενὶ πρὸ αὐτῶν εἰπεῖν τὰ ἀπόῤῥητα. Ἀκουέτωσαν οἱ τὸ κήρυγμα ἐκπομπεύοντες. καὶ πᾶσιν ἁπλῶς ἐκφαίνοντες τοὺς μαργαρίτας καὶ τὸ δόγμα, καὶ τὰ ἅγια κυσὶ καὶ χοίροις ῥιπτοῦντες καὶ λογισμοῖς περιττοῖς. Τὸ γὰρ μυστήριον κατασκευῆς οὐ δεῖται, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο μόνον ὂν καταγγέλλεται· ἐπεὶ οὐκ ἔσται μυστήριον θεῖον καὶ ὁλόκληρον, ὅταν καὶ παρὰ σαυτοῦ τι προσθῇς. Καὶ ἄλλως δὲ μυστήριον καλεῖται, ὅτι οὐχ ἅπερ ὁρῶμεν πιστεύομεν [a], ἀλλ' ἕτερα ὁρῶμεν, καὶ ἕτερα πιστεύομεν. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν μυστηρίων ἡμῶν φύσις. Ἑτέρως γοῦν ἐγὼ, καὶ ἑτέρως ὁ ἄπιστος περὶ τούτων διακείμεθα. Ἀκούω ἐγὼ, ὅτι ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν εὐθέως θαυμάζω· ἀκούει ἐκεῖνος, καὶ ἀσθένειαν νομίζει. Ἀκούω ὅτι δοῦλος γέγονε, καὶ τὴν κηδεμονίαν θαυμάζω· ἀκούει ἐκεῖνος, καὶ ἀτιμίαν λογίζεται. Ἀκούω ὅτι ἀπέθανε, καὶ τὴν δύναμιν ἐκπλήττομαι, ὅτι ἐν θανάτῳ γενόμενος οὐκ ἐκρατήθη, ἀλλὰ καὶ ἐξέλυσε θάνατον· ἀκούει ἐκεῖνος, καὶ ἀδυναμίαν ὑποπτεύει. Ἀκούων ἀνάστασιν ἐκεῖνος, μῦθον τὸ πρᾶγμά φησιν· ἐγὼ δὲ τὰς διὰ τῶν πραγμάτων δεξάμενος ἀποδείξεις, προσκυνῶ τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. Ἀκούων λουτρὸν ἐκεῖνος, ἁπλῶς ὕδωρ νομίζει· ἐγὼ δὲ οὐ τὸ ὁρώμενον ἁπλῶς βλέπω, ἀλλὰ τὸν τῆς ψυχῆς καθαρμὸν τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἐκεῖνος λελοῦσθαί μοι τὸ σῶμα νομίζει μόνον· ἐγὼ δὲ πεπίστευκα, ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ γέγονε καθαρά τε καὶ ἁγία, καὶ λογίζομαι τὸν τάφον, τὴν ἀνάστασιν, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν δικαιοσύνην, τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν υἱοθεσίαν, τὴν κληρονομίαν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τοῦ Πνεύματος τὴν χορηγίαν. Οὐ γὰρ τῇ ὄψει κρίνω τὰ φαινόμενα, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας. Ἀκούω σῶμα Χριστοῦ· ἑτέρως ἐγὼ νοῶ τὸ εἰρημένον, ἑτέρως ὁ ἄπιστος.

β'. Καὶ καθάπερ τὰ παιδία τὰ βιβλία ὁρῶντα οὐκ οἶδε τῶν γραμμάτων τὴν δύναμιν, οὐδὲ οἶδεν ἅπερ ὁρᾷ, μᾶλλον δὲ κἂν ἀνὴρ ἄπειρος ᾖ γραμμάτων, ταυτὰ πείσεται· ὁ δὲ ἔμπειρος πολλὴν εὑρήσει τοῖς γράμμασιν ἐναποκειμένην τὴν δύναμιν, καὶ βίους ὁλοκλήρους, καὶ ἱστορίας· καὶ ἐπιστολὴν ὁ μὲν ἄπειρος λαβὼν, χάρτην ἡγήσεται καὶ μέλαν εἶναι· ὁ δὲ ἔμπειρος καὶ φωνῆς ἀκούσεται, καὶ διαλέξεται τῷ ἀπόντι, καὶ ὅπερ ἂν βούληται διὰ τῶν γραμμάτων πάλιν ἐρεῖ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μυστηρίου γίνεται· οἱ μὲν ἄπιστοι, καίτοι γε ἀκούοντες, οὐ δοκοῦσιν ἀκούειν· οἱ δὲ πιστοὶ τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ἔχοντες ἐμπειρίαν, ὁρῶσι τῶν ἐναποκειμένων τὴν δύναμιν. Τοῦτο γοῦν αὐτὸ δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὅτι καὶ νῦν τὸ κηρυττόμενον ἀποκέκρυπται·* [52] *τοῖς γὰρ ἀπολλυμένοις, φησὶν, ἐστὶ κεκαλυμμένον.* Ἄλλως δὲ καὶ τὸ παράδοξον ἐμφαίνει τοῦ κηρύγματος. Οὕτω δὴ εἰώθει καλεῖν ἡ Γραφὴ τὰ παρ' ἐλπίδας καὶ ὑπὲρ διάνοιαν ἀνθρωπίνην γινόμενα. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ, *Τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς·* καὶ πάλιν ὁ Παῦλος, *Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.* Εἰ δὲ πανταχοῦ κηρύττεται, καὶ οὕτω μυστήριόν ἐστι. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκελεύσθημεν ἅπερ ἠκούσαμεν εἰς τὸ οὖς εἰπεῖν ἐπὶ τῶν δωμάτων, οὕτω προσετάγημεν μὴ δοῦναι τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βῖψαι τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. Οἱ μὲν γάρ εἰσι ψυχικοὶ, καὶ οὐ νοοῦσιν· οἱ δὲ κάλυμμα ἔχουσιν ἐπὶ τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ οὐ βλέπουσιν. Ἆρα μυστήριον τοῦτο μάλιστά ἐστιν, ὃ πανταχοῦ μὲν κηρύττεται, οὐ γνωρίζεται δὲ παρὰ τῶν οὐκ ὀρθὴν ἐχόντων γνώμην· ἐκκαλύπτεται δὲ οὐκ ἀπὸ σοφίας, ἀλλ' ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου, καθόσον ἡμῖν δέξασθαι δυνατόν. Διόπερ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι καὶ μετὰ τοῦτο αὐτὸ μυστήριον αὐτὸ προσειπὼν ἀπόῤῥητον· οὐδὲ γὰρ ἡμῖν τοῖς πιστοῖς πᾶσα ἐνεχειρίσθη σαφήνεια καὶ ἀκρίβεια. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ὡς ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.* Διὰ τοῦτο ἔλεγε, *Λαλοῦμεν σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν.* Ἀποκεκρυμμένην, τουτέστιν, ὅτι οὐδεὶς πρὸ ἡμῶν ἔμαθε τῶν ἄνω δυνάμεων, ἢ ὅτι [b] οὐδὲ οἱ πολλοὶ νῦν ἴσασιν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Προώρισεν εἰς δόξαν ἡμῶν·* καίτοι γε ἀλλαχοῦ φησιν· *Εἰς δόξαν ἑαυτοῦ.* Ἑαυτοῦ γὰρ ἡγεῖται δόξαν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ὥσπερ οὖν καὶ πλοῦτον ἑαυτοῦ καλεῖ, καίτοι γε αὐτὸς πλοῦτος ὢν ἀγαθῶν, καὶ οὐδενὸς δεόμενος εἰς τὸ εἶναι πλούσιος. *Προώρισε,* φησὶ, τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐνδεικνύμενος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μάλιστα καὶ τιμᾶν καὶ φιλεῖν ἡμᾶς νομίζονται, ὅσοιπερ ἄνωθεν ὥσιν ἡμᾶς παρεσκευασμένοι ποιεῖν εὖ· ὅπερ καὶ οἱ πατέρες ἐπὶ παίδων ποιοῦσι· καὶ γὰρ εἰ ὕστερον διδόασι τὰ χρήματα, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς εἰσι τοῦτο προῃρημένοι. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος σπουδάζει δεῖξαι νῦν, ὅτι ἀεὶ ἡμᾶς ἐφίλει καὶ ἄνωθεν ὁ Θεὸς καὶ μηδέπω γενομένους. Οὐ γὰρ ἄν,

[a] Duo codd. Regg., ὁρῶμεν βλέπομεν, lectio non spernenda; ὁρᾷν enim, *alicujus rei videre speciem*; βλέπειν vero, *ejusdem vim internam intueri.* Edit.

[b] *Aberant verba* ἢ ὅτι.

εἰ μὴ ἐφίλει, τὸν πλοῦτον ἡμῖν προώρισε. Μὴ τοίνυν ἐννοήσῃς τὴν ἐν μέσῳ γενομένην ἔχθραν· πρεσβυτέρα γὰρ ἦν αὐτῆς ἡ φιλία. Τὸ δὲ, *Πρὸ τῶν αἰώνων*, τὸ ἀΐδιόν φησι· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ οὕτω λέγει· *Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων*. Εὑρεθήσεται τοίνυν καὶ ὁ Υἱὸς οὕτως ἀΐδιος ὤν. Καὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ φησιν, ὅτι δι' αὐτοῦ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὅπερ ἐστὶ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχειν. Ὁ γὰρ ποιητὴς πρὸ τῶν ποιημάτων εὔδηλον ὅτι. *Ἵνα οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν*. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐγκλημάτων εἰσὶν ἄξιοι, εἴ γε μὴ ἔγνωσαν, καὶ ἐσταύρωσαν[a]. Καὶ εἰ μὴ ἤδεσαν, πῶς ἔλεγεν αὐτοῖς, *Καὶ ἐμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί*; Περὶ γὰρ τοῦ Πιλάτου φησὶν ἡ Γραφὴ, ὅτι οὐκ ἤδει· εἰκὸς δὲ μηδὲ τὸν [53] Ἡρῴδην εἰδέναι. Τούτους ἂν εἴποι τις καλεῖσθαι ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου. Εἰ δὲ καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ περὶ τῶν ἱερέων εἴποι τις ἂν τοῦτο λέγεσθαι, οὐκ ἂν ἁμάρτοι· καὶ γὰρ ἐκείνοις φησὶν, *Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα μου*. Πῶς οὖν ἀνωτέρω φησὶ, *Καὶ ἐμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί*; Ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναγνώσεως ταύτης καὶ τίς ἐκείνης, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἤδη εἴρηται· καὶ, ὥστε μὴ συνεχῶς τὸ αὐτὸ στρέφειν, ἐκεῖ παραπέμπομεν τοὺς ἐντυγχάνοντας.

γ'. Τί οὖν; ἀφείθη, φησὶν, αὐτοῖς τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἁμάρτημα; καὶ γὰρ εἶπεν· *Ἄφες αὐτοῖς*. Εἰ μετενόησαν, ἀφείθη. Καὶ γὰρ ὁ μυρίαις βαλὼν χερσὶ τὸν Στέφανον, καὶ διώξας τὴν Ἐκκλησίαν Παῦλος, τῆς Ἐκκλησίας προστάτης ἐγένετο. Οὕτως οὖν κἀκείνοις ἀφείθη τοῖς βουληθεῖσι μεταγνῶναι· ὃ δὴ καὶ ὁ Παῦλος βοῶν ἔλεγε· *Λέγω οὖν· Μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι; Μὴ γένοιτο*. Καὶ πάλιν, *Μὴ*[b] *ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω; Μὴ γένοιτο*. Εἶτα δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀπεκλείσθη αὐτῶν ἡ μετάνοια, τεκμήριον τὴν ἐπιστροφὴν τὴν ἑαυτοῦ παρῄγαγε λέγων· *Καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμί*. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἔγνωσαν*, ἐμοὶ δοκεῖ οὐ περὶ Χριστοῦ ἐνταῦθα εἰρῆσθαι, ἀλλὰ περὶ αὐτῆς τοῦ πράγματος τῆς οἰκονομίας· οἷον, τί ἐβούλετο ὁ θάνατος καὶ ὁ σταυρὸς, οὐκ ἤδεισαν. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐμὲ οὐκ οἴδασιν, ἀλλ', *Οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι*, τουτέστι, τὴν οἰκονομίαν τὴν τελουμένην καὶ τὸ μυστήριον ἀγνοοῦσιν. Οὐ γὰρ ἤδεσαν, ὅτι οὕτω λάμψαι ἔχει ὁ σταυρὸς, ὅτι τῆς οἰκουμένης γίνεται σωτηρία καὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καταλλαγὴ, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἁλίσκεται, καὶ δεινὰ ὑποστήσονται τὰ ἔσχατα. Σοφίαν δὲ καὶ τὸν Χριστὸν καλεῖ καὶ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ κήρυγμα. Εὐκαίρως δὲ Κύριον δόξης ἐκάλεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ σταυρὸς ἀδοξίας εἶναι δοκεῖ, δείκνυσιν ὅτι μεγάλη ἦν δόξα ὁ σταυρός. Ἀλλὰ μεγάλης ἔδει σοφίας, οὐ μόνον τὸ τὸν Θεὸν εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ μαθεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν ταύτην· ἡ δὲ ἔξωθεν σοφία οὐχὶ τοῦ προτέρου μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτου γέγονε κώλυμα. *Ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.*

Καὶ ποῦ γέγραπται ταῦτα; Λέγεται γὰρ γεγράφθαι, καὶ ὅταν μὴ διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων κείμενα ᾖ, ὡς ἐπὶ τῶν ἱστοριῶν· ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ μὲν νόημα κείμενον ᾖ, μὴ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν ῥημάτων, ὡς ἐνταῦθα. Τὸ γὰρ, *Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι*· τοῦτο ταυτόν ἐστι τῷ, *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν*. Ἢ τοῦτο τοίνυν φησὶν, ἢ εἰκὸς καὶ γεγράφθαι ἐν βίβλοις, καὶ ἠφανίσθαι τὰ βιβλία. Καὶ γὰρ πολλὰ διεφθάρη βιβλία, καὶ ὀλίγα διεσώθη, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας αἰχμαλωσίας. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐν ταῖς [54] Παραλειπομέναις· καὶ γὰρ φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν ἑξῆς προφητῶν πάντες εἰρήκασι περὶ αὐτοῦ*. Καὶ οὐ πάντως φέρεται ταῦτα· τὸν δὲ Παῦλον ἄτε νομομαθῆ ὄντα καὶ Πνεύματι φθεγγόμενον εἰκὸς εἰδέναι πάντα μετὰ ἀκριβείας. Καὶ τί λέγω περὶ τῆς αἰχμαλωσίας; Καὶ γὰρ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας πολλὰ ἠφάνιστο βιβλία, τῶν Ἰουδαίων εἰς ἐσχάτην ἀσέβειαν ἐξοκειλάντων. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τέλους τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν· τὸ γὰρ Δευτερονόμιον μόλις που εὑρῆται ἐν κοπρίᾳ κατακεχωσμένον. Ἄλλως δὲ εἰσὶ καὶ διπλαῖ πολλαχοῦ προφητεῖαι τοῖς συνετωτέροις εὐκατάληπτοι, ἐξ ὧν πολλὰ τῶν ἀσαφῶν ἔστιν εὑρεῖν. Τί οὖν; οὐκ εἶδεν ὀφθαλμὸς, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεός; Οὐχί· τίς γὰρ τῶν ἀνθρώπων εἶδε τὰ οἰκονομεῖσθαι μέλλοντα; Ἆρα οὖν οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη; καὶ πῶς; Εἰ γὰρ οἱ προφῆται εἶπον, πῶς, φησὶν, οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη; Οὐκ ἀνέβη· οὐ γὰρ περὶ αὐτῶν μόνον φησὶν, ἀλλὰ περὶ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Τί οὖν; οἱ προφῆται οὐκ ἤκουσαν; Ἤκουσαν μὲν, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀνθρώπου οὖς τὸ οὖς τὸ προφητικόν· οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωποι ἤκουσαν, ἀλλ' ὡς προφῆται. Διό φησι, *Προσέθηκέ μοι ὠτίον ἀκούειν*, τὴν προσθήκην τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος λέγων. Ὅθεν δῆλον, ὅτι πρὶν ἢ ἀκοῦσαι, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Πνεύματος δόσιν οὐκ ἦν καρδία ἀνθρώπου, ἀλλὰ καρδία πνευματικὴ ἡ τῶν προφητῶν, καθάπερ καὶ αὐτός φησι· *Νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν*. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Πρὶν ἢ Πνεύματος ἀπολαῦσαι καὶ μαθεῖν τὰ ἀπόῤῥητα, οὐδὲ ἡμῶν τις οὐδὲ τῶν προφητῶν αὐτὰ ἐνενόησε. Πῶς γὰρ, ὅπου οὐδὲ ἄγγελοι αὐτὰ ἤδεσαν; Τί γὰρ χρὴ λέγειν, φησὶ, περὶ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, ὅπου γε οὐδεὶς ἀνθρώπων ταῦτα ἠπίστατο, οὐδὲ αἱ ἄνω δυνάμεις; Ποῖα δὴ ταῦτα; Ὅτι διὰ τῆς δοκούσης εἶναι μωρίας τοῦ κηρύγματος κρατήσει τῆς οἰκουμένης, καὶ τὰ ἔθνη εἰσενεχθήσεται, καὶ ὅτι καταλλαγὴ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἔσται, καὶ τοσαῦτα ἡμῖν ἥξει τὰ ἀγαθά. Πῶς οὖν ἐγνωμεν; *Ἡμῖν δὲ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ*. Οὐ διὰ τῆς ἔξωθεν σοφίας· αὕτη γὰρ, καθάπερ τις θεραπαινὶς ἠτιμωμένη, οὐκ ἀφείθη ἔνδον εἰσελθεῖν, καὶ παρακύψαι εἰς τὰ δεσποτικὰ μυστήρια.

δ'. Ὁρᾷς ὅσον τὸ μέσον τῆς σοφίας ταύτης κἀκείνης; Ἅπερ ἄγγελοι οὐκ ἔγνωσαν, ταῦτα ἡμᾶς ἐπαίδευσεν αὕτη. Ἡ δὲ ἔξωθεν τοὐναντίον ἐποίησεν· οὐ μόνον

[a] *Deerat comma*: Οὐκοῦν... [b] *Legebatur* Λέγω οὖν, Κτ.

[c] Sic Regius codex. Editi vero, τὸ μαθεῖν, et mox, τὸ μετὰ ἀγγέλων, οἱ τὸ διὰ τοῦ Πνεύματος.

Digitized by Google

Ne ergo cogites eam quæ intercessit inimicitiam; erat enim illa antiquior amicitia. Illud autem, *Ante sæcula*, æternum sibi vult : nam et alibi ita loquitur : *Qui est ante sæcula.* Invenietur ergo etiam Filius sic æternus esse. Nam de ipso dicit, quod per ipsum fecerit sæcula (*Hebr.* 1. 2), quod est ante sæcula esse : qui fecit enim, ante illa quæ facta sunt erat. 8. *Quam nemo principum hujus sæculi cognovit : si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Atqui ne accusationi quidem erant obnoxii, siquidem ex ignorantia crucifixerunt. Si autem non cognoverunt, quomodo dicebat : *Et me nostis, et unde sim nostis* (*Joan.* 7. 28)? De Pilato enim dicit Scriptura, quod non noverit; verisimile autem est nec Herodem novisse. Ilos dixerit quispiam vocari principes hujus sæculi. Quod si de Judæis et de sacerdotibus dixerit quispiam hæc intelligi, non aberraverit; nam illis quoque dicit : *Nec me nostis, neque Patrem meum* (*Id.* 8. 19). Quomodo ergo superius dixit, *Et me nostis, et unde sim nostis?* Sed quis sit modus hujus et illius loctionis, in Evangeliis dictum est; et ne illud frequentius versemus, eo remittimus lectores.

3. Quid ergo? remissum est illis, quod circa crucem admiserunt peccatum? nam dixit, *Remitte illis.* Si pœnitentiam egerunt, remissum est. Nam qui innumeris manibus Stephanum impetiit et Ecclesiam persequutus est, Paulus, Ecclesiæ patronus factus est. Sic igitur etiam illis remissum est, qui voluerint pœnitentiam agere : quod etiam Paulus clamans dicebat : *Dico ergo, Num quid offenderunt, ut caderent? Absit* (*Rom.* 11. 11). Et iterum, *Num repulit Dominus populum suum, quem præscivit? Absit* (*Ibid. v.* 1). Deinde ostendens, quod non sint exclusi a pœnitentia, argumentum adducit pœnitentiam suam dicens : *Nam et ego Israelita sum.* Illud autem, *Non cognoverunt*, videtur mihi non de Christo dictum hic fuisse, sed de rei dispensatione : verbi gratia, quid sibi vellent mors et crux nesciebant. Etenim non dicit illi, Me non noverunt; sed, *Nesciunt quid faciunt* (*Luc.* 23. 34); id est, œconomiam quæ peragitur et mysterium non norunt. Non enim sciebant, futurum esse ut crux ita resplenderet, nec quod fieret salus orbis, et Dei cum hominibus reconciliatio, neque futurum urbis excidium, nec quod extrema illi passuri essent. Sapientiam autem vocat et Christum et crucem et prædicationem. Opportune vero et Dominum gloriæ vocavit. Quia enim crux ignominiosa videtur esse, ostendit crucem esse magnam gloriam. Sed magna opus erat sapientia non modo ad Deum cognoscendum, sed et ad discendam hanc Dei œconomiam : externa autem sapientia non priori tantum, sed huic etiam impedimento fuit. 9. *Sed, ut scriptum est, Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparavit Deus diligentibus se.*

Multi Scripturæ sacræ libri perditi. — Et ubinam scripta sunt hæc (*a*)? Dicitur, *Scriptum est*, etiamsi non verbis, sed in rebus ipsis hæc posita sint, ut in historiis; vel si ipse quidem sensus reperiatur, licet non ipsis verbis sicut hic. Illud enim, *Quibus non annuntiatum est de illo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent* (*Rom.* 15. 21); hoc idipsum est atque illud, *Oculus non vidit, nec auris audivit.* Aut hoc igitur dicit; aut verisimile est scriptum fuisse in libris, qui perierint. Nam multi libri perditi fuerunt, et pauci servati sunt, etiam in prima captivitate. Et hoc perspicuum est in Paralipomenis : dicit enim Apostolus, *A Samuele et iis qui postea fuerunt prophetis, omnes de illo dixerunt* (*Act.* 3. 24). At non omnino hæc ita feruntur : Paulum autem tamquam legis peritum et ex Spiritu loquentem verisimile est omnia accurate scivisse. Et quid dico de captivitate? nam etiam ante captivitatem multi periere libri, Judæis in extremam impietatem delapsis : quod palam est ex fine quarti libri Regnorum. Deuteronomium enim vix repertum fuit in sterquilinio defossum. Alioquin autem sunt sæpe etiam duplices prophetiæ, sapientioribus facile cognitæ, ex quibus occulta multa possunt percipi. Quid ergo? non vidit oculus quæ præparavit Deus? Non : quis enim hominum vidit ea, quæ dispensanda erant? Num ergo neque auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt? et quomodo? si enim prophetæ dixerunt, inquies, quomodo auris non audivit, nec in cor hominis ascenderunt? Non ascenderunt : non enim de ipsis solis loquitur, sed etiam de universa natura humana. Quid ergo? prophetæ non audierunt? Audierunt quidem; at non erat auris hominis, sed auris prophetica : non enim ut homines audierunt, sed ut prophetæ. Quapropter dicit : *Adjecit mihi aurem ad audiendum* (*Isai.* 50. 4); adjectionem a Spiritu factam dicens. Unde manifestum est, quod prius quam audiret, nec in cor quidem hominis ascenderat. Nam postquam datus Spiritus fuerat, cor prophetarum non erat cor hominis, sed cor spirituale, quemadmodum et ipse ait, *Mentem Christi habemus* (1. *Cor.* 2. 16). Quod dicit autem, hujusmodi est : antequam Spiritu frueremur et arcana ediscceremus, nec ex nobis nec ex prophetis quispiam ea intellexit. Quomodo enim, cum nec angeli quidem ipsa nossent? Quid enim, inquit, dicendum est de principibus hujus sæculi, cum nullus homo ea sciret, neque supernæ potestates? Quænam autem sunt ea? Quod per prædicationis stultitiam, quæ talis esse videbatur, et gentes inducentur, et Dei cum hominibus reconciliatio erit, et tot tantaque nobis ventura sunt bona. Quomodo ergo cognovimus? 10. *Nobis autem*, inquit, *revelavit Deus per Spiritum suum.* Non per externam sapientiam : ipsi enim tamquam ancilla quædam contemptæ non permissum fuit intus ingredi, et mysteria Dominica inspicere.

4. Viden' quantum discrimen inter hanc et illam

(*a*) Hic notat Andreas Dounæus, Chrysostomum, qui quærit ubinam reperiatur in Veteris Testamenti libris locus ille, cum Paulus inde sumptum indicat, *Oculus non vidit, nec auris audivit*, etc., non advertisse locum illum Isaiæ, ubi hæc non ad literam quidem, sed eodem sensu feruntur, nempe cap. 64. *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt : Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti exspectantibus te.*

Digitized by Google

sapientiam? Quæ angeli non noverunt, ea nos hæc docuit. Externa vero contrarium fecit : non modo non docuit, sed etiam impedivit et arcuit : et postquam illa facta fuerunt, illa obscuravit et crucem exinaniit. Non ergo ex eo, quod didicerimus, ostenditur honor nobis concessus, nec ex eo, quod cum angelis didicerimus ; sed ex eo, quod per Spiritum ejus didicerimus. Deinde postquam magnitudinem ostendit, ait : Nisi Spiritus, qui scit arcana Dei, revelasset, non didicissemus. Ita curabat Deus, ut in arcanis esset. Quapropter illo opus habuimus doctore, qui hæc clare sciret. *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* 11. *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei.* 12. *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.* Hic enim illud, *scrutari*, non ignorantiam, sed accuratam scientiam indicat. Hac igitur dictione etiam de Deo loquens usus est dicens : *Qui autem scrutatur corda, novit quis sit sensus Spiritus* (*Rom.* 8. 27). Deinde cum accurate loquutus esset de cognitione Spiritus, et ostendisset eam ita exæquari cognitioni Dei, ut ipsa hominis cognitio sibi ipsi; et docuisset nos omnia inde didicisse, et inde necessario, subjunxit : 13. *Quæ etiam loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis ; sed in doctrina Spiritus sancti, spiritualibus spiritualia comparantes.* Viden' quo nos deduxerit ab auctoritate doctoris? Tanto enim illis sumus sapientiores, quantum interest inter Platonem et Spiritum sanctum. Illi enim externos oratores habent magistros, nos autem Spiritum sanctum. Quid sibi vult autem, *Spiritualia spiritualibus comparantes?* Quando spirituale fuerit et dubium, a spiritualibus testimonia ducimus : ut, exempli causa, resurrexit Christus, quia de Virgine natus est. Adduco testimonia, figuras et demonstrationes, Jonæ in ceto moras, et liberationem quæ postea fuit, sterilium partus, Saræ et Rebeccæ et cæterarum : arborum in paradiso productionem non jactis seminibus, non demissis imbribus, non sulco facto. Futura enim figurabantur et describebantur tamquam in umbra prioribus, ut ea crederentur cum advenirent. Et ostendo rursum quomodo homo ex terra, et quomodo ex solo viro mulier sine ullo coitu : quomodo ipsa terra ex nihilo, Creatoris potentia ubique ad omnia sufficiente. Ita spiritualibus spiritualia comparo, et nusquam opus habeo externa sapientia neque ratiociniis neque probationibus. Illi namque infirmam mentem conentiunt et conturbant, nec aliquid eorum quæ dicunt demonstrare possunt ; sed et contrarium faciunt ; turbant magis, caligine replent et dubitatione multa. Ideo ait, *Spiritualibus spiritualia comparantes.* Viden' ut supervacaneam sapientiam illam ostendit? nec solum supervacaneam, sed et contrariam et noxiam. Nam cum dixit, *Ut non evacuetur crux Christi*, et, *Ut non sit in sapientia hominum fides nostra*, hoc significavit. Hic autem ostendit non posse eos, qui ipsi confidunt et totum ipsi permittunt, aliquid utile discere. 14. *Animalis enim homo*, inquit, *non percipit ea quæ sunt Spiritus.* Oportet igitur eam prius deponere. Quid igitur? reprobatane est, inquies, externa sapientia? Atqui opus est Dei. Unde id constat? Non enim ille fecit ipsam, sed tu adinvenisti : nam hic sapientiam vocat curiosam perquisitionem et superfluam facundiam. Si quis vero humanam prudentiam hic intelligi dicat, sic etiam in culpa es. Tu enim illam deturpas, qui illa male uteris, qui ad Dei damnum et offensionem ab illa exigis id quod non habet. Quia igitur in illa gloriaris et Deum bello impetis, ejus ille imbecillitatem ostendit. Nam bona quoque res est corporis robur ; sed quia Cain illo non ut oportuit usus est, dissolvit illum Deus, et ut tremeret effecit. Vinum quoque bonum est ; sed quia immoderate illo usi sunt Judæi, ejus usum Deus sacerdotibus omnino interdixit. Quoniam ergo tu sapientia ad Dei despectum usus es, et majorem illam exegisti, quam vires ferrent, ab spe humana te abducens, ejus infirmitatem ostendit. Animalis enim est, qui totum dat frigidis ratiociniis, et non putat se ullo superno auxilio opus habere, quod certe amentia est. Nam dedit illam Deus, ut discat et opem suam accipiat ; non ut eam sibi ipsi sufficere putet. Etenim oculi pulchri et utiles sunt ; sed si voluerint sine luce videre, nihil juvat illos pulchritudo, vel propria virtus, imo etiam lædit. Sic itaque anima, si voluerit sine Spiritu videre, sibi ipsi impedimento est. Quomodo igitur, inquies, antehac per seipsam omnia videbat? Numquam a seipsa, sed habuit rem creatam pro libro propositam in medio : quia vero, dimissa via qua Deus jussit homines incedere, ut per visibilium pulchritudinem nossent Creatorem, ratiociniis scientiæ sceptra commiserunt, in pelagus impietatis infirmi effecti demersi sunt, statim abyssum malorum inducentes, ac dicentes nihil ex non exstantibus fieri, sed ex materia ingenita ; unde etiam hæreses innumeras pepererunt : et in iis quæ valde absurda erant convenerunt ; in quibus autem videbantur aliquid sanum quasi in umbra somniare, divulsi ac divisi sunt, ut utrinque deriderentur. Quod enim ex non exstantibus nihil fiat, una omnes pene dixerunt et scripto tradiderunt : idque magno cum studio. In absurda itaque illos impulit diabolus. In utilibus autem, ubi videbantur ceu in ænigmate aliquid ex quæsitis invenire, in his, inquam, contra se pugnavere : verbi gratia, quod immortalis sit anima, quod virtus nullo egeat externorum : ac neque ex necessitate, neque ex fato bonos fieri, aut non tales.

5. Vidistin' diaboli malitiam? Sicubi illos aliquid corruptum dicere vidit, id effecit ut omnes consentirent ; sicubi vero aliquid sanum proferre, alios contra ipsos concitavit ; ut absurda non exciderent consensu confirmata, et utilia diffluerent varie intellecta. Vide quomodo anima ubique sit imbecilla, neque sibi sufficiat. Id vero jure merito factum est. Si enim cum talis facta sit, contendit se nullo opus habere, et se a Deo abducit ; nisi talis facta esset, in quam non amen-

Digitized by Google

οὐκ ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ ἐκώλυσε καὶ διετείχισε, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι ἐπεσκίαζε τοῖς γεγενημένοις, τὸν σταυρὸν κενοῦσα. Οὐ τοίνυν τῷ μαθεῖν [c] δείκνυσι τὴν εἰς ἡμᾶς τιμήν, καὶ τῷ μετὰ ἀγγέλων μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ διὰ [55] τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ μαθεῖν. Εἶτα δεικνὺς τὸ μέγεθος, φησὶν, ὅτι Εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐπιστάμενον τὰ ἀπόῤῥητα τοῦ Θεοῦ, ἀπεκάλυψεν, οὐκ ἂν ἐμάθομεν. Οὕτω περισπούδαστον τῷ Θεῷ τὸ πρᾶγμα ἦν, ὥστε ἐν τοῖς ἀποῤῥήτοις εἶναι. Διὸ καὶ ἐκείνου ἐδεήθημεν διδασκάλου τοῦ ταῦτα σαφῶς εἰδότος. *Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα*, φησὶν, *ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν.* Οὐ γὰρ ἀγνοίας, ἀλλ' ἀκριβοῦς γνώσεως ἐνταῦθα τὸ *ἐρευνᾷν* ἐνδεικτικόν. Ταύτῃ γοῦν τῇ λέξει καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ κέχρηται λέγων· *Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος.* Εἶτα περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος γνώσεως μετὰ ἀκριβείας εἰπὼν, καὶ διδάξας ὅτι οὕτως ἐξισάζει πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, ὡς ἡ ἀνθρώπου γνῶσις αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν, καὶ δείξας ὅτι πάντα ἐκεῖθεν ἐμάθομεν, καὶ ἀναγκαίως ἐκεῖθεν, ἐπήγαγεν· *Ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.* Ὁρᾷς ποῦ ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἀπὸ τῆς ἀξίας τοῦ διδασκάλου; Τοσοῦτον γὰρ ἡμεῖς ἐκείνων σοφώτεροι, ὅσον τὸ μέσον Πλάτωνός τε καὶ Πνεύματος ἁγίου. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἔξωθεν ῥήτορας ἔχουσι διδασκάλους, ἡμεῖς δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τί δέ ἐστι, *Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες;* Ὅταν πνευματικὸν καὶ ἄπορον [a] ᾖ, ἀπὸ τῶν πνευματικῶν τὰς μαρτυρίας ἄγομεν. Οἷον λέγω, ὅτι ἀνέστη ὁ Χριστὸς, ὅτι ἀπὸ Παρθένου ἐγεννήθη. Παράγω μαρτυρίας καὶ τύπους καὶ ἀποδείξεις, τοῦ Ἰωνᾶ τὴν ἐν τῷ κήτει διατριβὴν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἀπαλλαγὴν, τῶν στειρῶν τοὺς τοκετοὺς, τῆς Σάῤῥας, τῆς Ῥεβέκκας καὶ τῶν λοιπῶν, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τῶν δένδρων βλάστην γεγενημένην, οὐ σπερμάτων καταβληθέντων, οὐχ ὑετῶν κατενεχθέντων, οὐκ αὔλακος ἀνατμηθείσης. Τὰ γὰρ μέλλοντα διεπλάττετο καὶ διεγράφετο, ὡς ἐν σκιᾷ, τοῖς προτέροις, ἵνα πιστευθῇ ταῦτα παραγενόμενα. Καὶ δείκνυμι πάλιν, πῶς ἀπὸ γῆς ἄνθρωπος, καὶ πῶς ἀπὸ ἀνθρώπου μόνου ἡ γυνὴ, καὶ οὐδαμοῦ συνουσία, πῶς αὐτὴ ἡ γῆ ἀπ' οὐδενὸς, τῆς δυνάμεως τοῦ Δημιουργοῦ πανταχοῦ πρὸς πάντα ἀρκούσης. Οὕτω πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνω, καὶ οὐδαμοῦ χρείαν ἔχω τῆς ἔξωθεν σοφίας, οὐδὲ λογισμῶν οὐδὲ παρασκευῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ καὶ παρασαλεύουσι τὴν ἀσθενῆ διάνοιαν καὶ θαρυβοῦσι, καὶ ἀποδεῖξαι σαφῶς οὐδὲν ὧν λέγουσιν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ποιοῦσι· ταράττουσι μᾶλλον, καὶ ζόφου πληροῦσι καὶ ἀπορίας πολλῆς. Διό φησι· *Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.* Ὁρᾷς, πῶς περιττὴν αὐτὴν δείκνυσιν; οὐ μόνον δὲ περιττὴν, ἀλλὰ καὶ ἐναντίαν καὶ βλαβεράν. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν, *Ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ*, καὶ, *Ἵνα μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων ἡ πίστις ἡμῶν*, ταῦτο ἐδήλωσεν. Ἐνταῦθα δὲ δείκνυσιν, ὅτι ἀδύνατον θῤῥοῦντας καὶ τὸ πᾶν ἐπιτρέποντας αὐτῇ, μαθεῖν τι τῶν χρησίμων. Ψυχικὸς [56] *γὰρ ἄνθρωπος*, φησὶν, *οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος.* Δεῖ τοίνυν αὐτὴν ἀποθέσθαι πρότερον. Τί οὖν; διαβέβληται, φησὶν, ἡ σοφία ἡ ἔξωθεν; Καίτοι ἔργον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. Πόθεν δῆλον; Οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν ἐποίησεν, ἀλλὰ σὺ ἐπεξεῦρες· καὶ γὰρ σοφίαν ἐνταῦθα τὸ περίεργον τῆς ζητήσεως λέγει, καὶ τὴν περιττὴν εὐγλωττίαν. Εἰ δὲ τὴν σύνεσιν τὴν ἀνθρωπίνην φαίη τις αὐτὸν λέγειν, καὶ οὕτω τὸ ἔγκλημα σόν. Σὺ γὰρ αὐτὴν διαβάλλεις, ὁ κακῶς κεχρημένος, ὁ πρὸς βλάβην καὶ ἐναντίωσιν Θεοῦ, ὁ ἀπαιτῶν αὐτὴν ἅπερ οὐκ εἶχεν. Ἐπεὶ οὖν ἐν αὐτῇ καυχᾶσαι καὶ Θεῷ πολεμεῖς, ἤλεγξεν αὐτῆς τὴν ἀσθένειαν. Ἐπεὶ καὶ ἰσχὺς σώματος καλόν· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσατο αὐτῇ ὁ Κάϊν, παρέλυσεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ τρέμειν ἐποίησε. Καὶ ὁ οἶνος καλόν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀμέτρως ἀπέλαυσαν οἱ Ἰουδαῖοι, καθόλου τοῖς ἱερεῦσιν ἀπηγόρευσεν ὁ Θεὸς τοῦ καρποῦ τὴν χρῆσιν. Ἐπεὶ οὖν καὶ σὺ τῇ σοφίᾳ εἰς ἀθέτησιν ἀπεχρήσω τοῦ Θεοῦ, καὶ μείζονα ἀπήτησας αὐτὴν τῆς οἰκείας ἰσχύος, ἀπάγων σε τῆς ἀνθρωπίνης ἐλπίδος, ἔδειξεν αὐτῆς τὴν ἀσθένειαν. Καὶ γὰρ καὶ ψυχικός ἐστιν ὁ τὸ πᾶν τοῖς λογισμοῖς τοῖς ψυχροῖς [b] διδοὺς, καὶ μὴ νομίζων ἄνωθέν τινος δεῖσθαι βοηθείας, ὅπερ ἐστὶν ἀνοίας. Καὶ γὰρ ἔδωκεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, ἵνα μανθάνῃ καὶ δέχηται τὸ παρ' αὐτοῦ, οὐχ ἵνα ἑαυτῇ αὐτὴ ἀρκεῖν νομίζῃ. Καὶ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ καλοὶ καὶ χρήσιμοι, ἀλλ' ἐὰν βούλωνται χωρὶς φωτὸς ὁρᾷν, οὐδὲν αὐτοὺς τὸ κάλλος ὀνίνησιν οὐδὲ ἡ οἰκεία ἰσχύς, ἀλλὰ καὶ παραβλάπτει. Οὕτω τοίνυν καὶ ψυχὴ, ἐὰν βουληθῇ χωρὶς Πνεύματος βλέπειν, καὶ ἐμπόδιον ἑαυτῇ γίνεται. Πῶς οὖν πρὸ τούτου, φησὶν, ἀφ' ἑαυτῆς πάντα ἐώρα; Οὐδέποτε ἀφ' ἑαυτῆς, ἀλλ' εἶχε τὴν κτίσιν ἀντὶ βιβλίου προκειμένην ἐν μέσῳ· ἐπειδὴ δὲ, ἀφέντες βαδίσαι τὴν ὁδὸν, ἣν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐκέλευσε, καὶ διὰ τοῦ κάλλους τῶν ὁρωμένων γνῶναι τὸν Δημιουργὸν, λογισμοῖς τὰ σκῆπτρα τῆς γνώσεως ἐνεχείρισαν, εἰς πέλαγος ἀσεβείας ἀσθενήσαντες κατέδυσαν, εὐθέως τὴν ἄβυσσον τῶν κακῶν εἰσάγοντες, καὶ εἰπόντες οὐδὲν ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὕλης ἀγεννήτου, ὅθεν καὶ μυρίας ἔτεκον αἱρέσεις· καὶ ἐν μὲν τοῖς σφόδρα ἀτόποις συνηνέχθησαν, ἐν δὲ οἷς ἐδόκουν ὑγιές τι κἂν ὡς ἐν σκιαῖς ὀνειρώττειν, ἀλλήλοις συνερῥάγησαν, ἵν' ἑκατέρωθεν καταγελασθῶσιν. Ὅτι μὲν γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων οὐδὲν γίνεται, πάντες ὁμοῦ σχεδὸν εἶπον καὶ ἔγραψαν, καὶ οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Ἐν τοῖς ἀτόποις οὖν ἤλασεν αὐτοὺς ὁ διάβολος· ἐν δὲ τοῖς χρησίμοις ἐν οἷς ἔδοξαν κἂν ἐν αἰνίγματί τι τῶν ζητουμένων εὑρίσκειν, ἐν τούτοις ἑαυτοὺς ἐπολέμησαν· οἷον, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ ὅτι ἡ ἀρετὴ οὐδενὸς δεῖται τῶν ἔξωθεν, καὶ ὅτι οὐκ ἀνάγκης οὐδὲ εἱμαρμένης τὸ γενέσθαι καλοὺς, ἢ μὴ τοιούτους.

ε'. Εἶδες τοῦ διαβόλου κακουργίαν; Εἴ που τι διεφθαρμένον εἶδεν εἰπόντας, ὁμονοῆσαι πάντας ἐποίησεν· εἴ που δέ τι ὑγιὲς φθεγξαμένους, ἑτέρους κατ' αὐτῶν [57] διήγειρεν· ὥστε μήτε τὰ ἄτοπα ἐκπεσεῖν τῇ συμφωνίᾳ βεβαιούμενα, καὶ τὰ χρήσιμα διαῤῥυῆναι ποικίλως βαλλόμενα [c]. Ὅρα πῶς πανταχοῦ ἄτονος ἡ ψυχὴ, καὶ οὐκ ἀρκεῖ ἑαυτῇ. Καὶ τοῦτο εἰκότως γεγένηται. Εἰ γὰρ τοιαύτη γεγονυῖα φιλονεικεῖ μηδενὸς χρείαν ἔχειν, καὶ ἀπάγει ἑαυτὴν τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τοιαύτη ἐγεγένητο, ποῦ οὐκ ἂν ἐξώλισθε μανίας; Εἰ λαβοῦσα σῶμα θνητὸν, ἀπὸ ψευδοῦς ὑποσχέσεως τοῦ διαβόλου προσεδόκησε πολλῷ μείζονα· *Ἔσεσθε γὰρ,*

[a] Savil. in marg., ἀπόῤῥητον.

[b] Sic Regius. Editi vero, λογισμοῖς τῆς ψυχῆς, perperam.

[c] *Legebatur* νοούμενα.

Digitized by Google

φησίν· ὡς θεοί· εἰ καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἔλαβεν ἀθάνατον, ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσε; Καὶ γὰρ καὶ μετ' ἐκεῖνο ἀγέννητον ἑαυτὴν ἔφησεν εἶναι, καὶ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦ σεσηπότος τῶν Μανιχαίων στόματος· καὶ τοὺς θεοὺς τοὺς παρ' Ἕλλησιν ἀπὸ τούτου τοῦ νοσήματος τῆς ὑποθέσεως ἀνέπλασε. Διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ τὴν ἀρετὴν ὁ Θεὸς ἐπίμοχθον ποιῆσαι, κάμπτων αὐτὴν καὶ εἰς τὸ μετριάζειν ἄγων. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ὡς ἂν εἴ τις ἀπὸ μικρῶν μεγάλα στοχάσαιτο, ἀπὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν αὐτὸ μάθωμεν. Οὗτοι γοῦν ἡνίκα οὐκ ἔζων ἐπίμοχθον βίον, ἀλλ' ἀνέσεως ἀπέλαυον, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν εὐημερίαν, ἐξώλισθον εἰς ἀσέβειαν. Τί οὖν ὁ Θεὸς μετὰ τοῦτο; Πλῆθος νομίμων ἐπέθηκε, κωλύων αὐτῶν τὴν ἄδειαν. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ πρὸς ἀρετήν τινα συντελεῖ τὰ νόμιμα ταῦτα, ἀλλ' ἀντὶ χαλινοῦ τινος ἦν αὐτοῖς διδόμενα, ἀφορμὴν ἀσχολίας παρέχοντα, ἀκούσον τί περὶ αὐτῶν ὁ προφήτης φησίν· *Ἔδωκα αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλά.* Τί δέ ἐστιν, *Οὐ καλά*; Οὐδὲν μέγα πρὸς ἀρετὴν συντελοῦντα· διὸ καὶ ἐπάγει· *Δικαιώματα, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς. Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος.* Εἰκότως· ὥσπερ γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις οὐδεὶς ἂν τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καταμάθοι· οὕτως οὐδὲ ψυχὴ μόνη τὰ τοῦ Πνεύματος. Καὶ τί λέγω τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; Οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα. Καὶ γὰρ ὁρῶντες πύργον πόρρωθεν τετράγωνον, στρογγύλον εἶναι νομίζομεν· ἔστι δὲ ὀφθαλμῶν ἀπάτη τὰ τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως. Οὕτω τοίνυν καὶ ὅταν τὰ πόρρωθεν ἡμῶν πράγματα διὰ τῆς διανοίας μόνης δοκιμάζῃ τις, γέλως πολὺς ἕψεται. Οὐ γὰρ μόνον, οἷάπερ ἐστὶν αὐτὰ οὐκ ὄψεται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία ὧν ἐστιν ἡγήσεται· διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Μωρία γάρ αὐτῷ ἐστι.* Τοῦτο δὲ οὐ τῆς φύσεως τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας τοῦ μὴ δυνηθέντος τοῦ μεγέθους αὐτῶν ἐφικέσθαι διὰ τῶν τῆς ψυχῆς ὄψεων. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ἀντιτίθησι λέγων· *Ὅτι οὐκ οἶδεν, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται.* Τουτέστιν, ὅτι πίστεως δεῖται τὰ λεγόμενα, καὶ λόγοις αὐτὰ καταλαβεῖν οὐκ ἔνι· ὑπερβαίνει γὰρ αὐτῶν τὸ μέγεθος ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τῆς ἡμετέρας διανοίας τὴν εὐτέλειαν. Διό φησιν· *Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν τὰ πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται.* Καὶ γὰρ ὁ βλέπων, πάντα μὲν αὐτὸς καθορᾷ καὶ τὰ τοῦ μὴ βλέποντος, τὰ δὲ ἐκείνου τῶν μὴ βλεπόντων οὐδείς. Οὕτω καὶ νῦν, τὰ μὲν ἡμέτερα καὶ τὰ τῶν ἀπίστων πάντα ἴσμεν ἡμεῖς, τὰ δὲ ἡμῶν ἐκεῖνοι λοιπὸν οὐκέτι. Καὶ γὰρ ἴσμεν τίς μὲν ἡ τῶν παρόντων πραγμάτων φύσις, τίς δὲ ἡ τῶν μελλόντων ἀξία, καὶ τί ποτε ὁ [58] κόσμος μετὰ ταῦτα γενήσεται, καὶ τί μὲν οἱ ἁμαρτωλοὶ πείσονται, τίνος δὲ ἀπολαύσονται οἱ δίκαιοι, καὶ ὅτι οὐδενὸς ἄξια τὰ παρόντα πράγματα καὶ ἴσμεν, καὶ ἐλέγχομεν αὐτῶν τὴν εὐτέλειαν (τὸ γὰρ ἀνακρίνειν, καὶ ἐλέγχειν ἐστί), καὶ ὅτι τὰ μέλλοντά ἐστιν ἀθάνατα καὶ ἀκίνητα. Ταῦτα ἅπαντα οἶδεν ὁ πνευματικὸς, καὶ τί πείσεται ὁ ψυχικὸς ἀπελθὼν ἐκεῖ, καὶ τίνος ἀπολαύσεται ὁ πιστὸς ἐντεῦθεν ἀποδημήσας, ὧν οὐδὲν οἶδεν ὁ ψυχικός. Διὸ καὶ σαφῆ τῶν εἰρημένων ἀπόδειξιν ἐπαγαγὼν, ἔλεγε· *Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.* Τουτέστι, τὰ ἐν τῷ νῷ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα ἡμεῖς ἴσμεν, καὶ ἅπερ αὐτὸς βούλεται καὶ ἀπεκάλυψεν. Εἶτα, ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἀπεκάλυψεν, ἵνα μή τις τὸν Υἱὸν παρώσηται, ἐπάγει ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ταῦτα ἡμῖν ἔδειξεν· οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι πάντα ἃ οἶδεν ἴσμεν, ἀλλ' ὅτι πάντα ἃ οἴδαμεν, οὐκ ἀνθρώπινα, ὥστε ὑποπτευθῆναι, ἀλλὰ τοῦ νοῦ ἐκείνου καὶ πνευματικά.

ς'. Τὸν γὰρ νοῦν, ὃν ἔχομεν περὶ τούτων [a], τοῦ Χριστοῦ ἔχομεν· τουτέστι, τὴν γνῶσιν, ἣν ἔχομεν περὶ τῶν κατὰ τὴν πίστιν πραγμάτων, πνευματικὴν ἔχομεν, ὥστε εἰκότως ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρινόμεθα. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὰ θεῖα εἰδέναι ἄνθρωπον ψυχικόν· διὸ καὶ ἔλεγε· *Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου;* τὸν ἡμέτερον νοῦν τὸν περὶ τούτων, ἐκείνου λέγων εἶναι νοῦν. Καὶ τὸ, *Ὃς συμβιβάσει αὐτόν*, οὐχ ἁπλῶς προσέθηκεν, ἀλλὰ πρὸς ὃ εἶπεν ἤδη, ὅτι *Τὸν πνευματικὸν οὐδεὶς ἀνακρίνει.* Εἰ γὰρ εἰδέναι οὐδεὶς δύναται τοῦ Θεοῦ τὸν νοῦν, πολλῷ μᾶλλον διδάσκειν καὶ διορθοῦσθαι· τοῦτο γάρ ἐστιν, *Ὃς συμβιβάσει αὐτόν.* Ὁρᾷς ὡς πανταχόθεν ἐξωθεῖ τὴν σοφίαν τὴν ἔξωθεν, καὶ πλείονα εἰδότα καὶ μείζονα δείκνυσι τὸν πνευματικόν; Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖναι αἱ αἰτίαι (οἷον τὸ, *Ἵνα μὴ καυχήσηται πᾶσα σάρξ*· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο, *Ἐξελέξατο τὰ μωρὰ, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς*· καὶ, *Ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ*) οὐ σφόδρα τοῖς ἀπίστοις ἀξιόπιστοι εἶναι ἐδόκουν, οὐδὲ ἐπαγωγοὶ καὶ ἀναγκαῖαι καὶ χρήσιμοι, ἔξῃς λοιπὸν τίθησι τὴν κυριωτάτην αἰτίαν, ὅτι τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ δυνάμεθα ἰδεῖν, ἐξ οὗ καὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ ἀπόῤῥητα, καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς μαθεῖν ἔξομεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ λόγος τῷ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς καταλαβεῖν διὰ τῆς ἔξωθεν σοφίας τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς. Ὁρᾷς ὅτι καὶ συνέφερεν οὕτω μᾶλλον μαθεῖν παρὰ τοῦ Πνεύματος; καὶ γὰρ καὶ εὐκολωτάτη καὶ σαφεστάτη ἡ διδασκαλία. *Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.* Τουτέστι, πνευματικὸν, θεῖον, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔχοντα. Οὐ γὰρ Πλάτωνος οὐδὲ Πυθαγόρου, ἀλλ' ὁ Χριστὸς τὰ ἑαυτοῦ τῇ ἡμετέρᾳ ἐνέθηκε διανοίᾳ. Τοῦτο γοῦν αἰσχυνθῶμεν, ἀγαπητοὶ, καὶ βίον ἐπιδειξώμεθα ἄριστον· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τοῦτο ποιεῖται πολλῆς φιλίας τεκμήριον, τὸ τὰ ἀπόῤῥητα ἡμῖν ἀποκαλύπτειν [b], λέγων· *Οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους· πάντες γὰρ ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός* [59] *ἀπήγγειλα ὑμῖν*· τουτέστιν, Ἐθάῤῥησα ὑμῖν. Εἰ δὲ τοῦτο μόνον φιλίας τεκμήριον, τὸ θαῤῥῆσαι· ὅταν φαίνηται μὴ θαῤῥήσας μόνον τὰ διὰ ῥημάτων μυστήρια, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ ταῦτα διὰ τῶν ἔργων ἡμῖν χαρισάμενος, ἐννόησον πόσης ἀγάπης ἐστὶ τὸ γινόμενον! Τοῦτο γοῦν αἰσχυνθῶμεν· καὶ εἰ μηδεὶς γεέννης τοσοῦτος λόγος ἔσται ἡμῖν, ἀλλ' ἔστω γεέννης φοβερώτερον τὸ περὶ τὸν οὕτω φίλον καὶ εὐεργέτην ἀγνώμονας γενέσθαι καὶ ἀχαρίστους· μηδὲ ὡς μαθητοὶ οἰκέται, ἀλλ' ὡς υἱοὶ καὶ ἐλεύθεροι πάντα πράττωμεν διὰ τὴν τοῦ Πατρὸς φιλίαν, καὶ παυσώμεθά ποτε τῷ κόσμῳ προσηλωμένοι, ἵνα καὶ Ἕλληνας καταισχύνωμεν. Ἐπεὶ καὶ νῦν βουλόμενος πρὸς αὐτοὺς ἀνατείνασθαι, ἀναδύομαι, μήποτε τοῖς λόγοις αὐτοὺς νικῶντες καὶ τῇ τῶν δογμάτων ἀληθείᾳ, πολὺν τὸν καταγέλωτα ἀπὸ τῆς τοῦ βίου συγκρίσεως ἡμῖν ἐνέγκωμεν· ὅταν οἱ μὲν τῇ πλάνῃ προσέχοντες καὶ μηδὲν τοιοῦτο πεπεισμένοι, φιλοσοφίας ἔχωνται, ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ἅπαν. Πλὴν ὅμως ἐρῶ· ἴσως γάρ, ἴσως μελετῶντες πρὸς αὐτοὺς μάχεσθαι, φιλονεικήσομεν βελτίους αὐτῶν γενέσθαι καὶ κατὰ τὸν βίον αὐτόν. Πρώην μὲν ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἂν ἐπῆλθε κηρῦξαι τοῖς ἀποστόλοις ἅπερ ἐκήρυξαν, εἰ μὴ θείας ἀπέλαυσαν χάριτος· καὶ ὅτι οὐ μόνον οὐ κατώρθωσαν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐβουλεύσαντό τι τοιοῦτον· φέρε δὴ

[a] Editi, περὶ τούτων πάντα. Sed πάντα abest a Regio codice, et quod perperam irrepserit, expunctum est.
[b] Legebatur ἀνακαλύπτειν.

Digitized by Google

tiam incidisset? Si cum mortale corpus accepisset, ex falsa diaboli promissione multo majora exspectavit; *Eritis* enim, inquit, *sicut dii* (*Gen.* 3. 5); si hoc etiam ab initio accepisset immortale, quo non esset delapsa? Nam etiam post illud se ingenitam esse dixit, et ex essentia Dei, per putridum os Manichæorum. Occasione etiam hujus morbi diabolus deos apud Græcos effinxit. Ideo videtur mihi Deus laboriosam virtutem fecisse, animam inflectens et deducens ad moderationem. Ut autem discas hoc esse verum, ut quis ex parvis magnum conjiciat, idipsum discamus ex Israelitis. Hi enim cum vitam agerent non laboriosam, et in quiete degerent; felicitatem illam non ferentes, in impietatem sunt delapsi. Quid ergo Deus postea? Multas intulit leges, illorum arcens licentiam. Et ut discas hæc legalia ad virtutem non conferre, sed pro freno quopiam data fuisse, quæ otii occasionem tollerent, audi quid de illis dicat propheta: *Dedi illis præcepta non bona* (*Ezech.* 20. 25). Quid sibi vult illud, *Non bona?* Nihil magnum ad virtutem conferentia: ideo subjungit: *Justificationes in quibus non vivent. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus.* Jure: quemadmodum enim his oculis nemo didicerit ea quæ in cælis sunt, sic nec anima sola ea quæ sunt Spiritus. Et quid dico ea quæ in cælis? Neque ea omnia quæ in terra. Nam procul videntes turrim quadratam, rotundam eam esse putamus: est autem oculorum deceptio talis opinio. Ita etiam quando res procul positas per mentem solam quis examinat, multus consequetur risus. Non solum enim qualia illa sint non videbit, sed etiam contraria iis esse putabit: ideoque subjunxit: *Stultitia enim est illi.* Hoc autem non ex rei natura provenit, sed ex imbecillitate ejus, qui non potest eorum magnitudinem per oculos animæ attingere. Deinde ejus rei causam ex adverso ponit dicens: *Quia non novit quod spiritualiter examinetur.* Id est, quod ea quæ dicuntur, fide indigeant, nec rationibus comprehendi possint: eorum quippe magnitudo mentis nostræ vilitatem longo spatio superat. Quapropter ait: 15. *Spiritualis autem judicat omnia; ipse autem a nemine judicatur.* Nam qui videt, omnia quidem ipse videt, etiam ea quæ ad non videntem pertinent; quæ autem ipsius, nemo non videntium aspicit. Ita etiam nunc, nostra quidem et ea quæ infidelium sunt omnia nos scimus, nostra autem illi non item. Etenim scimus quæ sit præsentium rerum natura, quæ sit futurorum dignitas, quid mundus post hæc efficietur, et quid patientur peccatores, quibus vero fruentur justi, et quod nullius pretii sint res præsentes, et scimus, et illorum vilitatem arguimus (dijudicare enim est arguere); et quod futura sint immortalia et immobilia. Hæc omnia novit spiritualis, et quid patietur animalis cum illuc migrarit, et quonam fruetur fidelis cum hinc abscesserit, quarum rerum nihil novit animalis. Quamobrem claram dictorum demonstrationem subjungens dicebat: 16. *Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruet eum? Nos autem mentem Christi habemus.* Id est, ea quæ in mente Christi sunt nos scimus, necnon ea quæ ipse vult et revelavit. Quia enim dixit Spiritum revelasse; ne quis Filium repellat, subjunxit, etiam Christum hæc nobis ostendisse: non hoc dicens, nos omnia quæ ipse novit scire; sed omnia quæ scimus non humana esse, ut sint suspecta, sed mentis illius et spiritualia.

6. Mentem enim quam de his habemus, ut Christi mentem habemus; id est, cognitionem quam de rebus fidei habemus, spiritualem habemus; ita ut jure a nemine dijudicemur. Neque enim potest animalis homo divina cognoscere. Ideo dicebat, *Quis enim cognovit mentem Domini?* mentem nostram circa res istas, illius esse mentem dicens. Et illud, *Qui instruet eum*, non sine causa adjecit, sed respiciens ad id quod jam dixit, *Spiritualem nemo dijudicat.* Si enim nemo potest nosse mentem Domini, multo minus potest illum docere et corrigere: hoc enim sibi vult illud, *Qui instruet eum.* Viden' quomodo undique repellat sapientiam externam, et spiritualem plura et majora scire ostendat? Quia enim causæ illæ (nempe, *Ut non glorietur omnis caro;* et quod ideo *Stulta elegit, ut confunderet sapientes;* et, *Ut non evacuetur crux Christi*), infidelibus non admodum fide dignæ neque inducentes, vel necessariæ et utiles videbantur esse, demum apponit principem causam; quia hoc maxime modo videre possumus, ex quo sublimia et arcana et quæ supra nos sunt scire possimus. Nam evacuabatur ratio, quod ea, quæ supra nos sunt, per externam sapientiam comprehendere non possemus. Viden' quod sic magis conferebat ediscere a Spiritu? est enim hæc doctrina et facillima et clarissima. *Nos autem mentem Christi habemus.* Hoc est, spiritualem, divinam, humanum nihil habentem. Non enim Platonis nec Pythagoræ sensa, sed Christus sua menti nostræ indidit. Ideo igitur pudore afficiamur, dilecti, et vitam exhibeamus optimam: quando et ipse hoc facit magnæ amicitiæ argumentum, cum nobis arcana revelat, dicens: *Non jam vos dicam servos: omnes enim vos amici mei estis: quia omnia quæ audivi a Patre meo annuntiavi vobis* (*Joan.* 15. 15); id est, cum fiducia tradidi vobis. Si autem hoc solum est amicitiæ argumentum, fidere; cum palam sit eum non modo cum fiducia verborum mysteria tradidisse, sed eadem ipsa operibus nobis largitum esse, cogita quantæ illud sit amicitiæ. Hac ergo de re pudore afficiamur: et si nulla nobis tanta habeatur gehennæ ratio; at sit nobis gehenna terribilius, quod erga adeo amicum et beneficum ingrati simus: neque ut mercenarii famuli, sed ut filii et liberi omnia faciamus propter amicitiam Patris; et tandem cessemus mundo addicti esse, ut etiam gentes pudore afficiamus. Nam nunc cum velim contra illos disputare, renuo, ne dum illos rationibus et dogmatum veritate vincimus, ingentem nobis risum ex vitæ comparatione inferamus: quando illi, qui errori addicti sunt, et qui nihil hujusmodi persuasum habent, philosophiæ dant operam; nos autem plane contrarium facimus. Attamen dicam: fortassis enim, fortassis adversus illos pugnare meditantes, vita etiam illis meliores effici contendemus. Nuper dicebam, apostolos ea quæ prædicarunt numquam

Digitized by Google

prædicaturos fuisse, nisi divina movente gratia; et non modo id non perfecturos, sed neque hac de re consultaturos fuisse. Age vero, hodie quoque eam rem excutiamus, ostendamusque, non potuisse eos id suscipere vel cogitare, nisi Christum secum habuissent; non quia imbecilli adversus fortes; non quia pauci contra multos; non quia pauperes contra divites; non quia indocti contra sapientes aciem instruebant: sed quia præjudicatæ opinionis magna vis erat. Scitis enim nihil apud homines validius esse veteris consuetudinis tyrannide. Quamobrem etiamsi non duodecim tantum numero fuissent, neque ita viles et quales erant; sed alius orbis fuisset huic par, ac multitudinem habuissent adversæ sibi æqualem, imo multo majorem, sic quoque difficilis res fuisset. Illis namque opem ferebat consuetudo, his vero novitas adversabatur. Nihil enim ita turbat animum, etiamsi utile quidpiam aggrediatur, ut innovare et peregrinum quid inducere, maxime cum de cultu religionis et de Dei gloria agitur. Et quanta sit hujus rei vis, jam palam faciam. Primo illud dicam, alteram fuisse difficultatem circa Judæos. Nam quod ad gentiles spectat, et deos et dogmata illorum confutabantur omnia; apud Judæos autem non ita disputabant: sed ex dogmatibus multa abrogabant, Deum vero qui legem posuerat adorare jubebant: et cum dicerent oportere legislatorem colere, addebant, Ne in omnibus obsequaris legi ab illo positæ; verbi gratia, in observatione sabbati, aut circumcisionis, aut sacrificiorum, aut aliorum similium. Itaque non modo sacrificium impedimento erat; sed etiam quod, cum Deum juberent adorare, multas ipsius leges abrogare præciperent. Apud gentiles autem magna erat consuetudinis tyrannis.

7. Etenim etiamsi decem annorum tantum, nec dico tanti temporis; etsi paucorum hominum, nec dico totius orbis consuetudinem aggressi illi fuissent: sic quoque mutatio difficilis fuisset. Nunc autem et sophistæ et oratores et patres et avi et abavi, et multi antiquiores, errore erant præoccupati: et terra, mare, montes, saltus, barbarorum omnia genera, Græcorum populi omnes, sapientes, idiotæ, principes, subditi, mulieres et viri, juvenes et senes, heri et servi, agricolæ et artifices, qui urbes et qui vicos incolebant omnes. Et par erat illos omnes catechumenos dicere: Quid hoc est? omnesne qui orbem incolunt sunt decepti? sophistæ, oratores, philosophi, scriptores, et qui nunc sunt et qui ante fuerunt, Pythagoras et Plato, duces, consules, imperatores, urbium ab initio cives et fundatores, barbari et Græci? et duodecim piscatores ac tentoriorum artifices atque publicani, illis omnibus sunt sapientiores? et quis hæc ferre potuerit? Attamen hæc non dixerunt, nec cogitarunt, sed quieti sustinuere; noverantque illos esse omnium sapientissimos: ideoque omnes superaverunt. Et ut discas, quanta sit vis consuetudinis, ea Dei præcepta sæpe superavit. Et quid dico præcepta? Ipsa quoque beneficia. Judæi enim manna habentes, quærebant allia; et libertate fruentes, servitutis recordabantur et Ægyptum frequenter optabant ob consuetudinem; adeo tyrannica est consuetudo. Et si velis etiam ab exteris id discere, dicitur Plato, etiamsi probe sciret errorem esse ea, quæ de diis dicebantur, ad festos dies colendos et ad cætera omnia se demisisse, ut qui non posset consuetudinem impugnare, ac re ipsa a magistro hoc edidicerat. Hic enim cum in suspicionem innovationis venisset, tantum abfuit ut quod optabat perficeret, ut etiam vitam amiserit, etiamsi apologia sese purgasset. Quot etiam nunc videmus homines ex præjudicata opinione in impietate detentos, qui nihil possunt rationi consonum dicere, cum accusantur quod ut gentiles sentiant, allegantque patres, avos et proavos? Ideo exterorum quidam consuetudinem secundam naturam vocant. Cum autem in dogmatibus consuetudo adest, ea firmior est: omnia enim facilius mutaverint quam cultum. Et pudor una cum consuetudine ad impediendum satis erat, et quod videantur in extrema senectute dediscere, etiamque ab iis qui minus intelligerent. Et quid miraris, si in anima id eveniat, quando etiam in corpore magnam vim consuetudo habet. Apostolorum vero tempore aliud erat majus impedimentum, quod non modo consuetudo tam antiqua mutaretur, sed etiam quod mutatio illa cum periculo fieret. Non modo enim a consuetudine ad consuetudinem trahebant, sed a consuetudine securitatem habente ad res pericula minitantes. Credentem statim accidebat publicari, pelli, a patria excidere, ab omnibus odio haberi, communem hostem esse et suis et alienis. Itaque etiamsi vocassent a novitate ad consuetudinem, etiam sic difficilis res fuisset: cum autem a consuetudine ad novitatem vocarent, et hæc adessent mala, cogita quantum erat illud impedimentum. Præter ea autem quæ dicta sunt, aliud non levius erat, quod mutationem difficilem redderet. Ad consuetudinem enim et ad pericula id addas, quod hæc præcepta onerosiora essent, et ea, a quibus abducebant, levia et facilia. Nam a fornicatione ad castitatem vocabant, ab amore vitæ ad mortem, ab ebrietate ad jejunium, a risu ad lacrymas et compunctionem, ab avaritia ad paupertatem, a securitate ad pericula: et per omnia extremam exigebant accurationem; nam ait: *Turpitudo et stultiloquium et scurrilitas ne exeant ab ore vestro* (*Ephes.* 5. 4). Et hæc dicebant iis, qui nihil aliud sciebant quam inebriari, ventri indulgere, iis qui dies festos agebant, non alio modo consistentes, quam ex turpitudine, risu et universa comœdia. Itaque non modo quod philosophiam exigerent, onerosa illa præcepta erant; sed quod hominibus proferrentur, qui in licentia, turpitudine, stultiloquio, risu rebusque comicis educati essent. Quis enim qui in talibus vitam duxerit, cum audit, *Nisi quis tollat crucem suam et sequatur me, non est me dignus* (*Matth.* 10. 38); et, *Non veni pacem mittere, sed gladium, et separare hominem a patre suo, et filiam a matre sua* (*Ibid. v.* 34), non obtorpuerit? quis autem audiens, Nisi quis renuntiaverit domui, patriæ et divitiis, non est me dignus (*Luc.* 14.

Digitized by Google

θείη[a] μηδενὶ μεταδοῦναι τῆς τέχνης, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰς λοιπὰς ἀνατρέπει τέχνας. Ὁ σκυτοτόμος ὁμοίως, ὁ γεωργός, ὁ σιτοποιός, καὶ ἕκαστος δὲ τῶν ἀναγκαίων ἐπιτήδευμα μετιόντων, εἰ βουληθείη μὴ μεταδοῦναι ἑτέρῳ τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης, οὐχὶ τοὺς ἄλλους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις προσαπολεῖ. Καὶ τί λέγω τοὺς πλουτοῦντας; Καὶ γὰρ οἱ πένητες, εἰ τὴν ὑμετέραν τῶν πλεονεκτούντων καὶ πλουτούντων κακίαν μετῆλθον, μέγιστα ἂν ὑμᾶς [86] ἔβλαψαν, καὶ ταχέως ἂν ὑμᾶς ἐποίησαν πένητας, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπώλεσαν, εἰ μὴ δεομένοις τῶν ἑαυτῶν μεταδοῦναι ἠβουλήθησαν· οἷον, ὁ γηπόνος τῆς ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐργασίας, ὁ ναύτης τῆς ἀπὸ τοῦ πλεῖν ἐμπορίας, ὁ στρατιώτης τῆς ἀριστείας τῆς ἀπὸ τῶν πολέμων. Ὥστε εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τοῦτο γοῦν αἰδέσθητε, καὶ τὴν ἐκείνων μιμήσασθε φιλοφροσύνην. Οὐ μεταδίδως τοῦ πλούτου οὐδενί; Οὐκοῦν μὴ μεταλάβῃς παρ' ἑτέρου μηδενός· εἰ δὲ τοῦτο ἔσται, τὰ πάντα ἀνατραπήσεται. Πανταχοῦ γὰρ τὸ διδόναι καὶ μεταλαμβάνειν ἀρχὴ πολλῶν ἐστιν ἀγαθῶν, ἐπὶ σπερμάτων, ἐπὶ μαθητῶν, ἐπὶ τεχνῶν. Ἂν γὰρ βουληθῇ τις παρ' ἑαυτῷ κατέχειν τὴν τέχνην, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν βίον ἀνέτρεψεν ἅπαντα. Καὶ ὁ γεωργὸς τὰ σπέρματα ἂν οἴκοι κατορύξας φυλάττοι, λιμὸν ἐργάσεται χαλεπόν· οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐὰν ἐπὶ τῶν χρημάτων τοῦτο ποιῇ, πρὸ τῶν πενήτων ἑαυτὸν ἀναιρήσει, τὴν φλόγα τῆς γεέννης χαλεπωτέραν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωρεύων κεφαλῆς. Ὥσπερ οὖν οἱ διδάσκαλοι, κἂν πολλοὺς ἔχωσι τοὺς μαθητάς, ἑκάστῳ μεταδιδόασι τῆς τέχνης· οὕτω καὶ σὺ πολλοὺς κτῆσαι τοὺς εὐεργετουμένους· καὶ λεγέτωσαν ἅπαντες, ὅτι Τὸν δεῖνα ἀπήλλαξε πενίας, καὶ τὸν δεῖνα κινδύνων· καὶ, Ὁ δεῖνα ἂν ἀπώλετο, εἰ μὴ μετὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τῆς σῆς ἀπέλαυσε προστασίας· καὶ ὅτι τῷ δεῖνι τὴν νόσον ἔλυσας, ἕτερον συκοφαντίας ἀπήλλαξας, ἄλλον ξένον ὄντα συνήγαγες, ἄλλον γυμνὸν ὄντα περιέβαλες. Μυρίου πλούτου καὶ πολλῶν θησαυρῶν βελτίω τὰ ῥήματα ταῦτα[b] ἐπιστρέφει πάντας μᾶλλον τῶν ἱματίων τῶν χρυσῶν καὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ἀνδραπόδων. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ καὶ φορτικὰ[c] ποιεῖ φαίνεσθαι, καὶ ὡς κοινὸν ἐχθρὸν μισεῖσθαι· ταῦτα δὲ ὡς πατέρα κοινὸν καὶ εὐεργέτην ἀνακηρύττει· καὶ ὃ πάντων μέγιστόν ἐστιν, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὔνοια ἀπανταχοῦ σοι τῶν πράξεων ἕπεται. Λεγέτω τοίνυν ὁ δεῖνα, ὅτι Ἐμοῦ τὴν θυγατέρα συνεξέδωκεν· ἕτερος, Ἐμοὶ δὲ τὸν υἱὸν εἰς ἄνδρας ἐμφανῆναι παρεσκεύασε· καὶ ἄλλος, ὅτι Τὴν συμφορὰν ἔλυσε· καὶ ἕτερος, ὅτι Τῶν κινδύνων ἀπήλλαξε. Ταῦτα στεφάνων χρυσῶν βελτίω τὰ ῥήματα, μυρίους κήρυκας ἐν τῇ πόλει τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας ἔχειν· αὗται αἱ φωναὶ τῆς φωνῆς τῶν κηρύκων τῶν πρὸ τῶν ἀρχόντων βαδιζόντων ἡδίους πολλῷ καὶ γλυκύτεραι, τὸν σωτῆρα, τὸν εὐεργέτην, τὸν προστάτην, τὰ τοῦ Θεοῦ καλεῖσθαι ὀνόματα, ἀλλὰ μὴ πλεονέκτην καὶ ἁλαζόνα καὶ ἀκόρεστον καὶ σμικρολόγον. Μὴ, παρακαλῶ, μηδενὸς τούτων ἐπιθυμήσωμεν τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων. Εἰ γὰρ ἐπὶ γῆς ταῦτα λεγόμενα λαμπρὸν οὕτω ποιεῖ καὶ περιφανῆ, ὅταν ἐν οὐρανῷ ταῦτα γράφηται, καὶ ὁ Θεὸς ταῦτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνακηρύττῃ τὴν μέλλουσαν, ἐννόησον ὅσης ἀπολαύσῃ τῆς περιφανείας, ὅσης τῆς λαμπρότητος· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Reg., γινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν. Καὶ γὰρ ὁ χαλκοτύπος εἰ βουληθείη.

[b] *Aberat* ταῦτα. [c] Savilius legendum putat φορτικόν, et certe melius quadraret ad seriem.

[87] ΟΜΙΛΙΑ ΙΑ'.

Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας· ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω (οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι)· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστι.

α'. Μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν οὐκ οἶδα πῶς ἐπεισῆλθε τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει τὸ τῆς περιεργίας καὶ τὸ τῆς πολυπραγμοσύνης τῆς ἀκαίρου νόσημα· ὃ καὶ ὁ Χριστὸς ἐκόλασεν εἰπών· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*· ὅπερ ἡδονὴν μὲν οὐδεμίαν ἔχει, καθάπερ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἁμαρτημάτων, κόλασιν δὲ μόνον καὶ τιμωρίαν. Καὶ γὰρ μυρίων αὐτοὶ γέμοντες κακῶν, καὶ τὰς δοκοὺς ἐπὶ τῶν ὀμμάτων φέροντες, τῶν ἁμαρτημάτων τοῦ πλησίον, κάρφους οὐδὲν διαφερόντων, ἀκριβεῖς γινόμεθα ἐξεταστάι· ὥσπερ καὶ ἐν τῇ Κορίνθῳ τοῦτο συνέβαινεν. Ἀνδρὰς γὰρ εὐλαβεῖς καὶ Θεῷ φίλους διὰ τὴν ἀμαθίαν ἐκωμῴδουν καὶ ἐξέβα[λ]λον, τοὺς δὲ μυρίων γέμοντας κακῶν ἐνέκρινον διὰ τὴν εὐγλωττίαν. Εἶτα, καθάπερ δικασταὶ προκαθήμενοι, τοιαῦτα μετὰ προπετείας ἐψηφίζοντο· Ὁ δεῖνα ἄξιος, ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἀμείνων· καὶ οὗτος ἐκείνου καταδεέστερος, κἀκεῖνος τούτου βελτίων· καὶ ἀφέντες τὰ ἑαυτῶν πενθεῖν κακὰ, ἑτέροις ἐγίνοντο δικασταὶ, καὶ ταύτῃ πολέμους ἀνῆπτον πάλιν χαλεπούς. Ὁ Παῦλος οὖν ἀναιρῶν τοῦτο τὸ νόσημα, ὅρα πῶς αὐτοὺς διορθοῦται συνετῶς. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ὁ δὲ λοιπὸν, ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ*, καὶ ἐδόκει πάροδον αὐτοῖς διδόναι τοῦ κρίνειν καὶ ἐξετάζειν τὸν ἕκαστου βίον· τοῦτο δὲ τὴν στάσιν ἐπέτριβεν· ἵνα μὴ τοῦτο πάθωσιν, ἀπήγαγεν αὐτοὺς τῆς τοιαύτης ἐρεσχελίας, λέγων· *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ*· πάλιν ἐπὶ τοῦ οἰκείου προσώπου τὸν λόγον προάγων. Τί δέ ἐστιν, *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας;* Ἀνάξιον ἐμαυτὸν κρίνω, φησὶ, τοῦ παρ' ὑμῶν κρίνεσθαι· καὶ τί λέγω παρ' ὑμῶν; καὶ τὸ παρ' οὑτινοσοῦν ἑτέρου. Ἀλλὰ μηδεὶς ἀπόνοιαν καταγινωσκέτω τοῦ Παύλου, εἰ μηδένα τῶν ἀνθρώπων ἄξιον εἶναι λέγει τοῦ φέρειν τὴν περὶ αὐτοῦ ψῆφον. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ δι' ἑαυτὸν ταῦτά φησιν, ἀλλ' ἑτέρους ἐξαρπάσαι βουλόμενος τῆς παρ' ἐκείνων ἐπαχθείας[a]· ἔπειτα δὲ οὐδὲ μέχρι Κορινθίων τὸ πρᾶγμα ἔστησεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν τῆς κρίσεως ταύτης ἐξέβαλε, μεῖζον εἶναι τῆς αὐτοῦ γνώμης λέγων τὰ τοιαῦτα ψηφίζεσθαι· ἐπήγαγε γοῦν· *Οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω.* Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάσαι χρὴ, δι' ἣν ταῦτα ἐλέγετο· οἶδε γὰρ πολλαχοῦ καὶ μεγαλοφρόνως φθέγγεσθαι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι τύφου οὐδὲ ἀπονοίας, ἀλλ' οἰκονομίας ἀρίστης· ἐπεὶ καὶ νῦν οὐκ αὐτὸς ἐπαιρόμενος, ἀλλ' ἑτέρους καταστέλλων, ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἀξίωμα

[a] *Legebatur* ἀπεχθείας.

Digitized by Google

σπεύδων περιθεῖναι τοῖς ἁγίοις. Ὅτι γὰρ τῶν σφόδρα ταπεινῶν ἦν, ἄκουσον τί φησι, τὴν τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαν [88] εἰς μέσον περὶ τούτου φέρων· ὅτι *Ἡ μὲν παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος*· καὶ πάλιν, *Ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί*. Ἀλλ' ὅμως ὁ ταπεινὸς οὗτος, καιροῦ καλοῦντος, σκόπει ποῦ τὰ φρονήματα τῶν μαθητῶν ἐπῆρεν, οὐχὶ τῦφον διδάσκων, ἀλλὰ φρόνημα ὑγιὲς ἐμποιῶν. Αὐτοῖς γὰρ τούτοις διαλεγόμενος ἔλεγε· *Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων*. Ὥσπερ γὰρ ἀλαζονείας εἶναι χρὴ πόρρω τὸν Χριστιανὸν, οὕτω καὶ κολακείας καὶ ἀγεννοῦς φρονήματος. Οὐδὲ γὰρ εἰ λέγοι τις, ὅτι Τὰ χρήματα οὐδὲν ἡγοῦμαι εἶναι, ἀλλὰ τὰ παρόντα ἅπαντα σκιά μοι καὶ ὄναρ καὶ παίδων ἀθύρματα, ἀλαζονείας αὐτὸν γραφόμεθα· ἐπεὶ καὶ τὸν Σολομῶντα οὕτως εἰς ἀλαζονείαν διαβαλοῦμεν, περὶ τούτων φιλοσοφοῦντα καὶ λέγοντα· *Ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ τὰ πάντα ματαιότης*. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο τῷ τῆς ἀλαζονείας ὀνόματι τὴν φιλοσοφίαν καλεῖν. Ἆρα οὐκ ἀπόνοια τὸ καταφρονεῖν τούτων, ἀλλὰ μεγαλοψυχία, καίτοι γε βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας καὶ δυνάστας ὁρῶμεν αὐτῶν ἀντεχομένους· ἀλλ' ὁ πτωχὸς φιλοσοφῶν πολλάκις αὐτῶν ὑπερορᾷ, καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἀλαζόνα αὐτὸν, ἀλλὰ μεγαλόφρονα εἶναι φήσομεν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸν σφόδρα αντεχόμενον αὐτῶν, ταπεινόφρονα καὶ μέτριον, ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ μικρόψυχον καὶ ἀνελεύθερον. Καὶ γὰρ εἴ τις υἱὸς τῶν μὲν τῷ πατρὶ προστιχόντων κατεφρόνει, τὰ δὲ δουλικὰ ἐθαύμαζεν, οὐχ ὡς ταπεινόφρονα αὐτὸν ἐπηνέσαμεν ἄν, ἀλλ' ὡς ἀγεννῆ καὶ δουλικὸν ἐκακίζομεν· ἐθαυμάσαμεν δ' ἂν καταφρονοῦντα ἐκείνων, καὶ τῶν πατρικῶν πολὺν ποιούμενον λόγον. Ἀπονοίας γάρ ἐστι τὸ τῶν ὁμοδούλων ἑαυτὸν νομίζειν εἶναι βελτίω· τὸ μέντοι τὴν οὖσαν περὶ τῶν πραγμάτων φέρειν ψῆφον, οὐχὶ ἀλαζονείας, ἀλλὰ φιλοσοφίας ἐστί.

β'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος οὐχ ἑαυτὸν ἐπαίρων, ἀλλ' ἑτέρους ταπεινῶν καὶ ἐξανισταμένους καταστέλλων καὶ πείθων μετριάζειν, ἔλεγεν· *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας*. Ὁρᾷς πῶς κἀκείνους ἐθεράπευσεν; Ὁ γὰρ ἀκούσας, ὅτι πάντων ὁμοίως καταφρονεῖ, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἀξιοῖ κρίνεσθαι, οὐκέτι λοιπὸν ἀλγήσει, ὡς μόνος αὐτὸς ἐκβεβλημένος. Εἰ γὰρ εἶπεν, Ὑφ' ὑμῶν, μόνον, καὶ ἐσίγησεν, ἱκανὸν ἴσως αὐτοὺς τοῦτο δακεῖν ὡς καταφρονηθέντας ἦν· νυνὶ δὲ τῷ ἐπαγαγεῖν, *Οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἡμέρας*, παραμυθίαν ἐκόμισε τῇ πληγῇ, κοινωνοὺς αὐτοῖς δοὺς τῆς καταφρονήσεως. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο θεραπεύει πάλιν εἰπών· *Ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω*. Ὅρα πῶς οὐκ ἔστιν ἀπονοίας τὸ εἰρημένον· οὐδὲ γὰρ ἑαυτὸν ἀρκεῖν φησι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀκρίβειαν. Εἶτα, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο σφόδρα ἐπαιρο[υ]μένου ἐδόκει εἶναι τὸ ῥῆμα, καὶ αὐτὸ διωρθώσατο εἰπών· *Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι*. Τί οὖν, οὐ χρὴ δικάζειν ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἁμαρτήμασι; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν χρὴ τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἁμαρτάνωμεν· ἀλλὰ Παῦλος τοῦτο οὐκ εἶπεν· *Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα*, φησί. Ποῖον οὖν ἔμελλε κρίνειν ἁμάρτημα, μηδὲν ἑαυτῷ συνειδώς; Ὁ δὲ οὗ φησι δεδικαιῶσθαι. Οἱ οὖν [89] μυρίων τραυμάτων τὸ συνειδὸς ἐμπεπλησμένον ἔχοντες, καὶ μηδὲν συνειδότες ἑαυτοῖς ἀγαθὸν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, τί ἂν εἴποιμεν; Καὶ τί δήποτε, εἰ μηδὲν ἑαυτῷ σύνοιδεν, οὐ δεδικαίωται; Ὅτι συνέβαινεν ἡμαρτῆσθαι μὲν αὐτῷ τινα ἁμαρτήματα, μὴ μὴν αὐτὸν εἰδέναι ταῦτα ἁμαρτήματα. Ἐντεῦθεν λογίζου πόση τῆς μελλούσης κρίσεως ἡ ἀκρίβεια. Οὐ τοίνυν ὡς ἄληπτον ἑαυτὸν νομίζων, οὕτως ἀνάξιον ἑαυτοῦ εἶναι τὸ κρίνεσθαι παρ' ἐκείνων φησὶν, ἀλλ' ἐπιστομίζων τοὺς ἀλόγως ταῦτα ποιοῦντας. Ἐτέρωθι γοῦν οὐδὲ φανερῶν ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων, ἐπιτρέπει κοίνειν ἑτέροις, ἐπειδὴ ὁ καιρὸς τοῦτο ἀπῄτει.

Τί γὰρ κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; φησὶν· *ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου;* Οὐ γὰρ τοῦτο ἐπετάγης, ἄνθρωπε, κρίνειν ἑτέρους, ἀλλὰ τὰ σαυτοῦ δοκιμάζειν. Τί τοίνυν τοῦ Δεσπότου τὴν τάξιν ἁρπάζεις; ἐκείνου τὸ κρίνειν ἐστὶν, οὐχὶ σόν. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ*. Τί οὖν, οὐ χρὴ τοὺς διδασκάλους τοῦτο ποιεῖν; Χρὴ μὲν ἐπὶ τῶν φανερῶν ἁμαρτημάτων καὶ ὡμολογημένων, καὶ τοῦτο μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ, καὶ τότε δὲ ἀλγοῦντας καὶ δακνομένους, καὶ οὐχ, ὡς οὗτοι τότε ἐποίουν, ἀπὸ κενοδοξίας καὶ ἀπονοίας. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα οὐ περὶ τῶν ὡμολογημένων ἁμαρτημάτων φησὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος προτιθέναι, καὶ συγκρίσεις ποιεῖσθαι βίων. Ταῦτα γὰρ αὐτὸς μόνος οἶδε κρίνειν μετὰ ἀκριβείας, ὁ μέλλων ἡμῶν τὰ ἀπόῤῥητα κρίνειν, ποῖα μὲν μείζονος, ποῖα δὲ ἐλάττονος κολάσεώς ἐστιν ἄξια καὶ τιμῆς· ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παραστὰν ταῦτα πράττομεν. Εἰ γὰρ ἐν οἷς αὐτὸς ἥμαρτον, φησὶν, οὐδὲν οἶδα σαφῶς, πῶς ἄξιος ἂν εἴην ὑπὲρ ἑτέρων φέρειν ψῆφον; πῶς δὲ, ὁ τὰ ἐμαυτοῦ μετὰ ἀκριβείας μὴ ἐπιστάμενος, τὰ ἄλλων δυνήσομαι κρίνειν; Εἰ δὲ Παῦλος τοῦτο ἔπασχε, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Καὶ γὰρ ταῦτα ἔλεγεν, οὐχ ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν ἄληπτον, ἀλλ' ἵνα δείξῃ, ὅτι εἰ καὶ τοιοῦτος εἴη τις παρ' αὐτοῖς μηδὲν ἡμαρτηκὼς, οὐδ' οὕτως ἄξιος ἂν εἴη τοὺς ἑτέρων κρίνειν βίους· καὶ ὅτι εἰ οὗτος ὁ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ὑπεύθυνος εἶναί φησι, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνοι οἱ μυρία ἑαυτοῖς συνειδότες. Οὕτω τοίνυν ἐπιστομίσας τοὺς τὰς τοιαύτας ποιουμένους κρίσεις, ὠδίνει λοιπὸν ἀποῤῥήξας τὸν θυμὸν ἐπὶ τὸν πεπορνευκότα ἐλθεῖν· καὶ καθάπερ χειμῶνος ἐπιόντος νέφη τινὰ ζοφώδη προτρέχει, εἶτα ἐπειδὰν ὁ τῶν βροντῶν πάταγος γένηται καὶ τὸν οὐρανὸν ἐργάσηται νέφος ἓν, τότε ἀθρόον ἐπὶ τὴν γῆν καταῤῥήγνυται ὁ ὑετός· οὕτω καὶ τότε συνέβαινε. Καὶ γὰρ ἔχων μετὰ πολλῆς ἀγανακτήσεως χρήσασθαι τῷ πεπορνευκότι, τοῦτο οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φοβεροῖς [a] ῥήμασι καταστέλλει πρότερον τὸ φύσημα τοῦ ἀνδρός· ἐπειδὴ καὶ διπλοῦν ἁμάρτημα ἦν τὸ συμβὰν, πορνεία, καὶ πορνείας [90] χεῖρον, τὸ μὴ πενθεῖν ὑπὲρ τοῦ πλημμεληθέντος. Οὐ γὰρ οὕτω τὸν ἡμαρτηκότα πενθεῖ, ὡς τὸν ἡμαρτηκότα, καὶ μὴ μετανοοῦντα. Πενθήσω γὰρ πολλοὺς, φησὶν, οὐχὶ τῶν προημαρτηκότων ἁπλῶς, ἀλλὰ τῶν μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ ᾗ ἔπραξαν. Ὁ γὰρ μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν μετανοίᾳ κεχρημένος, οὐ πένθους, ἀλλὰ μακαρισμῶν ἐστιν ἄξιος, ἐπὶ τὸν τῶν δικαίων χορὸν μεταστάς. *Λέγε γὰρ σὺ τὰς ἀνομίας* [b] *σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς*. Εἰ δὲ μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν ἀναισχυντεῖ, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ πεσεῖν ἐστιν ἐλεεινὸς, ὡς ἐπὶ τῷ κεῖσθαι πεσών.

γ'. Εἰ δὲ τὸ μὴ μετανοεῖν ἐπὶ ἁμαρτήμασι, χαλεπὸν,

[a] Ita Regius codex. In editis legitur τῷ πεπορνευκότι, φοβεροῖς, omissis interpositis. [b] Reg., τὰς ἁμαρτίας.

Digitized by Google

re vocante, vide quo discipulorum sententiam extulerit, non fastum docens, sed sanos indens spiritus. Ipsos enim alloquens dicebat: *Et si in vobis judicatur mundus, indigni estis minimis judiciis* (1. *Cor.* 6. 2). Ut enim Christianum oportet longe ab arrogantia esse, ita et ab adulatione et ab illiberali sensu. Neque enim si quispiam dixerit, Pecunias nihil esse puto, sed præsentia omnia mihi umbra et somnium sunt ac puerorum ludibria; arrogantiæ ipsum accusabimus: Nam sic Salomonem etiam arrogantiæ accusabimus cum de his rebus philosophatur et dicit: *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas* (*Eccles.* 1. 2). Sed absit ut arrogantiæ nomine philosophiam appellemus. Non est ergo arrogantia hæc despicere, sed animi magnitudo, licet videamus reges et principes illa sibi vindicare. Verum pauper qui philosophatur, ille sæpe despicit: neque ideo illum arrogantem, sed magnanimum dicemus: sicut nec eum, qui hæc magnopere sibi vindicat, humilem et modestum, sed infirmum, pusilli animi et illiberalem dicemus. Etenim si quis filius ea quæ ad patrem pertinent despiceret, servilia autem admiraretur, non quasi humilem illum laudaremus, sed ut illiberalem et servilem vituperaremus; ipsumque vero miraremur si illa despiceret, et paterna magni faceret. Arrogantiæ enim est, se conservis meliorem esse existimare; sed eam quæ vere est de rebus ferre sententiam, non arrogantiæ est, sed philosophiæ.

2. Ideo Paulus non se extollens, sed alios humilians, et sese efferentes deprimens et modestos esse suadens, dicebat: *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die.* Viden' quomodo illos curaverit? Nam qui audierit quod omnes similiter despiciat, et a nullo judicari dignetur, non utique dolebit quasi ipse solus ejectus. Nam si dixisset, A vobis tantum, et siluisset, hoc illos mordere poterat, quasi despecti fuissent: nunc autem cum addit, *Nec ab humano die*, plagæ medicamentum adhibuit, cum ipsis talis contemptus socios assignavit. Sed et ipse quoque huic rei rursus medetur, adjiciens: *Sed neque meipsum judico.* Vide quomodo dictum illud non arrogantiam sapiat: neque enim se satis esse dicit ad hoc accurate præstandum. Deinde quia hoc dictum sese admodum extollentis videbatur esse, id correxit dicens: *Sed non in hoc justificatus sum.* Quid igitur? annon oportet et se et peccata judicare? Maxime quidem oportet hoc facere cum peccamus; sed Paulus hoc non dixit: *Nihil enim mihi conscius sum*, inquit. Quodnam ergo peccatum judicatum us erat, cum nihil sibi conscius esset? Ille vero non dicit se esse justificatum. Qui ergo conscientiam habemus mille vulneribus sauciam, et nullius boni nobis conscii sumus, sed totum contrarium, quid dixerimus? et quomodo ille nullius sibi conscius mali, non justificatus erat? Quia contingebat illum aliqua admittere peccata, quæ ipse nesciret esse peccata. Hinc cogita quam erit accuratum futurum judicium. Non ergo, quod omni reprehensione vacuum se putaret, se indignum esse dicit, qui ab illis judicetur, sed reprimit eos qui inconsiderate hoc facerent. Alibi enim, etiamsi peccata non manifesta essent, aliis judicium ferre permisit, quoniam hoc postulabat tempus.

De aliis non judicandum est. — *Quid* enim, ait, *judicas fratrem tuum? et tu cur fratrem tuum nihil facis* (*Rom.* 14. 10)? Non enim hoc tibi mandatum est, o homo, ut alios judices, sed ut tua examines. Cur ergo Domini partes arripis? illius est judicare, non tuum. Quare subjungit: 5. *Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo.* Quid ergo, non oportet doctores hoc facere? Oportet quidem in peccatis manifestis, quæ in confesso sunt, idque congruenti tempore; cum tunc doleant et mordeantur. Non ut tunc illi faciebant, ex inani gloria et arrogantia. Hic enim non de peccatis illis loquitur, quæ in confesso erant, sed quod illum alteri præferrent, et vitam illorum compararent. De his enim ille solus accurate judicare novit, qui occulta nostra judicaturus est; quænam scilicet majori, quænam minori vel supplicio vel honore digna sint: nos vero secundum id quod apparet hæc facimus. Si enim, inquit, in quibus ipse peccavi, nihil clare novi, quomodo dignus fuerim qui de aliis feram sententiam? quomodo qui mea non accurate novi, aliena potero judicare? Si vero Paulus hoc fecit, multo magis nos. Hæc enim dicebat, non ut se nulli reprehensioni obnoxium ostenderet, sed ut declararet, etiamsi quis apud illos esset qui non peccavisset, non dignum tamen esse qui de aliorum vita judicet; et quod si is, qui nullius mali sibi conscius est, se obnoxium esse dicit, multo magis illi erunt, qui mille peccatorum sibi conscii sunt. Cum sic ergo os obstruxisset eorum, qui talia judicia ferrent, demum parturientis more gestit irrumpere in fornicatorem: et sicut ingruente tempestate, præcurrunt nubes quædam atræ; deinde post tonitruum fragorem et postquam cælum una nubes factum est, tunc in terram confertim erumpit pluvia; eodem modo et tunc accidit. Nam cum posset cum indignatione multa agere in fornicatorem, non ita agit; sed præmissis terribilibus verbis ejus tumorem reprimit. Quandoquidem duplex aderat peccatum, fornicatio nempe, et fornicatione pejus aliud, quod scilicet tanti peccati non pœniteret ipsum. Non enim ita peccatorem luget, ut peccatorem non pœnitentem: Lugebo enim multos, inquit, non eorum tantum qui prius peccarunt, sed eorum qui pœnitentiam non egerunt, de impudicitia et de immunditia quam admiserunt (2. *Cor.* 12. 21). Nam qui post peccatum pœnitentia utitur, non dignus est qui lugeatur, sed qui beatus prædicetur, utpote qui in justorum chorum translatus sit. *Dic enim tu prius*, inquit, *iniquitates tuas, ut justificeris* (*Isai.* 43. 26). Si autem postquam peccavit, impudenter agat, non ita commiseratione dignus est quod ceciderit, quam quod lapsus jaceat.

3. Quod si post peccatum non pœnitere grave est, de admissis peccatis intumescere quantum meretur supplicium? Nam si is, qui de recte factis extollitur,

Digitized by Google

immundus est; qui de peccatis inflatur, quam consequetur veniam? Quia ergo talis erat fornicator, et animam per peccatum ita petulantem et pervicacem reddiderat, necessario ejus fastum primo dejicit. Neque hoc crimen primo ponit, ut ne ille exuat pudorem, eo quod ante alios accusetur; neque postremum illum ponit, ut ne putet ille rem suam ut levioris momenti quasi aliud agendo tractari: sed cum prius ipsi multum incussisset timorem ex dicendi libertate, qua contra alios usus est, tunc illum aggreditur, postquam ejus arrogantiam per aliorum correctionem prius exagitaverat. Hæc enim ipsa verba, *Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum*; et, *Qui judicat me, Dominus est, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium*, non leviter et eum et eos, qui ipsi applaudebant sanctosque despiciebant, perstringit. Quid enim, inquit, si quidam extrinsecus virtute præditi et admirandi apparent? Non de exterioribus tantum fert judicium ille judex, sed etiam arcana in medium adducit. Duabus ergo, vel potius tribus de causis judicium nostrum accuratum non est; primo quia, etiamsi nullius peccati nobis conscii simus, opus tamen habemus eo, qui peccata nostra accurate arguat: secundo, quia ex iis quæ fiunt pleraque nos latent; tertio demum, quia multa aliorum gesta nobis quidem bona videntur, sed non ex recta sententia procedunt. Quid ergo dicitis, Ille aut ille nihil peccavit, et hic illo melior est? Hoc enim non licet pronuntiare, neque de illo, qui nullius sibi conscius est: nam qui arcana judicat, ille est qui accurate judicat. Ecce igitur, ego nihil mihi conscius sum; sed neque ita justificatus sum: hoc est, Non sum a reddenda ratione et a crimine liberatus. Non enim hoc dicit, Non in numero et ordine justorum sum; sed, Non sum mundus a peccato. Nam alibi ait: *Qui autem mortuus est, justificatus est a peccato* (*Rom.* 6. 7): id est, liberatus est. Multa vero facimus, quæ bona quidem sunt, sed non ex recta sententia procedunt. Nam multos laudamus, non ut illos splendidos reddamus, sed ut per illos alios quospiam mordeamus. Et res quidem ipsa per se bona est; laudatur enim is qui recte fecit; sed mens laudantis corrupta est: ex satanica enim sententia procedit. Non enim fratri gratulans, sed alium ferire cupiens hoc sæpe quis fecit. Rursus quispiam grande admisit peccatum; alius vero ipsum supplantare volens, nihil fecisse dicit, et consolatur eum peccantem, ad communem naturæ usum confugiens: verum sæpe non quod ignoscere velit, sed ut segniorem illum reddat hoc facit. Rursum sæpe corripit, non ut arguat et moneat, sed ut proximi peccatum publice efferat et traducat. Consilia autem homines non norunt; qui corda vero scrutatur, accurate scit, et illa omnia tunc in medium adducet. Ideoque dicebat: *Qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.*

Homines quam falluntur in judiciis. — Cum ergo, quando etiam nihil nobis conscii sumus, crimine puri esse non possimus, et cum aliquid boni agimus, nec vero ex recta animi sententia agimus, supplicio obnoxii simus: cogita quam fallantur homines in judiciis. Hæc quippe omnia non possunt homines assequi, sed ille tantum numquam dormiens oculus, etsi homines fallamus, illum numquam decipiemus. Ne itaque dicas, Tenebræ et parietes in circuitu sunt, quis me videt? nam qui finxit sigillatim corda nostra, ipse omnia novit: tenebræ enim apud eum non obscurabuntur. Recte autem dicit is qui peccat, Tenebræ et parietes in circuitu meo sunt. Nisi enim in mente ejus tenebræ essent, non sic, ejecto Dei timore, cum libertate id fecisset. Nam nisi prius dux animus obtenebratus fuerit, peccatum cum fiducia ingredi non potest. Ne ergo dicas: Quis me videt? est enim qui penetrat usque ad animam et spiritum, compagesque et medullas: sed tu te ipsum non vides, nec potes nubem dissecare; verum ac si murum undique circumpositum haberes, non potes ad cælum respicere.

4. *Fornicationis spiritus excæcat.* — Quod enim peccatum vis prius examinemus? et sic factum admissumque fuisse videbis. Quemadmodum enim latrones et murorum effossores, cum quid pretiosum auferre volunt, exstincta lucerna hoc perpetrant: sic in peccatis facit corrupta ratio. Etenim in nobis quoque lux est rationabilis semper ardens. Si autem spiritus fornicationis cum impetu magno irruens flammam illam exstinxerit, statim animam obtenebrat, expugnat et omnia quæ adsunt statim diripit. Cum enim anima a lasciva concupiscentia capitur, ut nubes et caligo corporis oculos, ita mentis prospiciendi facultatem occupans, nihil sinit videre ulterius, non præcipitium, non gehennam, non timorem, sed ab illis insidiis tyrannice occupata demum, peccato facilis expugnatu evadit: et sicut paries sine fenestris ante oculos excitatus non sinit radium justitiæ menti lucere, absurdis libidinis cogitationibus ipsam undique cingentibus; et tunc occurrit illi meretrix ante oculos, ante mentem, ante cogitationes stans et apparens; ac quemadmodum cæci in ipso meridie sub cæli medio stantes lucem non excipiunt, clausis sibi oculis: sic et illi, etsi innumera undique ipsis insonent salutaria dogmata, anima hoc morbo correpta, illis omnibus verbis aures obstruunt. Idque probe sciunt ii, qui rem experti sunt. Verum absit, ut vos id experientia didiceritis. Neque hoc solum peccatum id facit, sed etiam quivis alius amor pravus.

Pecuniarum amor quanta mala pariat. — Transferamus enim, si placet, sermonem a meretrice ad pecunias, et hic quoque videbimus densas tenebras. Illic enim quod una tantum sit amasia, in uno inclusa loco, non ita vehemens est morbus: in pecuniis autem, quæ ubique apparent, in argentariis officinis, in diversoriis, in aurificinis, in divitum ædibus, vehemens spirat amor. Quando enim pueros superbe agentes in foro, equos auro onustos, homines magnificis et sumptuosis vestibus ornatos, concupiscentia motus videt is qui hoc morbo detinetur, multis teno-

Digitized by Google

τὸ καὶ πεφυσιῶσθαι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, ποίας κολάσεώς ἐστιν ἄξιον! Εἰ γὰρ ὁ ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἐπαιρόμενος, ἀκάθαρτός ἐστιν, ὁ ἐπὶ ἁμαρτήμασι τοῦτο πάσχων, ποίας τεύξεται συγγνώμης; Ἐπεὶ οὖν τοιοῦτος ἦν ὁ πεπορνευκὼς, καὶ τὴν ψυχὴν οὕτως ἰταμὴν καὶ δυσένδοτον εἰργάσατο διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀναγκαίως αὐτοῦ προκαταβάλλει τὸν τῦφον. Καὶ οὔτε πρῶτον τίθησι τὸ ἔγκλημα, ὥστε μὴ ἀπαναισχυντῆσαι αὐτὸν, ὡς πρὸ τῶν ἄλλων ἐγκαλούμενον· οὔτε δὲ ὕστερον, ὥστε αὐτὸν μὴ νομίσαι πάρεργον εἶναι τὸ κατ' αὐτόν· ἀλλὰ πρότερον πολὺν αὐτῷ φόβον ἐνθεὶς ἐκ τῆς πρὸς ἑτέρους παῤῥησίας, τότε ἐπ' αὐτὸν χωρεῖ, ἐν τῇ πρὸς ἑτέρους ἐπιτιμήσει προκατασείων αὐτοῦ τὴν ἀπόνοιαν. Αὐτὰ γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα τὸ, *Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι·* καὶ τὸ, *Ὁ κρίνων με, Κύριός ἐστιν, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν*, οὐχ ὡς ἔτυχε κἀκείνου καὶ τῶν ἐκείνῳ[a] μὲν συγκροτούντων, τοὺς δὲ ἁγίους ἐξουθενούντων, καθάπτεται. Τί γὰρ, φησὶν, εἰ ἔξωθεν ἐνάρετοι φαίνονταί τινες καὶ θαυμαστοί; Οὐ τῶν ἔξωθεν κριτής ἐστι μόνον ἐκεῖνος ὁ δικαστὴς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀπόῤῥητα εἰς μέσον ἄγει. Δύο τοίνυν ἕνεκεν, μᾶλλον δὲ καὶ τριῶν, οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἡ κρίσις ἀκριβής· ἑνὸς μὲν, ὅτι κἂν μηδὲν ὦμεν ἑαυτοῖς συνειδότες, ὅμως δεόμεθα τοῦ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ἐλέγχοντος μετὰ ἀκριβείας· ἑτέρου δὲ, ὅτι τὰ πλείονα τῶν γινομένων ἡμᾶς λανθάνει καὶ κρύπτεται· καὶ τρίτου πρὸς τούτοις, ὅτι πολλὰ τῶν γενομένων παρ' ἑτέρων δοκεῖ μὲν ἡμῖν καλὰ, οὐκ ἀπὸ ὀρθῆς δὲ γίνεται γνώμης. Τί τοίνυν φατὲ, ὅτι οὐδὲν ἡμάρτηται τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι, καὶ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος βελτίων; Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν ἀποφήνασθαι, οὐδὲ περὶ τοῦ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότος· ὁ γὰρ τὰ ἀπόῤῥητα κρίνων, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ μετὰ ἀκριβείας δικάζων. Ἴδοὺ γοῦν, οὐδὲ ἐγώ τι ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐδὲ οὕτω δεδικαίωμαι· τουτέστιν, οὐκ ἀπῄλλαγμαι τῶν εὐθυνῶν οὐδὲ τῶν ἐγκλημάτων. Οὐ γὰρ τοῦτό φησιν, ὅτι Οὐκ ἐν τοῖς [b] δικαίοις τέταγμαι, ἀλλ' ὅτι Οὐκ εἰμὶ καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας. Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ὁ δὲ ἀποθανὼν* [91] *δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας*· τουτέστιν, ἀπήλλακται. Πολλὰ δὲ καὶ πράττομεν ἀγαθὰ μὲν, οὐκ ἀπὸ ὀρθῆς δὲ γνώμης. Καὶ γὰρ ἐπαινοῦμεν πολλοὺς, οὐκ ἐκείνους ποιῆσαι λαμπροὺς βουλόμενοι, ἀλλ' ἑτέρους δι' ἐκείνων διδάσκειν. Καὶ τὸ μὲν γινόμενον, καλὸν (ἐπαινεῖται γὰρ ὁ κατορθῶν), ἡ δὲ διάνοια διεφθαρμένη· ἀπὸ σατανικῆς γὰρ γίνεται γνώμης. Οὐ γὰρ τῷ ἀδελφῷ συγχαίρων, ἀλλὰ τὸν ἕτερον βαλεῖν ἐπιθυμῶν, τοῦτο πολλάκις πεποίηκέ τις. Πάλιν, ἥμαρτέ τις ἁμαρτίαν μεγάλην· ἕτερός τις αὐτὸν ὑποσκελίσαι βουλόμενος, οὐδέν φησιν εἰργάσθαι, καὶ παραμυθεῖται δῆθεν αὐτὸν ἁμαρτάνοντα, ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως καταφεύγων· ἀλλ' οὐ συγγνῶναι πολλάκις, ἀλλὰ ῥᾳθυμότερον ἐργάσασθαι βουλόμενος, τοῦτο ποιεῖ. Πάλιν ἐπιπλήττει πολλάκις, οὐχ ὥστε ἐλέγξαι καὶ νουθετῆσαι, ἀλλ' ὥστε ἐκπομπεῦσαι καὶ ἐκτραγῳδῆσαι τῷ πλησίον τὴν ἁμαρτίαν. Τὰς δὲ βουλὰς αὐτὰς ἄνθρωποι μὲν οὐκ ἴσασιν, ὁ δὲ τὰς καρδίας ἐρευνῶν ἀκριβῶς ἐπίσταται, καὶ εἰς μέσον ἄξει πάντα τότε ἐκεῖνα. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ὃς φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν.*

Ὅταν οὖν καὶ ἐν τῷ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδέναι μὴ δυνώμεθα ἐγκλημάτων εἶναι καθαροὶ, καὶ ἐν οἷς ἀγαθόν τι πράττομεν, οὐκ ἀπὸ ὀρθῆς δὲ γνώμης πράττομεν, τιμωρίας ὦμεν ὑπεύθυνοι, ἐννόησον πάσῃ παρὰ ἀνθρώποις ἀπάτῃ περὶ τὰς κρίσεις. Ἁπλᾶ γὰρ ταῦτα ἀνθρώποις μὲν οὐκ ἔστιν ἐφικτὰ, τῷ δὲ ἀκοιμήτῳ μόνῳ ὀφθαλμῷ· κἂν ἀνθρώπους ἀπατήσωμεν, ἐκεῖνον οὐδέποτε παραλογισόμεθα. Μὴ τοίνυν λέγε· Σκότος κύκλῳ μου καὶ τοῖχοι· τίς με ὁρᾷ; ὁ γὰρ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, αὐτὸς πάντα ἐπίσταται, ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται παρ' αὐτῷ. Καλῶς δέ φησιν ὁ ἁμαρτάνων, ὅτι Σκότος κύκλῳ μου καὶ τοῖχοι. Εἰ μὴ γὰρ σκότος ἦν ἐν τῇ διανοίᾳ, οὐκ ἂν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐκβαλὼν, μετὰ ἀδείας ἔπραττεν. Ἂν γὰρ μὴ πρότερον σκοτισθῇ τὸ ἡγεμονικὸν, ἐπεισελθεῖν ἡ ἁμαρτία μετὰ ἀδείας οὐ δύναται. Μὴ τοίνυν λέγε· Τίς με ὁρᾷ; ἔστι γὰρ ὁ διικνούμενος μέχρι ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν· ἀλλὰ σὺ σαυτὸν οὐχ ὁρᾷς, οὐδὲ διατέμνειν δύνασαι τὸ νέφος, ἀλλ' ὥσπερ τειχίον πάντοθεν ἔχων περικείμενον, οὕτως ἀναβλέψαι πρὸς τὸν οὐρανὸν οὐκ ἔχεις.

δ'. Ποίαν γὰρ βούλει πρότερον ἁμαρτίαν ἐξετάσωμεν; καὶ ὄψει οὕτω γινομένην αὐτήν. Καθάπερ γὰρ λῃσταὶ καὶ τοιχωρύκται, ἐπειδάν τι τῶν τιμίων λαβεῖν θελήσωσι, τὸν λύχνον κατασβέσαντες τοῦτο πράττουσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων ὁ διεφθαρμένος ποιεῖ λογισμός. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι φῶς τὸ λογικὸν διόλου καιόμενον. Ἂν δὲ τὸ πνεῦμα τῆς πορνείας σφοδρῶς ἐπελθὸν μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης κατασβέσῃ τὴν φλόγα ἐκείνην, ἐσκότισεν εὐθέως τὴν ψυχὴν καὶ κατηγωνίσατο, καὶ πάντα ἐσύλησεν εὐθέως τὰ ἐναποκείμενα. Ὅταν γὰρ ὑπὸ ἀσελγοῦς ἐπιθυμίας ἁλῷ ἡ ψυχὴ, καθάπερ νέφος καὶ ἀχλὺς τοὺς τοῦ σώματος ὀφθαλμοὺς, οὕτω τῆς διανοίας τὸ προορατικὸν προκαταλαβοῦσα ἐκείνη, οὐδένα ἀφίησιν ἰδεῖν [92] περαιτέρω, οὐ κρημνὸν, οὐ γέενναν, οὐ φόβον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐπιβουλῆς ἐκείνης τυραννηθεῖσα λοιπὸν, εὐκαταγώνιστος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας γίνεται· καὶ καθάπερ τοῖχος ἀθυρίδωτος πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐγερθεὶς, οὐκ ἀφίησι τὴν ἀκτῖνα τῆς δικαιοσύνης ἐλλάμψαι τῇ διανοίᾳ, τῶν λογισμῶν τῶν ἀτόπων τῆς ἐπιθυμίας πάντοθεν αὐτὴν ἐπιτειχισάντων [c]· καὶ ἀπαντᾷ αὐτῷ τότε λοιπὸν ἡ πορνευομένη γυνὴ, πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, πρὸ τῆς διανοίας, πρὸ τῶν λογισμῶν ἑστῶσα καὶ φαινομένη· καὶ ὥσπερ οἱ πεπηρωμένοι, κἂν ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ [d] οὐρανοῦ τὸ μέτον ἑστηκότες ὦσιν, οὐ παραδέχονται τὸ φῶς, ἐγκεκλεισμένων αὐτοῖς τῶν ὀμμάτων· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι, κἂν μυρία πάντοθεν αὐτοῖς ἐνηχῇ σωτήρια δόγματα, τῷ πάθει τούτῳ προκατειλημμένοι τὴν ψυχὴν, πᾶσι τοῖς τοιούτοις λόγοις ἀποφράττουσι τὴν ἀκοήν. Καὶ ἴσασιν οἱ τὴν πεῖραν εἰληφότες καλῶς. Ἀλλ' ὑμᾶς μὴ γένοιτο ἀπὸ τῆς πείρας αὐτῆς εἰδέναι. Οὐχ αὕτη δὲ μόνον ἡ ἁμαρτία ταῦτα ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ πᾶς ἔρως ἄτοπος.

Μεταθῶμεν γὰρ, εἰ δοκεῖ, τὸν λόγον ἀπὸ τῆς πορνευομένης γυναικὸς ἐπὶ τὰ χρήματα, καὶ θεασόμεθα καὶ ἐνταῦθα πυκνὸν σκότος καὶ συνεχές. Ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἅτε μιᾶς οὔσης τῆς ἐρωμένης καὶ εἰς ἕνα τόπον ἀποκεκλεισμένης, οὐχ οὕτω σφοδρὸν τὸ πάθος· ἐπὶ δὲ τῶν χρημάτων ἁπανταχοῦ φαινομένων, ἐν ἀργυροκοπείοις, ἐν πανδοχείοις, ἐν χρυσοχοείοις, ἐν ταῖς τῶν πλουτούντων οἰκίαις, σφοδρῶς ὁ ἔρως πνεῖ. Ὅταν γὰρ παῖδας σοβοῦντας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἵππους χρυσοφορουμένους, ἀνθρώπους καλλωπιζομένους πολυτελέσιν ἐσθήμασιν ἴδῃ μετ' ἐπιθυμίας ὁ νοσῶν, πολὺς ὁ σκό-

[a] Editi, ἐκείνῳ. Reg., ἐκεῖνον. [b] Reg., ὅτι ἐν τοῖς. [c] Reg., ἐπιτειχιζόντων. [d] Reg., ὑπ' αὐτὸ τοῦ.

Digitized by Google

τος καταχεῖται. Καὶ τί δεῖ λέγειν οἰκίας καὶ ἀργυροκοπεῖα; Ἐγὼ γὰρ οἶμαι τοὺς τοιούτους, κἂν ἐπὶ τῆς γραφῆς ἴδωσι καὶ τῆς εἰκόνος τὸν πλοῦτον, σπαράττεσθαι καὶ ἀγριαίνειν καὶ λυττᾷν· ὥστε πάντοθεν αὐτοῖς τὸ σκέτος συνάγεται. Κἂν γὰρ εἰς εἰκόνα βλέψωσι βασιλικήν, οὐ θαυμάζουσι τῶν λίθων τὸ κάλλος οὐδὲ τὸν χρυσὸν οὐδὲ τὸ ἀλουργὲς ἱμάτιον, ἀλλὰ τήκονται. Καὶ καθάπερ ὁ δύσερως ἐκεῖνος, κἂν εἰκόνα θεάσηται τῆς ἐρωμένης γυναικὸς, προσήλωται τῷ ἀψύχῳ· οὕτω καὶ οὗτος ἄψυχον ὁρῶν εἰκόνα τοῦ πλούτου, τὸ αὐτὸ πάσχει μειζόνως, ἅτε τυραννικωτέρῳ κατεχόμενος πάθει· καὶ χρὴ λοιπὸν ἢ μένειν ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἢ ἐμβαλόντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, μυρίας λαβόντα πληγὰς ἀναχωρεῖν οἴκαδε· πολλὰ γὰρ τὰ λυποῦντα αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. Καὶ καθάπερ ἐκεῖνος οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν γυναῖκα ὁρᾷ, οὕτω καὶ οὗτος πένητας μὲν καὶ τὰ ἄλλα πάντα παρατρέχει, ἕνα μηδὲ παραμυθίαν λάβῃ· πρὸς δὲ τοὺς εὐπόρους ἐνατενίζει τοὺς ὀφθαλμοὺς, πολὺν καὶ σφοδρὸν ἀπὸ τῆς ἐκείνων ὄψεως εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εἰσάγων τὸ πῦρ. Πῦρ γάρ ἐστι χαλεπῶς κατεσθίον τὸν ἐμπεσόντα, καὶ εἰ μὴ γέεννα ἠπείλητο μηδὲ κόλασις, αὐτὰ τὰ παρόντα κόλασις ἦν, τὸ διηνεκῶς βασανίζεσθαι καὶ μηδέποτε πέρας εὑρίσκειν τοῦ νοσήματος. Καὶ ἥρκει καὶ ταῦτα μόνα πεῖσαι φυγεῖν τὴν ἀῤῥωστίαν· ἀλλ' οὐδὲν ἀνοίας χεῖρον, ἢ καὶ τοῖς ἀθυμίαν φέρουσι πράγμασι καὶ κέρδος αὐδὲν [93] προσηλῶσθαι παρασκευάζει. Διὸ παρακαλῶ ἀρχόμενον ἐκκόπτειν τὸ πάθος. Καθάπερ γὰρ πυρετὸς παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν προσβαλὼν, οὐ σφόδρα φλέγει τῇ δίψῃ τοὺς κάμνοντας, ἐπιδοὺς δὲ καὶ τὴν φλόγα ἐπάρας, ἀνίατα διψᾷν παρασκευάζει λοιπόν· κἂν παράσχῃ τις αὐτοῖς ἐμφορηθῆναι τοῦ πόματος, οὐ σβέννυσιν, ἀλλ' ἐκκαίει τὴν κάμινον· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτου συμβαίνει τοῦ πάθους· ἂν παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰσελαῦνον εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν μὴ κωλύσωμεν μηδὲ ἀποκλείσωμεν τὰς θύρας, εἰσελθὸν λοιπὸν ἀνίατον ἐργάζεται τοῖς δεξαμένοις τὸ νόσημα. Καὶ γὰρ καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ ὅταν ἐπιπλέον ἡμῖν ἐνδιατρίψῃ, δυνατώτερα γίνεται.

ε'. Καὶ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν ἄλλων τοῦτο συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν. Καὶ γὰρ φυτὸν ἄρτι μὲν ἐντεθὲν ἐπὶ τῆς γῆς, εὐκόλως ἀνασπᾶται· χρόνῳ δὲ πολλῷ ῥιζωθὲν, οὐκέτι, ἀλλὰ πολλῆς δεῖται τῆς μοχλείας· καὶ οἰκοδομὴ νεοπαγὴς μὲν οὖσα, περιτρέπεται εὐκόλως ὑπὸ τῶν ἐνοχλούντων· παγεῖσα δὲ καλῶς, πολλὰ παρέχει τοῖς καθαιρεῖν ἐπιχειροῦσι τὰ πράγματα· καὶ θηρίον τόποις ἐμφιλοχωρῆσαν πολλῷ χρόνῳ δυσκόλως ἐλαύνεται. Τοῖς μὲν οὖν οὐδέπω κατασχεθεῖσιν ὑπὸ τοῦ πάθους παρακαλῶ μὴ ἀλῶναι· εὐκολώτερον γὰρ φυλάξασθαι μὴ ἐμπεσεῖν, ἢ ἐμπεσόντας ἀποστῆναι. Τοῖς δὲ κατασχεθεῖσι καὶ κατερῥαγμένοις, ἐὰν θελήσωσιν ἐπιδοῦναι ἑαυτοὺς ἰατρῷ τῷ λόγῳ, πολλὴν ἐπαγγέλλομαι σωτηρίας ἐλπίδα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Ἂν γὰρ τοὺς παθόντας καὶ περιπεσόντας τῷ νοσήματι, καὶ ἀνενεγκόντας ἐννοήσωσι, χρηστὰς ἕξουσιν ἐλπίδας ὑπὲρ τῆς τοῦ νοσήματος ἀπαλλαγῆς. Τίς οὖν περιέπεσε τῷ νοσήματι τούτῳ, καὶ ἀπηλλάγη ῥᾳδίως; Ὁ Ζακχαῖος ἐκεῖνος. Τί γὰρ τελώνου μᾶλλον φιλοχρήματον γένοιτ' ἄν; Ἀλλ' ἀθρόον ἐγένετο φιλόσοφος, καὶ πᾶσαν ἔσβεσε τὴν πυράν. Ὁ Ματθαῖος ὁμοίως· καὶ γὰρ καὶ οὗτος τελώνης ἦν, ἐν ἁρπαγῇ διηνεκεῖ ζῶν. Ἀλλὰ καὶ οὗτος ἀθρόον ἀπεδύσατο τὴν βλάβην, καὶ τὸ δίψος ἔσβεσε, καὶ πραγματείαν μετῆλθε πνευματικήν. Τούτους τοίνυν καὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς ἐννοῶν, μηδὲ σὺ ἀπογνῷς. Ἂν γὰρ θέλῃς, δυνήσῃ ταχέως ἀνενεγκεῖν. Καὶ εἰ βούλει, κατὰ τὸν τῶν ἰατρῶν νόμον καὶ τὰ πρακτέα σοι μετὰ ἀκριβείας ὑπαγορεύσομεν. Δεῖ τοίνυν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκεῖνο κατορθοῦν, τὸ μὴ ἀπογινώσκειν μηδὲ ἀπελπίζειν ἑαυτῶν τὴν σωτηρίαν· μετὰ τοῦτο μὴ τὰ τῶν κατωρθωκότων παραδείγματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐναπομεινάντων παθήματα ἐνορᾷν. Ὥσπερ γὰρ ἐνενοήσαμεν τὸν Ζακχαῖον καὶ τὸν Ματθαῖον, οὕτω δὴ καὶ τὸν Ἰούδαν λογίσασθαι χρὴ, καὶ τὸν Γιεζῆ, καὶ τὸν Ἄχαρ, καὶ τὸν Ἀχαάβ, καὶ τὸν Ἀνανίαν, καὶ τὴν Σάπφειραν· ἵνα δι' ἐκείνων μὲν τὴν ἀπόγνωσιν ἐκβάλωμεν, διὰ τούτων δὲ τὴν ῥᾳθυμίαν ἐκκόψωμεν, μηδὲ ὑπτία γένηται ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τῶν ὑπαγορευομένων παραίνεσιν· καὶ παιδεύσωμεν ἑαυτοὺς λέγειν, ἃ τότε τῷ Πέτρῳ προσελθόντες ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι· *Τί δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶμεν;* καὶ ἀκουέτωσαν ἃ χρὴ ποιεῖν. Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; Εἰδέναι τὴν εὐτέλειαν τῶν πραγμάτων, καὶ πῶς δραπέτης οἰκέτης καὶ ἀγνώμων ἐστὶν ὁ πλοῦτος, καὶ μυρίοις περιβάλλει κακοῖς τοὺς ἔχοντας· καὶ τὰ τοιαῦτα αὐτοῖς συνεχῶς [94] ἐπᾴδωμεν ῥήματα. Καὶ καθάπερ ἰατροὶ τοὺς κάμνοντας ψυχρὸν αἰτοῦντας παραμυθοῦνται, παρέχειν λέγοντες, καὶ πηγὴν προφασιζόμενοι καὶ ἄγγος καὶ καιρὸν καὶ πολλὰ τοιαῦτα (ἂν γὰρ ἀθρόον ἀνανεύσωσιν, ὑπὸ τῆς μανίας αὐτοὺς ἀγριοῦσθαι παρασκευάζουσι)· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς πρὸς τοὺς φιλοχρημάτους ποιῶμεν· καὶ ὅταν λέγωσιν, ὅτι Πλουτῆσαι βουλόμεθα, μὴ λέγωμεν εὐθέως, ὅτι κακὸν ὁ πλοῦτος, ἀλλὰ συνθώμεθα, καὶ εἴπωμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς τοῦτο βουλόμεθα, ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι, ἀλλὰ πλοῦτον ἀληθῆ, ἀλλὰ τὸν ἡδονὴν ἔχοντα ἀθάνατον, ἀλλὰ τὸν σοὶ συλλεγόμενον, καὶ μὴ ἑτέροις, πολλάκις δὲ καὶ ἐχθροῖς· καὶ τοὺς περὶ φιλοσοφίας λόγους εἰς μέσον ἄγωμεν, καὶ λέγωμεν, ὅτι Οὐ κελεύομεν μὴ πλουτεῖν, ἀλλὰ κακῶς μὴ πλουτεῖν· ἔξεστι γὰρ πλουτεῖν, ἀλλὰ χωρὶς πλεονεξίας, χωρὶς ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ τοῦ παρὰ πάντων ἀκούειν κακῶς. Καὶ τούτοις αὐτοὺς προλεαίνοντες τοῖς λόγοις, μηδέπω περὶ γεέννης διαλεγώμεθα· οὐ γὰρ ἀνέχεται ὁ κάμνων εὐθέως [a] τῶν τοιούτων ῥημάτων. Διόπερ ἀπὸ τῶν παρόντων ἅπαντας τοὺς περὶ τούτων ποιώμεθα λόγους, καὶ λέγωμεν· Τί βούλει ἀπὸ πλεονεξίας πλουτεῖν; ἵνα ἑτέροις μὲν τὸ χρυσίον ἀποκέηται καὶ τὸ ἀργύριον, σοὶ δὲ ἀρὰ καὶ κατηγορίαι μυρίαι; καὶ ὁ ἀποστερηθεὶς ὑπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων δάκνηται χρείας [b], καὶ ὁλοφύρηται, καὶ μυρίους ἐφέλκηταί σοι κατηγόρους, καὶ τῆς ἐσπέρας καταλαβούσης περιίῃ τὴν ἀγορὰν, ἐν τοῖς στενωποῖς ἐντυγχάνων πᾶσι, καὶ διαπορούμενος καὶ οὐδὲ ὑπὲρ τῆς νυκτὸς θαῤῥεῖν ἔχων; Πῶς γὰρ ἂν καθευδήσειε λοιπὸν, ὑπὸ τῆς γαστρὸς δακνόμενος, ἀγρυπνῶν, λιμῷ πολιορκούμενος, πάγου πολλάκις ὄντος καὶ ὑετοῦ καταφερομένου; Καὶ σὺ μὲν ἐκ βαλανείου λελουμένος ἐπανέρχῃ, μαλακοῖς θαλπόμενος ἱματίοις, γεγηθὼς καὶ χαίρων, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἕτοιμον τρέχων πολυτελές· ἐκεῖνος δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ καὶ τοῦ λιμοῦ συνεχῶς ἐλαυνόμενος, περιέρχεται συγκεκυφὼς καὶ χεῖρας προτείνων· καὶ οὐδὲ θαῤῥῶν ἀδεῶς τῷ ἐμπεπλησμένῳ καὶ ἀναπεπαυμένῳ ῥήματα προσενεγκεῖν ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, πολλάκις δὲ καὶ ὑβρισθεὶς ἀνεχώρησεν. Ὅταν οὖν ἀνέλθῃς οἴκαδε, ὅταν ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἀνακλιθῇς [c], ὅταν φῶς ᾖ περὶ τὸν οἶκον λαμπρὸν, ὅταν ἑτοίμη καὶ δαψιλὴς ἡ τράπεζα, τότε ἀναμνήσθητι τοῦ ταλαιπώρου καὶ ἀθλίου ἐκείνου, τοῦ περιιόντος κατὰ τοὺς κύνας ἐν τοῖς στενωποῖς καὶ τῷ σκότῳ καὶ τῷ πηλῷ,

[a] Reg., οὐδέπω. [b] Reg., τροφῆς. [c] Reg., καταλιθῇς.

Digitized by Google

bris circumfunditur. Ecquid opus est dicere domos et argentarias officinas? Puto enim illos si vel in pictura vel in imagine divitias illas viderint, discerpi, efferari et in rabiem verti : adeo ut undique tenebris offundantur. Nam si regiam imaginem conspiciant, non mirantur lapillorum pulchritudinem, non aurum, non vestem purpuream, sed liquefiunt; et sicut infelix ille amator, si amasiæ imaginem viderit, inanimatæ rei hæret affixus : ita et hic inanimatam videns divitiarum imaginem, hoc ipsum magis patitur, utpote magis tyrannico detentus morbo : et oportet demum vel domi manere, vel in forum venientem, mille plagis acceptis domum repetere : multa enim illius oculos dolore afficiunt. Ac quemadmodum ille nihil aliud videt quam mulierem, ita et iste pauperes quidem et alia omnia præterit, ut ne consolationem quidem accipiat : in opulentos autem oculos dirigit, ex aspectu illo multum in animam suam inducens ignem. Ignis quippe est, qui vehementer consumit illum, qui in ipsum incidit : atque etiamsi nec gehennæ, nec supplicii minæ intentatæ fuissent, hæ res præsentes essent supplicium, assidue nempe torqueri, neque morbi finem invenire. Et hæc satis essent, ut ab hujusmodi ægritudine avocarent : sed nihil pejus amentia, quæ id efficit ut rebus mœrorem et nihil lucri afferentibus illi hæreant. Quamobrem, obsecro, incipientem animi morbum exstinguatis. Sicut enim febris initio non valde siti adurit ægrotantes; cum autem creverit et flammam excitaverit, tunc sitim parit inexstinguibilem ; etiamsi vero quis potum ipsis largiter præbeat, non exstinguit, sed accendit fornacem : sic etiam in hoc morbo accidit. Si initio cum animam nostram invadit, non impediamus, neque fores ipsi claudamus, ingressus demum incurabilem excipientibus parit ægritudinem. Etenim et bona et mala, cum diutius in nobis manserint, potentiora fiunt.

5. In omnibusque aliis idipsum videre est. Nam planta recens insita, facile evellitur ; si longo tempore egerit radices, non item, sed valido opus est vecte : et ædificium recens facile evertitur; cum vero firmitatem acceperit, difficile a conantibus decutitur: et fera quæ longo tempore alicubi mansit, ægre dispellitur. Illos igitur, qui nondum a morbo illo detinentur, rogo ne capiantur: facilius quippe est cavere ne cadant, quam lapsos exsilire. Illis vero, qui jam inciderunt et a morbo illo correpti sunt, si rationi medico se dedere velint, multam salutis spem per Dei gratiam polliceor. Nam si eos qui in morbum inciderunt et postea convaluerunt cogitaverint, bonam spem habebunt fore ut a morbo liberentur. Quis ergo incidit in hunc morbum, et facile liberatus est? Zacchæus ille. Quis enim publicano pecuniæ cupidior fuerit? Sed statim philosophus effectus est, et totum exstinxit incendium. Similiter Matthæus : nam et ille publicanus erat, in perpetua rapina vivens. Sed is quoque repente noxam exuit, sitim exstinxit, et negotiationem adiit spiritualem. Hos ergo et his similes tecum reputans, nec tu desperes. Si velis enim, cito poteris emergere. Et, si velis, secundum medicorum legem ea quæ agenda sunt tibi accurate præscribemus. Oportet ergo ante alia omnia hoc recte gerere, non animum despondere neque desperare de salute sua : deinde non modo eorum qui recte fecerunt exempla, sed etiam eorum qui perseverarunt arrumnas inspicere. Sicut enim Zacchæum et Matthæum cogitavimus, ita et Judam animo reputare oportet, necnon Giezi, Achar, Achab, Ananiam et Sapphiram ; ut per illos desperationem ejiciamus, per hos vero socordiam exscindamus, neque supinus sit animus ad monita quæ præscribuntur : ac nos ipsos instituamus ad illa dicenda, quæ tunc ad Petrum accedentes Judæi dicebant : *Quid ergo oportet facere ut salvi simus* (*Act.* 2. 37)? et audiamus ea quæ facienda sunt. Quid ergo oportet facere? Nosse rerum vilitatem, et quod divitiæ sint servus fugitivus et ingratus, et quod possessores suos in mala injiciant innumerabilia : et ejusmodi verba assidue decantemus. Ac quemadmodum medici ægros frigidam postulantes consolantur, se præbituros dicentes, fontem commemorantes, et vas et tempus opportunum, pluraque hujusmodi (nam si statim negarent, in furorem et rabiem ipsos conjicerent) : ita et nos cum pecunias amantibus agamus : et cum dixerint, Divites esse volumus, ne statim dicamus malas esse divitias ; sed assentiamur et dicamus nos etiam hoc velle, sed in congruenti tempore, sed divitias veras, sed eas quæ voluptatem habeant immortalem, sed eas quæ colliguntur nobis, non aliis, sæpe autem et inimicis ; ac philosophiæ verba in medium afferamus ac dicamus; Non jubemus non divites esse, sed male divites esse vetamus : licet enim divitem esse, sed sine avaritia, sine rapina et vi, ita ut apud omnes male audiat dives hujusmodi. Iis illos verbis prius leniamus, necdum de gehenna loquamur : nam qui ægrotat, talia verba statim non ferret. Quamobrem ex præsentibus his de rebus verba faciamus et dicamus : Cur ex avaritia vis ditari, ut aliis aurum recondatur, tibi vero innumeræ imprecationes et criminationes? et qui illis privatus est, ex rerum necessariarum penuria mordeatur, ejulet, sexcentosque tibi attrahat accusatores, et adveniente vespera forum circumeat, et in angiportis omnes conveniat, dubius et anxius, ne de transigenda quidem nocte fidere audens. Quomodo enim jam dormiet, dum mordet venter, ipseque vigilat, fames obsidet, ingruit sæpe gelu et pluviæ decidunt? Et tu quidem ex balneo ablutus redis, mollibus amictus vestibus, lætus et gaudens ad lautam cœnam accurris : ille autem per forum a frigore et fame sæpe pulsus circumit, prono capite, manus extendens ; nec præ metu audet satiato et recumbenti verba proferre pro alimento necessario ; sæpe vero contumelia affectus recessit. Cum ergo domum reversus es, cum in lecto recumbis cum lux splendida ubique fulget in ædibus, cum lauta mensa parata est, tum recordare miseri et infelicis illius, qui, ut canes solent, in angiportis, in tenebris et luto circumit : etiamsi sæpe hinc abeat, non domum, non ad uxorem, sed in fœni stratum, ut et canes vi-

Digitized by Google

demus, qui per totam noctem rabidi latrant. Et tu quidem si parvam stillam videris e tecto delapsam, totam evertis domum, famulos vocans, omnia movens : ille vero jacens in pannis, fœno et luto, ingens tolerat frigus.

6. Quæ fera his non frangatur rebus? quis adeo sævus et inhumanus, hisce rebus non mansuetior reddatur? Sed quidam ad tantam immanitatem devenerunt, ut dicant ipsos digna pati. Cum oporteret enim misereri, lacrymari, et calamitatem simul solvere : illi vero ipsos inhumaniter accusant. Quos libenter interrogarem, Cur, quæso, digna patiuntur? an quod ali velint et non fame confici? Non, inquiet, sed quia otiosi sunt. Tu vero annon otiosus delicaris? Quid vero, annon opus sæpe exerces otio omni gravius, dum rapis, vim infers et avaritiæ studes? Melius esset si tu quoque huic te dederes otio : nam ita otiari melius est, quam avaritiæ studere. Nunc autem alienis etiam insultas calamitatibus, non modo in otio degens, nec modo opus aggrediens otio gravius, sed etiam in miseria degentes accusans. Ipsis quoque narremus alienas calamitates, immaturas orbitates, eos qui in carcere degunt, eos qui discerpuntur in judiciis, eos qui de vita timent, inopinatas mulierum viduitates, repentinas divitum mutationes, et hoc metu eorum animos molliamus. Nam per illas alienas narrationes suadebimus illis, ut eadem ipsa sibi timeant. Cum enim audierint, cujuspiam avari et raptoris filium, cujuspiam qui multa tyrannice fecerat uxorem, post mortem conjugis innumera passam esse mala, cum ii qui injuste læsi fuerant, in uxorem et filios irruissent, et commune bellum contra domum illius undique excitatum esset : etiamsi maxime omnium sensu destitutus sit, exspectans tamen se talia passurum, et suis timens ne similia patiantur, temperantior erit. Tota vita nostra talibus exemplis multis plena est, nec deficiet nobis hic corrigendi modus. Cum autem hæc dicimus, non quasi suadentes vel quasi consulentes hæc dicamus, ne molestior sit oratio, sed id tamquam narrationem proferamus; et ex alia consequentia ad similem semper narrationem veniamus, ac frequenter eis talia exempla proponamus, non concedentes ut alia quam hæc loquantur : Quomodo hujus domus splendida et illustris corruerit; quomodo ita deserta sit, ut ipsius bona omnia in aliorum manus inciderint; quot judicia quotidie de his facultatibus sunt constituta, quot negotia; quot ex famulis illius alii emendicant, alii in carcere conclusi mortui sunt. Et hæc omnia dicamus quasi lugentes eum, qui ex hac vita migravit, et quasi præsentia despicientes; ut et timore et misericordia emolliamus immitem illum animum. Et cum illos viderimus his narrationibus depressos, tunc demum illis de gehenna sermonem inferamus, non tamquam illos terrentes, sed ut alios commiserantes; et dicamus : Et quid oportet dicere præsentia? neque enim nostra his sunt limitibus circumscripta; sed gravius supplicium tales homines excipiet, et fluvius igneus et vermis venenosus et tenebræ interminabiles et supplicia immortalia. Si his illos incantemus narrationibus, et nos ipsos et illos corrigemus, atque ab ægritudine cito liberabimus, in dieque illo laudatorem Deum habebimus, ut et Paulus [1] dicit : *Et tunc laus erit unicuique a Deo.* Laus enim quæ ab hominibus procedit, et diffluit et aliquando non a bono animo proficiscitur : quæ autem a Deo est, et manet perpetuo et clare splendet. Quando enim is, qui omnia novit antequam fiant et ab omni passione vacuus est, laudat; tunc indubitata est virtutis demonstratio. Hæc ergo cum sciamus, talia operemur ut a Deo laudemur, et maxima consequamur bona : quæ utinam nos omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Morel. habet..... *cito liberabimus, ut et Paulus*, omissis interpositis.

HOMILIA XII.

CAP. 4. v. 6. *Hæc autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo propter vos, ut in nobis discatis non plus, quam scriptum est, sapere.*

1. Quamdiu molestis asperisque verbis opus fuit, scenam non aperuit; sed ac si ipse esset qui hæc audiret, sic loquebatur, ut dignitas personarum quæ accusabantur obsistens accusantibus, non permitteret ad iram commoveri : cum autem oporteret deinceps aliquid remittere, tunc posita larva, occultatas personas ostendit prolato Pauli et Apollo nomine. Ideo dicebat : *Hæc autem*, fratres, *transfiguravi in me et Apollo.* Et sicut in ægrotantibus, quando puerulus æger calcibus ferit, et aversatur cibos qui offeruntur a medicis, advocatum patrem vel pædagogum, ii qui assident, jubent ex medici manu accipere, et cibos afferre, ut ex timore ipsorum pueri accipiant et quiescant : sic et Paulus cum pro aliis esset accusaturus, illis quidem ut qui injuria afficerentur, his vero ut qui supra modum honorarentur, personas quidem eorum non protulit, sed suo et Apollo nomine sermonem adhibuit, ut eos reveriti, medicinam acciperent : postquam autem acceperunt, tunc demum aperuit de quibusnam hæc loqueretur. Hæc autem non simulatio erant, sed attemperatio et œconomia. Nam si aperte dixisset, Viros sanctos et admirabiles judicatis, id certe ægre tulissent et resiliissent : nunc vero cum dixisset, *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer;* et rursum, *Quis est Paulus? quis Apollo.* acceptabilem orationem effecit. Propterea dixit *Hæc autem in me transfiguravi propter vos, ut in nobis discatis non plus quam scriptum est sapere;* ostendens quod si de illis verba fecisset, non didicissent ea quæ discere oportebat, neque correctionem accepissent, ea quæ dicebantur moleste ferentes. Nunc autem

Digitized by Google

καίτοι πολλάκις ἐκεῖθεν ἀπιόντος οὐκ εἰς οἰκίαν οὐδὲ πρὸς γυναῖκα, οὐδ' εἰς εὐνὴν, ἀλλ' εἰς στιβάδα χόρτου, καθάπερ τοὺς κύνας ὁρῶμεν δι' ὅλης λυττῶντας νυκτός. Καὶ σὺ μὲν, κἂν μικράν τινα σταγόνα κατενεχθεῖσαν ἀπὸ τῆς στέγης ἴδῃς, πάντα ἀνατρέπεις τὸν οἶκον, οἰκέτας καλῶν, πάντα κινῶν · ἐκεῖνος δὲ ἐν ῥακίοις καὶ χόρτῳ καὶ πηλῷ κείμενος, ἅπαντα ὑπομένει τὸν κρυμόν.

πόλεως, καὶ χρήματα ἀναλίσκεις, καὶ ἐκ τῶν δημοσίων αὐτοὺς τρέφεις δαπανημάτων. Ἀλλ' ἄτιμοι, φησὶν, εἰσί. Τί οὖν αὐτοὺς παιδοτριβεῖς; τί οὖν διὰ τῶν ἀτίμων τοὺς βασιλέας τιμᾷς; τί δὲ τὰς πόλεις ἐκτραχηλίζεις; τί δὲ εἰς αὐτοὺς τοσαῦτα δαπανᾷς; εἰ γὰρ ἄτιμοί εἰσιν, ἀπελαύνεσθαι ἐχρῆν τοὺς ἀτίμους. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἀτίμους εἰργάσω; ὡς ἐπαινῶν, ἢ ὡς κατεγνωκώς; [104] Δηλονότι ὡς κατεγνωκώς. Εἶτα ὡς μὲν κατεγνωκὼς ἀτίμους ποιεῖς, ὡς δὲ ἐντίμους τρέχεις ὀψόμενος, καὶ θαυμάζεις καὶ ἐπαινεῖς, καὶ κροτεῖς; Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰς μαγγανείας τὰς ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, τὰς ἐν ταῖς τῶν θηρίων ἀμίλλαις; Πάσης γὰρ καὶ ἐκεῖνα παραπληξίας μεστὰ, παιδεύει τὸν δῆμον συνεχῶς ἀνηλεῆ τινα ἔχειν καὶ ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον τρόπον [a], καὶ γυμνάζει ὁρᾷν ἀνθρώπους σπαραττομένους καὶ αἷμα καταῤῥέον καὶ θηρίων ὠμότητα πάντα συγχέουσαν. Καὶ ταῦτα πάντα οἱ σοφοὶ νομοθέται ἐξ ἀρχῆς ἐπεισήγαγον τὰ νοσήματα, καὶ κροτοῦσιν αἱ πόλεις καὶ θαυμάζουσι. Ἀλλ', εἰ βούλει, ταῦτα ἀφέντες, ἃ φανερῶς μὲν καὶ ὁμολογουμένως ἐστὶν ἄτοπα, τοῖς δὲ ἔξωθεν νομοθέταις οὐκ ἔδοξεν, ἐπὶ τὰ σεμνὰ προστάγματα ἔλθωμεν, καὶ ὄψει καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν δόξης διεφθαρμένα. Ὁ γὰρ γάμος πρᾶγμα τίμιον εἶναι δοκεῖ καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς ἔξωθεν· καὶ ἔστι τίμιον· ἀλλὰ γάμων τελουμένων, τοσαῦτα καταγέλαστα γίνεται πράγματα, ὅσα αὐτίκα ἀκούσεσθε. Ὑπὸ γὰρ τῆς συνηθείας οἱ πολλοὶ κατεχόμενοι καὶ παραλογιζόμενοι, οὐδὲ διαγινώσκουσιν αὐτῶν τὸ ἄτοπον, ἀλλ' ἑτέρων δέονται τῶν διδασκόντων. Καὶ γὰρ χορεῖαι καὶ κύμβαλα καὶ αὐλοὶ καὶ ῥήματα καὶ ᾄσματα αἰσχρὰ καὶ μέθαι καὶ κῶμοι καὶ πολὺς ὁ τοῦ διαβόλου τότε ἐπεισάγεται φορυτός. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι δόξω καταγέλαστος εἶναι τούτων ἐπιλαμβανόμενος, καὶ πολλὴν ὀφλήσω παρὰ τοῖς πολλοῖς ἄνοιαν, τοὺς παλαιοὺς νόμους μετακινῶν· ὅπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, πολὺς τῆς συνηθείας ὁ παραλογισμός· ἀλλ' ὅμως οὐ παύσομαι ταῦτα λέγων. Ἴσως γὰρ, ἴσως, κἂν μὴ πάντες, ἀλλ' ὀλίγοι τινὲς ἡμᾶς ἀποδέξονται, καὶ αἱρήσονται καταγελᾶσθαι μεθ' ἡμῶν, ἢ γελᾷν ἡμᾶς μετ' ἐκείνων γέλωτα δακρύων ἄξιον καὶ πολλῆς κολάσεως καὶ τιμωρίας. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν εἴη τῆς ἐσχάτης καταγνώσεως ἄξιον, παρθένον θαλαμευθεῖσαν διόλου, καὶ μαθοῦσαν αἰδεῖσθαι ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, ἀθρόον ἀναγκάζειν ἅπασαν ἐκχεῖν τὴν αἰδὼ, καὶ ἐκ προοιμίων τοῦ γάμου τὴν ἀναισχυντίαν παιδεύειν, καὶ ἀσελγέσι καὶ ἀσέμνοις ἀνδράσι καὶ πόρνοις καὶ μαλακοῖς εἰς μέσον αὐτὴν προτιθέναι; ποῖον γὰρ οὐ φυτευθήσεται τῇ νύμφῃ κακὸν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης; Ἀναισχυντία, ἰταμότης, ἀναίδεια, δόξης ἔρως ἀτόπου· καὶ γὰρ ἐθελήσουσι τὰς ἡμέρας δὴ πάσας τοιαύτας ἔχειν. Ἐντεῦθεν πολυτελεῖς αἱ γυναῖκες γίνονται [b] καὶ δαπανηραὶ, ἐντεῦθεν ἀναιδεῖς, ἐντεῦθεν αὐταῖς τὰ μυρία κακά. Καὶ μή μοι λέγε τὴν συνήθειαν. Εἰ μὲν γὰρ πονηρὸν, μηδὲ ἅπαξ γινέσθω· εἰ δὲ ἀγαθὸν, ἀεὶ γινέσθω. Εἰπὲ γάρ μοι, τὸ πορνεύειν οὐ πονηρόν; ἆρα οὖν συγχωρήσομεν κἂν ἅπαξ τοῦτο γενέσθαι; Οὐδαμῶς. Διὰ τί; Ὅτι κἂν ἅπαξ γένηται, πονηρόν ἐστιν ὁμοίως. Ὥστε καὶ τὸ φαιδρύνεσθαι τὴν νύμφην οὕτως, εἰ μὲν ἔστι πονηρὸν, μηδὲ ἅπαξ γινέσθω· εἰ δὲ οὐ πονηρὸν, καὶ ἀεὶ γινέσθω.

[105] Τί οὖν, φησὶ, διαβάλλεις τὸν γάμον, εἰπέ μοι; Μὴ γένοιτο· οὐχ οὕτω μαίνομαι, ἀλλὰ τὰ κακῶς ἐπισυρόμενα τῷ γάμῳ, τὰ ἐπιτρίμματα, τὰς ὑπογραφὰς, τὴν ἄλλην περιεργίαν ἅπασαν. Καὶ γὰρ πολλοὺς ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης λήψεται τοὺς ἐραστὰς καὶ πρὸ τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικεῖν. Ἀλλὰ πολλοὶ θαυμάσονται τὴν γυναῖκα τῆς ὥρας. Καὶ τί τοῦτο; Ἂν μὲν γὰρ σώφρων ᾖ, μόλις διαφεύξεται τὴν πονηρὰν ὑποψίαν· εἰ δὲ ἡμελημένη, ταχέως καὶ ἁλώσεται, ἀφορμὴν ἀσελγείας λαβοῦσα τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Ἀλλ' ὅμως τοσούτων ὄντων κακῶν, ὅταν μὴ ταῦτα γένηται, ὕβριν τὸ πρᾶγμα καλοῦσιν οἱ βοσκημάτων οὐδὲν ἀμείνους, καὶ δεινὸν ποιοῦνται τὸ μὴ πολλοῖς φαίνεσθαι τὴν γυναῖκα, μηδὲ προκεῖσθαι θέατρον κοινὸν τοῖς ὁρῶσι. Καίτοι γε ὕβριν ἐχρῆν νομίζειν τὰ γινόμενα καὶ γέλωτα καὶ κωμῳδίαν· ἐπεὶ καὶ νῦν οἶδα, ὅτι πολλὴν ἄνοιαν καὶ γέλωτα ἡμῶν καταγνώσονται· ἀλλ' οἴσω τὸν γέλωτα, ὅταν τι γένηται κέρδος. Καὶ γὰρ ἂν εἴην καταγέλαστος, εἰ παραινῶν τῆς τῶν πολλῶν δόξης καταφρονεῖν, αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων χειρωθείην τῷ πάθει. Ἴδε τὰ ἐντεῦθεν λοιπόν· οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑσπέρᾳ μεθύοντας ἄνδρας καὶ κεκαρωμένους καὶ πεπυρωμένους ὑπὸ τῆς τρυφῆς, οἱ κάλλος [c] ὄψεως ὁρᾷν παρασκευάζουσι παρθενικῆς. Καὶ οὐδὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς εἰς ἐπίδειξιν ἐκπομπεύουσι, μετὰ λαμπάδων αὐτὴν παραπέμπουντες ἐν ἑσπέρᾳ βαθείᾳ, ὡς πᾶσιν αὐτὴν ἐπιδείκνυσθαι, δι' ὧν ποιοῦσιν οὐδὲν ἕτερον παραινοῦντες, ἢ ὅτι πᾶσαν ἀποδύσασθαι χρὴ λοιπὸν τὴν αἰδώ. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἵστανται, ἀλλὰ μετὰ αἰσχρῶν ῥημάτων αὐτὴν ἄγουσι· καὶ τοῦτο νόμος ἐστὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς. Καὶ δραπέται καὶ μαστιγίαι μυρίοι τινὲς καὶ ὀλέθριοι μετὰ ἀδείας λοιπὸν ἅπαντα φθέγγονται, ἅπερ ἂν βούλωνται, εἴς τε ἐκείνην εἴς τε τὸν ἐκείνῃ συνοικεῖν μέλλοντα· καὶ σεμνὸν μὲν οὐδὲν, πάντα δὲ ἀσχημοσύνης γέμοντα. Καλὴν δὲ οὐχ ἕξει διδασκαλίαν σωφροσύνης ἡ νύμφη, τοιαῦτα μὲν ὁρῶσα, τοιαῦτα δὲ ἀκούουσα; Καὶ ἄμιλλά τίς ἐστι διαβολικὴ τῶν τὰ τοιαῦτα παραινούντων, ὑπερβάλλεσθαι θατέρους τῇ τῶν ὀνειδῶν καὶ τῇ τῶν αἰσχρῶν ῥημάτων φιλοτιμίᾳ, δι' ὧν καταισχύνουσι τοὺς συνιόντας, κἀκεῖνοι νικήσαντες ἀπῆλθον, ὅσοι πλείονα τὰ ὀνείδη καὶ μείζονα τὰ αἰσχρὰ προσέῤῥιψαν. Καὶ οἶδά μὲν ὅτι φορτικός τίς εἰμι καὶ ἐπαχθὴς καὶ δύσκολος, ὡς ἡδονήν τινα περικόπτων τοῦ βίου. Διὰ γὰρ τοῦτο πενθῶ, ὅτι τὰ ἀηδῆ ἡδονή τις εἶναι νενόμισται. Πῶς γὰρ οὐκ ἀηδὲς, εἰπέ μοι, τὸ ὑβρίζεσθαι καὶ λοιδορεῖσθαι, τὸ παρὰ πάντων ἀτιμάζεσθαι μετὰ τῆς νύμφης; Κἂν μὲν εἴς τις τῆς ἀγορᾶς τὴν συνοικοῦσαν εἴπῃ κακῶς, μυρία κινεῖ πράγματα, καὶ ἀβίωτον εἶναι τὸν βίον νομίζεις· τῆς δὲ πόλεως παρούσης ἁπάσης ἀσχημονῶν μετὰ τῆς συνοικεῖν μελλούσης, χαίρεις καὶ καλλωπίζῃ; καὶ πόσης ταῦτα μανίας; Ἀλλὰ συνήθεια τὸ πρᾶγμά ἐστι, φησί. Διὰ γὰρ τοῦτο θρηνεῖν μάλιστα ἄξιον, [106] ὅτι ἐν συνηθείᾳ τὸ πρᾶγμα κατέκλεισεν ὁ διάβολος. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ γάμος πρᾶγμά ἐστι σεμνὸν, καὶ τὸ γένος ἡμῶν συγκροτοῦν, καὶ πολλῶν αἴτιον ἀγαθῶν, δακνόμενος ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος [d], καὶ εἰδὼς ὅτι κατὰ τῆς πορνείας ἐπιτετείχισται, ἑτέρως πορνείαν ἐπεισάγει πᾶσαν. Πολλαὶ γοῦν ἐν ταῖς τοιαύταις συνόδοις καὶ κατῃσχύνθησαν παρθένοι· εἰ δὲ μὴ παντᾳχοῦ, ἀλλ' ἀρκεῖ τῷ δαίμονι τέως ἐκεῖνα τὰ ῥήματα καὶ τὰ ᾄσματα ἐκεῖνα τὰ πονηρὰ, καὶ παραδειγματίσαι τὴν νύμφην, καὶ ἐκπομπεῦσαι τὸν νυμφίον διὰ τῆς ἀγορᾶς. Εἶτ' ἐπειδήπερ ἐν ἑσπέρᾳ ταῦτα γίνεται, ἵνα μηδὲ τὸ σκότος πραπέτασμα ᾖ τῶν κακῶν τούτων, ἐπεισάγονται λαμπάδες πολλαὶ οὐκ ἐῶσαι λαν-

[a] τρόπον deest in editis, sed habetur in Regio codice, recte. [b] Γίνονται in Regio cod. habetur, in editis deest.

[c] Reg., τρυφῆς εἰς κάλλος, forte melius. [d] Reg., ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος. Mox Morel. male, μετὰ τῆς πορνείας.

Digitized by Google

θάνειν τὴν ἀσχημοσύνην. Τί γὰρ ὁ πολὺς ὄχλος βούλεται; τί δὲ ἡ μέθη; τί δὲ αἱ σύριγγες; οὐκ εὔδηλον ὅτι ἵνα μηδὲ οἱ ἐν ταῖς οἰκίαις ὄντες, καὶ βαπτιζόμενοι ὕπνῳ βαθεῖ, ταῦτα ἀγνοῶσιν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σύριγγος διεγειρόμενοι, καὶ ἄνωθεν ἀπὸ τῶν δρυφάκτων κατακύπτοντες, μάρτυρες γένωνται τῆς κωμῳδίας ἐκείνης; Τί ἂν τις εἴποι τὰς ᾠδὰς αὐτὰς, αἳ πάσης γέμουσιν ἀκολασίας, ἔρωτας ἀτόπους καὶ μίξεις παρανόμους καὶ οἰκιῶν ἀνατροπὰς καὶ μυρίας ἐπεισάγουσαι τραγῳδίας, καὶ πολὺ τὸ τοῦ φίλου καὶ ἐρῶντος ὄνομα ἔχουσαι, καὶ τὸ τῆς φίλης καὶ ἐρωμένης; Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ παρθένοι παραγίνονται τούτοις, πᾶσαν ἀποδυσάμεναι τὴν αἰδὼ, εἰς τὴν τῆς νυμφευομένης τιμὴν, μᾶλλον δὲ ὕβριν, καὶ τὴν ἑαυτῶν προπίνουσαι σωτηρίαν [a], καὶ μεταξὺ νέων ἀκολάστων ἀσχημονοῦσαι τοῖς ἀτάκτοις ᾄσμασι, τοῖς αἰσχροῖς ῥήμασι, τῇ σατανικῇ συμφωνίᾳ. Ἔτι οὖν ἐρωτᾷς, εἰπέ μοι, πόθεν μοιχεῖαι; πόθεν πορνεῖαι; πόθεν διαφθοραὶ γάμων; Ἀλλ' οὐκ εὐγενεῖς οὐδὲ εὐσχήμονες ταῦτα πράττουσι, φησί. Πῶς οὖν ἐμοῦ καταγελᾷς, αὐτὸς πρὸ ἐμοῦ τὸν νόμον τοῦτον εἰδώς; Εἰ γὰρ καλὰ τὰ γινόμενα, ἔασον κἀκείνας ταῦτα ποιεῖν. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ πενίᾳ συζῶσιν αὗται, οὐχὶ καὶ αὗται παρθένοι εἰσὶ, καὶ σωφροσύνης ἐπιμελεῖσθαι καὶ αὐτὰς χρή; Νῦν δὲ ὀρχεῖται παρθένος ἐν κοινῷ θεάτρῳ νέων ἀκολάστων [b], εἰπέ μοι, καὶ οὐ δοκεῖ σοι τῆς πόρνης εἶναι ἀτιμοτέρα; Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι θεραπαινίδες ταῦτα ἐργάζονται, οὐδὲ οὕτως ἀφίημί σε τῆς κατηγορίας· οὐδὲ γὰρ ταύταις ἐπιτετράφθαι ἐχρῆν.

η'. Ἀπὸ γὰρ τούτων πάντα τίκτεται τὰ κακὰ, ὅτι τῆς οἰκετίας οὐδένα ποιούμεθα λόγον· ἀλλ' ἀρκεῖ εἰς καταφρόνησιν τὸ εἰπεῖν, ὅτι Δοῦλός ἐστι καὶ εἰσὶ θεραπαινίδες· καίτοι γε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀκούοντες, ὅτι *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ δοῦλος, οὐκ ἐλεύθερος.* Σὺ δὲ ἵππου μὲν οὐ καταφρονεῖς οὐδὲ ὄνου, ἀλλὰ πάντα ποιεῖς ὥστε μὴ γενέσθαι φαύλους· δούλων δὲ τῶν ὁμοψύχων ὑπερορᾷς; Καὶ τί λέγω δούλων, ὅπου γε καὶ παίδων καὶ θυγατέρων; Τί δὴ μετὰ ταῦτα; Ἀνάγκη λύπην εὐθέως ἐπεισιέναι, πάντων ἐκείνων καθαιρουμένων· πολλάκις δὲ καὶ ζημίαν τίκτεσθαι μεγίστην, ἐν τῷ πλήθει καὶ τῷ θορύβῳ πολυτίμων τινῶν ἀπολλυμένων χρυσίων. Εἶτα μετὰ τὸν γάμον εἴ ποτε γένοιτο παιδίον, καὶ ἐνταῦθα πάλιν τὴν αὐτὴν [107] ἄνοιαν ὀψόμεθα, καὶ πολλὰ σύμβολα γέλωτος γέμοντα. Καὶ γὰρ ἡνίκα ἂν καλεῖσθαι τὸ παιδίον δέῃ, ἀφέντες ἀπὸ τῶν ἁγίων αὐτὸ καλεῖν, ὡς οἱ παλαιοὶ τὸ πρῶτον ἐποίουν, λύχνους ἅψαντες καὶ ὀνόματα αὐτοῖς ἐπιτιθέντες, τῷ διαρκέσαντι μέχρι πολλοῦ τὸ παιδίον ποιοῦσιν ὁμώνυμον [c], ἐντεῦθεν πολὺν αὐτὸ στοχαζόμενοι βιώσεσθαι χρόνον. Εἶτα ἐπειδὰν συμβῇ πολλάκις αὐτὸ ἄωρον ὑποστῆναι θάνατον (συμβαίνει δὲ πολλάκις), πολὺς ἔψεται παρὰ τοῦ διαβόλου γέλως, ὅτι ὡσεὶ παῖδας ἀνοήτους διέπαιξε.

Τί ἂν τις εἴποι τὰ περίαπτα καὶ τοὺς κώδωνας τοὺς τῆς χειρὸς ἐξηρτημένους καὶ τὸν κόκκινον στήμονα, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πολλῆς ἀνοίας γέμοντα, δέον μηδὲν ἕτερον τῷ παιδὶ περιτιθέναι, ἀλλ' ἢ τὴν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ φυλακήν; Νῦν δὲ οὗτος μὲν καταπεφρόνηται ὁ τὴν οἰκουμένην ἐπιστρέψας ἅπασαν, καὶ χαλεπὴν δοὺς τῷ διαβόλῳ πληγὴν, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ καταστρέψας τὴν δύναμιν· κρόκη δὲ καὶ στήμων καὶ τὰ ἄλλα περιάμματα τὰ τοιαῦτα τοῦ παιδίου ἐμπιστεύονται τὴν ἀσφάλειαν. Εἶπω τι τούτου καταγελαστότερον ἕτερον; Ἀλλὰ μηδεὶς ἀκαιρίαν ἡμῶν καταγινωσκέτω, εἰ καὶ μέχρι τούτων πρόεισιν ὁ λόγος. Ὁ γὰρ τὴν σηπεδόνα καθᾶραι βουλόμενος, οὐ παραιτήσεται προτέρας τὰς ἑαυτοῦ μολῦναι χεῖρας. Τί δήποτ' οὖν τοῦτό ἐστι τὸ καταγέλαστον; Ὃ μηδὲν μὲν εἶναι δοκεῖ (διὰ γὰρ τοῦτο στένω), ἀρχὴ δέ ἐστι παραφροσύνης καὶ παρανοίας ἐσχάτης [d]. Βόρβορον αἱ γυναῖκες ἐν τῷ βαλανείῳ λαμβάνουσαι τροφοὶ καὶ θεραπαινίδες, καὶ τῷ δακτύλῳ χρίσασαι, κατὰ τοῦ μετώπου τυποῦσι τοῦ παιδίου· κἂν ἔρηταί τις, Τί βούλεται ὁ βόρβορος, τί δὲ ὁ πηλός; Ὀφθαλμὸν πονηρὸν ἀποστρέφει, φησὶ, καὶ βασκανίαν καὶ φθόνον. Βαβαὶ τῆς ἰσχύος τοῦ βορβόρου καὶ τῆς τοῦ πηλοῦ δυνάμεως, ἡλίκην ἔχει τὴν ἰσχύν! Ὁλόκληρον τοῦ διαβόλου παράταξιν ἀποστρέφει. Οὐκ ἐγκαλύψεσθε, εἰπέ μοι; οὐ συνήσετε ὀψέ ποτε τὰς παγίδας τὰς διαβολικὰς, πῶς ἐκ πρώτης ἡλικίας κατὰ μικρὸν ἐπεισάγει τὰς παρ' ἑαυτοῦ μηχανὰς ὁ διάβολος; Εἰ γὰρ ὁ βόρβορος τοῦτο ποιεῖ, διὰ τί μὴ καὶ σὺ τοῦτο ποιεῖς ἐπὶ τοῦ σαυτοῦ μετώπου, ἀνὴρ ὢν καὶ ἐν ἕξει γεγονὼς, καὶ μᾶλλον τοῦ παιδίου τοὺς φθονοῦντας ἔχων; διὰ τί μὴ καὶ ὅλον βορβοροῖς τὸ σῶμα; εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ μετώπου τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, τίνος ἕνεκεν οὐχ ὅλον σεαυτὸν βορβόρῳ καταχρίεις; Γέλως ταῦτα καὶ κωμῳδία σατανικὴ, οὐκ εἰς χλευασίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς γέενναν καταστρέφουσα τοὺς ἀπατωμένους. Καὶ τὸ μὲν παρ' Ἕλλησι ταῦτα γίνεσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ παρὰ τοῖς τὸν σταυρὸν προσκυνοῦσι, καὶ μυστηρίων ἀπορρήτων κεκοινωνηκόσι, καὶ τοσαῦτα φιλοσοφοῦσι ταύτην κρατεῖν τὴν ἀσχημοσύνην, τοῦτ' ἔστι τὸ πολλῶν θρήνων ἄξιον. Ὁ Θεός σε μύρῳ ἐτίμησε πνευματικῷ, καὶ σὺ βορβόρῳ μολύνεις τὸ παιδίον; ὁ Θεός σε ἐτίμησε, σὺ δὲ σαυτὸν ἀτιμάζεις; καὶ δέον τὸν σταυρὸν ἐπιγράφειν τῷ μετώπῳ, τὴν ἀσφάλειαν ἅμαχον παρέχοντα· σὺ δὲ ταῦτα ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν σατανικὴν ἄνοιαν καταπίπτεις; Εἰ δέ τισι ταῦτα μικρὰ εἶναι δοκεῖ, μανθανέτωσαν, ὅτι μεγάλων ἐστὶν αἴτια κακῶν, καὶ ὅτι οὐδὲ τῷ Παύλῳ τὰ μικρὰ παρορᾶν ἔδοξε. Τί γὰρ, εἰπέ [108] μοι, τοῦ καλύπτεσθαι ἄνθρωπον τὴν κεφαλὴν μικρότερον; Ἀλλ' ὅρα πόσην ὑπὲρ τούτου ποιεῖται σπουδὴν, καὶ μεθ' ὅσης ἀπαγορεύει σφοδρότητος, ἄλλα τε πολλὰ λέγων, καὶ ὅτι καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὁ κατακαλυπτόμενος καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ὁ βορβόρῳ χρίων, πῶς οὐχὶ καὶ βδελυκτὸν ποιεῖ τὸ παιδίον; πῶς γὰρ αὐτὸ προσάγει ταῖς χερσὶ τοῦ ἱερέως, εἰπέ μοι; πῶς ἀξιοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου σφραγῖδα ἐπιτεθῆναι παρὰ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου χειρὸς, ἔνθα τὸν βόρβορον ἐπέχρισας; Μὴ ταῦτα, μὴ, ἀδελφοὶ, ἀλλ' ἐκ πρώτης ἡλικίας πνευματικοῖς αὐτὰ περιφράττετε ὅπλοις, καὶ τῇ χειρὶ παιδεύετε σφραγίζειν τὸ μέτωπον· καὶ πρὶν ἢ δυνηθῆναι τῇ χειρὶ τοῦτο ποιεῖν, αὐτοὶ ἐντυποῦτε αὐτοῖς τὸν σταυρόν.

Τί ἂν τις εἴποι τὰς ἑτέρας παρατηρήσεις τὰς σατανικὰς ἐπὶ τῶν ᾠδίνων καὶ τῶν τοκετῶν, ἃς αἱ μαῖαι ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν ἐπεισάγουσι κεφαλῆς; τὰς ἐπὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς καθ' ἕκαστον ἐκφορὰς τὰς οἰμωγὰς, τοὺς κωκυτοὺς τοὺς ἀλόγους, τὴν ἐν τοῖς τάφοις ἄνοιαν, τὴν περὶ τὰ μνήματα σπουδὴν, τὸν ἀκαιρον καὶ καταγέλαστον τῶν θρηνῳδῶν γυναικῶν ἐσμὸν, τὰς τῶν ἡμερῶν παρατηρήσεις, τῶν εἰσόδων καὶ τῶν ἐξόδων; Τούτων οὖν, εἰπέ μοι, τὴν δόξαν θη-

[a] *Legebatur* τῆς ἑ. προτείνουσαι σωτηρίας. [b] Post ἀκολάστων Reg. addit αἰσχρῶς. [c] Reg., τὸν διαρκέσαντα μέχρι πολλοῦ τοῦ παιδίου ποιοῦσιν ὁμώνυμον. Editorum lectio quam sequimur, eamdem effert sententiam.

[d] Unus Reg., Ὃ μηδὲν μὲν εἶναι δοκεῖ κακὸν τοῖς πολλοῖς, ἀρχὴ δέ ἐστιν ἀπιστίας καὶ πράγμα παρανοίας ἐσχάτης.

Digitized by Google

lucernæ inducuntur multæ, quæ turpitudinem latere non sinunt. Quid enim sibi vult multa illa turba? quid ebrietas? quid fistulæ? nonne palam est hæc adhiberi, ut ne ii quidem, qui in domibus sunt, gravi somno obruti hæc ignorent, sed a fistulis excitati et superne ex cancellis sese inclinantes, testes sint illius comœdiæ? Quid dixeris de ipsis canticis, quæ omni plena sunt impudicitia, quæque absurdos amores, illegitimos concubitus, domorum eversiones et innumeras inducunt tragœdias, et sæpe nomen dilecti et amantis habent, nomenque dilectæ et amasiæ? Quodque gravius est, his adsunt virgines, quæ omnem exuerunt pudorem, in honorem sponsæ, imo in contumeliam; et salutem suam produnt, interque juvenes indecore se gerunt, ineptis cantilenis et verbis turpibus cum satanica symphonia utentes. Adhucne, quæso, interrogas undenam adulteria? unde fornicationes? unde nuptiarum corruptiones? At non ingenuæ et honestæ, inquies, hoc faciunt. Cur ergo me irrides, cum ipse hanc legem ante me scias? Nam si bona sunt illa, sine illas quoque id agere. Num quia illæ in paupertate vivunt? nonne et ipsæ virgines sunt, illasque castitatis curam habere oportet? Nunc autem dum saltat virgo in communi theatro impudicorum juvenum, annon, quæso, videtur tibi vel meretrice inhonestior? Quod si dixeris ancillas id facere, neque sic finem facio te accusandi: neque enim illis id oportebat permitti.

7. Omnia enim hinc mala oriuntur, quod familiæ nullam habeamus rationem; sed ad rem despiciendam satis est dicere, Servus est, ancillæ sunt: etiamsi quotidie audiant: *In Christo Jesu non servus, non liber est* (*Gal.* 3. 28). Tu vero equum quidem non despicis nec asinum, sed nihil non agis ut ne vitiosi fiant; servos autem despicis eadem qua tu præditos anima? Et quid dico servos, quando etiam et filios et filias? Quid vero postea? Necesse est, ut dolor statim subeat, cum illi omnes pessum eant; sæpe autem maximum quoque damnum, cum in turba et tumultu multa aurea pretiosa pereant. Deinde post nuptias si natus fuerit infans, eamdem videbimus amentiam et multa symbola risu plena. Nam cum infanti nomen imponere oportuerit, non sanctorum nomine appellant, ut veteres olim faciebant; sed accensis lucernis quibus nomina indunt, nato nomen indunt ejus, quæ diutius lucem dederit; hinc conjicientes futurum ut diu vivat. Deinde si immaturum morte corripi contigerit, ut sæpe accidit, multus sequetur diaboli risus, quod illos ceu stultos pueros ludificaverit.

Ligamina et crepitacula superstitiosa, aliæque superstitiones. — Quid dixeris de ligaminibus et de crepitaculis manui appensis et de stamine coccineo, deque aliis multis insania plenis; cum oporteret nihil aliud puero circumponere, quam crucis custodiam? Nunc autem hic quidem despectui est habitus, qui convertit totum orbem terrarum, et gravem diabolo plagam inflixit totamque ejus potentiam subvertit: subtegmen autem et stamen aliaque ligamina similia, ea sunt queis creditur pueri tutela. Dicamne aliud magis ridiculum? Sed nemo nos importunitatis accuset, si eousque procedat oratio. Nam qui putre dinem vult emundare, non recusabit prius inquinare manus suas. Quidnam ergo est hoc ridiculum? Quod quidem nihil esse videtur, ideoque ingemisco; sed est principium insaniæ et extremæ dementiæ [1]. Lutum mulieres in balneo accipientes, nutrices, et ancillæ, digito tingentes, in pueri fronte imprimunt: et si quis interroget, Quid sibi vult lutum, quid cœnum? Malum avertit oculum, inquient, livoremque et invidiam. Papæ, quanta vis luti, quanta cœni potestas? tantane ut totam diaboli aciem profliget Non pudore, quæso, suffundemini? non vel sero tandem diaboli laqueos intelligetis, quomodo ab ineunte ætate machinas suas paulatim inducat? Nam si lutum hoc faciat, cur non tu in fronte tua idipsum facis, eum vir sis et plena ætate, et plusquam puer invidos habeas? cur non luto illinis totum corpus? nam si in fronte tantam habet virtutem, cur non te totum luto inungis? Hæc sunt risus et comœdia satanica, quæ non ad irrisionem tantum, sed ad gehennam præcipitat eos qui decipiuntur. Certe quod apud Græcos talia fiant, mirum non est; quod autem apud eos qui crucem adorant, et mysteriorum arcanorum participes sunt, et tanta philosophantur, id certe multis lacrymis est dignum. Deus te unguento spirituali honoravit, et tu luto filium deturpas? Deus te decoravit, et tu teipsum dedecoras? et cum oporteret in fronte crucem adscribere, quæ insuperabilem tutelam præbet; tu his dimissis in satanicam amentiam decidis? Si quibus autem hæc parva esse videantur, discant id esse magnorum causam malorum, neque Paulo visum fuisse parva negligere. Quid enim, quæso, minus est, quam ut homo caput operiat? Sed vide quantam hujus rei curam habeat, et cum quanta prohibeat vehementia, tum alia multa dicens, tum quod caput suum dehonestet (1 *Cor.* 11. 4). Si autem qui tegit caput, ipsum dehonestat; qui luto illud ungit, quomodo non puerum reddit abominandum? quomodo, quæso, adducit eum ad manus sacerdotis? quomodo precaris, ut presbyteri manu signaculum in fronte apponatur, ubi luto unxisti? Ne, fratres, ne hæc faciatis; sed ab ineunte ætate pueros spiritualibus armis munite, et docete eos manu frontem signare; etiam prius quam possint hoc manu facere, vos ipsi eis crucem imprimite.

Præficarum usus. — Quid dixeris de aliis satanicis observationibus in doloribus uteri et in partu adhibitis, quas obstetrices in capitis sui malum inducunt? de iis item quæ in morte, et cum corpus effertur adhibentur; ejulatus nempe, planctus insani, stulta in sepulcris admissa, circa monumenta studium, intempestivum et ridiculum præficarum agmen, dierum observationes, necnon ingressus et exitus? Horumne, quæso, venaris gloriam? et quomodo hæc

[1] Hic locus sic habet in uno Reg.: *Quod quidem nihil habere mali plerisque videtur, sed est principium incredulitatis, et extremæ dementiæ opus.*

Digitized by Google

non extremæ dementiæ fuerint, hominum ita mente corruptorum et omnia temere agentium gloriam quærere, cum oporteret semper ad insomnem illum confugere oculum, et ejus sententiam spectantes omnia facere ac dicere? Hi certe etiamsi laudent, nihil vos juvare poterunt : ille vero, si gesta nostra ipsi fuerint accepta, et hic splendidos reddet et in futuro die arcana illa bona tribuet : quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et una Spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

Cap. 4. v. 10. *Nos stulti propter Christum* (necesse enim est hinc rursum sermonem resumere); *vos autem prudentes in Christo : nos infirmi, vos autem fortes; vos gloriosi, nos autem inglorii.*

1. Postquam gravitate multa sermonem impleverat, id quod omni crimine majorem inferebat plagam, hic cum dignitate sibi congruenti hoc tractat : et cum dixisset, *Sine nobis regnastis;* et, *Deus nos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos;* per sequentia ostendit quomodo morti destinati essent, dicens : *Nos stulti et infirmi et inglorii,* 11. *et esurimus et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus,* 12. *et laboramus operantes manibus nostris :* quæ indicia vere erant doctorum et apostolorum. At illi in contrariis altum sapiebant, in sapientia, in gloria, in divitiis, quod honorarentur. Ut ergo illorum fastum deprimat, et ostendat in iis non modo non gloriari, sed etiam pudore affici oportere, primo illos traducit dicens, *Sine nobis regnastis.* Ego enim dico, inquit, præsens tempus non honoris neque gloriæ esse, queis vos fruimini; sed persequutionis et contumeliarum, quas nos patimur. Quod si hoc ita non sit, etsi jam tempus remunerationis sit, ut video (hoc autem per ironiam dicit), vos quidem discipuli jam regnastis; nos autem doctores et apostoli, qui ante omnes mercedem accipere debebamus, non modo vobis posteriores sumus, sed etiam ut morti destinati, id est damnati, semper in ignominia, in periculis, in fame degimus, contumelia affecti tamquam stulti, pulsi et intolerabilia patientes. Hæc porro dicebat, ut ex iis persuaderet ipsis, quod apostolorum gesta deberent æmulari, pericula nempe et contumelias, non autem honorem et gloriam : non enim illa, sed hæc postulat prædicatio. Sed hoc tamen non directe dicit, ut ne videatur ipsis molestus esse; sed ut illum decebat, sic tractat hanc increpationem. Nam si directe sermonem induxisset, sic dicturus erat : Erratis et fallimini et longe abestis ab admonitione apostolica : oportet enim apostolum et ministrum Christi stultum videri, atque in afflictione et contemptu degere, ut nos degimus; vos autem in contrariis estis. Sed sic hæc magis illos commovissent, utpote quæ apostolorum encomia præ se ferrent, et illos reddidissent audaciores, ut qui accusarentur socordiæ, inanis gloriæ et divitiarum. Idcirco non hoc modo dicta procedunt, sed alio, qui magis quidem perstringit, sed minus molestus est. Quapropter ita profert orationem per ironiam, dicens : *Vos autem fortes et gloriosi.* Nam si ironia non usus esset, ita dixisset : Fieri non potest, ut alius stultus putetur, alius prudens, alius fortis, alius infirmus, prædicatione utrumque non [1] postulante. Nam si liceret hos tales, alios aliud esse, quæ a nobis proferuntur, aliquam fortasse rationem haberent : nunc autem hoc non licet, nimirum prudentem vel gloriosum videri ac sine periculo degere. Sin minus, necesse est ut Deus vos nobis prætulerit, vos discipulos doctoribus, qui innumera passi sumus. Quod si hoc nemo dixerit, restat ut nostra vos persequamini. Et ne quis putet, inquit, me præterita tantum commemorare : *Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus.* Viden' totam Christianorum vitam talem esse debere, non uno vel altero die? Neque enim athleta, qui in uno tantum victor certamine coronatus est, iterum coronatur cum succubuerit. *Et esurimus,* adversus eos qui in deliciis agunt : *et colaphis cædimur,* adversus eos qui inflati sunt : *et instabiles sumus pulsi,* adversus eos qui labuntur : *et nudi sumus,* adversus eos qui sunt divites : *et laboramus,* jam contra falsos apostolos, qui nec laborare nec periclitari sustinent, sed ipsi fructum percipiunt. At nos non sic, inquit; sed cum externis periculis nos quoque perpetuo exercemus labore. Quodque majus est, nemo possit dicere nos hæc ægre ferre aut persequentes nos accusare : illos enim qui nos vexant, per contraria remuneramus. Hoc quippe magnum est, non autem male pati; quod omnibus est commune; verum patientes nec ægre nec indigne ferre.

2. Nos autem non modo non ægre ferimus, sed etiam exsultamus; cujus rei hoc signum est, quod eos, qui nobis mala inferunt, contrariis remuneremus. Quod autem hoc facerent, audi sequentia : *Maledicimur, et benedicimus; persequutionem patimur, et sustinemus;* 13. *blasphemamur, et obsecramus, tamquam purgamenta mundi facti sumus.* Hoc est, stulti propter Christum. Nam qui male passus est, et neque se ulciscitur neque dolet, stultus videtur esse apud externos et inglorius infirmusque. Ac ne molestiorem redderet orationem, ad illorum civitatem ærumnas reducens, quid dicit? *Purgamenta,* non urbis vestræ, sed *mundi facti sumus;* et rursus, *Omnium peripsema,* non vestrum tantum, sed omnium. Sicut ergo cum de Christi cura loquitur, terra, cælo et omni creatura relictis, crucem in medio ponit : ita etiam quando ad se vult attrahere, signis prætermissis, quæ propter ipsos passus est dicit. Ita quoque solemus cum injuria afficimur vel despicimur a quibusdam, quæ pro illis passi sumus in medium addu-

[1] *In* quibusdam Codd. deest negatio.

Digitized by Google

ρᾷς; καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα ἀνοίας, ἀνθρώπων οὕτω διεφθαρμένων τὰς γνώμας, καὶ πάντα ὡς ἔτυχε ποιούντων, τὴν δόξαν ἐπιζητεῖν, δέον ἐπὶ τὸν ἀκοίμητον ἀεὶ καταφεύγειν ὀφθαλμὸν, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου ψῆφον βλέποντας, πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν; Οὗτοι μὲν γὰρ κἂν ἐπαινέσωσι [a], οὐδὲν ἡμᾶς ὠφελῆσαι δυνήσονται· ἐκεῖνος δὲ ἂν ἀποδέξηται τὰ γινόμενα, καὶ ἐνταῦθα ποιήσει λαμπροὺς, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν μεταδώσει τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Reg., ἐπαινέσωσι. Editi ἐπαινέσωνται.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστὸν (ἀναγκαῖον γὰρ ἐντεῦθεν πάλιν τὸν λόγον ἀναλαβεῖν), ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ· ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι.

α'. Πολλῆς βαρύτητος τὸν λόγον ἐμπλήσας, ὁ πάσης κατηγορίας [a] μείζονα εἶχε πληγὴν, τοῦτο ἐνταῦθα μεταχειρίζει μετὰ τῆς πρεπούσης αὐτῷ ἀξίας, καὶ εἰπὼν, ὅτι *Χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε*, καὶ ὅτι *Ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους*, διὰ τῶν ἑξῆς δείκνυσι, πῶς ἐπιθανάτιοι, λέγων· *Ἡμεῖς μωροὶ καὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄτιμοι, καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσίν*· ἅπερ ἦν δείγματα διδασκάλων καὶ ἀποστόλων γνησίων. Ἀλλ' ἐκεῖνοι ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις μέγα ἐφρόνουν, ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπὶ [109] δόξῃ, ἐπὶ πλούτῳ, ἐπὶ τῷ τιμᾶσθαι. Βουλόμενος οὖν αὐτῶν καθελεῖν τὸν τῦφον, καὶ δεῖξαι ὅτι ἐπὶ τούτοις οὐ μόνον οὐ καλλωπίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνεσθαι δεῖ, πρῶτον μὲν αὐτοὺς κωμῳδεῖ λέγων· *Χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε*. Ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω, φησὶν, ὅτι ὁ παρὼν καιρὸς οὐ τιμῆς οὐδὲ δόξης ἐστὶν, ὧν ὑμεῖς ἀπολαύετε, ἀλλὰ τοῦ διώκεσθαι καὶ ὑβρίζεσθαι, ἅπερ ἡμεῖς πάσχομεν. Εἰ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ τῶν ἀμοιβῶν ὁ καιρὸς οὗτος, ὡς ὁρῶ (τοῦτο δὲ εἰρωνευόμενος λέγει), ὑμεῖς μὲν οἱ μαθηταὶ καὶ ἐβασιλεύσατε λοιπόν· ἡμεῖς δὲ οἱ διδάσκαλοι καὶ ἀπόστολοι, καὶ πρὸ πάντων ὀφείλοντες λαβεῖν τὸν μισθὸν, οὐ μόνον ὑμῶν ἔσχατοι γεγόναμεν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπιθανάτιοι, τουτέστι, κατάδικοι, διόλου ἐν ἀτιμίαις καὶ κινδύνοις καὶ λιμῷ διάγομεν, ὑβριζόμενοί τε ὡς μωροὶ καὶ ἐλαυνόμενοι καὶ τὰ ἀνήκεστα ὑπομένοντες. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ἵνα καὶ αὐτοὺς ἐκ τούτων ποιήσῃ συνιδεῖν, ὅτι τὰ τῶν ἀποστόλων ὀφείλουσι ζηλοῦν, τοὺς κινδύνους καὶ τὰς ὕβρεις, οὐ τὰς τιμὰς καὶ τὰς δόξας· οὐ γὰρ ἐκεῖνα, ἀλλὰ ταῦτα ἀπαιτεῖ τὸ κήρυγμα. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἐξ εὐθείας οὐ λέγει, ὥστε μὴ φορτικὸς αὐτοῦ φανῆναι· ὡς δὲ αὐτῷ πρέπον ἦν, οὕτω μεταχειρίζει τὴν ἐπίπληξιν ταύτην. Εἰ γὰρ ἐξ εὐθείας εἰσήγαγε τὸν λόγον, οὕτως ἂν εἶπε· Πλανᾶσθε καὶ ἀπατᾶσθε, καὶ πολὺ τῆς ἀποστολικῆς νουθεσίας [b] ἀφεστήκατε· τὸν γὰρ ἀπόστολον καὶ διάκονον τοῦ Χριστοῦ, μωρὸν εἶναι δοκεῖν χρὴ, καὶ ἐν θλίψει καὶ ἐν ἀδοξίᾳ διάγειν, ὅπερ ἐσμὲν ἡμεῖς· ὑμεῖς δὲ ἐν τοῖς ἐναντίοις. Ἀλλ' οὕτως ἂν μᾶλλον καὶ προσέστη τὰ λεγόμενα αὐτοῖς, ὡς ἐγκώμια τῶν ἀποστόλων ἔχοντα, καὶ ἐκείνους ἂν θρασυτέρους εἰργάσατο, ὡς διαβαλλομένους ἐπὶ ῥᾳθυμίᾳ καὶ κενοδοξίᾳ καὶ τῷ τρυφᾷν. Διὰ τοῦτο τοῦτον μὲν τὸν τρόπον οὐ μεθοδεύει τὰ εἰρημένα, ἑτέρως δὲ, πληκτικώτερον μὲν, ἀνεπαχθέστερον δέ. Διὸ καὶ οὕτω προάγει τὸν λόγον κατ' εἰρωνείαν, λέγων· *Ὑμεῖς δὲ ἰσχυροὶ καὶ ἔνδοξοι*. Ὡς εἰ μὴ τῇ εἰρωνείᾳ ἐκέχρητο, οὕτως ἂν εἶπεν· Οὐ δυνατὸν τὸν μὲν μωρὸν νομίζεσθαι, τὸν δὲ φρόνιμον, καὶ τὸν μὲν ἰσχυρὸν, τὸν δὲ ἀσθενῆ, τοῦ κηρύγματος μὴ ἀπαιτοῦντος θάτερα. Εἰ μὲν γὰρ ἐξῆν τοὺς μὲν τοῦτο εἶναι, τοὺς δὲ ἐκεῖνο, ἴσως εἶχέ τινα λόγον τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα· νυνὶ δὲ οὐκ ἔνι, οὐ φρόνιμον εἶναι δοκεῖν, οὐκ ἔνδοξον, οὐκ ἀπηλλάχθαι κινδύνων. Εἰ δὲ μὴ, ἀνάγκη ὑμᾶς ἡμῶν προτετιμῆσθαι παρὰ τῷ Θεῷ, ὑμᾶς τοὺς μαθητὰς τῶν διδασκάλων καὶ μυρία παθόντων. Εἰ δὲ οὐδὲ τοῦτό τις ἂν εἴποι, λείπεται τὰ ἡμέτερα ὑμᾶς διώκειν. Καὶ μὴ μέ τις, φησὶν, οἰέσθω τὰ παρελθόντα λέγειν μόνον· *Μέχρι γὰρ τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν καὶ γυμνητεύομεν*. Ὁρᾷς ὅτι πάντα τὸν βίον τοιοῦτον εἶναι δεῖ τῶν Χριστιανῶν, οὐ μίαν ἡμέραν καὶ δευτέραν [c]; Οὐδὲ γὰρ ἂν ἀθλητὴς τὴν μίαν μόνην νικήσας πάλην στεφανωθῇ, πάλιν στεφανοῦται καταπεσών. *Καὶ πεινῶμεν*, πρὸς τοὺς τρυφῶντας· *καὶ κολαφιζόμεθα* [110], πρὸς τοὺς πεφυσιωμένους· *καὶ ἀστατοῦμεν*, πρὸς τοὺς ἀναπίπτοντας· *καὶ γυμνητεύομεν*, πρὸς τοὺς πλουτοῦντας· *καὶ κοπιῶμεν*, ἤδη πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους τοὺς οὔτε ἐργάζεσθαι οὔτε κινδυνεύειν ἀνεχομένους, ἀλλὰ καρπουμένους αὐτούς. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτω, φησὶν, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἔξωθεν κινδύνων καὶ ἑαυτοὺς κατατείνομεν τῇ διηνεκεῖ ἐργασίᾳ. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι οὐκ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, ὅτι δυσχεραίνομεν ἐπὶ τούτοις, ἢ τοῖς διώκουσιν ἐγκαλοῦμεν [d]· τοῖς γὰρ ἐναντίοις τοὺς ἐπηρεάζοντας ἀμειβόμεθα. Τὸ γὰρ μέγα τοῦτό ἐστιν, οὐ τὸ κακῶς παθεῖν· τοῦτο γὰρ πάντων κοινόν· ἀλλὰ τὸ πάσχοντας μὴ ἀλύειν μηδὲ δυσχεραίνειν.

β'. Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ δυσχεραίνομεν, ἀλλὰ καὶ ἀγαλλόμεθα. Καὶ τούτου τεκμήριον τὸ τοὺς ποιοῦντας κακῶς τοῖς ἐναντίοις ἀμείβεσθαι. Ὅτι δὲ τοῦτο ἐποίουν, ἄκουσον τῶν ἑξῆς· *Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν*, τουτέστι, μωροὶ διὰ Χριστόν. Ὁ γὰρ κακῶς παθὼν, καὶ μήτε ἀμυνόμενος μήτε ἀλγῶν, μωρὸς εἶναι δοκεῖ παρὰ τοῖς ἔξωθεν καὶ ἄτιμος καὶ ἀσθενής. Καὶ ἵνα μὴ φορτικώτερον τὸν λόγον ἐργάσηται, εἰς τὴν ἐκείνων πόλιν τὰ πάθη περιστήσας, τί φησι; *Περικαθάρματα*, οὐ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀλλὰ *τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν*· καὶ πάλιν, *Πάντων περίψημα*· οὐχ ὑμῶν μόνον, ἀλλὰ πάντων. Ὥσπερ οὖν ὅταν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ διαλέγηται κηδεμονίας, τὴν γῆν, τὸν οὐρανὸν, τὴν πᾶσαν κτίσιν ἀφεὶς, τὸν σταυρὸν ἐν μέσῳ τίθησιν· οὕτω καὶ ὅταν πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι βουληθῇ, τὰ σημεῖα παραδραμὼν,

[a] Sic Reg. melius quam editi, in quibus nonnulla desunt. [b] Reg., νομοθεσίας.

[c] Hic locus in editis vitiatus et mutilus ex codice Regio manuscripto restitutus fuit. [d] *Deerant hæc*, ἢ τοῖς . . ἐγκαλοῦμεν, *et mox, ubi* ἐπηρεάζοντας, *legebatur* ποιοῦντας.

Digitized by Google

τὰ πάθη λέγει τὰ δι' αὐτούς. Οὕτω καὶ ἡμῖν ἔθος, ὅταν ἀδικώμεθα παρά τινων καὶ καταφρονώμεθα, ἅπερ ὑπὲρ αὐτῶν ἐπάθομεν, ταῦτα φέρειν εἰς μέσον. *Πάντων περίψημα ἕως ἄρτι.* Εὔτονον τὴν πληγὴν ἔδωκε πρὸς τῷ τέλει. *Πάντων* δὲ, οὐ τῶν διωκόντων, φησὶν, ἀλλὰ τῶν δι' οὓς ταῦτα πάσχομεν· τουτέστι[a], Χάριν ἔχω πολλὴν αὐτοῖς. Βαρυθυμοῦντος τὸ ῥῆμα, οὐκ ἀλγοῦντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκείνους πλῆξαι βουλομένου. Ὁ γὰρ μυρία ἔχων ἐγκαλεῖν, καὶ ἀσπάζεται. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς κελεύει πράως ἡμᾶς φέρειν τὰς ὕβρεις, ἵνα καὶ αὐτοὶ φιλοσοφῶμεν, κἀκείνους μᾶλλον ἐντρέπωμεν. Οὐ γὰρ οὕτως ὑβρίζων, ὡς σιγῶν τις, τοῦτο ἐργάζεται. Εἶτ' ἐπειδὴ εἶδεν ἀφόρητον τὴν πληγὴν, ταχέως αὐτὴν ἐθεράπευσεν, εἰπών· *Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.* Οὐχ ὡς κατισχύνων γὰρ ὑμᾶς, ταῦτα λέγω, φησίν. Ὅπερ ἐποίησε διὰ τῶν ῥημάτων, τοῦτό φησιν οὐ πεποιηκέναι· μᾶλλον δὲ πεποιηκέναι μέν φησιν, οὐ μὴν διανοίᾳ πονηρᾷ καὶ μισούσῃ· ἐπεὶ καὶ ἀρίστη αὕτη ἡ θεραπεία, εἰπόντα τὸν λόγον προσθεῖναι τὴν ἀπὸ τῆς διανοίας ἀπολογίαν. Μὴ εἰπεῖν μὲν γὰρ οὐκ ἐνῆν, ἐπεὶ ἔμειναν ἂν ἀδιόρθωτοι· εἰπόντα δὲ ἀφεῖναι πάλιν τὴν πληγὴν ἀνίατον, χαλεπάν· διόπερ μετὰ βαρύτητος ἀπολογεῖται. Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον οὐκ ἐξαίρει τὴν τομὴν [111], ἀλλὰ καὶ ἐνδοτέρω ποιεῖ καταδῦναι, τῆς πληγῆς τὴν ἀλγηδόνα παραμυθούμενον ἅπασαν. Ὁ γὰρ ἀκούσας, ὅτι οὐκ ὀνειδίζων, ἀλλ' ἀγαπῶν ταῦτα λέγει, μᾶλλον καταδέχεται τὴν διόρθωσιν. Πολλὴ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἡ βαρύτης καὶ ἡ ἐντροπή. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὡς διδάσκαλος, οὐδὲ ὡς ἀπόστολος, οὐδὲ ὡς μαθητὰς ἔχων, ὅπερ τῆς ἀξίας ἦν, ἀλλ', *Ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ*· καὶ οὐχ ἁπλῶς τέκνα, ἀλλὰ ποθούμενα. Σύγγνωτέ μοι, φησί· καὶ εἴ τι φορτικὸν εἴρηται, ἐξ ἀγάπης ταῦτα γίνεται. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐπιτιμῶ, ἀλλὰ, *Νουθετῶ.* Τίς δὲ οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πατρὸς ἀλγοῦντος, καὶ τὰ δέοντα συμβουλεύοντος; Διὰ τοῦτο οὐ πρότερον εἶπε τοῦτο, ἀλλ' ὅτε τὴν πληγὴν ἔδωκε. Τί οὖν, ἀφειδοῦσιν ἡμῶν οἱ ἄλλοι διδάσκαλοι, φησίν; Οὐ τοῦτο λέγω, ἀλλ' οὐχ οὕτω φείδονται. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν συντόμως οὐκ εἶπε, διὰ δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ὀνομάτων αὐτὸ ἐνέφηνε, τὸν παιδαγωγὸν καὶ τὸν πατέρα θείς. *Ἐὰν γὰρ*, φησὶ, *μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας.* Οὐ τὸ ἀξίωμα ἐμφαίνει ἐνταῦθα, ἀλλὰ τῆς ἀγάπης τὴν ὑπερβολήν. Καὶ οὐδὲ ἐκείνους ἔπληξε, τὸ, *Ἐν Χριστῷ*, προσθείς, ἀλλὰ καὶ παρεμυθήσατο αὐτούς, οὐχὶ κόλακας, ἀλλὰ παιδαγωγοὺς εἰπὼν τοὺς σπουδάζοντας καὶ ἀνεχομένους τῶν πόνων· καὶ τὴν ἑαυτοῦ κηδεμονίαν ἀπεδείξατο. Διὰ οὐκ εἶπαν, Ἀλλ' οὐ πολλοὺς διδασκάλους, ἀλλ', *Οὐ πατέρας.* Οὕτως οὐκ ἀξίωμα θεῖναι ἐβούλετο, οὐδὲ, ὅτι πλείονα παρ' αὐτοῦ ὠφέλητο, διδάξαι· ἀλλὰ συγχωρήσας ἐκείνοις τὰ πολλὰ περὶ αὐτοὺς πεπονηκέναι (τοιοῦτον γὰρ ὁ παιδαγωγὸς), τὴν τῆς ἀγάπης ὑπερβολὴν ἑαυτῷ ταμιεύεται. Τοιοῦτον γὰρ ὁ πατήρ. Καὶ οὐ λέγει μόνον, ὅτι Οὐδεὶς ὑμᾶς οὕτω φιλεῖ, ὅπερ ἀνεύθυνον ἦν, ἀλλὰ καὶ πρᾶγμα γεγονὸς εἰς μέσον ἄγει. Ποῖον δὴ τοῦτο; *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· οὐκ ἐμαυτῷ τοῦτο λογίζομαι, φησί. Πάλιν τοὺς ἑαυτοῖς ἐπιφημίζοντας τὴν διδασκαλίαν πλήττει. *Ὑμεῖς γάρ ἐστε*, φησὶν, *ἡ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς*· καὶ πάλιν, *Ἐγὼ ἐφύτευσα*· καὶ ἐνταῦθα, *Ἐγὼ ἐγέννησα.* Οὐκ εἶπε, Κατήγγειλα τὸν λόγον, ἀλλ', *Ἐγὼ ἐγέννησα*, τοῖς τῆς φύσεως ὀνόμασι κεχρημένος. Ἓν γὰρ ἐσπούδαζε, τὴν ἀγάπην ἐπιδείξασθαι, ἣν περὶ αὐτοὺς εἶχεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παρ' ἐμοῦ δεξάμενοι ἐνήγαγον ὑμᾶς· τὸ δὲ εἶναι παστοὺς, δι' ἐμοῦ γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ὡς τέκνα*, ἵνα μὴ κολακείας εἶναι νομίσῃς τὸ ῥῆμα, παρίστησι καὶ τὸ πρᾶγμα. *Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.* Βαβαί! πάσης τοῦ διδασκάλου ἡ παῤῥησία! πῶς ἀπηκριβωμένη ἡ εἰκὼν, ὅταν καὶ ἑτέρους ἐπὶ τοῦτο παρακαλῇ! Οὐκ ἐπαίρων δὲ ἑαυτὸν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ δεικνὺς εὔκολον οὖσαν τὴν ἀρετήν.

γ'. Μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι Οὐ δύναμαί σε μιμήσασθαι· σὺ διδάσκαλος εἶ, καὶ μέγας. Οὐ γάρ ἐστι τοσοῦτον τὸ μέσον ἐμοῦ πρὸς ὑμᾶς, ὅσον τοῦ Χριστοῦ πρὸς ἐμέ· ἀλλ' ὅμως ἐμιμησάμην ἐκεῖνον ἐγώ. Ὅταν μὲν οὖν Ἐφεσίοις γράφῃ, οὐ τίθησι μέσον ἑαυτὸν, ἀλλ' εὐθὺς [112] αὐτοὺς ἐκεῖ πάντας ἀπάγει, *Γίνεσθε μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ*, λέγων· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ πρὸς ἀσθενεῖς ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, ἑαυτὸν παρενέβαλε. Καὶ ἄλλως δὲ δείκνυσιν, ὅτι ἑνὶ καὶ οὕτω τὸν Χριστὸν μιμήσασθαι. Ὁ γὰρ τὴν σφραγῖδα μιμησάμενος τὴν ἀπηκριβωμένην, τὸ ἀρχέτυπον ἐμιμήσατο. Ἴδωμεν οὖν πῶς αὐτὸς ἐμιμήσατο τὸν Χριστόν. Ἡ γὰρ μίμησις αὕτη οὐ χρόνων δεῖται καὶ τέχνης, ἀλλὰ προαιρέσεως μόνης. Εἰς ζωγράφου μὲν γὰρ εἰσελθόντες οὐ δυνησόμεθα μιμήσασθαι τὴν εἰκόνα, κἂν μυριάκις ἴδωμεν· τοῦτον δὲ καὶ ἐξ ἀκροάσεως μόνης ἕνι μιμήσασθαι. Οὐκοῦν βούλεσθε τὸν πίνακα εἰς μέσον ἀγαγόντες, ὑπογράψωμεν ἐφ' ὑμῶν τὴν πολιτείαν τοῦ Παύλου; Προκείσθω τοίνυν ὁ πίναξ πολὺ λαμπρότερος ὢν τῶν βασιλικῶν εἰκόνων. Τὸ γὰρ ὑποκείμενον, οὐ σανίδες κεκολλημέναι οὐδὲ σινδόνες ἐπικείμεναι, ἀλλ' ἔργον Θεοῦ τὸ ὑποκείμενον· ψυχὴ γάρ ἐστι καὶ σῶμα. Ψυχὴ Θεοῦ ἔργον, οὐκ ἀνθρώπων, καὶ σῶμα πάλιν ὁμοίως Ἐκροτήσατε ἐνταῦθα; Ἀλλ' οὐκ ἐνταῦθα τῶν κρότων ὁ καιρὸς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐξῆς καὶ τοῦ κροτῆσαι καὶ τοῦ ζηλῶσαι. Τέως γὰρ ἡ ὕλη ὑπόκειται κοινὴ πρὸς ἅπαντας οὖσα. Ψυχὴ γὰρ ψυχῆς οὐδὲν διαφέρει, καθὸ ψυχὴ, ἀλλ' ἡ προαίρεσις δείκνυσι τὴν διαφοράν. Ὥσπερ γὰρ σῶμα σώματος, καθό ἐστι σῶμα, οὐδὲν διενήνοχεν, ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Παύλου καὶ τῶν πολλῶν, οἱ δὲ κίνδυνοι φαιδρότερον ἐργάζονται τοῦτο ἐκείνου· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ ψυχῆς. Ὑποκείσθω τοίνυν ὁ πίναξ ἡμῖν ἡ ψυχὴ Παύλου. Οὗτος ὁ πίναξ ἔκειτο πρώην ἠσβολωμένος, ἀραχνίων γέμων· οὐδὲν γὰρ βλασφημίας χεῖρον. Ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν ὁ πάντα μετασκευάζων, καὶ εἶδεν οὐ παρὰ ῥᾳθυμίαν καὶ βλακείαν οὕτω διαγραφέντα, ἀλλὰ παρὰ ἀπειρίαν, καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὰ ἄνθη τῆς εὐσεβείας (ζῆλον μὲν γὰρ εἶχε, τὰ δὲ χρώματα οὐ παρῆν· οὐ γὰρ κατ' ἐπίγνωσιν τὸν ζῆλον εἶχε)· δίδωσιν αὐτῷ τῆς ἀληθείας τὸ ἄνθος, τουτέστι, τὴν χάριν· καὶ ἀθρόον βασιλικὴν ἀπέδειξε τὴν εἰκόνα. Λαβὼν γὰρ τὰ χρώματα, καὶ μαθὼν ἅπερ ἠγνόει, οὐκ ἀνέμεινε χρόνον, ἀλλ' εὐθέως ἐφάνη τεχνίτης ἄριστος. Καὶ πρῶτον δείκνυσι τὴν κεφαλὴν βασιλικὴν, τὸν Χριστὸν κηρύττων· εἶτα καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα, τὸ τῆς πολιτείας τῆς ἀκριβοῦς. Οἱ μὲν οὖν ζωγράφοι κατακλείσαντες ἑαυτοὺς, μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας καὶ ἡσυχίας ἅπαντα πράττουσιν, οὐδενὶ τὰς θύρας παρανοίγοντες· οὗτος δὲ ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης τὸν πίνακα προθείς, πάντων ἐναντιουμένων, θορυβούντων, ταραττόντων, οὕτως εἰργάζετο τὴν βασιλικὴν ταύτην εἰκόνα, καὶ οὐκ ἐκωλύετο. Διὸ καὶ ἔλεγε· Θέατρον ἐγενήθημεν τῷ

[a] *Deerat* τουτέστι.

Digitized by Google

cere. *Omnium peripsema usque adhuc.* Vehementem plagam inducit in fine. *Omnium*, inquit, non persequentium, sed eorum propter quos hæc patimur : hoc est, Magnam ipsis gratiam habeo. Graviter ferentis est verbum, non quod ipse angatur, sed quod illos perstringere velit. Nam qui potest innumera proferre crimina, illos salutat. Ideo jubet Christus contumelias nos mansuete ferre, ut et ipsi philosophemur, et contumeliosos pudore magis afficiamus. Non enim ita contumelia afficiens, ut silens hoc facit. Deinde quia vidit intolerabilem esse plagam, statim illi medetur dicens : 14. *Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos dilectos moneo.* Non ut pudore afficiam vos, inquit, hæc dico. Quod per verba fecit, se non fecisse dicit; imo vero se fecisse dicit, sed non malo animo vel ex odio. Hæc est enim optima curatio, cum verbum dixeris, excusationem ex mente proferre. Nam hæc non dicere non licebat, quia incorrecti mansissent : postquam autem dixerat, plagam incuratam relinquere, grave fuisset : quare cum gravitate excusat. Hoc enim non modo incisionem non tollit, sed etiam efficit, ut profundius infigatur, dum plagæ dolorem omnem consolatur. Qui enim audit ipsum non exprobrantem, sed amantem hæc dicere, libentius correctionem accipit. Multa est hic quoque gravitas et ad pudorem provocatio. Non enim ut doctor, non ut apostolus, non ut qui discipulos habeam, quod dignitatis est, sed, *Ut filios meos carissimos moneo :* nec tantum filios, sed desideratos. Ignoscite mihi, inquit, si quid molestum dixi : hæc ex dilectione fiunt. Nec dixit, Corripio, sed, *Moneo.* Quis vero non ferat patrem dolentem, et quæ decet consulentem? Ideo non hæc prius dixit, sed postquam plagam inflixerat. Quid ergo? inquies ; non parcunt nobis alii doctores? Non sic dico, sed non ita parcunt. Verum hoc quidem breviter non dixit, sed per studia et nomina hoc indicavit, ut qui pædagogum posuerit et patrem. 15. *Nam et si multos pædagogos*, inquit, *habeatis in Christo, sed non multos patres.* Non dignitatem hic ostendit, sed caritatis magnitudinem ; neque illos perstrinxit cum addidit, *In Christo*, sed consolatus est illos, non adulatores, sed pædagogos vocans illos, qui studia et labores ferebant, suamque curam ostendit. Ideo non dixit, Sed non multos doctores, sed, *Non multos patres.* Sic non dignitatem apponere voluit, neque ostendere quod multam utilitatem ab ipso accepissent; sed cum concessisset, quod illi multa præstitissent ipsis (talis enim erat pædagogus), dilectionis exsuperantiam sibi reservat. Talis enim est pater. Nec dicit modo, Nemo vos ita amat, quod absque reprehensione fuisset; sed rem uti gesta est in medium adducit. Qualis illa erat? *Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* In Christo Jesu : non mihi hoc adscribo. Rursus illos pungit, qui sibi laudem doctrinæ tribuebant. *Vos enim estis*, inquit, *signaculum apostolatus mei* (1. *Cor.* 9. 2). Et rursum, *Ego plantavi ;* et hic, *Ego genui.* Non dixit, Annuntiavi verbum ; sed, *Ego genui*, naturæ usus nominibus. Unum enim illi curæ erat, ut dilectionem erga illos suam exhiberet. Illi namque cum a me accepissent, vos induxerunt; quod autem fideles sitis, per me factum est. Quia enim dixit, *Ut filios*, ne adulationis verbum esse existimares, rem ipsam profert. 16. *Rogo igitur vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Papæ, quanta doctoris fiducia, quam accurata imago, cum etiam alios ad hoc advocat? Non sese extollens autem hoc facit, sed ut ostendat facilem esse virtutem.

3. *Christum imitari possumus. Chrysostomo plauditur. Pauli et ipsius virtutum descriptio.* — Ne mihi enim dixeris, Non possum te imitari : tu doctor es et magnus. Non enim tantum spatii inter me et vos interest, quantum inter Christum et me : attamen illum ego imitatus sum. Cum ergo Ephesiis scribit, non se medium ponit, sed statim ipsos omnes illuc adducit, *Estote imitatores Dei* (*Ephes.* 5. 1) dicens : hic vero, quia infirmos alloquebatur, seipsum interposuit. Alioquin autem ostendit, quod sic quoque fas sit Christum imitari. Nam qui accuratum signaculum est imitatus, archetypum imitatus est. Videamus ergo quomodo ipse Christum imitatus sit. Nam hujusmodi imitatio non tempore et arte opus habet, sed proposito tantum. In pictoris enim officinam ingressi, non poterimus imaginem imitari, etiamsi illam millies aspiciamus : hunc autem vel ex solo auditu imitari licet. Vultis ergo, tabula in medium adducta, describamus vobis Pauli institutum vitæ? Prostet igitur tabula multo splendidior quam regiæ imagines. Nam quod hic subjicitur, non sunt asseres conglutinati, non impositi sindones, sed opus Dei subjicitur : anima enim est et corpus. Anima Dei opus, non hominum ; et corpus similiter. Hic plausistis? Sed non hoc plausuum tempus est, sed in sequentibus tempus plaudendi et imitandi erit. Interim enim materia subjicitur, communis omnibus. Anima enim ab anima nihil differt, quatenus anima est, sed propositum differentiam ostendit. Sicut enim corpus a corpore, quatenus corpus est, nihil differt; sed simile est et corpus Pauli et corpus multorum, sed pericula illius corpus alio corpore splendidius efficiunt : ita et de anima dicendum. Ponatur ergo tabula nobis, anima nempe Pauli. Hæc tabula nuper jacebat fuligine obducta, plena telis aranearum : nihil enim est blasphemia pejus. Quia autem venit is, qui omnia transformat; et vidit non ex ignavia et socordia ita depictam esse, sed ex imperitia, et quod non haberet flores pietatis; zelum quippe habebat, colores vero non aderant; non enim zelum secundum scientiam habebat : dat illi florem veritatis, id est, gratiam; ac repente regiam ostendit imaginem. Acceptis namque coloribus, cum didicisset illa quæ ignorabat, non exspectavit tempus, sed statim optimus artifex visus est ; et primo ostendit regium caput, Christum prædicans ; deinde reliquum corpus, quod est accuratum vitæ institutum. Pictores quidem, cum se incluserint, cum accuratione magna et quiete omnia faciunt, nemini ostia aperientes : hic autem in medio orbe tabulam proponens, omnibus contradicentibus, tumultuantibus, turbantibus, ita

Digitized by Google

hanc regiam imaginem fecit, nec prohibebatur, ideoque dicebat : Spectaculum facti sumus mundo, in medio terræ et maris et cæli et totius orbis, mundique hujus tam sensibilis quam spiritualis, depingens imaginem. Vultis quoque cæteras ejus partes videre a capite usque deorsum? aut vultis ab inferiori parte sermonem sursum deducamus? Contemplare ergo statuam auream, imo ea pretiosiorem, qualem in cælo stare par est; non plumbo vinctam, neque uno in loco positam; sed a Jerusalem usque ad Illyricum currentem et in Hispaniam abeuntem, et quæ quasi alata per orbem terræ feratur. Quid his pedibus fieri possit speciosius, qui totam quæ sub sole est terram pervaserunt? Hanc speciem jam olim propheta prædicavit dicens : *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem* (*Isai.* 52. 7)! Viden' quam pulchri pedes sint? Visne et pectus videre? Accede, hoc etiam tibi ostendam, et multo splendidius videbis, quam pedes illos speciosos, et ipso veteris legislatoris pectore. Moyses quidem tabulas gestavit lapideas; hic vero intus habuit Christum, ipsam regiam gestabat imaginem et propitiatorii. Ideo Cherubinis honorabilior erat. Non enim talis inde vox ferebatur, qualis hinc; sed illic plura disserebat de sensilibus, ex lingua autem Pauli de rebus quæ supra cælos sunt : et ex propitiatorio Judæis solis oracula ferebat, hinc vero toti terrarum orbi : et illic quidem per inanima, hic vero per animam virtute præditam.

4. Hoc propitiatorium cælo splendidius erat, non stellarum varietate fulgens neque radiis solaribus, sed ipsum solem justitiæ habens inde radios emittentem. Et hoc quidem cælum nubes subiens aliquando tristius reddit : pectus vero illud nulla umquam talis tempestas subiit; imo potius sæpe tempestates subtercurrebant multæ, sed lucem non obscurabant; sed in media tentatione et in periculis lux illa effulgebat. Quamobrem ipse catenis vinctus clamabat : *Verbum Dei non est alligatum* (2. *Tim.* 2. 9). Ita semper per illam linguam radios emittebat; nec metus nec periculum pectus illud obscurum reddebant. Fortasse videtur pectus illud pedes longe retro reliquere : sed illi tamen ut pedes pulchri sunt, et hoc etiam ut pectus pulchrum est. Vis et ventrem videre speciosum? Audi quid de illo dicat : *Si cibus scandalizat fratrem meum, non comedam carnem in æternum.* (1. *Cor.* 8. 13). Bonum est carnem non comedere, nec vinum bibere, neque rem quamcumque, in qua frater tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur. *Esca ventri, et venter escis* (*Id.* 6. 13). Quid hoc ventre fuerit speciosius, qui ita doctus erat quiescere, et omnem temperantiam exhibere, qui sciret esurire, famem pati et sitire? Quemadmodum enim equus bene assuetus habenas habens aureas, ita et hic numerose incedebat cum naturæ necessitatem superasset : nam Christus incedebat in illo. Hoc autem tam temperanter agente, palam est vitium aliud omne solutum fuisse. Vis etiam videre eas quæ nunc sunt manus? aut vis prius illorum pristinam nequitiam videre? Ingressus ille domos, nuper viros et mulieres trahebat, non viri manus habens, sed immanis feræ. Postquam autem colores veritatis accepit, et spiritualem peritiam, non ultra viri fuere manus illæ, sed spirituales, quotidie catenis constrictæ; et neminem umquam percusserunt, sed millies percussæ sunt. Hasce manus aliquando vipera reverita est : non enim jam erant hominis manus; ideoque non attigit eas. Vis etiam tergum videre reliquis membris simile? Audi quid de illo dicat : *Quinquies quadragenas una minus accepi a Judæis. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli, nocte et die in profundo maris fui* (1. *Cor.* 11. 24. 25). Sed ne nos in profundum immensum dejecti, multum circumagamur, singula ejus membra persequentes; age jam a corpore discedentes, aliam pulchritudinem videamus, nempe a vestimentis, quam dæmones reverebantur; ideoque fugiebant, et ægritudines curabant. Et ubicumque appareret Paulus, omnia cedebant et amovebantur, utpote cum advenisset orbis terrarum pugil. Ac quemadmodum ii, qui multas in bello plagas acceperunt, si viderint arma ejus qui illos percussit, horrescunt : ita et dæmones semicinctia tantum videntes, discedebant. Ubi sunt nunc divites, qui in divitiis altum sapiunt? ubi illi, qui dignitates suas numerant sumptuosaque vestimenta? Cum his se comparantes, sua omnia videbunt esse cœnum et lutum. Et quid dico vestimenta et aurea? Si enim quis mihi totius orbis imperium daret, unguem solum Pauli, isto imperio fortiorem esse putarem, paupertatem ejus, omni voluptate, ignobilitatem omni gloria, omnibus divitiis nuditatem, omni licentia impactos sacro illi capiti colaphos, omni diademate lapides quos excepit. Hanc coronam desideremus, dilecti : et etiamsi persequutio non sit, interim nos præparemus. Neque enim a persequutionibus tantum hic vir splendidus erat : nam dicebat : *Castigo corpus meum* (1. *Cor.* 9. 27); hoc vero sine persequutione recte fieri potest. Et admonebat carnis curam non faciendam esse ad concupiscentias (*Rom.* 13. 14); et rursus : *Habentes alimenta et vestes, his contenti simus* (1. *Tim.* 6. 8). Ad hæc enim non opus est persequutionibus. Et opulentos quoque ad temperantiam vocabat dicens : *Qui volunt esse divites, incidunt in tentationem* (*Ib.* v. 9). Si igitur nos quoque sic exerceamus, in agonem ingressi coronabimur; et licet persequutio non sit, multa pro his recipiemus præmia. Si vero corpus impinguemus, et porcorum vitam ducamus, etiam in pace multa peccata admittemus ac dedecus feremus. Non vides adversus quos nobis sit colluctatio? Adversus incorporeas potestates. Quomodo ergo cum caro simus, has superabimus? Nam si cum homine quis pugnaturus temperanter comedere debet, multo magis si adversus dæmonas. Quando autem cum carnis pinguedine divitiis etiam fuerimus alligati, unde adversarios superabimus? Vinculum enim sunt divitiæ, vinculum grave iis, qui illis uti nesciunt, tyrannus crudelis et inhumanus, servis suis omnia imperans ad perniciem Sed, si velimus, hanc acerbam tyrannidem e solio decutie-

Digitized by Google

κόσμῳ, ἐν μέσῳ γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καὶ τοῦ κόσμου τοῦ τε αἰσθητοῦ τοῦ τε νοητοῦ, τὴν εἰκόνα ζωγραφῶν. Βούλεσθε καὶ τὰ λοιπὰ μέρη ταύτης ἰδεῖν, τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κάτω; ἢ βούλεσθε κάτωθεν τὸν λόγον ἀναγάγωμεν; Θέα τοίνυν ἀνδριάντα χρυσοῦν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτου τιμιώτερον, καὶ οἷον ἐν [113] οὐρανῷ ἑστάναι εἰκὸς, οὐ μολίβδῳ προσδεδεμένον, οὐδὲ ἐνὶ ἱδρυμένον χωρίῳ, ἀλλ' ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τρέχοντα, καὶ εἰς Ἱσπανίαν ἀπιόντα, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης καθάπερ ὑπόπτερον φερόμενον. Τί γὰρ τῶν ποδῶν τούτων ὡραιότερον γένοιτ' ἄν, τῶν ἅπασαν ἐπελθόντων τὴν ὑφ' ἡλίῳ κειμένην γῆν; Ταύτην τὴν ὡραιότητα καὶ ὁ προφήτης ἄνωθεν κηρύττει λέγων· *Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην!* Εἶδες πῶς καλοὶ οἱ πόδες; Θέλεις καὶ τὸ στῆθος ἰδεῖν; Δεῦρό σοι δείξω καὶ τοῦτο, καὶ πολλῷ λαμπρότερον ὄψει τῶν ποδῶν τούτων τῶν ὡραίων, καὶ αὐτῶν τῶν τοῦ παλαιοῦ νομοθέτου στέρνων. Μωϋσῆς μὲν γὰρ πλάκας ἐβάσταζε λιθίνας· οὗτος δὲ αὐτὸν ἔνδοθεν εἶχε τὸν Χριστὸν, αὐτὴν τὴν βασιλικὴν ἔφερεν εἰκόνα καὶ τοῦ ἱλαστηρίου· διὰ τοῦτο καὶ τῶν Χερουβὶμ σεμνότερος ἦν. Οὐ γὰρ τοιαύτη ἐφέρετο ἐκεῖθεν φωνὴ, οἵα ἐντεῦθεν, ἀλλ' ἐκεῖθεν μὲν τὰ πλείονα περὶ αἰσθητῶν διελέγετο, ἀπὸ δὲ τῆς Παύλου γλώττης περὶ τῶν ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς πραγμάτων· καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἱλαστηρίου Ἰουδαίοις ἐχρημάτιζε μόνοις, ἐντεῦθεν δὲ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ· κἀκεῖ μὲν διὰ ἀψύχων, ἐνταῦθα δὲ διὰ ψυχῆς ἐναρέτου.

Θ'. Τοῦτο καὶ οὐρανοῦ λαμπρότερον ἦν τὸ ἱλαστήριον, οὐ ποικιλίᾳ ἄστρων καταλαμπόμενον οὐδ' ἀκτῖσιν ἡλιακαῖς, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἔχον ἐκεῖθεν ἀφιέντα τὰς ἀκτῖνας. Καὶ τοῦτον μὲν τὸν οὐρανὸν νέφος ὑποδραμόν ποτε σκυθρωπότερον ἐργάζεται, τὸ δὲ στῆθος ἐκεῖνο οὐδεὶς ὑπέδραμέ ποτε χειμὼν τοιοῦτος· μᾶλλον δὲ ὑπέδραμον μὲν πολλοὶ πολλάκις χειμῶνες, τὸ δὲ φῶς οὐκ ἐπεσκότισαν[a], ἀλλ' ἐν μέσῳ τῷ πειρασμῷ καὶ τοῖς κινδύνοις τὸ φῶς ἀπέλαμπε τοῦτο. Διὸ καὶ αὐτὸς ἅλυσιν περικείμενος ἐβόα· *Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται.* Οὕτως ἀεὶ διὰ τῆς γλώττης ἐκείνης ἠφίει τὰς ἀκτῖνας· καὶ οὐ φόβος, οὐ κίνδυνος τὸ στῆθος ἐκεῖνο σκυθρωπὸν ἐποίει. Τάχα παρελαύνειν δοκεῖ τὸ στῆθος τοὺς πόδας· ἀλλὰ κἀκεῖνοι ὡς πόδες καλοὶ, καὶ τοῦτο ὡς στῆθος. Βούλει καὶ γαστέρα ἰδεῖν ὡραίαν; Ἄκουσον τί φησι περὶ αὐτῆς· *Εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα.* Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκανδαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ. *Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασι.* Τί ταύτης τῆς γαστρὸς γένοιτ' ἂν ὡραιότερον τῆς οὕτω πεπαιδευμένης ἡρεμεῖν, καὶ σωφροσύνην πᾶσαν δεδιδαγμένης, καὶ εἰδυίας καὶ πεινῆν καὶ λιμώττειν καὶ διψῆν; Καθάπερ γὰρ ἵππος εὔτακτος χρυσῆν ἡνίαν λαβὼν, οὕτω καὶ αὕτη εὔρυθμα ἐβάδιζε τῆς φύσεως τὴν ἀνάγκην νικήσασα· ὁ γὰρ Χριστὸς ἐβάδιζεν ἐν αὐτῇ. Ταύτης δὲ οὕτω σωφρονούσης, εὔδηλον ὅτι καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα κακία ἐλύετο. Βούλει καὶ χεῖρας ἰδεῖν τὰς νῦν; ἢ βούλει τὴν προτέραν αὐτῶν πρότερον κακίαν θεάσασθαι; Εἰσερχόμενος οὖτος εἰς τὰς οἰκίας, ἔσυρε πρώην ἄνδρας καὶ γυναῖκας, [114] οὐχὶ ἀνδρὸς χεῖρας, ἀλλὰ θηρίου τινὸς χαλεποῦ ἔχων. Ἐπειδὴ δὲ τὰ χρώματα τῆς ἀληθείας ἔλαβε καὶ τὴν πνευματικὴν ἐμπειρίαν, οὐκέτι ἀνδρὸς ἐγένοντο αἱ χεῖρες αὗται, ἀλλὰ πνευματικαὶ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν δεσμούμεναι ἀλύσεσι· καὶ ἔπληξαν μὲν οὐδένα ποτὲ, ἐπλήγησαν δὲ μυριάκις. Ἠδέσθη ποτὲ καὶ ἔχις ταύτας τὰς χεῖρας· οὐ γὰρ ἦσαν ἀνθρώπου χεῖρες λοιπόν· διὰ τοῦτο οὐδὲ καθήψατο αὐτῶν. Βούλει καὶ τὰ νῶτα ἰδεῖν τοῖς λοιποῖς ἐοικότα μέλεσιν; Ἄκουσον τί φησι καὶ περὶ αὐτῶν· *Πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον ὑπὸ Ἰουδαίων, τρὶς ἐρραπίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα.* Ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς εἰς βυθὸν ἄπειρον ἐμπεσόντες, πολλὰ περιενεχθῶμεν καθ' ἕκαστον αὐτοῦ τῶν μελῶν ἐπιόντες, δεῦρο ἀποστάντες τοῦ σώματος, ἕτερον κάλλος ἴδωμεν τὸ ἀπὸ τῶν ἱματίων, ὃ καὶ δαίμονες ἠδέσθησαν· διὸ καὶ αὐτοὶ ἔφευγον, καὶ νοσήματα ἐδραπέτευε. Καὶ ὅπουπερ ἂν ἐφάνη Παῦλος, πάντα ὑπεχώρει καὶ ὑπεξίστατο, καθάπερ τοῦ τῆς οἰκουμένης ἀριστέως παραγενομένου. Καὶ ὥσπερ οἱ πολλὰς λαβόντες ἐν πολέμῳ πληγὰς, κἂν ὅπλον ἴδωσι τοῦ πλήξαντος αὐτοὺς, πεφρίκασιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ δαίμονες, σημικίνθια μόνον ὁρῶντες, ἐξίσταντο. Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ πλουτοῦντες, καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ χρήμασι; ποῦ οἱ τὰ ἀξιώματα ἑαυτῶν ἀριθμοῦντες, καὶ τὰ ἱμάτια τὰ πολυτελῆ; Πρὸς ταῦτα παραβάλλοντες ἑαυτοὺς, πηλὸν ὄψονται καὶ βόρβορον τὰ ἑαυτῶν ἅπαντα. Καὶ τί λέγω ἱμάτια καὶ χρυσία; Εἰ γάρ μοι τῆς οἰκουμένης ἔδωκέ τις κρατῆσαι πάσης, τὸν ὄνυχα μόνον Παύλου πάσης ἂν τῆς βασιλείας ἐκείνης ἰσχυρότερον εἶναι ἐνόμισα, πάσης τρυφῆς τὴν πενίαν, πάσης δόξης τὴν ἀδοξίαν, παντὸς πλούτου τὴν γύμνωσιν, πάσης ἀδείας τὸν κολαφισμὸν τῆς ἱερᾶς ἐκείνης κεφαλῆς, παντὸς διαδήματος τοὺς λίθους οὓς ἐδέξατο. Τοῦτον ποθήσωμεν τὸν στέφανον, ἀγαπητοί· καὶ εἰ μὴ διωγμός ἐστι, τέως παρασκευάσωμεν ἑαυτούς. Οὐδὲ γὰρ οὗτος ἀπὸ διωγμῶν μόνων ἦν λαμπρὸς ὁ ἀνήρ· καὶ γὰρ ἔλεγεν· *Ὑποπιέζω μου τὸ σῶμα·* τοῦτο δὲ καὶ χωρὶς διωγμοῦ δυνατὸν κατορθοῦν. Καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθαι παρήνει εἰς ἐπιθυμίας· καὶ πάλιν, *Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.* Εἰς ταῦτα γὰρ διωγμῶν οὐ χρεία. Καὶ τοὺς εὐπόρους δὲ ἐσωφρόνιζε, λέγων· *Οἱ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμόν.* Ἐὰν οὖν καὶ ἡμεῖς οὕτως ἑαυτοὺς ἀσκήσωμεν, εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσελθόντες στεφανωθησόμεθα, καὶ διωγμοῦ μὴ παρόντος, πολλὰ ὑπὲρ αὐτῶν ληψόμεθα τὰ βραβεῖα· ἐὰν δὲ λιπαίνωμεν τὸ σῶμα καὶ χοίρων βίον ζῶμεν, καὶ ἐν εἰρήνῃ πολλὰ ἁμαρτησόμεθα καὶ αἰσχύνην οἴσομεν. Οὐχ ὁρᾷς πρὸς τίνας ἡμῖν ἡ πάλη; Πρὸς τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις. Πῶς οὖν, σάρκες ὄντες, τούτων περιεσόμεθα; Εἰ γὰρ πρὸς ἀνθρώπους τις παλαίων, δεῖται σωφρόνως ἐστιᾶσθαι, πολλῷ μᾶλλον πρὸς δαίμονας. Ὅταν δὲ μετὰ τῆς πολυσαρκίας καὶ τῷ πλούτῳ ὦμεν προσδεδεμένοι, πόθεν κρατήσομεν τῶν ἀντιπάλων; Δεσμὸς γάρ ἐστιν ὁ πλοῦτος, [115] δεσμὸς χαλεπὸς τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτῷ χρῆσθαι, τύραννος ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος, ἐπὶ λύμῃ τῶν δουλευόντων πάντα ἐπιτάττων. Ἀλλ', ἐὰν θέλωμεν, τὴν πικρὰν ταύτην τυραννίδα ἀπὸ τοῦ θρόνου καταστρέψομεν, καὶ ἡμῖν εἴκειν ποιήσομεν, ἀλλ' οὐκ ἐπιτάττειν. Πῶς οὖν τοῦτο ἔσται; Ὅταν εἰς πάντας τὸν πλοῦτον διανέμωμεν. Ἕως μὲν γὰρ ἂν μόνος ᾖ πρὸς μόνους καθάπερ λῃστής τις ἐν ἐρημίᾳ, πάντα ἐργάζεται τὰ κακά· ὅταν δὲ εἰς μέσον αὐτὸν ἀγάγωμεν, οὐκέτι ἡμῶν κρατήσει, πάντοθεν αὐτὸν πάντων δεσμούντων.

[a] Reg., οὐκ ἐπεσκότησαν. Savil. in marg., οὐκ ἐπεσκότισαν, quæ vera lectio est. Editi οὐκ ἐπεσκότισε.

Digitized by Google

ε'. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐκ ἐπειδὴ ἁμαρτία τὰ χρήματα· τοῖς πτωχοῖς δὲ [a] μὴ διανέμειν αὐτὰ, ἁμαρτία, καὶ κακῶς αὐτοῖς χρῆσθαι. Οὐδὲν γὰρ ὁ Θεὸς κακὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ πάντα καλὰ λίαν· ὥστε καὶ τὰ χρήματα καλὰ, ἀλλ' ἐὰν μὴ κρατῇ τῶν κεκτημένων, ἐὰν τὰς πενίας τῶν πλησίον λύῃ. Οὐδὲ γὰρ φῶς ἐκεῖνο καλὸν τὸ μὴ ἀφανίζον σκότος, ἀλλὰ καὶ ἐπιτεῖνον, οὐδὲ πλοῦτον ἂν εἰποιμι τοῦτον τὸν οὐ λύοντα πενίαν, ἀλλ' αὔξοντα πενίαν. Ὁ γὰρ πλουτῶν οὐ ζητεῖ παρ' ἑτέρων λαμβάνειν, ἀλλ' ἑτέροις ἐπικουρεῖν· ὁ δὲ παρ' ἑτέρων ζητῶν λαβεῖν, οὐκέτι πλουτεῖ, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ πένης. Ὥστε οὐ τὰ χρήματα κακὸν, ἀλλ' ἡ πενιχρὰ διάνοια, ἡ τὸν πλοῦτον εἰς πενίαν ἄγουσα. Οὗτοι τῶν διὰ τῶν στενωπῶν ἐπαιτούντων ἀθλιώτεροι, τῶν πήρωσιν ἐχόντων [b] καὶ λελωβημένων τὰ σώματα, τῶν ῥάκια περιβεβλημένων οἱ ἐν τοῖς σηρικοῖς καὶ λαμπροῖς ἱματίοις· οἱ σοβοῦντες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τῶν κατὰ τὰ ἄμφοδα βαδιζόντων καὶ εἰς τὰς αὐλὰς εἰσιόντων καὶ κάτωθεν βοώντων καὶ ἐπαιτούντων ἐλεεινότεροι. Οὗτοι μὲν γὰρ τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦσι, καὶ ἐλέου φθέγγονται ῥήματα καὶ φιλοσοφίας πολλῆς· διὸ καὶ ἐλεοῦμεν αὐτοὺς, καὶ χεῖρα ὀρέγομεν, καὶ οὐδέποτε ἐγκαλοῦμεν. Οἱ δὲ πλουτοῦντες κακῶς, ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας, ἁρπαγῆς καὶ σατανικῆς ἐπιθυμίας ἐρεύγονται λόγους· διὸ καὶ παρὰ πᾶσίν εἰσι μισητοὶ καὶ καταγέλαστοι. Σκόπει δὲ, τί παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις αἰσχρὸν εἶναι δοκεῖ, τὸ παρὰ τῶν πλουτούντων αἰτεῖν, ἢ τὸ παρὰ τῶν ἀπόρων; Παντὶ που δῆλον, ὅτι τὸ παρὰ τῶν ἀπόρων. Τοῦτο τοίνυν οἱ πλουτοῦντες ποιοῦσιν· οὐ γὰρ ἂν τολμήσαιεν τοῖς πλουσιωτέροις προσελθεῖν. Οἱ δὲ ἐπαιτοῦντες, παρὰ τῶν εὐπόρων· οὐ γὰρ τὸν ἐπαίτην ὁ ἐπαίτης αἰτήσει, ἀλλὰ τὸν εὔπορον· ὁ δὲ πλούσιος τὸν πένητα σπαράττει. Πάλιν τί σεμνότερον, εἰπέ μοι, παρὰ ἑκόντων λαβεῖν καὶ χάριν ἐχόντων, ἢ τοὺς οὐ θέλοντας ἀναγκάζειν καὶ ἐνοχλεῖν; Εὔδηλον ὅτι τοὺς μὴ βουλομένους μὴ ἐνοχλεῖν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο οἱ πλουτοῦντες ποιοῦσιν. Οἱ μὲν γὰρ πένητες παρ' ἑκόντων λαμβάνουσι καὶ χάριν εἰδότων, οἱ δὲ πλουτοῦντες παρὰ ἀκόντων καὶ μὴ βουλομένων, ὃ μείζονός ἐστι πενίας ἀπόδειξις. Εἰ γὰρ οὐδὲ ἐπ' ἄριστον ἐλοιτό τις ἀπελθεῖν, εἰ μὴ χάριν ὁ καλῶν εἰδείη τῷ καλουμένῳ, πῶς χρήματα λαβεῖν μετ' ἀνάγκης καλόν; Τοὺς κύνας οὐ διὰ τοῦτο ἀποστρεφόμεθα καὶ φεύγομεν τοὺς ὑλακτοῦντας, ὅτι τῇ πολλῇ [116] προσεδρίᾳ ἡμᾶς ἐκβιάζονται; Τοῦτο καὶ οἱ πλούσιοι ποιοῦσιν. Ἀλλὰ τὸν φόβον προσεῖναι τῇ δόσει σεμνότερον. Τοῦτο μὲν οὖν πάντων αἰσχρότερον· ὁ γὰρ πάντα κινῶν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν, τίνος οὐκ ἂν εἴη καταγελαστότερος; Καὶ γὰρ τοὺς κύνας πολλάκις φοβηθέντες, προηκάμεθα ἅπερ κατείχομεν. Τί πάλιν αἰσχρότερον, εἰπέ μοι, ῥάκια περιβεβλημένον αἰτεῖν, ἢ σηρικὰ φοροῦντα; Ὅταν μὲν γὰρ πλουτῶν τις γέροντας θεραπεύῃ πένητας, ὥστε τὰ ἐκείνων λαβεῖν, καὶ ταῦτα παίδων ὄντων, τίνος ἔσται συγγνώμης ἄξιος; Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ τὰ ῥήματα αὐτὰ ἐξετάσωμεν, τίνα μὲν οἱ πλουτοῦντες ἐπαιτοῦντες λέγουσι, τίνα δὲ οἱ πένητες. Τί οὖν ὁ πένης φησίν; Ὅτι ὁ διδοὺς ἐλεημοσύνην οὐ μετριάσει ποτὲ, ὅτι ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ δίδωσιν, ὅτι ὁ Θεὸς φιλάνθρωπος καὶ μείζονα ἀντιδίδωσιν· ἅπερ ἅπαντα φιλοσοφίας ἐστὶ ῥήματα καὶ παραινέσεως καὶ συμβουλῆς. Ἀξιοῖ σε γὰρ πρὸς τὸν Δεσπότην ἰδεῖν, καὶ τὸν φόβον ἐξαίρει σου τῆς μελλούσης πενίας· καὶ πολλὴν ἂν τις ἴδοι διδασκαλίαν ἐν τοῖς τῶν ἐπαιτούντων ῥήμασι. Τὰ δὲ τῶν πλουτούντων ὑπαῖα; Χοίρων καὶ κυνῶν καὶ λύκων καὶ τῶν ἄλλων θηρίων. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν περὶ τραπεζῶν καὶ ὄψων καὶ καρυκευμάτων καὶ οἴνου παντοδαποῦ καὶ μύρων καὶ ἱματίων καὶ τῆς ἄλλης διαπαντὸς διαλέγονται ἀσωτίας· οἱ δὲ περὶ τόκων καὶ δανεισμάτων, καὶ γραμματεῖα πλάττοντες καὶ χρεῶν ὄγκον ἀφόρητον ἐπαιωροῦντες [c], ὡς ἐκ πατέρων ἢ πάππων ἀρχὴν εἰληφότα, τοῦ μὲν τὴν αἰκίαν, τοῦ δὲ τὸν ἀγρὸν, τοῦ δὲ ἀνδράποδον ἀφαιροῦνται καὶ τὰ ὄντα ἅπαντα. Τί ἂν τις εἴποι τὰς διαθήκας, τὰς ἀντὶ μέλανος αἵματι γεγραμμένας; Ἢ γὰρ κίνδυνον ἀφόρητον περιστήσαντες, ἢ μικραῖς τισι καταγοητεύσαντες ὑποσχέσεσιν, οὓς ἂν ἴδωσιν ὀλίγα τινὰ κεκτημένους, ἔπεισαν τοὺς μὲν προσήκοντας ἅπαντας καὶ πενίᾳ πολλάκις ἀπολλυμένους παραδραμεῖν, αὐτοὺς δὲ ἀντ' ἐκείνων ἐγγράψαι. Ταῦτ' οὖν ποίων θηρίων οὐκ ἀποκρύπτει μανίαν καὶ ἀγριότητα; Διὸ, παρακαλῶ, πάντα τὸν τοιοῦτον πλοῦτον φύγωμεν, τὸν αἰσχρὸν καὶ φόνων γέμοντα· καὶ κτησώμεθα τὸν πνευματικὸν, καὶ τοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς θησαυροὺς ἐπιζητήσωμεν. Οἱ γὰρ τούτους ἔχοντες, ἐκεῖνοι οἱ πλούσιοι, ἐκεῖνοι οἱ εὔποροι, καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐκεῖ πάντων ἀπολαύοντες. Ὁ γὰρ βουλόμενος πένεσθαι κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τὰς πάντων οἰκίας ἀνεῳγμένας ἔχει. Τῷ γὰρ οὐδὲν κεκτημένῳ διὰ τὸν Θεὸν, ἕκαστος ἂν εἰσενέγκοι τὰ ἑαυτοῦ· ὁ δὲ μικρὰ μετὰ ἀδικίας βουλόμενος ἔχειν, τὰς ἁπάντων ἀπέκλεισε θύρας. Ἵνα τοίνυν καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, ἐλώμεθα τὸν πλοῦτον τὸν ἀκίνητον, τὴν ἀθάνατον εὐπορίαν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

[a] Sic Reg. optime. In editis δέ deest. [b] Reg., τῶν πήραν ἐχόντων.

[c] Reg., ἀπαιωροῦντες.

[117] ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὃς ἐστί μου τέκνον ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

α'. Σκόπει μοι κάνταῦθα τὴν γενναίαν ψυχὴν, τὴν πυρὶς θερμοτέραν καὶ γοργοτέραν. Ἐβούλετο μὲν γὰρ αὐτὸς παραγενέσθαι μάλιστα νοσοῦσιν οὕτω καὶ στασιάζουσι Κορινθίοις. Καὶ γὰρ ἤδει σαφῶς ἡλίκα τε ὠφέλει τοὺς μαθητὰς ἡ παρουσία αὐτοῦ, καὶ ἡλίκα ἔβλαπτεν ἡ ἀπουσία. Καὶ τὸ μὲν ἐδήλωσεν ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους, εἰπών· *Μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε*· τὸ δὲ δείκνυσιν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ταύτῃ, λέγων· *Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς ἐφυσιώθησάν τινες, ἐλεύσομαι δέ.* Ἠπείγετο μὲν οὖν καὶ ἐπεθύμει παραγενέσθαι αὐτός· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἐνῆν, τῇ ἐπαγγελίᾳ τῆς παρουσίας αὐτοὺς διορθοῦται· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ μαθητοῦ ἀποστολῇ. *Διὰ τοῦτο*

Digitized by Google

mus, et nobis cedere compellemus, non imperare. Quomodo ergo hoc fiet? Cum divitias omnibus distribuemus. Donec enim opulentia sola cum solis erit ut latro in solitudine, omnia inferet mala: cum autem illam in medium adducemus, non ultra nobis imperabit, cum omnes illam undique alligent.

5. *Pecuniæ non malæ, si bene illis utamur.* — Et hæc dico, non quod peccata sint pecuniæ; sed peccatum est non eas pauperibus distribuere, et male illis uti. Nihil enim malum Deus fecit, sed omnia valde bona. Itaque bonæ etiam sunt pecuniæ, sed si possidentibus non imperent, si paupertatem proximi solvant. Neque enim lux illa bona, quæ non delet tenebras, sed auget eas; neque divitias sic appellarim, quæ non solvant paupertatem, sed augeant illam. Nam qui dives est, non quærit ab aliis accipere, sed aliis opem ferre: qui vero ab aliis quærit accipere, jam non dives est, sed ipse pauper. Itaque non divitiæ malæ sunt, sed pauper animus, qui divitias deducit in paupertatem. Hi miseriores sunt illis qui in angiportis mendicant, iis qui cæci et mutilato corpore sunt; et qui sericis splendidisque vestibus amicti sunt, iis qui laceris pannis induuntur; qui in foro superbe incedunt inferiores sunt iis, qui in biviis vadunt et in aulas ingrediuntur, ab imo clamant mendicantes. Hi namque Deum laudant, et misericordiæ multæque philosophiæ verba proferunt: ideoque illos miseramur et manus ipsis porrigimus, ac numquam accusamus. Qui autem male divitias possident, crudelitatis, immanitatis, rapinæ et concupiscentiæ verba proferunt. Ideo apud omnes odiosi et ridiculi habentur. Considera autem, quid apud omnes homines turpe esse videatur, an a divitibus petere an ab inopibus? Palam certe est, ab inopibus. Hoc itaque faciunt divites; non enim auderent ad ditiores accedere. Qui autem mendicant, a locupletibus petunt: neque enim mendicus a mendico petit, sed a divite; dives autem pauperem discerpit. Rursus quid, quæso, honestius, a lubentibus et gratiam habentibus accipere, an invitos cogere et pertubare? Palam est honestius esse invitos non turbare. Sed hoc divites faciunt. Nam pauperes a lubentibus accipiunt et gratiam habentibus; divites autem ab invitis et repugnantibus: quod majoris est paupertatis demonstratio. Si enim ad prandium nemo velit accedere, nisi gratiam ipsi habeat is qui invitat, quomodo bonum fuerit pecunias vi extorquere? Canes nonne ideo aversamur et fugimus latrantes, quod nobis assidue instent et nos urgeant? Hoc et divites faciunt. At honestius, ut cum dono adsit metus. Hoc certe omnium turpissimum est: qui enim omnia movet ut accipiat, quo homine magis ridiculus non fuerit? Etenim sæpe cum canem metueremus, ea quæ tenebamus projecimus. Quid rursus, dic mihi, turpius pannis laceris involutum petere, an sericas vestes ferentem? Quando enim quis dives senes colit pauperes, ut res illorum accipiat, etiamsi liberos habeant, qua venia dignus erit? Si vultis autem, ipsa quoque verba examinemus; quænam scilicet divites petentes dicant, et quænam pauperes. Quid ergo dicit pauper? Quod qui dat eleemosynam non parce dabit, quod ea det quæ a Deo sunt, quod Deus sit benignus et majora retribuat: quæ omnia philosophiæ sunt verba et exhortationis et consilii. Rogat enim te ad Dominum respicias, et metum tibi tollit futuræ paupertatis: ac multam quis videat doctrinam in verbis mendicantium. Divitum autem verba qualia sunt? Porcorum, canum, luporum aliarumque ferarum. Nam alii de mensis, de obsoniis, de condimentis, de vino omnis generis, de unguentis, de vestibus, deque omni alio luxu et profusione: alii de usuris, de fœnoribus; et schedas fingentes, ac debitorum intolerabilem attollentes magnitudinem, tamquam a patribus et avis initium sumpserint, hujus domum, illius agrum, alterius mancipium auferunt facultatesque omnes. Quid vero dixeris de testamentis, quæ non atramento, sed sanguine scripta sunt? Aut enim in non ferendum inductos periculum, aut modicis promissis incantatos, quos viderint quædam modica possidentes, eo induxerunt ut cognatos omnes et paupertate sæpe pereuntes missos facerent, seque pro illis heredes adscriberent. Hæc autem quarumnam ferarum non superant feritatem? Quapropter, obsecro, omnes hujusmodi divitias fugiamus, turpes et cædibus refertas; et spirituales illas possideamus, thesaurosque in cælo requiramus. Nam qui hos habent, illi certe divites sunt, illi opulenti, et fruuntur omnibus quæ hic et illic sunt. Qui enim secundum Dei verbum pauper esse vult, omnium domos habet apertas. Nam ei, qui propter Deum nihil possidet, unusquisque sua confert: qui vero parva cum injustitia vult habere, omnium sibi ostia clausit. Ut ergo et quæ hic et quæ illic sunt bona assequamur, eligamus immotam et immortalem opulentiam: quam utinam nos omnes consequamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, etc.

HOMILIA XIV.

Cap. 4. v. 17. *Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus et fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu.*

1. *Paulus igne ardentior.* — Illic quoque consideres velim generosam animam, igne ardentiorem et acriorem. Volebat quidem ipse adesse, Corinthiis maxime sic ægrotantibus et seditione agitatis. Probe sciebat enim, quam prodesset discipulis præsentia sua, et quantum obesset absentia. Et illud quidem indicavit in Epistola ad Philippenses, dicens, *Non ut in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc quoque in absentia mea, cum timore et tremore salutem vestram operamini* (*Philipp.* 2. 12): hoc autem ostendit in hac epistola dicens: 18. *Tamquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam;* 19. *veniam autem.* Festinabat itaque et cupiebat ipse adesse; sed quia hoc

Digitized by Google

nondum licebat, promissione adventus sui illos corrigit : neque hoc tantummodo, sed etiam missione discipuli. *Ideo* namque, inquit, *misi ad vos Timotheum. Ideo :* quare? Quia vestrum ut filiorum curam gero, ut qui vos genuerim. Et cum commendatione personæ est epistola : *Qui est filius meus dilectus, et fidelis in Domino*. Hoc autem dixit, et ut amorem suum ostendat, et ut illos præparet ad illum reverenter videndum. Neque tantum fidelem dicit, sed, *In Domino;* id est, in rebus quæ secundum Dominum sunt. Quod si in sæcularibus rebus fidelem esse laus est, multo magis in spiritualibus. Si ergo dilectus ejus filius sit, cogita quantus sit amor Pauli in Corinthios, quorum gratia ab illo voluerit separari. Si autem fidelis sit, inculpate res administrabit. *Qui vos commonefaciet.* Non dicit, Docebit, ne id ægre ferrent, ut qui ab ipso discerent. Ideoque in fine ait : *Opus enim Dei operatur sicut et ego* (1. *Cor.* 16. 10) : ne quis ergo illum despiciat. Nulla enim in apostolis erat invidia, sed unum spectabant, nempe Ecclesiæ ædificationem : et si minor erat is qui operabatur, cum omni studio fovebant illum et juvabant. Quapropter non satis habuit dicere, *Commonefaciet ;* sed illorum invidiam magis abscindere volens (juvenis namque erat Timotheus) : ideo subjunxit, *Vias meas.* Non suas, sed, *Meas;* id est, œconomias, pericula, mores, leges, statuta, canones apostolicos et alia omnia. Quia enim dixit, *Nudi sumus et colaphis cædimur et instabiles sumus :* et hæc, inquit, omnia vos commonefaciet et leges Christi, ut hæreses deleat. Deinde superiora repetens subjungit, *Quæ sunt in Christo :* omnia uti solet Domino referens, et fide digna sequentia reddens : quare subdit : *Sicut ubique in omni Ecclesia doceo.* Nihil apud vos novi dixi : horum mihi consciæ sunt reliquæ omnes Ecclesiæ. Vias autem illas in Christo dicit, ostendens illas nihil humanum habere, et cum ejus auxilio se recte omnia gerere. Postquam autem hæc dixit et illos curavit ; aggressurus accusationem fornicatoris, rursus ira plenos sermones emittit, non quod ille ita affectus esset, sed ut illos corrigat ; et fornicatore dimisso, alios alloquitur, ne suis quidem verbis dignum illum judicans : quod erga servos qui admodum offenderunt facere solemus. Et quia dixit, Timotheum mitto ; ne ideo segniores evadant, vide quid dicat : *Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.* His enim et illos perstringit et alios quosdam, altos illorum sensus exagitans. Est enim crimen appetiti principatus, absentia doctoris ad arrogantiam uti. Quando enim plebem alloquitur, perpende mihi quomodo ad pudorem inducat ; quando autem eos qui in causa mali sunt, vehementius agit. Illis enim dicit, *Omnium peripsema ;* illosque leniens addit, *Non ut confundam vos, hæc scribo :* his autem, *Tamquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam;* ostendens puerilis animi esse arrogantiam. Etenim pueri absentia magistri segniores fiunt. Hoc ergo indicatur, et quod præsentia satis sit ad correctionem.

2. Quemadmodum enim leone præsente omnia terrentur animalia : sic præsente Paulo pertimescebant ii qui Ecclesiam corrumpebant. Ideo subjunxit: 19. *Veniam autem cito ad vos, si Dominus voluerit.* Sed hoc solum dicere, comminantis esse videbatur ; operum autem demonstrationem et ipsum promittere et ab illis exigere, hoc magni et sublimis erat animi. Quamobrem et hoc subjunxit, dicens : *Et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.* Non enim ex propriis recte factis, sed ex doctoris absentia suborta erat arrogantia : quod ipsum quoque animi erat despicientis. Ideo cum dixisset, *Misi Timotheum*, non statim dixit, Veniam, sed cum prius ipsos accusasset quod inflati essent, tunc ait, *Veniam.* Nam si ante accusationem illud posuisset, excusatio potius visa fuisset, ut qui non defuisset, et non comminatio, nec credibilis sermo fuisset ; nunc autem post accusationem positum dictum, et fide dignum et terribilem reddidit. Et vide ejus firmitatem securitatemque. Non enim simpliciter dixit, *Veniam*, sed, *Si Dominus voluerit ;* nec tempus constitutum ponit. Quia enim contigit eum tardius accedere, ex incerto vult illos dubios animi et suspensos tenere. Et ne propterea rursus concidant, addidit, *Cito. Et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.* Non dixit, Cognoscam sapientiam, neque signa ; sed quid? *Non sermonem ;* et illud prolato nomine deprimens, et hoc extollens. Et interim sermonem dirigit ad eos, qui fornicatorem fovebant. Nam si illum alloqueretur, non diceret virtutem, sed opera, quæ corrupta erant. Et cur non quæris sermonem? Non quod verbis egeam, sed quia in virtute res nostræ consistunt. Ut igitur in bello non multa loquentium, sed multa patrantium sunt præclara gesta : ita hic quoque non loquentium, sed operantium est victoria. Altum sapis ob facundiam, inquit; sed si rhetorum certamen esset et tempus, recte ideo tibi placeres ; si autem apostolorum veritatem annuntiantium, et illam signis confirmantium, quid inflaris de re superflua, quæ nihil est, et ad præsentia nihil conferre possit? Quid enim verborum ostentatio posset ad mortuum suscitandum, aut dæmones pellendos, aut aliud quodpiam miraculum patrandum. His nunc opus est, et per hæc res nostræ consistunt. Ideoque subjunxit : 20. *Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.* Per signa, inquit, non per facundiam vicimus, et quod divina sit doctrina nostra, et regnum cælorum annuntiemus, maximum argumentum præbuimus, signa nempe, quæ per virtutem Spiritus facimus. Si ergo magni quidam viri esse volunt ii qui nunc sunt inflati, cum advenero, ostendant, si quam talem virtutem habeant ; neque verborum fastum mihi obtendant : ars enim illa nihil ad nos. 21. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis?* Multum terroris et multum lenitatis hic sermo præ se fert. Dicere enim, *Cognoscam*, sese continentis erat ; dicere autem : *Quid vultis? in virga veniam ad vos?* ejus est qui in doctrinæ solium ascendit, et inde disserit, totamque auctoritatem accepit,

Digitized by Google

γὰρ, φησὶν, *ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον. Διὰ τοῦτο* · ποῖον; Ἐπειδὴ ὡς παῖδων κήδομαι, καὶ ὡς γεγεννηκώς. Καὶ μετὰ τῆς συστάσεως τοῦ προσώπου, ἡ Ἐπιστολή· *Ὃς ἐστί μου τέκνον ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ.* Τοῦτο δὲ εἶπε, τήν τε αὐτοῦ ἀγάπην ἐμφαίνων, κἀκείνους παρασκευάζων αἰδεσίμως αὐτὸν ἰδεῖν. Καὶ οὐχ ἁπλῶς πιστὸν, ἀλλ' *Ἐν Κυρίῳ*, τουτέστιν, ἐν τοῖς κατὰ Κύριον πράγμασιν. Εἰ δὲ τὸ ἐν τοῖς βιωτικοῖς εἶναί τινα πιστὸν, ἐγκώμιον, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πνευματικοῖς. Εἰ τοίνυν ἀγαπητὸν αὐτοῦ τέκνον, ἐννόησον πόση τοῦ Παύλου ἡ ἀγάπη, ὅτι εἵλετο αὐτοῦ χωρισθῆναι διὰ Κορινθίους. Εἰ δὲ καὶ πιστὸν, ἀλήπτως διακονήσει τοῖς πράγμασιν. *Ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει.* Οὐκ εἶπε, Διδάξει, ἵνα μὴ δυσανασχετῶσιν, ὡς παρ' αὐτοῦ μανθάνοντες. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τῷ τέλει φησί· *Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, καθὼς καὶ ἐγώ* · μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ. Οὐδεὶς γὰρ ἦν ἐν ἀποστόλοις φθόνος, ἀλλὰ πρὸς ἓν ἐώρων, τῆς Ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομήν· καὶ εἰ ἐλάττων ἦν ὁ ἐργαζόμενος, συνεκρότουν αὐτὸν μετὰ σπουδῆς ἁπάσης. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἠρκέσθη τῷ εἰπεῖν, *Ἀναμνήσει*, ἀλλ' ἐπὶ πλέον ἄγει τὸν λόγον [a], ὑποτέμνεσθαι βουλόμενος αὐτῶν τὸν φθόνον (καὶ γὰρ ἦν νέος ὁ Τιμόθεος). διὸ ἐπήγαγε· *Τὰς ὁδούς μου.* Οὐ τὰς αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰς ἐμὰς, τουτέστι, τὰς οἰκονομίας, τοὺς κινδύνους, τὰ ἔθη, τοὺς νόμους, τοὺς θεσμοὺς, τοὺς κανόνας τοὺς ἀποστολικοὺς, τὰ ἄλλα πάντα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Γυμνητεύομεν καὶ κολαφιζόμεθα καὶ ἀστατοῦμεν*, καὶ ταῦτα, φησὶ, πάντα ὑμᾶς ἀναμνήσει καὶ τοὺς νόμους τοὺς τοῦ Χριστοῦ, ὥστε τὰς αἱρέσεις ἀνελεῖν. Εἶτα ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγὼν ἐπήγαγε· *Τὰ ἐν Χριστῷ* · πάντα, ὡς εἴωθεν, ἀνατιθεὶς τῷ Δεσπότῃ, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῶν ἐξῆς ἐντεῦθεν κατασκευάζων · [118] διὸ καὶ ἐπάγει· *Καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω.* Οὐδὲν πρὸς ὑμᾶς καινὸν εἶπον· ταῦτά μοι συνίσασι καὶ αἱ λοιπαὶ Ἐκκλησίαι πᾶσαι. Ὁδοὺς δὲ αὐτὰς ἐν Χριστῷ φησι, δεικνὺς ὅτι οὐδὲν ἔχουσιν ἀνθρώπινον, καὶ ὅτι μετὰ τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας τὰ πάντα κατορθοῖ. Εἰπὼν δὲ ταῦτα καὶ θεραπεύσας ἐκείνους, καὶ μέλλων ἐμβάλλειν εἰς τὴν κατηγορίαν τοῦ πεπορνευκότος, πάλιν θυμοῦ γέμοντας λόγους ἀφίησιν, οὐκ αὐτὸς ταῦτα πάσχων, ἀλλ' ἐκείνους διορθούμενος · καὶ τὸν πεπορνευκότα ἀφεὶς, τοῖς ἄλλοις διαλέγεται, οὐκ ἀξιῶν ἐκεῖνον οὔτε τῶν παρ' αὐτοῦ λόγων · ὅπερ ἐπὶ τῶν οἰκετῶν τῶν σφόδρα προσκεκρουκότων ποιοῦμεν. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Τιμόθεον πέμπω, ἵνα μὴ τούτῳ ῥᾳθυμότεροι γένωνται, ὅρα τί φησιν· *Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες.* Ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἐκείνων καθάπτεται καὶ ἑτέρων τινῶν, κατασείων αὐτῶν τὸ φρόνημα. Φιλαρχίας γὰρ τὸ ἔγκλημα, τῇ ἐρημίᾳ τοῦ διδασκάλου εἰς ἀπόνοιαν κεχρῆσθαι. Ὅταν μὲν οὖν πρὸς τοὺς πολλοὺς διαλέγηται, σκόπει πῶς ἐντρεπτικῶς αὐτὸ ποιεῖ· ὅταν δὲ πρὸς τοὺς αἰτίους, καταφορικώτερον. Ἐκείνοις μὲν γὰρ λέγει, *Πάντων περίψημα*, καὶ θεραπεύων αὐτούς φησιν· *Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς, γράφω ταῦτα*· τούτοις δὲ, *Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες*, δεικνὺς ὅτι παιδικῆς διανοίας ἡ ἀπόνοια · καὶ γὰρ οἱ παῖδες τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ διδασκάλου ῥᾳθυμότεροι γίνονται. Τοῦτο δὲ οὖν ἐνδείκνυται, καὶ ὅτι ἀρκεῖ πρὸς διόρθωσιν ἡ παρουσία.

β'. Καθάπερ γὰρ λέοντος παρουσία ἅπαντα ποιεῖ κατεπτηχέναι τὰ ζῶα· οὕτω καὶ ἡ Παύλου τοὺς διαφθείραντας τὴν Ἐκκλησίαν. Διὸ καὶ ἐπάγει· *Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ.* Ἀλλὰ τὸ μὲν τοῦτο εἰπεῖν μόνον, ἐδόκει ἀπειλῆς εἶναι· τὸ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν καὶ αὐτὸν ἐπαγγείλασθαι, κἀκείνους ἀπαιτεῖν, τοῦτο ἦν μεγαλόφρονος διανοίας. Διόπερ καὶ πρσέθηκε τοῦτο, εἰπών· *Καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν.* Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ κατορθωμάτων οἰκείων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ διδασκάλου ἀπουσίας ἡ ἀπόνοια ἦν· ὅπερ καὶ αὐτὸ γνώμης ἦν καταφρονητικῆς. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Ἔπεμψα Τιμόθεον*, οὐκ εὐθέως εἶπεν, Ἐλεύσομαι, ἀλλὰ πρότερον αὐτῶν κατηγορήσας, ὅτι ἐφυσιώθησαν, τότε φησίν· *Ἐλεύσομαι.* Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς κατηγορίας αὐτὸ τέθεικεν, ἀπολογία μᾶλλον ἐγένετο αὐτοῦ ὡς οὐκ ἀπολειφθέντος, καὶ οὐκ ἀπειλή, καὶ οὐδὲ οὗτος [b] πιστὸς ὁ λόγος ἦν· νυνὶ δὲ μετὰ τὴν κατηγορίαν θεὶς, καὶ ἀξιόπιστον αὐτὸν καὶ φοβερὸν ἐποίησε. Καὶ ὅρα αὐτοῦ τὸ βέβαιον καὶ ἀσφαλές. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, *Ἐλεύσομαι*, ἀλλ', *Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ* · καὶ οὐ τίθησι χρόνον ὡρισμένον. Ἐπειδὴ γὰρ συνέβαινεν αὐτὸν βραδέως παραγενέσθαι, τῇ ἀδηλίᾳ βούλεται αὐτοὺς ἐναγωνίους ποιῆσαι. Καὶ ἵνα μὴ διὰ τοῦτο πάλιν ἀναπέσωσι, προσέθηκε· *Ταχέως. Καὶ γνώσομαι, οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν.* Οὐκ εἶπεν, ὅτι Γνώσομαι τὴν σοφίαν, [119] οὐδὲ τὰ σημεῖα, ἀλλὰ τί; *Οὐ τὸν λόγον* · κἀκεῖνο τῷ ὀνόματι καταφέρων, καὶ τοῦτο ἐπαίρων. Καὶ τέως πρὸς τοὺς ἄλλους ἀποτείνεται τοὺς συγκροτοῦντας τὸν πεπορνευκότα. Εἰ γὰρ πρὸς ἐκεῖνον ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε τὴν δύναμιν, ἀλλὰ τὰ ἔργα, ἅπερ ἦν αὐτῷ διεφθαρμένα. Καὶ διὰ τί οὐ ζητεῖς τὸν λόγον; Οὐκ ἐπειδὴ ἀπορῶ λόγου, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν δυνάμει τὰ ἡμέτερα. Καθάπερ οὖν ἐν πολέμῳ οὐ τῶν πολλὰ φθεγγομένων τὸ κατορθοῦν, ἀλλὰ τῶν πολλὰ ἐργαζομένων· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, οὐ τῶν λαλούντων, ἀλλὰ τῶν ποιούντων ἡ νίκη. Μέγα φρονεῖς ἐπὶ εὐγλωττίᾳ, φησίν· ἀλλ' εἰ μὲν ῥητόρων ὁ ἀγὼν καὶ ὁ καιρὸς, καλῶς ἐντεῦθεν ἐφρόνεις· εἰ δὲ ἀποστόλων ἀλήθειαν καταγγελλόντων, καὶ σημείοις ταύτην βεβαιούντων, τί πεφύσησαι ἐπὶ πράγματι περιττῷ καὶ οὐδὲν ὄντι, οὐδὲ εἰς τὰ παρόντα τι συντελέσαι δυναμένῳ; Τί γὰρ λόγων ἐπίδειξις δύναιτ' ἂν πρὸς τὸ νεκρὸν ἀναστῆσαι, ἢ δαίμονας ἐλάσαι, ἢ ἄλλην τινὰ τοιαύτην ἐργάσασθαι θαυματουργίαν; Τούτων δὲ χρεία νῦν, καὶ διὰ τούτων τὰ ἡμέτερα συνίσταται. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει.* Διὰ σημείων, φησὶν, οὐ δι' εὐγλωττίας ἐκρατήσαμεν, καὶ τοῦ θείαν εἶναι τὴν διδασκαλίαν ἡμῶν, καὶ βασιλείαν καταγγέλλειν οὐρανῶν, μεγίστην ἀπόδειξιν παρεχόμενοι τὰ σημεῖα, ἅπερ ποιοῦμεν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος. Εἰ τοίνυν μεγάλοι τινὲς εἶναι βούλονται οἱ πεφυσιωμένοι νῦν, ἐπειδὰν παραγένωμαι, δειξάτωσαν, εἴ τινα δύναμιν τοιαύτην ἔχουσι· καὶ μή μοι ῥημάτων προβαλλέσθωσαν κόμπους· οὐδὲν γὰρ ἐκείνη πρὸς ἡμᾶς ἡ τέχνη. *Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραότητος;* Πολὺ καὶ τὸ φοβερὸν ἔχει καὶ τὸ προσηνὲς ὁ λόγος οὗτος. Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι *Γνώσομαι*, ἔτι ὑπεσταλμένου ἦν· τὸ δὲ εἰπεῖν, *Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς;* ἐπὶ τὸν διδασκαλικὸν λοιπὸν ἀναβαίνοντος θρόνον κἀκεῖθεν αὐτοῖς διαλεγομένου, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀναλαβόντος πᾶσαν. Τί ἐστιν, *Ἐν ῥάβδῳ;* Ἐν κολάσει, ἐν τιμωρίᾳ, τουτέστιν, Ἀνελῶ,

[a] *Deerant verba*, ἄγει τὸν λόγον

[b] Reg., οὐδὲ οὕτως.

Digitized by Google

πηρώσω· ὅπερ ἐπὶ τῆς Σαπφείρας ὁ Πέτρος ἐποίησεν· ὅπερ αὐτὸς ἐπὶ Ἐλύμα τοῦ μάγου. Οὐκέτι γὰρ λοιπὸν ὡς παρεξετάζων ἐκείνους ἑαυτὸν λέγει, ἀλλ' αὐθεντικῶς. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ Ἐπιστολῇ τὸ αὐτὸ τοῦτο φαίνεται λέγων, ὅταν λέγῃ· *Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. Ἐν ῥάβδῳ ἔλθω, ἢ ἐν ἀγάπῃ;* τί γὰρ, ἐν ῥάβδῳ ἐλθεῖν, οὐκ ἦν ἀγάπης; Ἀγάπης μὲν ἦν· ἀλλ' ἐπειδὴ σφόδρα ἀγαπῶν ἀναδύεται πρὸς τιμωρίαν, διὰ τοῦτο οὕτω φησίν. Ὅτε μὲν οὖν περὶ τιμωρίας ἔλεγεν, οὐκ εἶπε, Πνεύματί τε πραότητος, ἀλλὰ *Ῥάβδῳ*. Καίτοι κἀκεῖνο Πνεύματι ἐγίνετο· ἔστι γὰρ πνεῦμα πραότητος, καὶ πνεῦμα αὐστηρότητος· ἀλλ' οὐ βούλεται οὕτως αὐτὸ καλεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς καίτοι γε τιμωρούμενος, ὅτι μὲν ἐλεήμων ἐστὶ καὶ μακρόθυμος καὶ πλούσιος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, [120] πολλαχοῦ λέγεται· ὅτι δὲ κολαστικὸς, ἅπαξ που καὶ δεύτερον καὶ σπανιάκις, καὶ ταῦτα τῆς αἰτίας κατεπειγούσης. Καὶ σκόπει σοφίαν Παύλου. Τὴν ἐξουσίαν αὐτὸς ἔχων, καὶ τούτου κἀκείνου ἑτέρους ποιεῖ κυρίους λέγων, *Τί θέλετε*; ἐν ὑμῖν τὸ πρᾶγμα κεῖται. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν καὶ τούτου κἀκείνου κύριοι, καὶ τοῦ εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν, καὶ τοῦ βασιλείας ἐπιτυχεῖν· ἐπειδὴ ὁ Θεὸς οὕτως ἠθέλησεν. *Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, πῦρ καὶ ὕδωρ· οὗ ἐὰν θέλῃς, ἐκτενεῖς τὴν χεῖρά σου·* καὶ, *Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε* [a].

γ'. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι Θέλω. Καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀνόητος, ὥστε μὴ θέλειν· ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ μοι τὸ θέλειν. Καὶ μὴν ἀρκεῖ, ἐὰν ὡς χρὴ θέλῃς, καὶ τὰ τοῦ θέλοντος ποιῇς· νυνὶ δὲ οὐ σφόδρα θέλεις. Καὶ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἄλλων γυμνάσωμεν, εἰ δοκεῖ. Εἰπὲ γάρ μοι, ὁ βουλόμενος γυναῖκα ἀγαγέσθαι, ἀρκεῖται τῷ θέλειν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ προμνηστρίας ἐπιζητεῖ, καὶ φίλους ἀξιοῖ συναγρυπνῆσαι, καὶ χρήματα συνάγει. Πάλιν ὁ ἔμπορος οὐκ οἴκοι καθήμενος ἀρκεῖται τῷ θελῆσαι, ἀλλὰ καὶ πλοῖον μισθοῦται, καὶ ναύτας καὶ κωπηλάτας καταλέγει, καὶ ἀργύριον δανείζεται, καὶ χώραν περιεργάζεται καὶ ὠνίων τιμάς. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον εἰς μὲν τὰ τῆς γῆς τοσαύτην σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι, τὸν δὲ οὐρανὸν ἐμπορεύεσθαι μέλλοντας τῷ θέλειν ἀρκεῖσθαι μόνον; μᾶλλον δὲ μηδὲ τοῦτο μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιδείκνυσθαι σπουδῆς; Ὁ γὰρ θέλων ὡς δεῖ, καὶ τῶν πραγμάτων ἅπτεται τῶν ἐπὶ τοῦτο ἀγόντων ὃ θέλει. Καὶ γὰρ ἐπειδὰν τὸ πεινῆσαι καταναγκάζῃ τραφῆναι, οὐ περιμένεις αὐτόματα τὰ σιτία πρὸς σὲ ἐλθεῖν, ἀλλὰ πάντα ποιεῖς ὑπὲρ τοῦ τὴν τροφὴν συναγαγεῖν· καὶ ἐπὶ τοῦ διψῆν καὶ ἐπὶ τοῦ ῥιγοῦν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁμοίως· ἐνεργὸς εἶ καὶ παρατεταγμένος πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας ποίει, καὶ πάντως αὐτῆς ἐπιτεύξῃ. Διὰ τοῦτο γάρ σε αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ὕστερον ἐγκαλῇς τῷ Θεῷ ὡς ἀνάγκῃ θεθείς. Σὺ δὲ ὑπὲρ ὧν τιμῆς ἀπέλαυσας, ὑπὲρ τούτων ἀγανακτεῖς; Καὶ γὰρ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων· Διὰ τί γάρ με κύριον ἐποίησεν ἀρετῆς; Ἀλλὰ πῶς ἔδει κοιμώμενον καὶ νυστάζοντα καὶ τῆς κακίας ἐφιέμενον καὶ τρυφῶντα καὶ γαστριζόμενον ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναγαγεῖν; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἀπέστης κακίας. Εἰ γὰρ νῦν, ἀπειλῆς κειμένης, οὐδὲ οὕτως ἀφίστασαι τῆς πονηρίας· εἰ καὶ τὸν οὐρανόν σοι προσέθηκεν ἔπαθλον, πότε ἂν ἐπαύσω γενόμενος ῥᾳθυμότερος καὶ χείρων πολλῷ [b]; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἔξεις εἰπεῖν, ὅτι Ἔδειξε μὲν τὰ ἀγαθὰ, οὐκ ἐβοήθησε δέ· καὶ γὰρ πολλὴν ὑπισχνεῖταί σοι τὴν συμμαχίαν. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ, φησὶν, ἐπαχθὴς καὶ φορτικὴ, τῇ δὲ κακίᾳ ἡδονὴ συγκέκραται πολλή· καὶ ἡ μὲν ἔστι πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος, ἡ δὲ στενὴ καὶ τεθλιμμένη. Ἆρα διόλου, εἰπέ μοι, ἡ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀμφότεραι τοιαῦται; Καὶ γὰρ καὶ ἄκων ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς λέγεις ταῦτα ἃ λέγεις· οὕτως ἰσχυρὸν ἡ ἀλήθεια. Καὶ γὰρ εἰ δύο ἦσαν ὁδοὶ, ἡ μὲν ἐπὶ κάμινον, ἡ δὲ ἐπὶ παράδεισον φέρουσα, καὶ ἡ μὲν ἦν πλατεῖα [121] ἡ ἐπὶ τὴν κάμινον, ἡ δὲ στενὴ ἡ ἐπὶ τὸν παράδεισον, ποίαν ἂν εἵλου μᾶλλον ὁδόν; Κἂν γὰρ νῦν φιλονεικῶν ἀντείπῃς, ἀλλὰ τοῖς σφόδρα ὡμολογημένοις, κἂν σφόδρα ἀναισχυντῇς, ἀντειπεῖν οὐ δυνήσῃ. Ὅτι μὲν γὰρ αὕτη μᾶλλόν ἐστιν αἱρετὴ ἡ τὴν ἀρχὴν ἔχουσα χαλεπὴν, ἀλλὰ μὴ τὸ τέλος, ἀπὸ τῶν ἐν χερσὶν ὑμᾶς διδάξαι πειράσομαι. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τὰς τέχνας μεταχειρίσωμεν πρῶτον· αὗται γὰρ τὴν μὲν ἀρχὴν πόνου γέμουσαν ἔχουσι, τὸ δὲ τέλος ἐπικερδές. Ἀλλ' οὐδεὶς, φησὶν, ἤψατο τέχνης μὴ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων. Ἐπειδὰν γὰρ ᾖ κύριος ἑαυτοῦ, φησὶν, ὁ νέος, μᾶλλον αἱρήσεται τρυφᾷν ἐν ἀρχῇ, καὶ πρὸς τῷ τέλει μυρία παθεῖν τὰ κακὰ, ἢ ταλαιπωρεῖσθαι ἐν προοιμίοις, καὶ καρποῦσθαι μετὰ ταῦτα ἐκ τῶν πόνων ἐκείνων. Οὐκοῦν τὸ τοιαῦτα αἱρεῖσθαι, ὀρφανικῆς ἐστι διανοίας καὶ παιδικῆς ῥᾳθυμίας· τὸ δὲ τἀναντία, συνέσεως καὶ ἀνδρείας. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡμεῖς, εἰ μὴ ἦμεν παῖδες; τὸν νοῦν, οὐκ ἂν ἐκείνῳ τῷ ὀρφανῷ καὶ ἀνοήτῳ, ἀλλὰ τῷ πατέρα ἔχοντι ἐξωμοιώθημεν ἄν. Δεῖ τοίνυν τὴν παιδικὴν ἐκβαλεῖν διάνοιαν, ἀλλὰ μὴ τὰ πράγματα αἰτιᾶσθαι· καὶ τὸν ἡνίοχον ἐπιστῆσαι τῇ συνειδήσει, ὃς οὐκ ἐάσει γαστρίζεσθαι, ἀλλὰ τρέχειν καὶ ἀγωνίζεσθαι. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν παῖδας μετὰ ταλαιπωρίας ἄγειν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ πράγματα προοίμια μὲν ἔχοντα ἐπίμοχθα, τὸ δὲ τέλος χρηστόν· ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς ἀπεναντίας ἐπὶ τῶν πνευματικῶν διακεῖσθαι πραγμάτων; καίτοι γε οὐδὲ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν πάντως ἦλον ὅτι χρηστὸν ἔσται τὸ τέλος. Καὶ γὰρ ἄωρος θάνατος; καὶ πενία καὶ συκοφαντία καὶ μεταβολὴ πραγμάτων, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα, μετὰ τοὺς πολλοὺς πόνους τῶν καρπῶν ἀποστερηθῆναι ἐποίησε. Κἂν ἐπιτύχωσι δὲ οἱ μετιόντες, οὐδὲν μέγα καρπώσονται· τῷ γὰρ παρόντι βίῳ πάντα συγκαταλύεται ἐκεῖνα. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τοιούτων τρέχομεν ψυχρῶν καὶ ἐπικήρων, οὔτε δεδοικαμεν ὑπὲρ τοῦ τέλους, ἀλλὰ καὶ μείζων καὶ ἀσφαλεστέρα ἡ ἐλπὶς μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. Τίς οὖν ἔσται συγγνώμη; τίς δὲ ἀπολογία μὴ βουλομένοις ἀποδύεσθαι πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους; Ἀλλ' ἐρωτῶσιν ἔτι· Διὰ τί στενὴ ἡ ὁδός; Καὶ εἰς μὲν βασίλεια τὰ ἐπίγεια τῶν πόρνων καὶ τῶν μεθυόντων [c] καὶ τῶν λάγνων οὐκ ἀξιοῖς εἰσιέναι τινά· εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν μετὰ ἀδείας καὶ τρυφῆς καὶ μέθης καὶ πλεονεξίας καὶ κακίας ἁπάσης τοὺς ἀνθρώπους εἰσάγεσθαι ἀξιοῖς; καὶ ποῦ ταῦτα συγγνώμης ἄξια;

δ'. Ἀλλ' οὐ τοῦτο, φησὶ, λέγω, ἀλλὰ διὰ τί μὴ εὐρύχωρος ἦν ἡ ἀρετή. Καὶ μὴν ἐὰν θέλωμεν, καὶ σφόδρα ἐστὶν εὔκολος· Τί γὰρ εὐκολώτερον, εἰπέ μοι, τὸ διορύξαι τοῖχον, καὶ λαβόντα τὰ ἑτέρων ὕστερον εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσεῖν, ἢ τοῖς οὖσιν ἀρκούμενον παντὸς ἀπηλλάχθαι φόβου; Καίτοι γε οὐ τὸ πᾶν εἶπον. Τί γὰρ εὐκολώτερον, εἰπέ μοι, τὰ πάντων ὑφελόμενον καὶ ὀλίγοις ἐντρυφήσαντα χρόνον βραχὺν, στρεβλοῦ-

[a] Duo codd. adduut, ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. [b] *Legebatur* χείρων πολλῶν.

[c] Hæc, καὶ τῶν μεθυόντων, deerant in editis, sed sunt in Reg.

Digitized by Google

Quid est, *In virga?* id est, in castigatione, in supplicio; hoc est, De medio tollam, excæcabo: quod in Sapphira Petrus fecit, et ipse in Elyma mago. Non enim jam dicit, tamquam se cum illis comparans, sed cum auctoritate. Et in secunda epistola hoc ipsum dicere deprehenditur, cum ait: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur, Christi* (2. *Cor.* 13. 3)? *In virga veniam, an in caritate?* Quid enim, in virga venire, annon caritatis? Caritatis quidem erat; sed quia qui diligit, vix ad pœnam sumendam ducitur, ideo ita loquitur. Cum ergo de supplicio dicebat, non dixit, Et spiritu lenitatis, sed, *Virga.* Quamvis illud quoque Spiritu fieret: est enim spiritus mansuetudinis et spiritus severitatis; verum non vult illum ita, sed a benignioribus vocare. Propterea Deus quoque etiamsi puniat, quod sit misericors, longanimis et dives in misericordia et miserationibus, sæpe dicitur; quod vero puniat, semel aut bis aut certe raro, idque urgente causa. Et vide sapientiam Pauli. Cum potestatem haberet, alterutrius rei dat ipsis optionem, dicens: *Quid vultis?* res est posita in vestra potestate. Etenim et hoc et illud est positum in nostra potestate, ut vel in gehennam incidamus, vel regnum consequamur: quoniam Deus sic voluit. *Ecce* enim, inquit, *ignem et aquam: ad quod volueris extendes manum tuam* (*Eccli.* 15. 16. *in Græco*); et, *Si volueritis, et me audieritis, bona terræ comedetis*[1] (*Isai.* 1. 19).

3. *Regnum cælorum quomodo acquirendum.* — At fortasse dicet quispiam, Volo. Et nemo ita stultus est ut nolit, sed non sufficit mihi velle. Enimvero sufficit, si velis ut oportet, et ea facias quæ volentis sunt: nunc autem non admodum vis. Et hoc in aliis exploremus, si placet. Die enim mihi, qui vult uxorem ducere, satisne habet quod velit? Nequaquam; sed etiam pronubas quærit, et amicos rogat secum vigilent, pecuniasque colligit. Rursus mercator, non domi sedens satis habet quod velit, sed navem conducit, et nautas remigesque colligit, pecuniam dat fœnori, et de locis, deque rerum venalium pretio curiose inquirit. Quomodo igitur non absurdum fuerit in terrenis tantam adhibere curam; cælum autem emere volentes, sola voluntate contentos esse? imo vero ne hoc ipsum cum congruenti diligentia præstare? Nam qui vult ut oportet, res quoque aggreditur, quæ ad rem expetitam ducunt. Etenim quando esuries necessitatem affert cibi, non exspectas ut alimenta sponte sua ad te veniant, sed nihil non agis ut escam colligas: et in siti et in frigore, in aliisque omnibus navus es et ad curam corporis paratus. Hoc ergo circa regnum cælorum facito, et omnino ipsum consequeris. Ideo namque te libero arbitrio præditum fecit Deus, ut ne postea accuses eum quasi necessitate colligatus. Tu vero de iis, quorum honorem es consequutus, de iis, inquam, indignaris? Nam multos audivi dicentes, Cur me fecit virtutis, si velim, compotem? Sed oportebatne te dormientem et dormitantem, vitiis addictum, deliciantem, ventri indulgentem in cælum inducere? At a vitio non abstinuisses. Si enim nunc instantibus minis, neque sic a nequitia abstines, etiamsi cælum tibi præmium proposuisset, quandonam cessavisses fieri socordior et multo deterior? Non enim dicere possis, Ostendit quidem bona, sed opem non tulit: multum enim auxilii tibi pollicetur. Sed virtus, inquies, onerosa est et molesta; cum vitio autem multum commiscetur voluptatis; et hoc quidem latum est et spatiosum, virtus autem arcta et angusta. Num, quæso, semper an ab initio ambo ejusmodi fuerunt? De virtute enim invitus dicis ea quæ dicis; ita potens est veritas. Nam si duæ essent viæ, quarum alia ad fornacem, alia ad paradisum duceret, et lata quidem ad fornacem, arcta vero ad paradisum: utram eligeres viam? Etiamsi enim nunc disputans contradicas, quantumvis impudens fueris, iis quæ in confesso sunt non poteris contradicere. Nam quod ea sit magis eligenda, quæ habet durum initium, non autem finem, ab iis quæ in promptu sunt docere conabor. Et si placet, artes primum tractemus: illæ namque initium labore plenum habent, finem vero quæstuosum. At nemo, inquies, artem attigit, nisi a quopiam cogeretur. Nam si puer sui juris sit, malet in deliciis vivere initio, et in fine innumera perpeti mala, quam in principio misere vivere, et laborum illorum fructum postea assequi. Ergo illa eligere est orphanicæ mentis et puerilis socordiæ; contraria vero prudentis et virilis animi. Sic igitur et nos, nisi animo pueri simus, non illi orphano et insano, sed illi patrem habenti similes erimus. Oportet ergo puerilem mentem abjicere, non autem res ipsas accusare, et aurigam conscientiæ imponere; qui non sinat ventri indulgere, sed currere et decertare. Quomodo enim absurdum non fuerit, pueros cum labore et sudore initium ducere in rebus quæ principia habent laboriosa, finem autem gratiosum; nos autem contrario modo affici erga res spirituales? Etiamsi in rebus sæcularibus non omnino certum sit finem fore bonum. Nam immatura mors, paupertas, sycophantia, rerum mutationes et similia multa, post multos labores ut fructu privemur efficiunt. Si vero iidem quod quærunt assequantur, non magnum percipient fructum; in præsenti namque vita illa omnia dissolvuntur. Hic autem non currimus pro hujusmodi rebus frigidis et fluxis, neque de fine timemus; sed major et securior spes est post discessum ex hac vita. Quænam ergo venia erit, quæ excusatio nolentibus adire labores pro virtute suscipiendos? Sed adhuc interrogant, Cur angusta est via? Ad regias ædes terrenas non sinis intrare scortatorem quemquam vel ebrium aut mollem; et in cælum ipsum cum licentia, deliciis, ebrietate, avaritia vitiisque omnibus, homines induci rogas? an hoc venia dignum est?

4. Non hoc, inquies, dico; sed cur virtus non viam latam habet? Atqui si velimus, admodum facilis erit. Quid enim, quæso, facilius est, murumne perforare, et aliorum bonis direptis in carcerem conjici; an suis

[1] Duo Codd. alterum addentes versiculum legunt: *Quod si nolueritis, gladius devorabit vos.*

Digitized by Google

contentum omni metu esse liberum? Atqui non dixi totum. Quid enim facilius, dic mihi, an cum omnium bona subripueris, et ex paucis breve tempus in deliciis egeris, immortaliter torqueri et flagris cædi, an cum in justa paupertate vixeris parvo tempore, perpetuo postea in deliciis agere? nondum examinemus quid sit fructuosius, sed interim quid sit facilius.

Virtus non est aspera. — Quid jucundius gratum videre somnium, et vere supplicio affici; aut molestum somnium vidisse, et vere deliciari? annon palam est hoc jucundius esse? Quomodo igitur, dic mihi, asperam vocas virtutem? aspera etenim est, si cum negligentia nostra comparetur. Quod enim sit facilis et suavis, audi quid dicat Christus: *Jugum meum suave est, et onus meum leve* (*Matth.* 11. 30). Si autem non sentis levitatem, perspicuum est te non robustum habere animum. Sicut enim cum talem habes, onerosa levia sunt: sic cum non habes, levia sunt onerosa. Quid enim, quæso, suavius erat, quam mensa ex manna, quid paratu facilius? Sed ægre ferebant Judæi talibus fruentes deliciis. Quid fame acerbius, necnon aliis laboriosis, quæ passus est Paulus? At ille exsultabat, delectabatur ac dicebat: *Nunc gaudeo in passionibus meis* (*Col.* 1. 24). Quæ est ergo causa? Animi differentia. Si igitur animum ut oportet adornaveris, virtutis facilitatem videbis. Quid ergo, inquies, talisne fit ex eorum qui illam suscipiunt affectu? Non ex affectu animi solum, sed natura sua talis est. Etenim si semper illa esset laboriosa, et vitium omnino contra, jure quis eorum qui lapsi sunt diceret vitium esse facilius virtute: si vero initium habeant illa durum, hoc suave; finis autem æternus illius sit suavis, hujus gravis, utrum, quæso, ut facilius eligas? Cur ergo multi non eligunt id quod facilius est? Quia alii quidem non credunt; alii vero licet credentes, corruptum habent animum, et temporaneam voluptatem æternæ prætulerint. Est ergo hoc facile? Non facile, sed ex imbecillo animo hoc provenit. Ac quemadmodum febri laborantes, non quia jucundius est brevi tempore deliciari, quam semper uri, ideo amant potum aquæ frigidæ, sed quia absurdam cupiditatem continere non possunt: sic et isti. Atqui si quis ad supplicium illos cum voluptate duceret, nequaquam ipsum eligerent. Vidistin' quomodo non facile sit vitium? Si vis autem, hoc iterum in ipsis rebus excutiamus. Quid enim, quæso, dulcius, quid facilius est? Sed ne iterum res ex multorum cupiditate judicemus: neque enim ab ægrotantibus, sed a bene valentibus calculum ferre oportet. Neque enim si millenos mihi febricitantes ostendas, qui sanitati contraria quærant, et malint postea supplicio affici, talem umquam admiserim optionem. Quid facilius, inquam, dic mihi, multas concupiscere pecunias, an hac cupiditate esse superiorem? Hoc certe postremum, ut mihi videtur: si autem ipse non credis, ad res ipsas sermonem ducamus. Et sit quispiam qui multas cupiat, alius vero qui nullas: quid ergo melius, dic mihi, quid honestius?

5. *Pecuniarum cupiditas quanta inducat mala.* — Sed hoc quidem mittatur: in confesso enim est, quod hic postremus sit illo honestior: neque de hac re quæstio jam est, sed uter faciliorem et suaviorem ducat vitam. Avarus certe ne iis quidem quæ habet fruitur: nam quod amat, non impendere voluerit, sed libentius seipsum consciderit, et carnes projecerit, quam aurum: qui autem pecunias despicit, hoc interim lucratur, quod iis quæ habet libere ac secure fruatur, seque illis præferat. Quid ergo suavius est, libere frui bonis, aut sub dominis divitiis viventem, nihil suorum contingere audere? Perinde enim mihi videtur esse ac si viri quidam duas habentes uxores, et admodum ipsas amantes, non eodem modo ipsis utantur; sed alteri quidem uxorem contingere et cum illa versari, alteri vero ne prope quidem liceat accedere. Dicam et aliud, quo alterius voluptatem, alterius mœrorem commonstrem. Avarus numquam sistet hanc cupiditatem, non modo quod nequeat omnium bona invadere, sed etiam quod quantacumque possederit, se nihil habere putet: qui vero pecunias despicit, superflua omnia existimabit, neque infinitis cupiditatibus animam cruciabit. Nihil enim est quod supplicii rationem ita habeat, ut concupiscentia usu et fructu privata, id quod maxime perversam exhibet mentem. Considera autem: qui pecunias cupit et multas possidet, ita affectus est, ac si nihil haberet. Hoccine morbo perplexius quid esse potest? Neque hoc solum grave est, sed etiam quod qui habet, ea ipsa quæ tenet non habere videatur: etiamsi omnium bona acceperit, magis cruciatur; etiamsi centum talenta possideat, quod mille non habeat dolet; si mille habeat, quod decies mille non habeat mordetur; si decies mille acceperit, quod non decies plura obtinuerit angitur: majorque acquisitio fit illi paupertatis accessio: nam quanto plura acceperit, tanto plura desiderat. Ergo quanto plura acceperit, tanto magis pauper evadit: qui enim plura desiderat, magis pauper est. Cum igitur centum talenta habuerit, nondum tam mendicus est; nam mille desiderat; cum mille acceperit, tunc magis pauper evadit; non jam enim mille ut prius quærit, sed decies millium sibi opus esse dicit. Quod si concupiscere et non consequi voluptatem esse dicas, voluptatis naturam mihi admodum ignorare videris. Quod enim hoc non voluptas, sed supplicium sit, rem ad aliud rursus adducentes examinemus. Quando sitimus, non ideo delectamur bibentes quod sitim sedemus, et ideo voluptas est potus, quod a magno nos liberet cruciatu, a cupiditate bibendi nempe? hoc cuivis perspicuum est. Quod si in tali appetitu semper mansuri essemus, non meliori conditione essemus quam dives ille, qui Lazari non misertus est, quantum scilicet ad supplicii rationem: nam et illi hoc supplicium et punitio erat, quod cum stillam parvam cuperet, non assequutus sit. Id quod mihi avari perpetuo pati videntur, et illi similes esse qui rogabat ut stilla frueretur, neque assequutus est: imo magis avarorum, quam divitis illius, anima comburitur. Et pulchre dixit

Digitized by Google

σθαι καὶ μαστίζεσθαι ἀθάνατα, ἢ ἐν πενίᾳ ζήσαντα [122] δικαίᾳ βραχὺν καιρὸν, διηνεκῶς τρυφᾷν ὕστερον; μήπω γὰρ τί λυσιτελέστερον ἐξετάσωμεν, ἀλλὰ τέως τί εὐκολώτερον.

ε'. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μάλιστα ὁ περὶ τῆς ζύμης λόγος καὶ πρὸς τοὺς ἱερέας ἀποτείνεσθαι, οἳ ἀνέχονται πολλὴν ἔνδοθεν εἶναι ζύμην παλαιὰν, οὐκ ἐκκαθαίροντες ἐκ τῶν ὁρίων, τουτέστιν, ἐκ τῆς Ἐκκλησίας τοὺς πλεονέκτας, τοὺς ἅρπαγας, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν ἐκβάλλῃ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Καὶ γὰρ πλεονεξία ζύμη παλαιὰ, καὶ ὅπουπερ ἂν πέσῃ, καὶ εἰς οἵαν οἰκίαν εἰσέλθῃ, ἀκάθαρτον αὐτὴν ἐργάζεται. Κἂν μικρὰ ἐξ ἀδικίας κερδάνῃς, ὁλόκληρόν σου τὴν οὐσίαν ἐζύμωσε. Διὰ τοῦτο πολλάκις τὰ εἰσενεχθέντα κακῶς ὀλίγα, τὰ καλῶς κείμενα ἐξέβαλε πολλὰ ὄντα. Οὐδὲν γὰρ σαθρότερον πλεονεξίας· κἂν τὴν κλεῖν ἐπιθῇς τῷ τοιούτῳ ταμιείῳ, κἂν θύραν, κἂν μοχλὸν, εἰκῇ πάντα ποιεῖς, πλεονεξίαν ἔνδον τὸν χαλεπώτατον λῃστὴν ἀποκλείσας, καὶ πάντα δυνάμενον ἐξενεγκεῖν. Τί οὖν, φησὶν, ὅταν πολλοὶ πλεονεκτοῦντες μὴ ταῦτα πάσχωσι; Μάλιστα μὲν πείσονται, κἂν μὴ παρ' αὐτὰ πάθωσιν· ἂν δὲ νῦν ἐκφύγωσι, τότε φοβήθητι μᾶλλον· ἐπὶ μείζονι γὰρ κολάσει τηροῦνται. Μᾶλλον δὲ, κἂν αὐτοὶ διαφύγωσιν, ἀλλ' οἱ κληρονομήσαντες τὰ αὐτῶν τὰ αὐτὰ πείσονται. Καὶ ποῦ τοῦτο δίκαιον, φησί; Καὶ σφόδρα δίκαιον. Ὁ γὰρ διαδεξάμενος κλῆρον ἀδικίας γέμοντα, εἰ καὶ αὐτὸς μὴ ἥρπασεν, ἀλλ' ὅμως τὰ ἑτέρων ἔχει· καὶ τοῦτο πέπεισται ἀκριβῶς, καὶ διὰ τοῦτο δίκαιος ἦν παθεῖν. Εἰ γὰρ τοῦ δεῖνος ἁρπάσαντος ἔλαβες σὺ, εἶτα ἐλθὼν ὁ ἁρπαγεὶς ἀπῄτει, ἆρα ἂν ἤρκεσέ σοι εἰς ἀπολογίαν τὸ μὴ αὐτὸν ἡρπακέναι σε; Οὐδαμῶς· τί γὰρ ἂν εἶπες ἐγκαλουμένος, εἰπέ μοι; Ὅτι ἕτερος ἀπέδυσεν; ἀλλὰ σὺ κατέχεις. Ἐκεῖνος ἥρπασεν; ἀλλὰ σὺ ἀπολαύεις. Ταῦτα δὲ καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν ἴσασι νόμοι, οἳ τοὺς ἁρπάσαντας καὶ ὑφελομένους ἀφέντες, ἐκείνους κελεύουσιν ἀπαιτεῖν παρ' οἷς ἂν εὕροι τις τὰ αὐτοῦ κείμενα ἅπαντα. Εἰ μὲν οὖν οἶδας τοὺς ἠδικημένους, ἀπόδος, καὶ ποίησον ὅπερ ἐποίησεν ὁ Ζακχαῖος μετὰ πολλῆς τῆς προσθήκης· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, καὶ ἑτέραν σοι δίδωμι ὁδὸν, καὶ οὐκ ἀποκλείω σε τῆς θεραπείας· εἰς τοὺς δεομένους διάνειμαι ταῦτα ἅπαντα, καὶ παραμυθήσῃ καὶ οὕτω τὸ δεινόν. Εἰ δέ τινες καὶ εἰς παῖδας καὶ ἐκγόνους ταῦτα παρέπεμψαν, ἀλλ' ἕτερα ἀντὶ τούτων ἔπαθον δεινά. Καὶ τί λέγω τὰ ἐνταῦθα; Οὐ γὰρ δήπου καὶ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ταῦτα ἐρεῖται, ὅταν ἀμφότεροι γυμνοὶ φαίνωνται, οἵ τε ἁρπαγέντες οἵ τε ἁρπάσαντες· μᾶλλον δὲ [132] οὐχ ὁμοίως γυμνοί. Τῶν μὲν γὰρ χρημάτων ὁμοίως ἑκάτερος γυμνὸς ἔσται, θάτερος δὲ καὶ τῶν ἐκ τούτων ἐγκλημάτων ἐμπεπλησμένος. Τί τοίνυν ποιήσομεν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν πρὸ τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ ὁ κακῶς παθὼν καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα ἀπολωλεκὼς παρ-

ἄγηται εἰς μέσον, σοῦ μηδένα ἔχοντος συνήγορον; τί πρὸς τὸν δικάζοντα ἐρεῖς; Νῦν μὲν γὰρ καὶ διαφθεῖραι τὸ δικαστήριον δυνήσῃ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ἐκεῖνο δὲ τότε οὐκέτι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ νῦν· καὶ γὰρ καὶ νῦν πάρεστιν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ὁρᾷ τὰ γινόμενα, καὶ ἐγγύθεν ἐστὶ τοῖς ἀδικουμένοις καὶ μὴ καλουμένος. Ὁ γὰρ κακῶς παθὼν, κἂν αὐτὸς ἀνάξιος ᾖ τοῦ τυχεῖν τινος ἐκδικίας, ἀλλ' ὅμως, ἐπειδὴ τῷ Θεῷ τὰ γινόμενα οὐκ ἀρέσκει, ἔχει τὸν ἀμύνοντα πάντως. Πῶς οὖν, φησὶν, ὁ δεῖνα εὖ πράττει πονηρὸς ὤν; Ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος. Ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης· *Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται*. Ποῦ γὰρ, εἰπέ μοι, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαγωγὴν ὁ ἁρπάσας; ποῦ αἱ λαμπραὶ ἐλπίδες; ποῦ τὸ σεμνὸν ὄνομα; οὐχὶ πάντα παρῆλθεν; οὐχὶ ὄναρ καὶ σκιὰ πάντα τὰ ἐκείνου; Τοῦτο καὶ περὶ ἑκάστου τῶν τοιούτων προσδόκα, καὶ τοῦ ζῶντος καὶ τοῦ μετ' ἐκεῖνον. Ἀλλ' οὐ τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τοιαῦτα, οὐδὲ δυνήσῃ τὰ αὐτὰ καὶ ἐπ' ἐκείνων εἰπεῖν, ὅτι σκιὰ καὶ ὄναρ καὶ διηγήματα τὰ τούτων. Καὶ εἰ βούλει, αὐτὸν τὸν ταῦτα εἰρηκότα, τὸν σκηνοποιὸν, τὸν Κίλικα, τὸν οὐδὲ τίνος ἦν πατρὸς δῆλον, παραγάγωμεν εἰς μέσον. Καὶ πῶς δυνατὸν, φησὶ, γενέσθαι τοιοῦτον; Ὅλως γὰρ ἐπιθυμεῖς; ὅλως ἐφίεσαι καὶ βούλει γενέσθαι τοιοῦτος; Ναὶ, φησίν. Οὐκοῦν ἐλθὲ τὴν ὁδὸν, ἣν οὗτος ἦλθε, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. Καὶ ποίαν ἦλθεν ὁδόν; Ὁ μέν φησιν· *Ἐν λιμῷ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι*· ὁ δὲ, *Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι*. Οὗτος οὐδὲν εἶχον, καὶ ὅμως πάντα κατεῖχον.

ς'. Τί ταύτης σεμνότερον τῆς φωνῆς; τί μακαριώτερόν τε καὶ εὐπορώτερον; Ἕτεροι μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἡβρύνοντο λέγοντες· Ἔχω τόσα καὶ τόσα χρυσίου τάλαντα, καὶ πλέθρα γῆς ἄπειρα καὶ οἰκίας καὶ ἀνδράποδα· οὗτος δὲ, ἐπὶ τῷ πάντων εἶναι γυμνός· καὶ οὐ καταδύεται τῇ πενίᾳ, ὅπερ πάσχουσιν οἱ ἀνόητοι, οὐδὲ ἐγκαλύπτεται, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζεται. Ποῦ νῦν οἱ πλουτοῦντες, οἱ τόκους ἀριθμοῦντες καὶ τόκους τόκων, οἱ τὰ πάντων λαμβάνοντες, καὶ οὐδέποτε κορεννύμενοι; ἠκούσατε τῆς Πέτρου φωνῆς τῆς ἐπιδεικνυμένης πενίαν πλούτου μητέρα; τῆς οὐδὲν ἐχούσης, καὶ τῶν τὰ διαδήματα περικειμένων εὐπορωτέρας; Αὕτη γὰρ ἡ μηδὲν ἔχουσα καὶ νεκροὺς ἀνίστα, καὶ χωλοὺς διώρθου, καὶ δαίμονας ἤλαυνε, καὶ τοιαῦτα ἐχαρίζετο, ἅπερ οἱ τὴν ἀλουργίδα περιβεβλημένοι, καὶ τὰ μεγάλα καὶ φοβερὰ στρατόπεδα ἄγοντες, οὐδέποτε ἴσχυσαν· αὕτη ἡ φωνὴ τῶν εἰς οὐρανὸν ἤδη μεταστάντων, τῶν ἐκείνης ἐπειλημμένων [133] τῆς κορυφῆς. Οὕτως ἔστι μηδὲν ἔχοντα, τὰ πάντων κατέχειν· οὕτως ἔστι μηδὲν κτώμενον [a], τὰ πάντων κεκτῆσθαι. Ἂν δὲ κτησώμεθα τὰ πάντων, τῶν πάντων ἀπεστερήμεθα. Τάχα αἴνιγμα τὸ εἰρημένον εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ἀλλὰ πῶς, φησὶν, ὁ μηδὲν ἔχων, τὰ πάντων κατέχει; οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ τὰ πάντων ἔχων; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. Ὁ γὰρ μηδὲν ἔχων πᾶσιν ἐπιτάττει [b], ὡς κἀκεῖνοι ἐποίουν· καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην αὐτοῖς οἰκίαι ἦσαν ἀνεῳγμέναι πᾶσαι, καὶ χάριν εἶχον οἱ παρέχοντες, καὶ ὡς πρὸς φίλους καὶ συγγενεῖς ἤρχοντο. Καὶ γὰρ πρὸς τὴν πορφυροπώλιδα ἦλθον,

[a] *Deerant hæc*, μηδὲν κτώμενον. [b] Hæc, ὁ γὰρ μηδὲν ἔχων, πᾶσιν ἐπιτάττει, desiderantur in editis, sed habentur in Regio codice.

Digitized by Google

καὶ ἐκείνη καθάπερ θεραπαινὶς τὰ ἑαυτῆς προῦθηκε· καὶ πρὸς τὸν δεσμοφύλακα, κἀκεῖνος τὴν οἰκίαν αὐτοῖς ἀνέῳξεν ἅπασαν· καὶ πρὸς ἑτέρους μυρίους. Οὕτω πάντα εἶχον, καὶ οὐδὲν εἶχον. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπαρχόντων ἔλεγον ἴδιον εἶναι· διὰ τοῦτο πάντα ἦν αὐτῶν. Ὁ γὰρ κοινὰ τὰ ὄντα ἡγούμενος, οὐ τοῖς αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέρων χρήσεται ὡς ἰδίοις· ὁ δὲ ἀποσχίζων, καὶ ποιῶν ἑαυτὸν κύριον τῶν αὐτοῦ μόνων, οὐδὲ τούτων ἔσται κύριος. Καὶ τοῦτο ἀπὸ ὑποδείγματος δῆλον. Ὁ μηδὲν ὅλως κεκτημένος, μήτε οἰκίαν μήτε τράπεζαν μήτε περιττὸν ἱμάτιον, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν πάντων ἀπεστερημένος, ὡς ἰδίοις κέχρηται τοῖς κοινοῖς, καὶ παρὰ πάντων ἅπερ ἂν θέλῃ, λήψεται· καὶ οὕτω τὰ πάντων ὁ μηδὲν ἔχων κατέχει. Ὁ δὲ ἔχων τινὰ, οὐδὲ τούτων ἔσται κύριος· οὔτε γὰρ δώσει τις τῷ κεκτημένῳ, καὶ λῃστῶν καὶ κλεπτῶν καὶ συκοφαντῶν καὶ μεταβολῆς πραγμάτων καὶ πάντων μᾶλλον ἔσται, ἢ ἐκείνου, τὰ ἐκείνου. Πᾶσαν γοῦν τὴν οἰκουμένην διέδραμεν ὁ Παῦλος, οὐδὲν ἐπιφερόμενος, οὐ πρὸς φίλους ἀπιών, οὐ πρὸς συνήθεις· καὶ γὰρ κοινὸς ἐν ἀρχῇ πολέμιος πᾶσιν ἦν· ἀλλ' ὅμως τὰ πάντων εἶχε μετὰ τὸ εἰσελθεῖν. Ὁ δὲ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάπφειρα, ἵνα μικρόν τι τῶν ἰδίων κτήσωνται σπεύσαντες, πάντων ἐξέπεσον μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς. Ἀπόστηθι τοίνυν τῶν σῶν, ἵνα ὡς ἰδίοις χρήσῃ τοῖς ἀλλοτρίοις. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς εἰς τοσαύτην ἐξηνέχθην ὑπερβολὴν, ἀνθρώποις τοιαῦτα φθεγγόμενος, οἷς ἀγαπητὸν κἂν τῶν ὄντων μεταδοῦναί τι μικρόν.

Διόπερ ταῦτα μὲν ἡμῖν πρὸς τοὺς τελείους εἰρήσθω· πρὸς δὲ τοὺς ἀτελεστέρους ἐκεῖνα λέγωμεν· *Δότε* τῶν ὄντων τοῖς δεομένοις, *αὐξήσατε τὴν οὐσίαν. Ὁ γὰρ διδοὺς πτωχῷ*, φησὶ, *δανείζει Θεῷ*. Εἰ δὲ ἐπείγῃ, καὶ οὐκ ἀναμένεις τὸν καιρὸν τῆς ἀντιδόσεως, ἐννόει τοὺς τὰ χρήματα ἀνθρώπους δανείζοντας. Οὐδὲ γὰρ οὗτοι παραχρῆμα βούλονται τοὺς τόκους ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ πλείονα ἐπιθυμοῦσι χρόνον μεῖναι παρὰ ταῖς τοῦ δανεισαμένου χερσὶ τὸ κεφάλαιον, μόνον ἐὰν ἀσφαλὴς ἡ ἀπόδοσις ᾖ, καὶ μὴ ὑποπτεύωσι τὸν εἰληφότα. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐνταῦθα γινέσθω· *ἄφες αὐτὰ παρὰ τῷ Θεῷ*, ἵνα ἀποδῷ σοι τὸν μισθὸν πολλαπλασίω. Μὴ ἐνταῦθα τὸ πᾶν ζήτει· ἂν γὰρ ἐνταῦθα [134] αὐτὸ ἀπολάβῃς ὅλον, πῶς ἀπολήψῃ ἐκεῖ; διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐκεῖ ταμιεύεται, ἅτε ἐπιχήρου τοῦ παρόντος βίου τυγχάνοντος. Δίδωσι δὲ καὶ ἐνταῦθα· *Ζητεῖτε* γὰρ, φησὶ, *τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν*. Ἀλλ' ἡμεῖς πρὸς ἐκείνην βλέπωμεν, καὶ μὴ ἐπειγώμεθα πρὸς τὴν ἀπάντων ἀντίδοσιν, ἵνα μὴ ἐλαττώσωμεν τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλ' ἀναμένωμεν τὸν καιρόν. Οὐ γὰρ τοιοῦτοι οὗτοι οἱ τόκοι, ἀλλ' οἷους εἰκὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδοσθαι. Τούτους τοίνυν συναγαγόντες μετὰ δαψιλείας πολλῆς, οὕτως ἐντεῦθεν ἀπέλθωμεν, ἵνα καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ πλεονέκταις ἢ ἅρπαξιν ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος ἢ πλεονέκτης ἢ εἰδωλολάτρης ἢ μέθυσος ἢ λοίδορος ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.

α'. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ὁ τοιοῦτος*, καὶ, *Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην*, καὶ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑποπτεῦσαι ὅτι πάντας τοὺς πόρνους δεῖ φεύγειν (εἰ γὰρ μεταδίδωσι τῆς οἰκείας λύμης ὁ ἡμαρτηκὼς τοῖς οὐχ ἡμαρτηκόσι, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἔξωθεν ἀποστρέφεσθαι χρή· εἰ γὰρ τοῦ οἰκείου οὐ δεῖ φείδεσθαι διὰ τὸ τοιαύτην ἐξ αὐτοῦ βλάβην γίνεσθαι, πολλῷ μᾶλλον τῶν ἄλλων)· τούτου δὲ ὑπονοουμένου ἀνάγκη ἦν χωρίζεσθαι καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι πόρνων, καὶ οὕτως εἰς ἀδύνατον τοῦ πράγματος περιισταμένου, μειζόνως ἂν ἐδυσχέρανον, τῇ ἐπιδιορθώσει ταύτῃ κέχρηται, λέγων· *Ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου*· τὸ, *Πάντως*, ὡς ἐπὶ ὡμολογημένου τιθείς. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν, ὅτι ὡς ἀτελεστέροις αὐτοῖς τοῦτο οὐκ ἐπέταξε, καὶ ὡς τέλειοι δῆθεν αὐτὸ πρᾶξαι ἐπιχειρήσωσι, δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ δυνατὸν τοῦτο γενέσθαι, οὐδὲ εἰ σφόδρα βούλοιντο· ἐπεὶ ἑτέραν οἰκουμένην ἔδει ζητῆσαι. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν*. Εἶδες πῶς ἔστιν ἀκεπαχθῆς, καὶ πανταχοῦ οὐ τὸ δυνατὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὔκολον τῆς νομοθεσίας σκοπεῖ; Πῶς γὰρ ἕνι ἄνθρωπον ὄντα, φησὶ, καὶ οἰκίας καὶ παίδων προϊστάμενον, καὶ τὰ τῆς πόλεως πράττοντα, ἢ χειροτέχνην ὄντα, ἢ στρατευόμενον, τῶν πλειόνων ὄντων Ἑλλήνων, τοὺς πανταχοῦ πόρνους φεύγειν; *πόρνους* γὰρ [135] κόσμου τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησι λέγει. *Νῦν δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἐάν τις ἀδελφὸς ᾖ τοιοῦτος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν*. Ἐνταῦθα καὶ ἑτέρους αἰνίττεται ἐν πονηρίᾳ ζῶντας. Καὶ πῶς ἀδελφὸς ὤν, εἰδωλολάτρης εἶναι δύναται; Ὡς ἐπὶ τῶν Σαμαρειτῶν συνέβη ποτὲ, οἱ ἐξ ἡμισείας τὴν εὐσέβειαν ᾑροῦντο· ἄλλως δὲ καὶ προκαταβάλλεται τὸν περὶ τῶν εἰδωλοθύτων λόγον, ὃν μετὰ ταῦτα μέλλει γυμνάζειν. *Ἢ πλεονέκτης*. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τούτους ἀποδύεται· διὸ καὶ ἔλεγε· *Διὰ τί οὐκ ἀδικεῖσθε μᾶλλον; διὰ τί οὐκ ἀποστερεῖσθε; ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε*.—*Ἢ μέθυσος*. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐγκαλεῖ προϊών, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει*· καὶ, *Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν*. *Ἢ λοίδορος, ἢ ἅρπαξ*. Καὶ γὰρ καὶ τούτοις ἐπετίμησεν ἔμπροσθεν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι, δι' ἣν οὐ κωλύει τοὺς ἔξωθεν τοιούτους οὕτω ἀναμίγνυσθαι, δεικνὺς ὅτι οὐ μόνον οὐ δυνατὸν, ἀλλὰ καὶ περιττόν· *Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξωθεν κρίνειν*; τοὺς ἔξω καὶ τοὺς ἔξω, τοὺς Χριστιανοὺς καὶ τοὺς Ἕλληνας καλῶν, καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Δεῖ δὲ καὶ μαρτυρίαν ἔχειν αὐτὸν καλὴν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν*. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικέας δὲ Ἐπιστολῇ τὸ αὐτό φησι λέγων· *Μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ· καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν*. Ἐνταῦθα μέντοι τὴν αἰτίαν οὐ τίθησι. Τί δήποτε;

Digitized by Google

nihil habet, omnium bona possidet? annon multo magis ille qui omnium bona habet? Nequaquam; sed totum contrarium. Nam qui nihil habet, omnibus imperat, ut et illi faciebant: omnes enim per orbem domus ipsis erant apertæ, gratiamque illis habebant qui excipiebant ipsos, et tamquam ad cognatos et amicos veniebant. Venerunteque ad parpurariam, et ille quasi ancilla sua ipsis apposuit; et ad carceris custodem, et ille totam ipsis domum aperuit; et ad alios innumeros. Sic omnia habebant, et nihil possidebant. Nihil enim suorum sibi proprium esse dicebant: ideoque omnia sua erant. Qui enim omnia communia putat, non suis tantum, sed et alienis utetur ut propriis: qui autem abscindit et sibi suorum tantum dominum facit, neque horum dominus erit. Et hoc ab exemplo liquet. Qui nihil omnino possidet, neque domum neque mensam neque superfluam vestem, sed propter Deum omnibus privatur, communibus ut propriis utitur, et ab omnibus quæcumque voluerit accipiet: et sic qui nihil habet, omnium bona possidet. Qui autem habet aliqua, ne horum quidem dominus erit. Neque enim dabit quis possidenti; et latronum et furum et sycophantarum et mutationis rerum, et omnium magis quam illius hæc bona erant. Totum enim orbem pervasit Paulus, nihil secum ferens, non amicos adiens, non familiares; erat enim in principio omnibus hostis: attamen ingressus cum esset, omnium habebat bona. Ananias vero et Sapphira, curantes ut tantillum quid ex bonis suis sibi retinerent, ab omnibus exciderunt et a vita simul. Abscede igitur a tuis, ut alienis utaris quasi propriis. At enim nescio quomodo in hanc hyperbolen delatus sim, homines alloquens, qui utinam vel tantillum suorum erogent.

Eleemosynæ bona. — Ideo hæc perfectioribus dicta a nobis sunto; imperfectioribus vero illa dicamus: Date egenis ex bonis vestris, augete facultates vestras: *Nam qui dat pauperi*, inquit, *fœneratur Deo* (*Prov.* 19. 17). Si autem festinas, et non exspectas tempus retributionis; cogita eos qui pecunias hominibus fœnerantur: nec enim hi volunt statim usuram accipere, sed cupiunt ut caput majori tempore in manus debitoris maneat, qui ad fœnus accepit, modo tuta sit redditio nec suspectus sit is qui accepit. Hoc igitur hic quoque fiat: dimitte illa apud Deum, ut reddat tibi multiplicatam mercedem. Ne hic totum quæras: si enim hic totum recipias, quomodo illic recipies? ideo et Deus illic reconditum tenet, quod vita hæc flaxa sit. Dat tamen et hic quoque: ait enim: *Quærite regnum cœlorum, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Matth.* 6. 33). Sed nos ad illud respiciamus, et ne festinemus ad omnium retributionem, ut ne minuamus mercedem; sed tempus exspectemus. Non enim tales sunt hæ usuræ, sed quales a Deo dari par est. His igitur cum ubertate magna collectis, ita hinc abeamus, ut et præsentia et futura consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et una Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVI.

Cap. 5. v. 9. *Scripsi vobis in epistola: ne commisceamini fornicariis*; 10. *non utique fornicariis hujus mundi aut avaris aut rapacibus aut idolis servientibus: alioqui debueratis ex mundo exisse.* 11. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut ebriosus aut maledicus aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere.*

1. Quia enim dixit, *Non potius luctum habuistis, ut de medio tollatur qui est hujusmodi*; et, *Expurgate vetus fermentum*; et verisimile erat suspicari illos, fugiendum esse ab omnibus fornicariis; si enim is qui peccavit malum suum impertiit iis qui non peccaverunt, multo magis externos oportet aversari: nam si familiari parcere non oportet, quod tantum ille damni inferat, multo minus aliis parcendum: hoc posito consentaneum erat separari etiam a fornicatoribus qui apud Græcos erant; et si re ad impossibile redacta, magis ægre tulissent: hac correctione utitur dicens: *Scripsi vobis, ne commisceamini fornicatoribus; et non utique fornicatoribus hujus mundi*; illud, *Utique*, quasi in confesso ponens. Ne enim putarent hoc ipsum illis non præcepisse quasi imperfectioribus, et ne ipsi ut perfecti illud facere aggrederentur, ostendit hoc fieri non posse, etiamsi id maxime velint: oporteret enim alium quærere orbem. Ideo subjunxit: *Alioquin debueratis ex mundo exiisse.* Videnne quam non molestus sit, et ubique non modo quod fieri possit, sed etiam quod facile sit in lege ferenda perspiciat? Quomodo enim potest homo, inquit, qui et domui et liberis præficitur, et civitatis munera præstat, aut qui artifex vel miles sit, cum tam multi sint Græci, fornicatores qui ubique sunt fugere? fornicatores enim mundi vocat illos, qui apud Græcos erant. *Nunc autem scripsi vobis, si quis frater talis sit, ut cum illo ne quidem comedatis.* Hic et alios subindicat in iniquitate viventes. Et quomodo frater cum sit, idololatra esse potest? Ut apud Samaritanos contigit olim, qui ex dimidia parte piam religionem sectabantur: alioquin etiam fundamentum jacit futuri sermonis de idolothytis, quem sub hæc instituturus est. *Aut avarus.* Nam adversus hos certaturus est; ideoque dicebat, *Cur non potius injuriam patimini? Cur non privamini? sed vos injuriam facitis et privatis* (1. *Cor.* 6. 7. 8). *Aut ebriosus.* Nam hac quoque de re accusat in sequentibus, ut cum dicit: *Alius quidem esurit, alius autem ebrius est* (1 *Cor.* 11. 21): et, *Escæ ventri, et venter escis* (1. *Cor.* 6. 13). *Aut maledicus aut rapax.* Nam et hos supra quoque increpavit. Deinde etiam causam addit, ob quam non prohibet cum externis, qui tales sint, commisceri; ostendens non modo id non fieri posse, sed etiam superfluum esse;

Digitized by Google

12. *Quid enim mihi de iis qui foris sunt judicare?* eos qui intus et qui foris sunt Christianos vocans et Græcos : ut et alibi ait : *Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt* (1. *Tim.* 3. 7). Et in epistola ad Thessalonicenses idipsum dicit his verbis : *Ne commisceamini cum ipso, ut confundatur* : et, *Nolite ut inimicum existimare, sed admonete ut fratrem* (2. *Thess.* 3. 14. 15). Hic porro causam non ponit. Quare? Quia illic quidem consolari volebat, hic vero non item. Non enim idem nunc peccatum est quod illic erat, sed illic minus : de otio enim illic accusabat, hic de fornicatione et aliis gravissimis peccatis. Et si quis Græcos adire velit, non prohibet cum illis comedere, ob eamdem videlicet causam. Sic et nos quoque facimus : pro filiis et fratribus nihil non agimus, alienorum autem non magnam rationem habemus. Quid ergo? externos non curabat Paulus? Curabat : sed postquam prædicationem acceperant, et Christi sese doctrinæ subjecerant, tunc illis leges dabat : quamdiu autem illi despiciebant, superfluum fuisset, illis præcepta Christi proferre, qui ne Christum quidem noverant. *Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis?* 13. *Eos autem qui foris sunt Deus judicabit.* Postquam enim dixerat, *Quid mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* ne quis putaret illos impunitos relinqui, aliud illis statuit tribunal terribile. Hoc autem dixit, tum ut illos terreret, tum ut hos consolaretur, et ostendit hanc temporalem punitionem ab æterna et perpetua eripere ; quod et alibi declarabat his verbis : *Nunc autem judicati castigamur, ut non cum mundo damnemur* (1. *Cor.* 11. 32) ; et, *Auferte malum ex vobis ipsis* (*Deut.* 17.7).

2. Meminit dicti quod in veteri Lege fertur, simul ostendens quod ipsi maxima sint lucraturi, ut a peste quadam gravi liberati ; simul ostendens hoc non esse innovationem, et jam olim a legislatore visum fuisse, ut qui tales essent exscinderentur : sed illic quidem vehementius, hic vero mansuetius. Quapropter jure quærat aliquis, cur tunc quidem eum qui peccaverat puniri et lapidari permitteret; hic vero non item, sed illum ad pœnitentiam vocet. Cur ergo aliter illa, aliter ista efformabantur? Ob duas hasce causas; primam quia ad majus certamen hi ducebantur, et majori animo et patientia opus habebant ; secundam autem veriorem, quia hi quidem ab impunitate facilius corrigebantur ad pœnitentiam venientes, illi vero ad majorem nequitiam irrepturi erant. Nam si postquam primos punitos viderant, in iisdem perseverabant ; si neminem punitum vidissent, multo magis id facturi erant. Ideo illic adultero et homicidæ statim mors infertur; hic vero, si per pœnitentiam absolvantur, supplicium effugerunt. Cæterum etiam hic vehementiora, et in Veteri mitiora videas supplicia, ut per omnia ostendatur cognatione juncta esse Testamenta et unius ejusdemque esse legislatoris ; atque et hic et illic supplicia e vestigio sequi; sæpeque post multum temporis in utroque, sæpe etiam non post multum temporis; sed Deum pœnitentia sola contentum esse. Nam in Veteri cum David in adulterium incidisset et cædem patrasset, per pœnitentiam servatus est; et in Novo, cum pauca ex agri pretio substraxisset Ananias, cum uxore periit. Quod si hujusmodi plura observantur in Veteri, et contraria plura in Novo, differentia personarum differentiam talis œconomiæ efficit (*Cap.*6).1. *Audet aliquis vestrum adversus fratrem suum habens negotium, judicari apud iniquos, et non apud sanctos?* Hic etiam accusationem inducit eorum quæ in confesso erant. Etenim illic dicebat : *Omnino auditur in vobis fornicatio* ; et hic, *Audet quis in vobis?* statim a principio iram indicans, et ostendens audax et iniquum esse facinus. Et cur injecit sermonem de avaritia et quod non oporteat foris judicari? Suam implens legem : nam mos illi erat ea quæ incidebant emendare ; ut quando de communibus mensis disserens, in sermonem de mysteriis digressus est. Et hic igitur, quia de avaris fratribus mentionem fecit, fervens ob curam emendationis peccatorum, ordinem servare non sustinet ; sed quod ex consequenti in medium adductum est peccatum, rursus emendat, et sic ad prius revertitur. Audiamus ergo quid de hoc etiam dicat : *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus fratrem, judicari apud iniquos, et non apud sanctos?* Interim ex nominibus rem aperit, et avertit et accusat. Et ab initio quidem non evertit judicium, quod fit apud fideles : postquam autem illos multis exterruit, tunc omnino judicium hujusmodi abstulit. Maxime quidem, inquit, si judicare oportet, apud iniquos non oportuit; omnino autem non oportet judicari. Sed hoc postea ponit : interim vero primo id de medio tollit, ut ne foris judicentur. Quomodo enim non absurdum fuerit, adversus amicum disceptantem, inimicum accipere conciliatorem, inquit? quomodo non te pudet nec erubescis, cum Græcus sedet Christianum judicans? Si autem de rebus privatis non oportet a Græcis judicari, quomodo ipsis res majores committemus? Et vide quomodo loquatur : non dixit, Apud infideles, sed, *Apud iniquos*, voce illa usus qua maxime opus habebat in proposito argumento, ut averteret abduceretque. Quia enim de judicio sermo ipsi erat ; qui vero judicantur nihil adeo requirunt, quam ut multa justi cura et ratio habeatur a judicantibus : inde illos avertit, propemodum dicens : Quo pergis et quid facis, homo, contrarium patiens eorum quæ desideras, et ut justitiam assequaris, ad iniquos homines te convertis? Et quia statim molestum fuisset audire non judicio disceptandum esse, non statim hoc induxit, sed judicantes solum mutavit, ab externis in Ecclesiam inducens eos qui judicandi erant. Deinde quia contemptu dignum videbatur esse, ab iis qui intus erant judicari, et tunc maxime (non enim erant fortassis idonei ad rem intelligendam, neque tales quales erant externi judices, legum periti et diserti, utpote qui ex privatis et indoctis quamplurimi essent) : vide quomodo illos fide dignos faciat, primum sanctos vocans. Sed quia hoc vitæ puritatem, sed non accuratam cognitionem ad audiendum, testificabatur; vide quomodo hanc quoque partem

Digitized by Google

Ὅτι ἐκεῖ μὲν παραμυθήσασθαι ἐβούλετο, ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι. Οὐ γὰρ τὸ ἁμάρτημα ἐνταῦθα κἀκεῖ τὸ αὐτὸ, ἀλλ' ἐκεῖ ἔλαττον· ἀργίαν γὰρ ἐγκαλεῖ· ἐνταῦθα δὲ πορνείαν καὶ ἕτερα χαλεπώτατα ἁμαρτήματα. Καὶ πρὸς Ἕλληνας μὲν εἰ βούλοιτό τις ἀπιέναι, οὐ κωλύει συνεσθίειν, διὰ τὴν αὐτὴν πάλιν αἰτίαν. Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, ὑπὲρ μὲν τῶν υἱῶν καὶ τῶν ἀδελφῶν πάντα πράττοντες, τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐ πολὺν ποιούμεθα λόγον. Τί οὖν; οὐκ ἐκήδετο καὶ τῶν ἔξωθεν Παῦλος; Ἐκήδετο μέν, ἀλλὰ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸ κήρυγμα καὶ ὑπευθύνους ποιῆσαι τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Χριστοῦ, τότε αὐτοῖς ἐνομοθέτει· ἕως δὲ ὅτε κατεφρόνουν, περιττὸν ἦν τὰ προστάγματα τοῦ Χριστοῦ λέγειν τοῖς αὐτὸν οὐκ εἰδόσι τὸν Χριστόν. *Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρινεῖ.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Τί μοι τοὺς ἔξω κρίνειν;* ἵνα μή τις νομίσῃ ἀτιμωρήτους τούτους ἀφίεσθαι, ἕτερον δικαστήριον ἐφίστησιν αὐτοῖς φοβερόν. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ὁμοῦ μὲν ἐκείνους φοβῶν, ὁμοῦ δὲ τούτους παραμυθούμενος, καὶ δεικνὺς ὅτι ἡ κόλασις αὕτη ἡ πρόσκαιρος, τῆς ἀθανάτου καὶ διηνεκοῦς ἐξαρπάζει· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ δηλῶν ἔλεγε· *Νυνὶ δὲ κρινόμενοι, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν·* καὶ, *Ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.*

β'. Ἐμνημόνευσε ῥήσεως ἐν τῇ Παλαιᾷ κειμένης, ὁμοῦ μὲν δεικνὺς, ὅτι καὶ αὐτοὶ τὰ μέγιστα κερδανοῦσιν, ὥσπερ λοιμοῦ τινος ἀπαλλαγέντες χαλεποῦ, [136] ὁμοῦ δὲ δηλῶν, ὅτι οὐ καινοτομία τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν ἐδόκει τοῦτο τῷ νομοθέτῃ τοὺς τοιούτους ἐκτέμνεσθαι· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν σφοδρότερον, ἐνταῦθα δὲ ἡμερώτερον. Διόπερ καὶ εἰκότως ἄν τις διαπορήσειε, τί δήποτε ἐκεῖ μὲν συνεχώρει κολάζεσθαι τὸν ἡμαρτηκότα καὶ καταλεύεσθαι, ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ἐπὶ μετάνοιαν αὐτὸν ἄγει. Τί δήποτ' οὖν ἑτέρως μὲν ἐκεῖνα, ἑτέρως δὲ ταῦτα διετυποῦτο; Διὰ δύο ταύτας αἰτίας· μίαν μὲν, ὅτι ἐπὶ μείζονα ἀγῶνα οὗτοι ἦγοντο, καὶ πλείονος ἐδέοντο τῆς μακροθυμίας· ἑτέραν δὲ τὴν ἀληθεστέραν, ὅτι οὗτοι μὲν ἀπὸ τῆς ἀτιμωρησίας εὐκολώτερον διωρθοῦντο ἐπὶ μετάνοιαν ἐρχόμενοι, ἐκεῖνοι δὲ ἐπὶ κακίαν μείζονα ἔμελλον ἕρπειν. Εἰ γὰρ τοὺς πρώτους κολαζομένους ὁρῶντες τοῖς αὐτοῖς ἐνέμενον, εἰ μηδὲ ἐκολάζοντό τινες, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ἂν ἔπαθον. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν τῷ μοιχῷ καὶ τῷ ἀνδροφόνῳ θάνατος τὐθέως ἐπάγεται· ἐνταῦθα δὲ, ἐὰν διὰ μετανοίας ἀπολούσωνται [a], διέφυγον τὴν κόλασιν. Πλὴν καὶ ἐνταῦθα σφοδροτέρας, καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ἡμερωτέρας ἴδοι τις ἂν τιμωρίας, ἵνα δειχθῇ διὰ πάντων, ὅτι συγγενεῖς αἱ διαθῆκαι καὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ νομοθέτου· καὶ παρὰ πόδας καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα τὰς τιμωρίας, καὶ μετὰ πολὺν χρόνον πολλάκις ἐν ἑκατέρᾳ, καὶ οὐδὲ μετὰ πολὺν χρόνον πολλάκις, ἀλλὰ μετανοίᾳ μόνῃ ἀρκούμενον τὸν Θεόν. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Παλαιᾷ μοιχεύσας καὶ φονεύσας ὁ Δαυὶδ, διὰ μετανοίας ἐσώθη, καὶ ἐν τῇ Καινῇ μικρὰ ἀπὸ χωρίου τιμῆς ὑφελόμενος ὁ Ἀνανίας μετὰ τῆς γυναικὸς ἀπώλετο. Εἰ δὲ πλεονάζει ταῦτα ἐν τῇ Παλαιᾷ, τὰ δὲ ἐναντία ἐν τῇ Καινῇ, ἡ διαφορὰ τῶν προσώπων τὴν διαφορὰν τῆς τοιαύτης οἰκονομίας ἐργάζεται. *Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πρᾶγμα ἔχων, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων;* Καὶ ἐνταῦθα πάλιν ὡς ἐπὶ ὡμολογημένων ποιεῖται τὴν κατηγορίαν. Καὶ γὰρ ἐκεῖ φησιν, *Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία·* καὶ ἐνταῦθα, *Τολμᾷ τις ὑμῶν;* ἐκ προοιμίων εὐθέως τὸν θυμὸν ἐνδεικνύμενος, καὶ δεικνὺς ὅτι τόλμης ἐστὶ τὸ πρᾶγμα καὶ παρανομίας. Καὶ τί δήποτε τὸν περὶ πλεονεξίας καὶ τοῦ μὴ δεῖν ἔξω κρίνεσθαι παρενέβαλε λόγον; Οἰκεῖον νόμον πληρῶν. Καὶ γὰρ ἔθος αὐτῷ τὰ παρεμπίπτοντα διορθοῦν, ὥσπερ ἡνίκα περὶ τῶν κοινῶν τραπεζῶν διαλεγόμενος, εἰς τὸν περὶ τῶν μυστηρίων ἐξέβη λόγον. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ πλεονεκτῶν ἀδελφῶν ἐμνημόνευσε, ζέων τῇ φροντίδι τῆς διορθώσεως τῶν ἁμαρτανόντων οὐκ ἀνέχεται διατηρῆσαι τάξιν· ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς ἀκολουθίας ἀχθὲν εἰς μέσον ἁμάρτημα διορθοῦται πάλιν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὸν πρότερον ἐπάνεισιν. Ἀκούσωμεν οὖν τί φησι καὶ περὶ τούτου· *Τολμᾷ τις ὑμῶν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πρᾶγμα ἔχων, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων;* Τέως ἐκ τῶν ὀνομάτων γυμνοῖ καὶ ἀποτρέπει, καὶ ἐγκαλεῖ. Καὶ ἐκ προοιμίων μὲν οὐκ ἀνατρέπει τὴν κρίσιν τὴν ἐπὶ τῶν πιστῶν· ὅτε δὲ αὐτοὺς κατέπληξε διὰ πολλῶν, τότε καὶ τὸ ὅλως [137] κρίνεσθαι ἀνεῖλε. Μάλιστα μὲν γὰρ εἰ δεῖ κρίνεσθαι, φησὶν, ἐπὶ τῶν ἀδίκων οὐκ ἔδει· ὅλως δὲ οὐδὲ κρίνεσθαι δεῖ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον τίθησι· τέως δὲ τὸ πρῶτον διακαθαίρει τὸ μὴ ἔξω δικάζεσθαι. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον πρὸς τὸν φίλον μικροψυχοῦντα [b], τὸν ἐχθρὸν καταλλάκτην λαμβάνειν, φησί; πῶς δὲ οὐκ αἰσχύνῃ οὐδὲ ἐρυθριᾷς, ὅταν Ἕλλην τῷ Χριστιανῷ καθέζηται δικάζων; Εἰ δὲ ὑπὲρ ἰδιωτικῶν οὐ χρὴ παρ' Ἕλλησι δικάζεσθαι, πῶς αὐτοῖς ἐπιτρέψομεν ὑπὲρ ἑτέρων μειζόνων; Καὶ ὅρα πῶς εἶπεν· οὐκ εἶπεν, Ἐπὶ τῶν ἀπίστων, ἀλλ', *Ἐπὶ τῶν ἀδίκων*, λέξιν θεὶς, ἧς μάλιστα χρείαν εἶχεν εἰς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, ὥστε ἀποτρέψαι καὶ ἀπαγαγεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ δίκης αὐτῷ ὁ λόγος ἦν, οἱ δικαζόμενοι δὲ οὐδὲν οὕτως ἐπιζητοῦσιν, ὡς τὸ πολλὴν εἶναι πρόνοιαν τοῦ δικαίου παρὰ τοῖς δικάζουσιν, ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἀποτρέπει, μονονουχὶ λέγων· Πεῖ φέρῃ καὶ τί ποιεῖς, ἄνθρωπε, τοὐναντίον πάσχων, ὧν ἐπιθυμεῖς, καὶ ὑπὲρ τοῦ τῶν δικαίων τυχεῖν ἀδίκοις ἐπιτρέπων ἀνθρώποις; Καὶ ἐπειδὴ εὐθέως φορτικὸν ἦν ἀκοῦσαι τὸ μὴ δικάζεσθαι, οὐκ εὐθέως τοῦτο ἐπήγαγεν, ἀλλὰ τοὺς δικάζοντας ἤμειψε μόνον, ἔξωθεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσάγων τοὺς δικαζομένους. Εἶτα, ἐπειδὴ εἰ καταφρόνητον εἶναι ἐδόκει τὸ παρὰ τοῖς ἔνδον δικάζεσθαι, καὶ μάλιστα τότε (οὐ γὰρ ἦσαν ἴσως ἱκανοὶ πρᾶγμα συνιδεῖν, οὔτε τοιοῦτοι οἷοι οἱ ἔξωθεν δικασταὶ νόμων ἔμπειροι καὶ ῥητορείας, ἅτε ἐξ ἰδιωτῶν οἱ πλείους ὄντες)· ὅρα πῶς αὐτοὺς ἀξιοπίστους ποιεῖ, πρῶτον ἁγίους καλέσας. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο βίου καθαρότητα, οὐκέτι δὲ ἀκρίβειαν τὴν περὶ τὴν ἀκρόασιν αὐτοῖς ἐμαρτύρει, ὅρα πῶς καὶ τοῦτο μεθοδεύει τὸ μέρος, λέγων οὕτως· *Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι;*

[a] *Legebatur* ἀπολύσωνται.

[b] Sæpissime apud scriptores, maxime ecclesiasticos, μικροψυχία, est simultas, dissensio; μικρόψυχος, dissidia vel simultates exercens, et μικροψυχεῖν, dissidere, simultatem cum aliquo exercere, disceptare, ut ex serie hoc loco perspicuum. Ea de re jam monuimus.

Digitized by Google

γ'. Τὸ τοίνυν ὁ μέλλων κρίνειν ἐκείνους τότε, πῶς ὑπ' ἐκείνων ἀνέχῃ κρίνεσθαι νῦν; Κρινοῦσι δὲ οὐχὶ αὐτοὶ καθήμενοι καὶ λόγον ἀπαιτοῦντες, ἀλλὰ κατακρινοῦσι. Τοῦτο γοῦν δηλῶν ἔλεγε· *Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;* Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὑφ' ὑμῶν, ἀλλ', *Ἐν ὑμῖν*· ὥσπερ ὅταν λέγῃ· *Βασίλισσα νότου ἀναστήσεται, καὶ κατακρινεῖ τὴν γενεὰν ταύτην*· καὶ, *Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, καὶ κατακρινοῦσι τὴν γενεὰν ταύτην.* Ὅταν γὰρ τὸν αὐτὸν ἥλιον ὁρῶντες, καὶ τῶν αὐτῶν μετέχοντες πάντων, ἡμεῖς μὲν εὐρεθῶμεν πιστεύσαντες, ἐκεῖνοι δὲ ἠπιστηκότες, οὐ δυνήσονται εἰς ἄγνοιαν καταφυγεῖν· κατηγορήσομεν γὰρ αὐτῶν ἡμεῖς δι' αὐτῶν, ὧν ἐπράξαμεν. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα εὑρήσει τις ἐκεῖ κριτήρια. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξῃ τις περὶ ἄλλων λέγειν, ὅρα πῶς κοινοποιεῖ τὸν λόγον· *Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται* [138] *ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;* Αἰσχύνην ὑμῖν φέρει τὸ πρᾶγμα, φησὶ, καὶ ὄνειδος ἄφατον. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑπὸ τῶν ἔσω κρινομένους αἰσχύνεσθαι, τοὐναντίον μὲν οὖν ἐστιν αἰσχύνη, φησὶν, ὅταν ὑπὸ τῶν ἔξω κρίνεσθε· ἐκεῖνα γάρ ἐστιν ἐλάχιστα τὰ κριτήρια, οὗ ταῦτα. *Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτι γε βιωτικά;* Τινὲς ἐνταῦθά φασι τοὺς ἱερέας αἰνίττεσθαι· ἀλλ' ἄπαγε· περὶ γὰρ δαιμόνων ὁ λόγος αὐτῷ. Εἰ γὰρ περὶ ἱερέων ἔλεγε διεφθαρμένων, ἠνίξατο ἂν αὐτοὺς ἄνω εἰπών, ὅτι *Ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος*· οἶδε γὰρ κόσμον καὶ τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους καλεῖν ἡ Γραφή· καὶ οὐκ ἂν ἐκ δευτέρου τὸ αὐτὸ εἶπεν, οὐδ' ἂν ὡς μεῖζόν τι λέγων ὕστερον αὐτὸ τέθεικεν. Ἀλλὰ περὶ ἐκείνων λέγει τῶν ἀγγέλων, περὶ ὧν φησιν ὁ Χριστός· *Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*· καὶ ὁ Παῦλος, ὅτι *Οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης.* Ὅταν γὰρ αἱ ἀσώματοι δυνάμεις αὗται ἔλαττον ἡμῶν εὑρεθῶσιν ἔχουσαι τῶν σάρκα περιβεβλημένων, χαλεπωτέραν δώσουσι δίκην. Εἰ δὲ ἔτι φιλονεικοίεν τινες ἱερέας λέγειν αὐτὸν, ἐρόμεθα ποίους ἱερέας; Τοὺς βιωτικῶς περιπατήσαντας πάντως. Πῶς οὖν φησιν, *Ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτι γε βιωτικά*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν βιωτικῶν τιθεὶς τοὺς ἀγγέλους; Εἰκότως, ἅτε τῆς τούτων χρείας ἐκτὸς γενομένους διὰ τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχήν. *Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε.* Μεθ' ὑπερβολῆς ἡμᾶς διδάξαι βουλόμενος, ὅτι, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ, τοῖς ἔξωθεν ἑαυτοὺς διδόναι χρὴ, τὴν δοκοῦσαν εἶναι ἀντίθεσιν κινήσας, προηγουμένως ταύτην ἔλυσεν. Ὃ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι οὐδεὶς ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ ἱκανὸς διακρῖναι, ἀλλ' εὐκαταφρόνητοι πάντες. Καὶ τί τοῦτο; Κἂν γὰρ μηδεὶς ᾖ σοφὸς, φησὶ, τοῖς ἐλαχίστοις ἐπιτρέπετε. *Τοῦτο δὲ πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.* Ἐλέγχοντός ἐστι τὴν τούτων ἀντίθεσιν, ὡς σκῆψιν οὖσαν περιττήν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Οὕτως οὐκ ἔνι σοφὸς ἐν ὑμῖν οὐδὲ εἷς;* Τοσαύτη, φησὶν, ἀπορία; τοσαύτη σπάνις ἀνδρῶν συνετῶν παρ' ὑμῖν; Καὶ ἡ ἐπαγωγὴ δὲ μείζονα τὴν πληγὴν ἔχει· εἰπὼν γὰρ, *Οὕτως οὐκ ἔνι σοφὸς ἐν ὑμῖν οὐδὲ εἷς;* ἐπήγαγεν· *Ὃς δυνήσεται διακρῖναι μεταξὺ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ;* Ὅταν γὰρ ἀδελφὸς δικάζηται μετὰ ἀδελφοῦ, οὐδὲ πολλῆς δεῖ[a] τῆς συνέσεως καὶ τῆς δεινότητος τῷ μεσιτεύοντι τῇ δίκῃ, τῆς διαθέσεως καὶ τῆς συγγενείας πολλὰ συμπραττούσης πρὸς τὴν λύσιν τῆς τοιαύτης φιλονεικίας. *Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων.* Εἶδες πῶς ἐν ἀρχῇ μὲν χρησίμως διέβαλε τοὺς δικάζοντας, ἀδίκους καλέσας· ἐνταῦθα δὲ ἐντρεπτικῶς, ἀπίστους εἰπών; Καὶ γὰρ σφόδρα αἰσχρὸν, εἰ μηδὲ ἀδελφοῖς [139] δυνατὸν γενέσθαι καταλλαγῆς αἴτιον τὸν ἱερέα, ἀλλ' ἀνάγκη πρὸς τοὺς ἔξω τρέχειν. Ὥστε εἰπὼν, *Τοὺς ἐξουθενημένους*, οὐ τοῦτο εἶπε προηγουμένως, ὅτι τοὺς ἀπερρίμμενους δεῖ καθίζειν, ἀλλὰ καθαπτόμενος αὐτῶν. Ὅτι γὰρ τοῖς δυναμένοις διακρίνειν ἐπιτρέπειν χρὴ, ἐδήλωσεν εἰπών· *Οὕτως οὐκ ἔνι σοφὸς ἐν ὑμῖν οὐδὲ εἷς;* καὶ ἐκ περιουσίας ἐπισωμίζων καὶ λέγων, ὅτι εἰ καὶ μηδεὶς ἦν σοφὸς ἐν ὑμῖν, τοῖς ἀσυνέτοις ἐπιτρέπειν ἐχρῆν μᾶλλον τὴν ἀκρόασιν, ἢ τοὺς ἔξωθεν δικάζειν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, ἐν οἰκίᾳ μὲν γινομένης μάχης, μηδένα τῶν ἔξωθεν καλεῖν, ἀλλ' αἰσχύνεσθαι εἰ διαδοθείη πρὸς τοὺς ἔξω τὰ ἔνδον γινόμενα· ἔνθα δὲ Ἐκκλησία, τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων ὁ θησαυρὸς, πάντα ἐκφέρεσθαι ἔξω; *Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων.* Διπλοῦν τὸ ἔγκλημα, ὅτι κρίνεται, καὶ ἐπὶ ἀπίστων. Εἰ γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἁμάρτημα τὸ πρὸς ἀδελφὸν κρίνεσθαι, τὸ καὶ ἐπὶ ἐξωτικῶν ποίαν ἔχει συγγνώμην; *Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.* Εἶδες ποῦ αὐτὸ ἐτήρησε, καὶ πῶς εὐκαίρως αὐτὸ ἀνεῖλεν; Οὕπω γὰρ λέγω, φησὶ, τίς ἀδικεῖ, ἢ τίς ἀδικεῖται· τέως αὐτῷ τῷ κρίνεσθαι ἑκάτερος διαβέβληται, καὶ οὐδὲν ἕτερος ἑτέρου βελτίων κατὰ τοῦτο.

δ'. Εἰ δὲ δικαίως ἢ ἀδίκως κρίνεται, ἑτέρου λόγου τοῦτο. Μὴ τοίνυν λέγε· Τίς ἠδίκησεν· ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη σε κατακρίνω ἀπὸ τοῦ δικάζεσθαι. Εἰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν ἀδικοῦντα, ἔγκλημα, τὸ καὶ ἀδικεῖν πόσης κατηγορίας ἄξιον; *Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; ἀλλ' αὐτοὶ ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς.* Πάλιν διπλοῦν τὸ ἔγκλημα, τάχα δὲ καὶ τριπλοῦν καὶ τετραπλάσιον. Ἓν μὲν, τὸ μὴ εἰδέναι ἀδικούμενον φέρειν· δεύτερον δὲ, τὸ καὶ ἀδικεῖν· τρίτον, τὸ καὶ τοῖς ἀδίκοις ἐπιτρέπειν περὶ τούτων· τέταρτον, τὸ καὶ ἀδελφόν. Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως τὰ ἁμαρτήματα κρίνεται, ὅταν εἰς τὸν τυχόντα καὶ εἰς τὸ οἰκεῖον γίνηται μέλος. Ἀπὸ γὰρ πλείονος ἰταμότητος τολμᾶται τοῦτο· κἀκεῖ μὲν ἡ φύσις τοῦ πράγματος καταπεπάτηται μόνη, ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ τοῦ προσώπου ποιότης. Ἐντρέψας τοίνυν ἀπὸ τῶν κοινῶν λογισμῶν, καὶ πρὸ τούτων ἀπὸ τῶν κειμένων ἐπάθλων, εἰς ἀπειλὴν κατακλείει τὴν παραίνεσιν, ἰσχυρότερον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ οὕτω λέγων· *Οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε πλεονέκται, οὐ κλέπται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ*

[a] *Legebatur* τοῦ ἀδελφοῦ, οὐδέποτε δεῖται.

Digitized by Google

tractet, ita dicens : 2. *An nescitis quod sancti mundum judicabunt?*

3. Tu ergo, qui illos aliquando judicaturus es, quomodo sustines nunc ab illis judicari? Judicabunt autem, non ipsi sedentes et rationem repetentes, sed condemnabunt. Hoc enim indicans dicebat : *Et si in vobis judicatur mundus, indigni estis minimis judiciis?* Non enim dixit, A vobis, sed, *Inter vos;* ut cum dicit, *Regina Austri surget, et condemnabit generationem hanc;* et *Viri Ninivitæ surgent, et condemnabunt generationem hanc* (*Matth.* 12. 43. 41). Quando enim eumdem solem videntes, et earumdem rerum omnium participes, nos quidem credidisse inventi fuerimus, illi vero non credidisse, non poterunt ad ignorantiam confugere: nos enim illos accusabimus per ea quæ fecimus. Et multa alia quis inveniet ibi judicia. Deinde ne videretur cuipiam de aliis dicere, vide quomodo communem faciat sermonem : *Et si in vobis judicatur mundus, indigni estis minimis judiciis?* Pudorem vobis res affert, inquit, et ineffabile dedecus. Nam quia, ut verisimile est, pudebat eos ab iis qui intus erant judicari : e contrario autem vobis est dedecus, cum ab iis qui foris sunt judicamini : illa enim minima sunt judicia, non hæc. 3. *Nescitis quia angelos judicabimus? quanto magis sæcularia?* Quidam dicunt hic sacerdotes subindicari : sed apage; nam de dæmonibus agit. Nam si de corruptis sacerdotibus dixisset, supra subindicasset illos cum dixit : *In vobis judicatur mundus;* solet enim Scriptura improbos quoque homines mundum vocare : neque iterum hoc ipsum dixisset, neque ut majus quidpiam dicens ipsum postea posuisset. Sed de illis loquitur angelis, de quibus dicit Christus: *Ite in ignem paratum diabolo et angelis ejus* (*Matth.* 25. 41); et Paulus, *Angeli ejus transfigurantur tamquam ministri justitiæ* (2. *Cor.* 11. 15). Cum enim Potestates illæ incorporeæ inventæ fuerint minus habere quam nos, qui carne induti sumus, graviores dabunt pœnas. Quod si adhuc quidam contendunt illum de sacerdotibus loqui, interrogabimus, quos sacerdotes? Omnino eos qui sæculari more vixerunt. Quomodo ergo, inquies, *Angelos judicabimus, quanto magis sæcularia?* nempe ad differentiam sæcularium ponens angelos, et merito : quia extra eorum usum sunt ob excellentiam naturæ. 4. *Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.* Volens cum hyperbole nos docere, quodcumque tandem fuerit, non oportere nos externis committere, cum objectionem vel quæ talis esse videbatur, movisset : prius illam solvit. Hoc enim vult significare : Fortasse dicet quispiam, nullum esse apud vos sapientem, neque ad judicium ferendum aptum, sed contemptibiles omnes. Et quid hoc? Etiamsi enim nullus sit sapiens, inquit, vos minimis permittite. 5. *Hoc autem ad verecundiam vestram dico.* Est refellentis illorum objectionem, ut quæ superfluus sit obtentus : ideoque subjunxit : *Sic non est sapiens in vobis quisquam?* Tantane est, inquit, inopia? tantane apud vos raritas virorum intelligentium? Quod autem subjungit, majorem infert plagam : cum enim dixisset, Non est sapiens in vobis neque unus? subjunxit : *Qui possit judicare inter fratrem suum?* Cum enim frater cum fratre judicio contendit, non magna intelligentia et solertia est opus litis arbitro, affectu et cognatione magnam opem afferente ad contentionis talis solutionem. 6. *Sed frater cum fratre judicio contendit, et hoc apud infideles.* Viden' quomodo in principio quidem utiliter incusabat eos qui judicarent, Iniquos vocans; hic autem ut illos pudore afficiat, dicens infideles? Etenim admodum turpe est, si ne fratribus quidem reconciliationis causa possit esse sacerdos; sed necesse sit ad externos accurrere. Itaque cum dixit *Contemptibiles*, non hoc præcipue dixit, quod abjectos sedere judices oporteat, sed illos perstringens. Nam quod iis, qui discernere possint, committere oporteat, significavit dicens : *Sic non est inter vos sapiens quisquam?* et ex abundanti os obstruens, et dicens : quod etiamsi nullus esset sapiens in vobis, insipientibus potius committenda causa fuisset, quam externis. Quomodo enim non absurdum fuerit, cum domi lis oritur, externum neminem vocari, sed pudore affici, si quæ intus fiunt foris evulgentur; ubi autem Ecclesia est, arcanorum mysteriorum thesaurus, omnia extra efferri? *Sed frater cum fratre judicio contendit, et hoc apud infideles.* Duplex est crimen, et quod judicetur, et quod apud infideles. Si enim per se peccatum est cum fratre judicio contendere, id apud externos facere quam veniam mereatur? 7. *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos.* Viden' ubinam illud reservarit? et quam opportune hoc sustulerit? Nondum enim dico, inquit, aliquis injuriam facit, aliquis injuriam patitur : interim eo ipso, quod judicio contendatur, uterque improbatur, et in hoc non est alius alio melior.

4. Si autem juste vel injuste judicio contenditur, hoc ad aliam pertinet disputationem. Ne itaque dicas, Aliquis injuria affecit : hinc enim jam te damno, quod judicio contendas. Si autem injuriam inferentem ferre non posse crimen est, injuriam facere quanta dignum erit accusatione? *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* 8. *Sed vos injuriam facitis et fraudem etiam fratribus.* Rursus duplum crimen; imo forte triplum et quadruplum. Unum quidem injuriam inferentem ferre nescire; secundum autem, etiam injuriam inferre; tertium, iniquis judicium de his committere; quartum, hoc in fratrem facere. Neque enim similiter de peccatis judicatur, cum admittuntur in quemvis obvium, et cum in proprium membrum. Hoc enim quis audet ex majori petulantia : et illic quidem conculcatur sola rei natura, hic vero etiam personæ qualitas. Postquam igitur pudorem intulit a communibus rationibus, et ante hæc a propositis præmiis, comminatione concludit adhortationem, vehementiorem reddens sermonem his verbis : 9. *An nescitis quod iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare : neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores,* 10 *neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces re-*

Digitized by Google

gnum Dei possidebunt. Quid dicis? de avaris loquens, sceleratorum hominum tantam induxisti nobis turbam? Etiam, inquit: sed non confundens orationem hoc facio, sed et ordine procedens. Quemadmodum enim de fornicatoribus loquens, omnium simul meminit: ita rursum avarum commemorans, omnes in medium adducit ad reprehensiones assuefaciens eos, qui horum et similium sibi conscii sunt. Nam in aliorum commemoratione frequenter audire pœnam iis repositam, id efficit ut facilius audiatur reprehensio, cum adversus sua quisque peccata pugnaturus se apparat. Neque enim hæc tamquam sciens illis competere, neque tanquam reprehendens, comminatur: quod maxime potest auditorem retinere et impedire ne resiliat, cum oratio illum non respicit, sed indeterminate prolata, ejus conscientiam latenter pungit. *Nolite errare.* Hic subindicat quosdam dicentes, quod nunc multi dicunt, Benignus cum sit Deus et clemens, delicta non ulciscitur: ne timeamus; nam de nulla re a nemine unquam pœnam exiget. Et propterea dicit, *Nolite errare.* Error enim extremus et fallacia est, cum bona speres, contraria consequi, et illud de Deo suspicari, quæ ne de homine quidem quisquam cogitaverit. Quamobrem ait propheta ex persona ejus: *Existimasti iniquitatem, quod ero tui similis: arguam te et statuam contra faciem tuam iniquitates tuas* (*Psal.* 49. 21.); et Paulus hic, *Nolite errare; neque, fornicatores* (eum, qui jam damnatus fuerat, primum ponit), *neque adulteri, neque molles, neque ebriosi, neque maledici regnum Dei possidebunt.*

Contra maledicos. — Multi hunc locum reprehenderunt, tamquam valde asperum, si quidem ponit ebriosum et maledicum cum adultero et muliebria passo et masculorum concubitore. Atqui non paria sunt scelera, quomodo ergo paria supplicia? Quid ergo dicemus? Quod certe non parva res sit ebrietas et maledictum: quando quidem Christus cum qui fratrem suum fatuum vocavit, gehennæ tradidit. Sæpe enim hinc mors consequuta est: et Judæorum populus ex ebrietate gravissima admisit peccata. Deinde non de supplicio hic sermonem habet, sed de amissione regni. A regno igitur certe similiter et hic et ille excidunt: si vero in gehenna aliquam sint habituri differentiam, non erat præsentis temporis disquirere; non enim hoc propositum nobis est. 11. *Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis.* Magnum ingerens pudorem subjunxit dicens: Cogitate ex quantis malis vos eripuerit Deus, quantam vobis benignitatis suæ præbuerit experientiam et demonstrationem; neque ad solam liberationem mercedem extendit, sed longe amplius beneficium auxit: etenim mundum et purum fecit. Num hoc tantum? Nequaquam, sed et sanctificavit; neque hoc solum, sed etiam justificavit. Atqui vel a peccatis liberari magnum est donum: nunc autem te innumeris replevit bonis. Et hoc factum est, *In nomine Domini nostri Jesu Christi:* non in hoc vel in illo, sed *Et in Spiritu Dei nostri.* Hæc ergo cum sciamus, dilecti, et accepti beneficii magnitudinem cogitantes, maneamus temperanter viventes, ab iis omnibus quæ enumerata sunt mundi, et tribunalia fugiamus, quæ sunt in externis foris, et nobilitatem quam nobis Deus largitus est custodiamus. Cogita enim, quantæ sit turpitudinis, tibi jura dicentem sedere Græcum.

5. Quid ergo, inquies, si is qui intus est inique judicet? Cur, quæso? secundum quas leges judicat Græcus, et secundum quas Christianus? annon palam est Græcum secundum leges hominum, et Christianum secundum leges Dei? Hic ergo magis justitia reperitur, quia leges ex cælo sunt missæ. In externis enim præter ea quæ dicta sunt, alia sunt suspecta multa, oratorum vis dicendi, principum corruptio, et multa alia quæ justitiam labefactant: hic vero nihil horum est. Quid ergo, inquies, si adversarius dynasta sit? Et ideo maxime hic judicare oportet: in externis enim ille judiciis te erit omnino superior. Si autem ille non acquiescit, et si id quod intus est judicium despicit et foras vi trahit? Melius est id, quod ex necessitate passurus es, te libentem sustinere et judicium non subire, ut et mercedem habeas. Nam *Si*, inquit, *quis velit tecum in judicio contendere, et tunicam tuam accipere, dimitte illi etiam pallium*; et, *Sis benevolus adversario tuo cito, donec es in via cum illo* (*Matth.* 5. 40. 25). Ecquid nostra dicere opus est? nam ipsi quoque externorum tribunalium patroni hæc sæpissime dicunt, melius esse foris lites componere.

Pecuniarum amor omnia subvertit. — Sed, o pecunias! imo potius, o absurdum pecuniarum amorem! qui omnia subvertit et dejecit; nugæque et fabulæ multis sunt omnia propter pecunias. Et quod ii, qui sæcularibus sint addicti, in tribunalibus lites commoveant, nihil mirum; quod autem multi ex iis, qui sæculo abrenuntiarunt, eadem ipsa faciant, hoc certe est extra veniam omnem. Nam si vis videre quantum te abesse ab hoc usu, nempe tribunalium, præceperit Scriptura, et discere quibusnam leges positæ sint, audi quid dicat Paulus: *Justo lex non est posita, sed injustis et non subditis* (1. *Tim.* 1. 9). Quod si ille de Mosaica hoc dicit, multo magis de externis legibus. Si ergo injuriam feceris, palam est te non esse justum; si autem injuria afficiaris et feras (hoc enim maxime justi est), non opus habes externis legibus. Et quomodo, inquies, injuria læsus ferre potero? Atqui Christus aliquid etiam amplius præcepit. Non modo enim injuria læsum ferre jussit, sed etiam affatim erogare ei qui facit injuriam, et patiendi affectu et animo superare cupiditatem mala inferentis. Non enim dixit, Ei qui velit tecum in judicio contendere et tunicam tuam auferre, dimitte tunicam; sed cum illa et pallium dato. Vince illum, inquit, meo patiendo, non male faciendo: hæc est enim clara et splendida victoria. Ideoque postea dicit Paulus: *Jam enim delictum est vobis, quod judicia habetis inter vos: et cur non potius injuriam accipitis?* Quod enim is qui injuria afficitur, magis vincat, quam is qui injuriam non fert, hoc vobis palam faciam. Etiamsi qui injuriam non fert in judicium traxerit, etiamsi superarit, tunc maxime vincitur. Quod enim nolebat,

Digitized by Google

κληρονομήσουσι. Τί λέγεις; περὶ πλεονεκτῶν διαλεγόμενος, τοσοῦτον ὄχλον ἐπήγαγες ἡμῖν παρανόμων ἀνθρώπων; Ναί, φησίν· ἀλλ' οὐ συγχέων τὸν λόγον τοῦτο ποιῶ, ἀλλὰ καὶ τάξει [140] προβαίνων. Ὥσπερ γὰρ περὶ τῶν πόρνων διαλεγόμενος, μέμνηται πάντων ὁμοῦ, οὕτω πάλιν τοῦ πλεονέκτου μνησθεὶς, πάντας εἰς μέσον ἄγει, πρὸς τοὺς ἐλέγχους συνεθίζων τοὺς τὰ τοιαῦτα συνειδότας ἑαυτοῖς. Τὸ γὰρ ἐν ταῖς τῶν ἑτέρων μνήμαις συνεχῶς ἀκούειν τὴν κειμένην κόλασιν αὐτοῖς, εὐπαράδεκτον ποιεῖ τὸν ἔλεγχον, ἐπειδὰν τοῖς οἰκείοις αὐτῶν ἁμαρτήμασιν ἐπαποδύηται. Οὐδὲ γὰρ ὡς συνειδὼς ἐνταῦθα αὐτοῖς ταῦτα, οὐδὲ ὡς ἐλέγχων ποιεῖται τὴν ἀπειλήν· ὃ μάλιστα καὶ ἱκανόν ἐστι κατασχεῖν τὸν ἀκροατὴν, καὶ μὴ ἀφεῖναι ἀποπηδῆσαι, ὅταν μὴ πρὸς αὐτὸν ὁ λόγος ἀποτείνηται, ἀλλ' ἀδιορίστως λεγόμενος, λανθανόντως αὐτοῦ πλήττῃ τὸ συνειδός. *Μὴ πλανᾶσθε.* Ἐνταῦθα αἰνίττεταί τινας λέγοντας, ὅπερ καὶ νῦν λέγουσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι Φιλάνθρωπος ὢν ὁ Θεὸς καὶ ἀγαθὸς, οὐκ ἐπεξέρχεται τοῖς πλημμελήμασι· μὴ δὴ φοβηθῶμεν· οὐδένα γὰρ ἐπ' οὐδενὶ δίκην ἀπαιτήσει ποτέ. Καὶ τούτων ἕνεκέν φησιν· *Μὴ πλανᾶσθε.* Πλάνης γάρ ἐστιν ἰσχάτης καὶ ἀπάτης, ἐλπίσαντα χρηστὰ τῶν ἐναντίων ἐπιτυχεῖν, καὶ ταῦτα περὶ Θεοῦ ὑποπτεύειν, ἃ μηδὲ περὶ ἀνθρώπου τις ἐννοήσειε. Διό φησιν ὁ προφήτης ἐκ προσώπου αὐτοῦ· *Ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος· ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἀνομίας σου·* καὶ ὁ Παῦλος ἐνταῦθα, *Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι* (τὸν ἤδη καταδικασθέντα πρῶτον τίθησιν), *οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε μέθυσοι, οὔτε λοίδοροι βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι.*

δ'. Τί οὖν ἐγὼ πάθω, φησί; δι' ἐκεῖνον ἀπόλλυμαι; Μάλιστα μὲν οὐ δι' ἐκεῖνον· οὐδὲ γὰρ σὺ ἀναμάρτητος ἔμεινας, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν, ἑτέραν γοῦν ἥμαρτες. Ἄλλως δὲ οὐδὲ ἀπὸ τῆς τιμωρίας ἐβλάβης, ἀλλὰ καὶ ἐκέρδανας. Εἰ μὲν γὰρ ἔμελλες διόλου μένειν θνητὸς, ἴσως εἶχέ τινα λόγον τὸ εἰρημένον· νῦν δὲ καὶ ἀθάνατος εἶ, κἂν ἐθέλῃς, ὑπὲρ τὸν ἥλιον αὐτὸν λάμψαι δυνήσῃ. Ἀλλ' εἰ μὴ θνητὸν ἔλαβον σῶμα, φησὶν, οὐκ ἂν ἥμαρτον. Τί οὖν, εἰπέ μοι; ἐκεῖνος, θνητὸν ἔχων σῶμα, ἥμαρτεν; Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἄν, εἴ γε θνητὸν ἦν, ὕστερον ἐν κολάσεως τάξει τὸν θάνατον ὑπέμεινεν. Ὅτι δὲ οὔτε θνητὸν σῶμα ἐμποδίζει πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ σωφρονίζει καὶ τὰ μέγιστα συντελεῖ, δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰ γὰρ προσδοκία ἀθανασίας μόνον οὕτως ἐπῆρε τὸν Ἀδὰμ, εἰ καὶ τῷ ὄντι ἀθάνατος ἐγεγόνει, ποῦ οὐκ ἂν ἀπονοίας ἐξέβη; Καὶ νῦν μὲν ἁμαρτὼν δύνασαι λῦσαι τὰ ἁμαρτήματα, τοῦ σώματος ταπεινοῦ ὄντος καὶ καταπίπτοντος καὶ διαλυομένου· καὶ γὰρ αὗται αἱ ἔννοιαι ἱκαναὶ σωφρονίσαι· εἰ δὲ ἐν ἀθανάτῳ ἐπλημμέλησας, μονιμώτερα ἴσως ἔμελλεν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα. Οὐ τοίνυν ἡ θνητότης αἰτία τῆς ἁμαρτίας, μὴ κατηγόρει, ἀλλ' ἡ πονηρὰ προαίρεσίς ἐστιν ἡ ῥίζα τῶν κακῶν. Διὰ τί γὰρ μηδὲν τὸν Ἄβελ τὸ σῶμα ἠδίκησε; διὰ τί μηδὲν τοὺς δαίμονας τὸ ἀσώματον ὤνησε; Βούλει μαθεῖν, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔβλαψε τὸ σῶμα θνητὸν γενόμενον, ἀλλὰ καὶ ὠφέλησεν; ἄκουσον ὅσα κερδαίνεις, ἐὰν νήφῃς, ἐκ τούτου. Ἀνθέλκει σε καὶ περισπᾷ ἀπὸ τῆς κακίας ὀδύναι καὶ λύπαις καὶ πόνοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις. Ἀλλὰ καὶ εἰς πορνείαν ἐξάγει, φησίν; Οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία· ταῦτα μὲν γὰρ, ἅπερ εἶπον, πάντως τοῦ σώματός ἐστι. Διόπερ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον εἰς τὸν βίον ἐλθόντα τοῦτον μὴ καὶ νοσεῖν καὶ ἀλγεῖν καὶ ἀθυμεῖν· μὴ πορνεύειν δὲ ἔνι. Ὥστε εἰ τῆς τοῦ σώματος ἦν φύσεως καὶ τὰ τῆς κακίας, καθολικὰ ἂν ἦν· τὰ γὰρ φυσικὰ τοιαῦτα, τὸ δὲ πορνεύειν οὐ τοιοῦτον· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀλγεῖν ἐντεῦθεν, τὸ δὲ πορνεύειν ἀπὸ τῆς προαιρέσεως. Μὴ τοίνυν κατηγόρει τοῦ σώματος, μή σου τὴν τιμὴν ἀφαιρείσθω ὁ διάβολος, ἣν σοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Ἂν γὰρ θέλωμεν, χαλινός ἐστιν ἄριστος τὸ σῶμα, τὰ σκιρτήματα τῆς ψυχῆς κατέχον, ἀπόνοιαν κατασπῶν, ἀλαζονείαν κωλύον, ἐν τοῖς μεγίστοις [151] κατορθώμασιν ἡμῖν διακονούμενον. Μὴ γάρ μοι τοὺς μαινομένους εἴπῃς· ἐπεὶ καὶ τῶν ἵππων πολλοὺς ὁρῶμεν κατὰ κρημνῶν φερομένους, τὸν ἡνίοχον ῥίψαντας μετὰ τοῦ χαλινοῦ· ἀλλ' οὐ μεμφόμεθα τὸν χαλινόν· οὐ γὰρ ἐκεῖνος διασπασθεὶς τοῦτο εἰργάσατο, ἀλλ' ὁ ἡνίοχος ὁ μὴ κατασχὼν, πάντα ἀπώλεσεν. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα λογίζου· ἂν ἴδῃς νέον ἐν ὀρφανίᾳ ζῶντα καὶ μυρία ἐργαζόμενον κακὰ, μὴ τὸ σῶμα αἰτιῶ, ἀλλὰ τὸν ἡνίοχον τὸν συρόμενον, τὸν λογισμὸν λέγω. Ὥσπερ γὰρ αἱ ἡνίαι οὐ παρέχουσι πράγματα τῷ ἡνιόχῳ, ἀλλ' ὁ ἡνίοχος πάντων αἴτιος οὐ καλῶς αὐτὰς κατέχων· διὸ καὶ δίκην αὐτὸν ἀπαιτοῦσι, συμπλεκόμεναι αὐτῷ καὶ παρασύρουσαι πολλάκις καὶ ἀναγκάζουσαι τῆς οἰκείας δυσπραγίας κοινωνεῖν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, ἔμασσον τὸ στόμα τοῦ ἵππου, ἕως κατεῖχες· ἐπειδὴ δὲ ἔῤῥιψας, ἀπαιτῶ σε τῆς καταφρονήσεως δίκην, καὶ περιπλέκομαι καὶ παρασύρω, ὥστε μηκέτι τὸ αὐτὸ παθεῖν. Μηδεὶς τοίνυν αἰτιάσθω τὰς ἡνίας, ἀλλ' ἑαυτὸν καὶ τὴν διεφθαρμένην γνώμην. Καὶ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἡνίοχός ἐστιν ὁ λογισμός· ἡνίαι δὲ τὸ σῶμα, συνάγουσαι τοὺς ἵππους πρὸς τὸν ἡνίοχον. Ἂν μὲν οὖν καλῶς αὗται διακέωνται, οὐδὲν πείσῃ δεινόν· ἂν

Digitized by Google

δὲ ἀφῆς αὐτὰς, ἠφάνισας καὶ ἀπώλεσας ἅπαντα. Σωφρονῶμεν τοίνυν, καὶ μὴ κατηγορῶμεν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῆς πονηρᾶς διανοίας. Καὶ γὰρ τοῦ διαβόλου ἔργον τοῦτο, πάντων μᾶλλον ποιεῖν τοὺς ἀνοήτους κατηγορεῖν, καὶ σώματος καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον, ἢ τῆς διεφθαρμένης γνώμης· ἵνα μὴ τὴν αἰτίαν εὑρόντες ἀπαλλαγῶσι τῆς ῥίζης τῶν κακῶν. Ἀλλ' ὑμεῖς τὴν ἐπιβουλὴν συνειδότες, τὸν θυμὸν κατ' αὐτοῦ στρέψατε, καὶ τὸν ἡνίοχον ἐπιστήσαντες τῷ ζεύγει, πρὸς τὸν Θεὸν τὸ ὁρμα τῆς διανοίας τείνατε. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις οὐδὲν ὁ τὸν ἀγῶνα θεὶς εἰσφέρει, ἀλλ' ἀναμένει τὸ τέλος· ἐνταῦθα δὲ τὸ πᾶν ὁ ἀγωνοθέτης ἐστὶ Θεός. Τοῦτον τοίνυν ἔχωμεν ἵλεων, καὶ πάντως ἐπιτευξόμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη τοῦ Χριστοῦ εἰσιν; ἆρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο.

α'. Ἀπὸ τοῦ πεπορνευκότος ἐπὶ τὸν πλεονέκτην μεταβὰς, πάλιν ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκεῖνον ἔρχεται, οὐκέτι λοιπὸν πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις τοῖς μὴ πεπορνευκόσι· καὶ τούτους ἀσφαλιζόμενος μήποτε περιπέσωσι τοῖς αὐτοῖς, ἐκείνου καθάπτεται πάλιν. Ὁ γὰρ ἡμαρτηκὼς, κἂν πρὸς ἕτερον ἀποτείνῃς τὸν λόγον, κεντεῖται καὶ οὕτω, τοῦ συνειδότος διεγειρομένου καὶ μαστιγοῦντος αὐτόν. Ἱκανὸς μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τῆς τιμωρίας φόβος ἦν αὐτοὺς κατασχεῖν ἐπὶ τῆς σωφροσύνης· ἐπειδὴ δὲ οὐ βούλεται φόβῳ μόνον τὰ [152] τοιαῦτα κατορθοῦν, καὶ ἀπειλὰς καὶ λογισμοὺς τίθησιν. Ἐκεῖ μὲν οὖν τὸ ἁμάρτημα εἰπὼν, καὶ τὴν τιμωρίαν ὁρίσας, καὶ τὴν βλάβην δείξας τὴν ἐκ τῆς συνουσίας τοῦ πεπορνευκότος ἐγγενομένην ἅπασιν, ἀπηλλάγη, καὶ πρὸς τὴν πλεονεξίαν μετέστη, καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῆς βασιλείας ἀπειλήσας τούτῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν, οἷς κατέλεξεν, οὕτω τὸν λόγον ἀπήρτισεν· ἐνταῦθα δὲ καὶ φρικωδέστερον μεταχειρίζει τὴν παραίνεσιν. Ὅ τε γὰρ τὸ ἁμάρτημα κολάζων μόνον, καὶ μὴ δεικνὺς σφόδρα παρανομώτατον ὄν, οὐδὲν τοσοῦτον ἀπὸ τῆς τιμωρίας εἰργάσατο· ὅ τε πάλιν ἐντρέπων μόνον, καὶ μὴ φοβῶν διὰ τῆς κολάσεως, οὐ σφόδρα καθάπτεται τῶν ἀναισθήτως διακειμένων. Διόπερ ἀμφότερα ποιεῖ Παῦλος, καὶ ἐντρέπει λέγων· *Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν;* καὶ φοβεῖ λέγων· *Οὐκ οἴδατε ὅτι πλεονέκται βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι;* Καὶ ἐπὶ τοῦ πεπορνευκότος πάλιν οὕτω κέχρηται τῷ λόγῳ· καὶ γὰρ φοβήσας δι' ὧν ἔμπροσθεν εἶπεν, ἐκτεμών τε αὐτὸν καὶ τῷ Σατανᾷ παραδοὺς, καὶ τῆς μελλούσης ἀναμνήσας ἡμέρας, ἐντρέπει πάλιν λέγων· *Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη τοῦ Χριστοῦ ἐστιν;* ὡς πρὸς παῖδας λοιπὸν εὐγενεῖς διαλεγόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Τὸ δὲ σῶμα τῷ Κυρίῳ*, σαφέστερον αὐτὸ δείκνυσι νῦν· καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ λέγων· *Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.* Καὶ τὸ αὐτὸ ὑπόδειγμα πολλαχοῦ τίθησιν, οὐκ ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὥστε τὴν ἀγάπην δεῖξαι, ποτὲ δὲ ὥστε τὸν φόβον αὐξῆσαι· ἐνταῦθα δὲ δεδιττόμενος αὐτὸ τέθεικε, καὶ φοβῶν· *Ἆρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο.* Οὐδὲν φρικωδέστερον τῆς λέξεως ταύτης. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἆρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, συνάψω τῇ πόρνῃ· ἀλλὰ τί; *Ποιήσω μέλη πόρνης;* ὅπερ ἦν πληκτικώτερον. Εἶτα κατασκευάζει πῶς τοῦτο γίνεται ὁ πορνεύων, οὕτω λέγων· *Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστι;* Πόθεν δῆλον; *Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν.* Οὐκέτι γὰρ ἀφίησιν ἡ συνουσία τοὺς δύο εἶναι δύο, ἀλλ' ἓν ἀμφοτέρους ἐργάζεται. Καὶ ὅρα πάλιν πῶς διὰ τῶν ὀνομάτων γυμνῶν πρόεισι, διὰ τῆς πόρνης καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ προάγων τὴν κατηγορίαν. *Φεύγετε τὴν πορνείαν.* Οὐκ εἶπεν, Ἀπέχεσθε τῆς πορνείας, ἀλλὰ, *Φεύγετε*, τουτέστι, Μετὰ σπουδῆς ποιεῖσθε τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ κακοῦ. *Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.* Τοῦτο τοῦ προτέρου ἔλαττον· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ πόρνων ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, πάντοθεν αὐτὸ ἀπαίρει, καὶ ἀπὸ τῶν μειζόνων καὶ ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων αὔξων τὸ ἔγκλημα. Ἐκεῖνο μὲν οὖν τοῖς εὐλαβεστέροις εἴρηται τὸ πρότερον, τοῦτο δὲ τοῖς ἀσθενεστέροις. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Παύλου σοφίας, μὴ ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐντρέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν μικροτέρων, καὶ ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ καὶ ἀπρεποῦς. Τί οὖν; ὁ ἀνδροφόνος, φησὶν, οὐχὶ τὴν χεῖρα μολύνει; τί δὲ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἅρπαξ; [153] Πανταχοῦ δῆλον· ἀλλ' ἐπειδὴ εἰπεῖν οὐκ ἐνῆν τοῦ πόρνου οὐδὲν χεῖρον, ἑτέρως αὐτὸ ἤξησε λέγων, ὅτι ἐπὶ τῆς πορνείας ὁλόκληρον τὸ σῶμα γίνεται μιαρόν. Ὥσπερ γὰρ εἰς λέβητα ἀκαθαρσίας ἐμπίπτον καὶ τῷ μολυσμῷ βαπτόμενον, οὕτω φύρεται. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ἔθος. Ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς πλεονεξίας καὶ ἁρπαγῆς οὐκ ἄν τις σπουδάσειεν ἐπὶ βαλανεῖον ἐλθεῖν, ἀλλ' ἀδιαφόρως ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἄνεισιν· ἀπὸ δὲ μίξεως πόρνης, καθάπερ ὅλος γενόμενος ἀκάθαρτος, ἐπὶ τὸ λούσασθαι ἔρχεται· οὕτως ἔχει τινὰ τὸ συνειδὸς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ταύτης ὑπόληψιν αἰσχροτέραν. Ἀμφότερα μὲν οὖν χαλεπὰ, καὶ πλεονεξία καὶ πορνεία, καὶ εἰς γέενναν ἐμβάλλει· ἀλλ' ἐπειδὴ οἰκονομικῶς ὁ Παῦλος πάντα ποιεῖ, οἷς εἶχε, τούτοις ἤξησε τὸ τῆς πορνείας ἔγκλημα. *Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν;*

β'. Οὐχ ἁπλῶς εἶπε, *Τοῦ Πνεύματος*, ἀλλὰ, *Τοῦ ἐν ὑμῖν*, ὅπερ ἦν καὶ παραμυθουμένου· καὶ πάλιν ἐπεξηγούμενος ἐπήγαγεν· *Οὗ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.* Καὶ τὸν δεδωκότα τέθεικεν, ὑψηλόν τε ὁμοῦ ποιῶν τὸν ἀκροατὴν, καὶ φοβῶν καὶ τῷ μεγέθει τῆς παρακαταθήκης καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ παρακαταθεμένου. *Καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.* Τοῦτο οὐκ ἐντρέποντος μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ βιαζομένου πρὸς ἀρετήν. Τί γάρ; πράττεις ἃ θέλεις, φησὶν· οὐκ εἶ ἑαυτοῦ κύριος. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχὶ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρῶν· καὶ γὰρ εἰπὼν, *Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει*, οὐχὶ τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν ἀνεῖλε· καὶ

Digitized by Google

hic quoque. Ego enim, inquiunt, os equi habenis regebam, quamdiu tu tenebas: quia vero abjecisti, abs te exigo pœnas contemptus tui, et tecum complicor et attraho, ut ne amplius tale quidpiam patiar. Nemo itaque habenas culpet, sed seipsum et corruptum animum. Nam in nobis auriga est ratio, habenæ corpus, quæ equos cum auriga conjungunt. Si ergo illæ recte positæ sint, nihil grave patieris; sin illas dimittas, omnia abolevisti et perdidisti. Temperantes ergo simus, et ne accusemus corpus, sed malum animum. Nam hoc maxime diaboli opus est, ut stultos magis moveat ad accusandum corpus et Deum et proximum, quam corruptum animum; ut ne, si causam invenerint, liberentur a radice malorum. Sed vos cum insidias cognoscatis, iram vertite in illum, et aurigam jugo imponentes, ad Deum mentis oculum convertite. Nam in aliis quidem is nihil affert qui certamen proposuit, sed exspectat finem: hic autem omnino agonotheta est Deus. Hunc ergo propitium habeamus, et omnino consequemur futura bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVIII.

CAP. 6. v. 15. *Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.*

1. Cum a fornicatore in avarum transiisset, rursus ab hoc venit ad illum, non ultra ipsum alloquens, sed alios qui fornicati non fuerant; et illos muniens, ut ne in paria incidant, ipsum denuo perstringit. Nam qui peccavit, etiamsi ad alium orationem dirigas, sic etiam pungitur, concitata conscientia ipsumque verberante. Sufficiebat quidem metus supplicii ad illos in castitate continendos: quia vero non metu tantum vult hæc recte constitui, minas simul et ratiocinia affert. Illic ergo cum peccatum dixisset, et pœnam statuisset damnumque ostendisset, quod omnibus afferebatur ex tali fornicatoris concubitu; ad avaritiam transiit, et minatus fore ut a regno excidant, et hic et cæteri omnes, quos recensuit, sic orationem absolvit: hic autem horribiliorem inducit admonitionem. Nam qui peccatum punit tantum, nec admodum grave et iniquum ostendit, nihil tam magnum per supplicium facit: qui vero ad pudorem inducit tantum, neque per punitionem terret, non admodum pungit eos, qui non sunt sensu præditi. Quamobrem utrumque facit Paulus, et pudorem infert dicens, *Nescitis quia angelos judicabimus?* et terret his verbis, *Nescitis quia avari regnum Dei non possidebunt?* Et de fornicatore iterum eodem utitur sermone: cum enim terruisset per ea quæ prius dixerat, et cum excidisset atque Satanæ tradidisset futurique diei meminisset, rursus illi pudorem infert, dicens: *Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi?* tamquam ingenuos pueros deinceps alloquens. Quia enim dixit, *Corpus Domino*, nunc clarius ostendit ipsum. Et alibi quoque hoc ipsum facit, dicens: *Vos estis corpus Christi, et membra ex parte* (1. *Cor.* 12. 27). Et hoc ipsum exemplum sæpe ponit, non pro rebus iisdem, sed aliquando ut dilectionem ostendat, aliquando ut timorem augeat; hic autem ipsum posuit terrens et timorem incutiens: *Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.* Nihil hoc dicto est horribilius. Et non dixit, Tollens ergo membra Christi, conjungam meretrici?. sed quid? *Faciam membra meretricis?* quod certe magis pungebat. Deinde probat quomodo is qui fornicatur id fiat, dicens: 16. *An nescitis quod qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur?* Undenam hoc perspicuum? *Erunt enim*, inquit, *duo in carne una.* 17. *Qui autem adhæret Domino, est unus spiritus.* Neque enim permittit concubitus ut duo sint duo, sed ambos unum facit. Et vide rursum quomodo per nuda nomina procedat, per meretricem et per Christum deducens accusationem. 18. *Fugite fornicationem.* Non dixit, Abstinete a fornicatione; sed, Fugite; id est, Cum studio facite ut a malo liberemini. *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Hoc est minus priore; sed quia ab eo agebatur de fornicatoribus, undique illud extollit, et a majoribus et a minoribus crimen amplificans. Illud quidem prius religiosioribus dictum est, hoc autem imbecillioribus. Nam et hoc quoque Pauli sapientiæ est, non modo a majoribus pudorem incutere, sed etiam a minoribus, et a turpitudine atque ab indecoro. Quid ergo, inquies, an homicida manum non polluit? quid vero avarus et rapax? Id cuique palam est: sed quia dici non poterat nihil esse pejus fornicatore, alio modo hoc crimen auxit dicens, in fornicatione totum corpus fieri exsecrandum. Tamquam enim incidens in lebetem immunditiæ, inquinamento tinctum, sic polluitur. Hoc autem nobis etiam in more est. Nam ab avaritia quidem et rapina nemo nostrum curaverit in balneum ire, sed sine ullo discrimine domum redit: a coitu autem cum meretrice, ac si totus immundus sit effectus, ad lavacrum venit: ita turpiorem quamdam suspicionem ex hoc peccato habet conscientia. Utrumque certe grave est, avaritia nempe et fornicatio, et in gehennam injicit: verum quia Paulus omnia œconomice et prudenter administrat, quæ suppetebant omnia adhibuit ad fornicationis crimen augendum. 19. *An nescitis, quod corpus vestrum templum est ejus qui in vobis est Spiritus sancti?*

2. Non simpliciter dixit, *Spiritus;* sed, *Qui in vobis est*, quod consolantis erat: et rursus explicans ait: *Quem habetis a Deo.* Eum qui dedit posuit, simul et sublimem reddens auditorem, et terrens magnitudine depositi, et desiderio studioque deponentis. *Et non estis vestri.* Hoc non pudorem inferentis modo est, sed etiam cogentis ad virtutem. Quid enim? quod vis facis, ais: non es tui dominus. Hæc autem dicebat,

Digitized by Google

non liberum arbitrium tollens; nam cum dixisset, *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*, non libertatem nostram abstulit : et hic rursus scribens, *Non estis vestri*, non propositum voluntatis labefactat, sed a nequitia abducit, et Domini curam ostendit : ideo subjungit, 20. *Empti enim estis pretio.* Si autem non sum meus, quomodo exigis a me ea quæ sunt agenda? quomodo in sequentibus rursum dicis, *Glorificate Deum in corpore vestro et in spiritu vestro, quæ Dei sunt.*

Facultatem non peccandi habet homo. — Quid ergo sibi vult illud, *Non estis vestri?* et quid per hoc vult probare? In securitate constituere, ut ne peccemus, nec animi concupiscentias absurdas sequamur. Nam multa volumus absurda et gravia, sed ea reprimere oportet; nam id possumus : si enim non possemus, superflua esset admonitio. Vide ergo quomodo firmaverit. Cum dixisset enim, *Non estis vestri*, non adjecit, Sed sub necessitate estis, sed, *Pretio empti estis.* Cur hoc dicis? nam aliunde, dixerit fortasse quispiam, oportebat hortari, ostendendo nos habere Dominum. Sed hoc quidem cum Græcis nobis est commune; illud vero, *Pretio empti estis*, nobis est præcipuum. In memoriam enim revocat beneficii magnitudinem, et salutis modum, ostendens nos cum alienati fuissemus, emptos fuisse; et non simpliciter, sed pretio. *Glorificate ergo, portate Deum in corpore vestro et in spiritu.* Hoc porro dicit, ut non corpore solum fugiamus fornicationem; sed etiam in spiritu animæ nihil mali cogitemus, nec gratiam abigamus. *Quæ sunt Dei.* Quia enim dixit, *Vestro*, ideo adjicit, *Quæ sunt Dei;* sæpe nobis in memoriam revocans, omnia Domini esse, corpus, animam et spiritum. Enimvero quidam dicunt, illud *In spiritu*, dici quasi in charismate. Nam si illud in nobis fuerit, Deus glorificatur; erit autem, si cor mundum habeamus. Dei autem illa esse dixit, non modo quia illa produxit, sed quia abalienata secundo rursus acquisivit, pretium ponens sanguinem Filii. Vide quomodo in Christo totum perfecit: quomodo nos in cælum adduxit. Membra estis Christi, inquit, templum estis Spiritus : ne ergo sitis membra meretricis : non enim corpus vestrum contumelia afficitur; neque corpus vestrum est, sed Christi. Hæc porro dixit, simul benignitatem ejus ostendens, quod corpus nostrum sit suum, et ut a maligna potestate nos eripiat. Nam si alienum est corpus, non potestatem habetis alieni corporis contumelia afficiendi, inquit, maxime verò cum sit Dominicum, neque templum Spiritus inquinandi. Si quis enim privatam domum ingressus, petulanter egerit in illa, extremas dabit pœnas : qui templum regis receptaculum latronis fecerit, cogita quanta passurus sit mala. Hæc ergo cogitans, inhabitantem reverere; is enim est Paracletus : time illum, qui tecum complicatus est et tibi adhæret; Christus enim est. Num tu membrum Christi te ipse fecisti? Sic cogita et castus mane : cujus fuerint membra et cujus facta sint. Meretricis antea membra erant, et Christus fecit illa membra sui corporis. Non ergo illa nunc in potestate habes : illi servias qui te liberavit. Non enim, si filiam haberes et eam præ stultitia mercede locasses lenoni, ut fornicaretur; deindeque filius regis transiens, a servitute liberatam uxorem duxisset, penes te esset postea illam in prostibulum ducere : semel enim dedisti et vendidisti. Res nostra sic habet : carnem nostram mercede conduximus diabolo gravi lenoni : videns Christus eripuit illam et liberavit a tyrannide illa acerba. Non est ergo jam nostra, sed liberatoris. Si velis uti illa tamquam regis sponsa, nemo prohibet; sin ad priora duxeris, eadem patieris, quæ par est pati contumeliosos. Ideo potius illa est exornanda, quam probro afficienda Neque enim potentiam carnis habes in pravis concupiscentiis, sed in iis solis, quæ Deus præceperit. Cogita ergo a quanta illam contumelia liberaverit Deus : quavis enim meretrice turpior prostabat antea natura nostra. Nam latrocinia, homicidia, et quævis iniqua cogitatio in illam ingrediens, cum anima concumbebat, parva vilique mercede, præsentis nempe voluptatis. Anima quippe commixta cum malis cogitationibus et actibus, hanc solum percipiebat mercedem.

3. Sed hæc quidem antea fieri grave cum esset, non tam grave erat : post cælum autem, post regnum, postquam tremenda perceperis mysteria, rursum inquinari, quam habebit veniam? Annon existimas cum avaris et aliis omnibus quos enumeravit, ipsum accumbere diabolum? mulieres autem ad libidinem ornatas non censes cum illo commisceri? ecquis huic sermoni contradixerit? Quod si quis sit contentiosus, exuat animam mulierum quæ se adeo indecore gerunt, et videbit malignum illum dæmonem cum illis valde complicari et commisceri. Difficile enim est, dilecti, difficile est, imo fortasse impossibile, ut sic ornato corpore, simul quoque ornetur anima; sed necesse est alterum negligere eum qui alterius curam habet : neque enim ex natura sua hæc simul esse possunt. Ideo ait : *Qui adhæret meretrici, est unum corpus : qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Ille namque tandem spiritus efficitur, licet corpore sit circumdatus. Quando enim nihil corporeum, nihil crassum, nihil terrenum circa ipsum fuerit, simpliciter corpore circumdatur : cum totus principatus sit animæ et spiritus, sic glorificatur Deus. Quamobrem in oratione dicere jubemur, *Sanctificetur nomen tuum;* et Christus ait : *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est* (*Matth.* 5. 16). Sic ipsum glorificant etiam cæli, non vocem emittentes, sed per aspectum admirationem commovenes, et gloriam Creatori referentes. Sic glorificemus illum et nos; imo magis quam illi; possumus enim si velimus. Neque enim ita cælum et dies et nox Deum glorificat, ut anima sancta. Sicut enim quis cæli pulchritudinem respiciens dicit, Gloria tibi, Deus : quale opus fecisti! ita et viri virtutem intuens, imo hic multo magis. Ab illis namque creaturis non omnes Deum glorificant, sed etiam multi illa automata esse dicunt; alii vero dæmonibus attribuunt mundi creationem et providen-

Digitized by Google

ἐνταῦθα πάλιν γράφων, ὅτι *Οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν*, οὐ τῇ προαιρέσει λυμαίνεται, ἀλλὰ τῆς κακίας ἀπάγει, καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν κηδεμονίαν ἐνδείκνυται. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς*. Εἰ δὲ οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ, πῶς με ἀπαιτεῖς τὰ πρακτέα; πῶς δὲ προῖὼν λέγεις πάλιν, *Δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ*;

Τί οὖν ἐστι τὸ, *Οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν*; καὶ τί δι' αὐτοῦ κατασκευάσαι βούλεται; Ἐν ἀσφαλείᾳ καταστῆσαι τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν μηδὲ ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς ἀκολουθεῖν ταῖς ἀτόποις. Καὶ γὰρ πολλὰ βουλόμεθα ἄτοπα, ἀλλὰ κατέχειν δεῖ· δυνάμεθα γάρ· εἰ δὲ μὴ δυνάμεθα, πέριττὴ ἡ παραίνεσις. Ὅρα γοῦν πῶς ἠσφαλίσατο. Εἰπὼν γάρ, *Οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν*, οὐκ ἐπήγαγεν, Ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκην ἐστὲ, ἀλλ', *Ἠγοράσθητε τιμῆς*. Διὰ τί τοῦτο λέγεις; καὶ μὴν ἐτέρωθεν, εἶποι τις ἂν ἴσως, ἔδει προτρέψαι, δείκνυντα ὅτι Δεσπότην ἔχομεν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ πρὸς Ἕλληνας ἡμῖν κοινὸν, τὸ δὲ, *Ἠγοράσθητε τιμῆς*, ἡμῶν ἐξαίρετον. Ἀναμιμνήσκει γὰρ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας καὶ τοῦ τρόπου τῆς σωτηρίας, δεικνὺς ὅτι ἀλλοτριωθέντες ἠγοράσθημεν· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τιμῆς. *Δοξάσατε δὴ, φησὶ, τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι*. Ταῦτα δὲ λέγει, ὥστε μὴ τῷ σώματι μόνον φεύγειν τὴν πορνείαν, ἀλλὰ καὶ ἐν [154] τῷ πνεύματι τῆς ψυχῆς μηδὲν πονηρὸν λογίζεσθαι καὶ ἐλαύνειν τὴν χάριν. *Ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ὑμῶν*, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, *Ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ*, συνεχῶς ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς, ὅτι πάντα Δεσποτικά, καὶ σῶμα καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα. Καὶ γάρ τινές φασι, *Τῷ πνεύματι*, τῷ χαρίσματι λέγειν. Ἂν γὰρ ἐκεῖνο ᾖ παρ' ἡμῖν, δοξάζεται ὁ Θεός· ἔσται δὲ, ἂν καθαρὰν καρδίαν ἔχωμεν. Τοῦ Θεοῦ δὲ αὐτὰ ἔφησεν, οὐκ ἐπειδὴ παρήγαγεν αὐτὰ μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀλλοτριωθέντα, ἐκ δευτέρου πάλιν ἐκτήσατο, τιμὴν τὸ αἷμα τοῦ Παιδὸς καταθείς. Ὅρα πῶς εἰς τὸν Χριστὸν τὸ πᾶν ἀπήρτισε· πῶς ἡμᾶς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε. Μέλη τοῦ Χριστοῦ ἐστε, φησὶ, ναός ἐστε τοῦ Πνεύματος· μὴ τοίνυν γίνεσθε πόρνης μέλη· οὐ γὰρ τὸ σῶμα τὸ ὑμῶν ὑβρίζεται· οὐ γὰρ τὸ σῶμα ὑμῶν ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἐνδεικνύμενος, ὅτι αὐτοῦ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον, καὶ τῆς ἐξουσίας τῆς πονηρᾶς ἡμᾶς ἁφαιρούμενος. Εἰ γὰρ ἀλλότριόν ἐστι τὸ σῶμα, οὐκ ἔχετε ἐξουσίαν ἀλλότριον σῶμα ὑβρίζειν, φησὶ, καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ Δεσποτικὸν, οὐδὲ ναὸν μολύνειν τοῦ Πνεύματος. Εἰ γὰρ ἰδιωτικῆ τις ἐπελθὼν οἰκίᾳ, καὶ κωμάσας εἰς ἐκείνην, τὴν ἐσχάτην δώσει δίκην· ὁ βασιλέως ναὸν λῃστοῦ ποιῶν καταγώγιον, ἐννόησον πόσα πείσεται κακά. Ταῦτα οὖν ἐννοήσας, αἰδέσθητι τὸν ἐνοικοῦντα· ὁ γὰρ Παράκλητός ἐστιν οὗτος· φρῖξον τὸν συμπεπλεγμένον σοι καὶ κεκολλημένον· ὁ γὰρ Χριστός ἐστι. Μὴ γὰρ σὺ μέλη Χριστοῦ ἑαυτὸν ἐποίησας; Ἐννόησον οὕτω, καὶ μένε σωφρονῶν, τίνος ἦν μέλη *, καὶ τίνος γέγονε. Πόρνης ἦν μέλη πρὸ τούτου, καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν αὐτὰ μέλη τοῦ ἰδίου σώματος. Οὐκ ἄρα αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχεις λοιπόν· ἐκείνῳ δούλευε τῷ ἐλευθερώσαντι. Οὐδὲ γὰρ, εἰ θυγατέρα ἔχων, ἐκ πολλῆς τῆς ἀνοίας ἐξεμίσθωσας αὐτὴν πορνοβοσκῷ, πορνεύεσθαι ἐποίησας, εἶτα βασιλέως υἱὸς παριὼν ἠλευθέρωσέ τε αὐτὴν τῆς δουλείας ἐκείνης καὶ συνῆψεν ἑαυτῷ, κύριος εἰ λοιτὸν ἄγειν αὐτὴν ἐπὶ τὸ πορνεῖον· ἅπαξ γὰρ ἔδωκας καὶ ἐπώλησας. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἡμέτερον· ἐξεμισθώσαμεν τὴν σάρκα τὴν ἑαυτῶν τῷ διαβόλῳ, τῷ χαλεπῷ πορνοβοσκῷ· ἰδὼν ὁ Χριστὸς, ἐρρύσατο αὐτὴν καὶ ἀπήλλαξε τῆς πονηρᾶς τυραννίδος ἐκείνης· οὐ τοίνυν ἐστὶν ἡμετέρα λοιπὸν, ἀλλὰ τοῦ ῥυσαμένου. Ἐὰν ἐθέλῃς ὡς νύμφῃ βασιλέως κεχρῆσθαι, οὐδεὶς ὁ κωλύων· ἐὰν δὲ ἐπὶ τὰ πρότερα ἀγάγῃς, πείσῃ τὰ αὐτὰ, ἃ τοὺς τοιαῦτα ὑβρίζοντας εἰκός. Διὸ μᾶλλον αὐτὴν κατακοσμεῖν χρὴ, οὐχὶ κατισχύνειν. Οὐ γὰρ ἔχεις ἐξουσίαν τῆς σαρκὸς ἐν ταῖς πονηραῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλ' ἐν οἷς ἂν ὁ Θεὸς ἐπιτάξῃ μόνοις. Ἐννόησον γοῦν ἡλίκης αὐτὴν ὕβρεως ἀπήλλαξεν ὁ Θεός· καὶ γὰρ πάσης πόρνης αἰσχρότερον προεστήκει ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα πρὸ τούτου. Καὶ γὰρ λῃστεῖαι καὶ ἀνδροφονίαι, καὶ ἕκαστος παράνομος λογισμὸς πρὸς αὐτὴν εἰσιὼν, συγκατεκλίνετο τῇ ψυχῇ, καὶ μισθώματος ὀλέγου καὶ τοῦ τυχόντος, τῆς παρούσης ἡδονῆς. Ἡ γὰρ ψυχὴ φυρομένη μετὰ τῶν πονηρῶν ἐννοιῶν καὶ πράξεων, τοῦτον ἐκαρποῦτο μόνον τὸν μισθόν.

γ'. [155] Ἀλλὰ τὸ μὲν πρὸ τούτου ταῦτα γίνεσθαι καίτοι δεινὸν ὄν, οὐχ οὕτω δεινὸν ἦν· τὸ δὲ μετὰ τὸν οὐρανὸν, μετὰ τὰ βασίλεια, μετὰ τὸ τῶν μυστηρίων ἀπολαῦσαι τῶν φρικτῶν πάλιν μολύνεσθαι, ποίαν ἕξει συγγνώμην; Ἢ οὐκ οἶει καὶ τοῖς πλεονέκταις καὶ πᾶσιν, οἷς ἔμπροσθεν ἀπηρίθμησεν, αὐτὸν τὸν διάβολον συγκατακλίνεσθαι; τὰς δὲ καλλωπιζομένας πρὸς ἀσέλγειαν γυναῖκας οὐχ ἥγῃ μετ' ἐκείνου μίγνυσθαι; καὶ τίς ἀντερεῖ τούτῳ τῷ λόγῳ; Εἰ δὲ ἔστι τις φιλονεικῶν, ἀποδυέτω τὴν ψυχὴν τῶν τὰ τοιαῦτα ἀσχημονουσῶν γυναικῶν, καὶ ὄψεται πάντως τὸν πονηρὸν δαίμονα ἐκεῖνον σφοδρῶς συμπεπλεγμένον αὐταῖς. Δύσκολον γὰρ, ἀγαπητοὶ, δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀμήχανον, τοῦ σώματος καλλωπιζομένου οὕτω, καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοῦ καλλωπίζεσθαι· ἀλλ' ἀνάγκη θάτερον ἀμελεῖσθαι, ἐπιμελουμένου θατέρου· οὐ γὰρ ἔχει φύσιν ὁμοῦ ταῦτα γίνεσθαι. Διό φησιν· *Ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν· ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι*. Πνεῦμα γὰρ γίνεται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος, κἂν σῶμα περίκειται. Ὅταν γὰρ μηδὲν σωματικὸν μηδὲ παχὺ μηδὲ γήϊνον περὶ αὐτὸν ᾖ, ἁπλῶς τὸ σῶμα περίκειται· ὅταν ἡ πᾶσα ἀρχὴ τῆς ψυχῆς ᾖ καὶ τοῦ πνεύματος, οὕτω δοξάζεται ὁ Θεός. Διὸ καὶ ἐν τῇ εὐχῇ κελευόμεθα λέγειν· *Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου*· καὶ ὁ Χριστός φησι· *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Οὕτω δοξάζουσιν αὐτὸν καὶ οἱ οὐρανοὶ, οὐ φωνὴν ἀφιέντες, ἀλλὰ διὰ τῆς ὄψεως θαυμαζόμενοι, καὶ τὴν δόξαν εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀναφέροντες. Οὕτω δοξάσωμεν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐκείνων· δυνάμεθα γὰρ, ἂν ἐθέλωμεν. Οὐ γὰρ οὕτως οὐρανὸς καὶ ἡμέρα καὶ νὺξ, ὡς ἁγία ψυχὴ δοξάζει Θεόν. Ὥσπερ γὰρ εἰς τὸ κάλλος τοῦ οὐρανοῦ τις ἀφορῶν, λέγει· Δόξα σοι, ὁ Θεὸς, οἷον ἔργον ἔκτισας· οὕτω δὴ καὶ εἰς ἀνδρὸς ἀρετὴν βλέπων, καὶ πολλῷ πλέον ἐνταῦθα. Ἀπ' ἐκείνων μὲν γὰρ τῶν κτισμάτων οὐ πάντες δοξάζουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ αὐτόματα εἶναι λέγουσι τὰ ὄντα· ἄλλοι δὲ καὶ δαίμοσιν ἀνατιθέασι τοῦ κόσμου τὴν δημιουργίαν καὶ τὴν πρόνοιαν, οἳ καὶ σφόδρα ἀσύγγνωστα ἁμαρτάνουσιν· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπου ἀρετῆς οὐδεὶς τοιαῦτα ἀναισχυντῆσαι δυνήσεται, ἀλλὰ πάντως δοξάσει τὸν Θεὸν, τὸν δουλεύοντα αὐτῷ μετὰ

* Morel., τίνος οὖν μέλη.

Digitized by Google

ἀρετῆς ζῶντα ὁρῶν. Τίς γὰρ οὐκ ἐκπλαγήσεται, ὅταν ἄνθρωπός τις ὢν, καὶ τῆς κοινῆς μετέχων φύσεως, καὶ ἐν μέσοις στρεφόμενος ἀνθρώποις, καθάπερ ἀδάμας, μὴ ἐπικάμπτηται πρὸς τὸν τῶν παθῶν ἐσμόν; ὅταν μεταξὺ πυρὸς καὶ σιδήρου καὶ θηρίων ὢν, ἀδάμαντος ἰσχυρότερος ᾖ, καὶ περιγένηται πάντων διὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον; ὅταν ὑβρίζηται, καὶ εὐλογῇ; ὅταν κακῶς ἀκούῃ, καὶ ἐγκωμιάζῃ; ὅταν ἐπηρεάζηται, καὶ εὔχηται ὑπὲρ τῶν ἀδικούντων; ὅταν ἐπιβουλεύηται, καὶ εὐεργετῇ τοὺς πολεμοῦντας αὐτῷ καὶ ἐπιβουλεύοντας; Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν οὐρανῶν πολλῷ μᾶλλον δοξάσει τὸν Θεόν. Τὸν μὲν γὰρ οὐρανὸν [156] ὁρῶντες Ἕλληνες, οὐκ αἰσχύνονται· ἅγιον δὲ ἄνδρα ἰδόντες μετὰ ἀκριβείας φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενον, καταδύονται καὶ ἑαυτῶν καταγινώσκουσιν. Ὅταν γὰρ ὁ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς φύσεως μετέχων, τοσοῦτον ἀνώτερος ᾖ [,ᾖ] πολλῷ μᾶλλον, ἢ ὅσον ὁ οὐρανὸς τῆς γῆς, καὶ ἄκοντες ἐννοοῦσιν, ὅτι θεία δύναμις ταῦτα ἐργάζεται· διό φησι· *Καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Βούλει μαθεῖν καὶ ἑτέρωθεν, πῶς μὲν ἀπὸ τοῦ βίου τῶν δούλων αὐτοῦ δοξάζεται ὁ Θεὸς, πῶς δὲ ἀπὸ τῶν θαυμάτων; Ἐνέβαλέ ποτε ὁ Ναβουχοδονόσορ τοὺς τρεῖς παῖδας εἰς τὴν κάμινον. Εἶτα ἐπειδὴ εἶδε τὸ πῦρ οὐ περιγενόμενον αὐτῶν, φησίν· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετο τοὺς παῖδας αὐτοῦ ἐκ τῆς καμίνου, ὅτι ἐπεποίθεισαν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἠλλοίωσαν τὸ ῥῆμα τοῦ βασιλέως*. Τί λέγεις; κατεφρονήθης, καὶ θαυμάζεις τοὺς διαπτύσαντας; Ναὶ, φησὶ, [καὶ] δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι κατεφρονήθην· καὶ τοῦ θαύματος ταύτην τὴν αἰτίαν τίθησι. Ὥστε οὐ διὰ τὸ σημεῖον ἡ δόξα τῷ Θεῷ τότε γέγονε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν προαίρεσιν τῶν ἐμβληθέντων. Εἰ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐξετάσειέ τις τοῦτο κἀκεῖνο, οὐκ ἔλαττον τοῦτο ἐκείνου. Τοῦ γὰρ ῥύσασθαι καμίνου τὸ πεῖσαι ψυχὰς κατατολμῆσαι καμίνου, οὐκ ἔλαττον εἰς θαύματος λόγον. Πῶς γὰρ οὐκ ἐκπλήξεως ἄξιον, ὅταν ὁ τῆς οἰκουμένης βασιλεὺς, καὶ τοσαῦτα περὶ ἑαυτὸν ὅπλα ἔχων καὶ στρατόπεδα καὶ στρατηγοὺς καὶ τοπάρχας καὶ ὑπάτους, καὶ γῆν καὶ θάλατταν ὑποκειμένην, ὑπὸ παίδων αἰχμαλώτων καταφρονῆται, καὶ οἱ δεδεμένοι τοῦ δήσαντος περιγίνωνται καὶ πᾶσαν νικῶσι τὴν στρατιὰν ἐκείνην; οὐ γὰρ ἴσχυσαν, ὅπερ ἤθελον, οἱ περὶ τὸν βασιλέα, καὶ ταῦτα καὶ τὴν ἀπὸ τῆς καμίνου συμμαχίαν ἔχοντες· ἀλλ' οἱ γυμνοὶ καὶ δοῦλοι καὶ ξένοι καὶ ὀλίγοι (τί γὰρ τριῶν ὀλιγώτερον;) ἄπειρον στρατιὰν δεδεμένοι κατηγωνίσαντο. Ἤδη γὰρ θάνατος κατεφρονεῖτο, ἐπειδὴ λοιπὸν ὁ Χριστὸς ἔμελλεν ἐπιδημεῖν· καὶ καθάπερ ἀνατέλλειν μέλλοντος τοῦ ἡλίου, καὶ πρὶν ἢ τὰς ἀκτῖνας φανῆναι, λαμπρὸν γίνεται τὸ φῶς τῆς ἡμέρας· οὕτω καὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου μέλλοντος ἔρχεσθαι, ὁ θάνατος λοιπὸν ὑπεξίστατο. Τί τοῦ θεάτρου γένοιτ' ἂν λαμπρότερον ἐκείνου; τί τῆς νίκης περιφανέστερον; τί τῶν καινῶν τροπαίων ἐπισημότερον;

δ'. Τοῦτο καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται. Καὶ νῦν ἐστιν ὁ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου βασιλεὺς, καὶ νῦν φλόγα ἀνάπτει χαλεπωτέραν ἐκείνης· ἔστι καὶ νῦν ὁ τοιαύτην εἰκόνα κελεύων θαυμάζειν· πάρεισιν αὐτῷ καὶ σατράπαι καὶ στρατιῶται καὶ γοητεύουσα μουσική· καὶ πολλοὶ θαυμάζουσι ταύτην τὴν εἰκόνα, τὴν ποικίλην, τὴν μεγάλην. Τοιοῦτον γάρ τί ἐστιν ἡ πλεονεξία, οἷον ἡ εἰκὼν ἐκείνη, οὐδὲ σιδήρου καταφρονοῦσα, ἀλλ' ἐξ ἀνομοίων μὲν συγκειμένη πραγμάτων, πάντα δὲ κελεύουσα θαυμάζειν, καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον καὶ ἃ πολλῷ τούτων ἐστὶν εὐτελέστερα. Ἀλλ' ὥσπερ ταῦτά ἐστιν, οὕτω καὶ οἱ τῶν παίδων ἐκείνων ζηλωταί εἰσι καὶ νῦν, οἱ λέγοντες· Τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι σου οὐ προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν κάμινον τῆς πενίας ὑπομένομεν, καὶ τὴν ἅλλην ταλαιπωρίαν ἅπασαν ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων. Καὶ οἱ μὲν πολλὰ ἔχοντες, καθάπερ κἀκεῖνοι τότε, καὶ ταύτην προσκυνοῦσι πολλάκις καὶ κατακαίονται [157]· οἱ δὲ μηδὲν κεκτημένοι καὶ ταύτης καταφρονοῦσι, καὶ ἐν πενίᾳ ὄντες, ἐν δρόσῳ μᾶλλόν εἰσι τῶν ἐν εὐπορίᾳ ζώντων· καθάπερ καὶ τότε οἱ μὲν ἐμβαλόντες κατεκάησαν, οἱ δὲ ἐν μέσῳ ὄντες, ὥσπερ ἐν ὕδατι ἦσαν καὶ δρόσῳ[a]. Καὶ ὁ τύραννος δὲ τότε ἐκεῖνος μᾶλλον ἐκαίετο τῇ φλογὶ, τοῦ θυμοῦ σφοδρότερον αὐτὸν ἀνάπτοντος, ἢ οἱ παῖδες ἐκεῖνοι. Ἐκείνων μὲν γὰρ οὐκ ἴσχυσε τὸ πῦρ οὐδὲ ἄκρων ἅψασθαι τῶν τριχῶν· τούτου δὲ πυρὸς σφοδρότερον κατέκαυσε τὴν διάνοιαν ἡ ὀργή. Ἐννόησον γὰρ ὅσον ἦν ἐπ' ὄψεσι τοσαύτας ὑπὸ παίδων αἰχμαλώτων αὐτὸν δισπτύεσθαι. Ἔδειξε γὰρ λοιπὸν, ὅτι καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔλαβεν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἰσχὺν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν πολλῶν ἁμαρτίαν. Εἰ γὰρ τῶν δεδεμένων οὐκ ἴσχυσε περιγενέσθαι, καὶ ταῦτα ἐν καμίνῳ βεβλημένων, πῶς ἂν τούτων περιεγένετο πολέμου νόμῳ, πάντων τοιούτων ὄντων; Ὅθεν δῆλον ὅτι αἱ τῶν πολλῶν ἁμαρτίαι τὴν πόλιν παρέδωκαν. Ὅρα δὲ καὶ τὸ ἀκενόδοξον τῶν παίδων. Οὐ γὰρ ἐπεπήδησαν τῇ καμίνῳ, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν παραγγελίαν ἀνωθεν ἐφύλαττον λέγοντος· *Εὔχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν*· οὔτε ἔφυγον ἐπειδὴ ἤχθησαν, ἀλλ' ἔστησαν ἐν τῷ μέσῳ γενναίως, οὔτε μὴ καλοῦντος ἀγωνιζόμενοι, οὔτε καλοῦντος μαλακιζόμενοι, ἀλλὰ πρὸς πάντα ἕτοιμοι καὶ γενναῖοι, καὶ πάσης γέμοντες παῤῥησίας. Ἀκούσωμεν δὲ καὶ τί λέγουσιν, ἵνα κἀντεῦθεν μάθωμεν αὐτῶν τὸ φιλόσοφον[b] φρόνημα· *Ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανοῖς δυνατὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς*. Οὐ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτῶν φροντίζουσιν, ἀλλὰ καὶ καίεσθαι μέλλοντες, ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης μεριμνῶσιν. Ἵνα γὰρ μή ποτε, φησὶ, κατακαυθέντων ἡμῶν ἀσθένειαν τοῦ Θεοῦ καταγνῷς, ἤδη σοι τὸ δόγμα ἅπαν ἀπαγγέλλομεν ἀκριβῶς τὸ ἡμέτερον· *Ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανοῖς*, οὐ τοιοῦτος, οἷα αὕτη εἰκὼν ἡ ἐπὶ γῆς, ἡ ἄψυχος καὶ ἄφωνος, ἀλλ' ἱκανὸς καὶ ἐκ μέσης καμίνου τῆς καιομένης ἐξαρπάσαι. Μὴ τοίνυν αὐτοῦ καταγνῷς ἀσθένειαν, ὅτι ἀφίησιν ἐμπεσεῖν. Οὕτως ἐστὶ δυνατὸς, ὥστε μετὰ τὸ ἐμπεσεῖν πάλιν ἡμᾶς ἐξαρπάσαι τῆς φλογός· *Καὶ ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι, ὦ βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ ἣν ἔστησας οὐ προσκυνοῦμεν*. Ὅρα αὐτοὺς οἰκονομικῶς ἀγνοοῦντας τὸ μέλλον. Εἰ γὰρ προῄδεσαν, οὐδὲ ἦσαν θαυμαστοὶ, πεποιηκότες ὅπερ ἐποίησαν· τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ ἐνέχυρα ἔχοντες σωτηρίας, κατετόλμησαν τῶν δεινῶν; ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ἐδοξάζετο, δυνηθεὶς ἐκβαλεῖν τῆς καμίνου· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἂν ἐθαυμάσθησαν, ἅτε μὴ εἰς κινδύνους ἑαυτοὺς ῥίψαντες. Διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀφῆκεν ἀγνοῆσαι τὸ μέλλον, ἵνα αὐτοὺς δοξάσῃ πλέον. Καὶ καθάπερ αὐτοὶ ἠσφαλίζοντο τὸν βασιλέα μὴ ἀσθένειαν καταγνῶναι Θεοῦ, εἰ κατακαυθείησαν· οὕτως ὁ Θεὸς ἀμφότερα ἐποίησε, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἔδειξε, καὶ τὴν τῶν παίδων προθυμίαν λαμπροτέραν διαφανῆναι παρεσκεύασε. Πόθεν

[a] Duo codd., ἦσαν τῇ δρόσῳ, rectius, ni fallimur. Edit.
[b] Reg., φιλόθεον.

Digitized by Google

tiam, quod peccatum vix veniam admittat : circa virtutem autem hominis, nemo sic impudenter agere poterit, sed omnino glorificabit Deum, dum videt eum qui Deo servit sancte viventem. Quis enim non obstupescet, quando quispiam, homo cum sit communisque naturæ particeps, in mediisque versans hominibus, sicut adamas, non convertitur ad passionum agmen? cum inter ignem et ferrum et feras versans adamante fortior est, et per pietatis verbum rationemque omnia superaverit? quando probris afficitur, et benedicit? quando male audit et laudat? quando molestia ei creatur, et ille orat pro iis qui secum inique agunt? quando insidiis appetitur, et ipse beneficia præstat insidiatoribus et adversariis? Hæc et similia magis quam cæli glorificant Deum. Græci namque cælum videntes, non pudore afficiuntur; sanctum autem virum videntes accurate philosophiam exhibentem, pudore suffunduntur seseque damnant. Cum enim is, qui ejusdem naturæ consors est, ita superior illis est, et multo magis, quam cælum terram superat; vel inviti cogitant, quamdam divinam virtutem hæc operari : ideo ait : *Et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Vis et aliunde discere, quomodo a servorum suorum vita glorificetur Deus, quomodo etiam a miraculis? Immisit aliquando Nabuchodonosor tres pueros in fornacem. Deinde quia vidit ignem non illos superare, ait : *Benedictus Deus, qui misit angelum suum, et eripuit pueros suos* a fornace, *quia confiderunt in eum : et verbum regis mutaverunt* (*Dan.* 3. 95). Quid dicis? contemptus fuisti, et miraris eos qui respuerunt? Etiam, inquit, et propter hoc ipsum quod contemptui habitus sim; et miraculi hanc statuit esse causam. Itaque non propter signum tantum tunc gloria Deo fuit, sed propter propositum eorum qui illo injecti sunt. Quod si quis hoc et illud per se examinet, non hoc illo minus est. A fornace enim liberasse, non est majus ad rationem miraculi, quam animis persuasisse ut ingrederentur in fornacem. Quomodo enim non dignum stupore fuerit, cum rex orbis, tam multis armis circumseptus, exercitus habens, duces, toparchas et consules, terræ et mari imperans, a pueris captivis despicitur, et vincti vincientem superant et totum ipsius vincunt exercitum? Non enim potuerunt id, quod voluerunt, rex et clientes ejus, qui et hæc et fornacis copiam habebant; sed nudi, servi, exteri, pauci (quid enim tribus paucius sit?) immensum exercitum vincti profligarunt. Jam enim mors despiciebatur, quia adventurus erat Christus : et sicut jam orituro sole, antequam radii appareant, splendida efficitur lux diei : sic etiam venturo justitiæ sole mors tandem cedebat. Quid illo theatro splendidius fuerit? quid victoria clarius? quid novis tropæis insignius?

4. Hoc fit etiam nostro tempore. Et nunc rex est Babylonicæ fornacis, nunc etiam fornacem accendit illa graviorem : est etiam qui nunc illam jubet admirari imaginem : adsunt ipsi et satrapæ et milites et musica demulcens; multique illam imaginem admirantur, variam, magnam. Tale enim quidpiam est avaritia, quale imago illa, ne ferrum quidem despiciens, sed ex dissimilibus composita rebus, omnia admirari jubens, æs, ferrum, et quæ sunt illis admodum viliora. Sed quemadmodum hæc sunt; ita etiam nunc sunt puerorum illorum imitatores qui dicunt : Diis tuis non servimus, et imaginem tuam non adoramus; sed et paupertatis fornacem sustinemus et aliam omnem miseriam pro Dei legibus. Et illi quidem qui multa habent, ut et veteres illi, hanc sæpe adorant et comburuntur; qui vero nihil possident, hanc despiciunt, et in paupertate versantes, in rore magis deliciantur, quam illi qui in rerum copia vivunt : sicut et tunc quoque, qui injecerunt combusti sunt, qui autem in medio erant, ceu in aqua et rore versabantur. Tyrannus autem ille tunc magis a flamma urebatur, ira vehementius illum incendente, quam pueri illi incenderentur. Nam illorum ne summos quidem capillos potuit ignis tangere; hujus autem mentem igne vehementius ira incendit. Cogita enim quantum illud esset, in tam multorum conspectu a pueris captivis ipsum contemni. Tunc enim ostendit, se illorum urbem cepisse, non vi sua, sed propter multorum peccata. Nam si vinctos non potuit superare, etiamque in fornacem injectos, quomodo illos lege belli superasset, si omnes tales fuissent? Unde manifestum est multorum peccata urbem tradidisse. Vide autem quam a vana gloria alieni pueri essent. Non enim insilierunt in fornacem, sed jam olim Christi præceptum servabant dicentis : *Orate ne intretis in tentationem* (*Matth.* 26. 41) : neque fugerunt quando ducti sunt, sed steterunt in medio fortiter : neque non vocante decertantes, neque vocante molles et ignavi, sed ad omnia parati et strenui omnique fiducia pleni. Audiamus enim quid dicant, ut inde eorum philosophum sensum ediscamus : *Est Deus in cælis potens eripere nos* (*Dan.* 3. 17). Non enim de se sunt solliciti, sed mox comburendi, de gloria Dei solliciti sunt. Ut enim, nobis combustis, Deum non damnes imbecillitatis, jam tibi totum dogma nostrum accurate annuntiamus. *Est Deus in cælis*, non talis qualis hæc imago in terra, inanimata et muta, sed qui possit ex media fornace ardenti eripere. Ne itaque illum damnes imbecillitatis, quod nos sinat in eam incidere : tam potens est, ut postquam inciderimus, nos a flamma eripere possit; *Et si non faciat, notum sit tibi, o rex, quod diis tuis non servimus, et auream quam posuisti statuam non adoramus* (*Ibid. v.* 18). Vide eos certo consilio et dispensatione non nosse futurum. Si enim scivissent, admirandi non fuissent hæc facientes : quid enim mirum, si pignora salutis habentes, gravia illa audacter adiissent? sed glorificaretur quidem Deus, qui potuisset eripere ex fornace; ipsi vero non admirabiles fuissent, utpote qui non in pericula seipsos conjecissent. Ideo permisit, ut ipsi quod futurum erat ignorarent, ut magis eos glorificaret. Et sicut ipsi confirmabant regem, ut ne Deum imbecillitatis damnaret, si ipsi combusti fuissent : ita et Deus utrumque præstitit, et potentiam suam ostendit, et

Digitized by Google

puerorum animum præclariorem effecit. Undenam ergo illis hæc dubitatio, inquies, ut non confiderent se salvos exituros esse? Quod se viliores omnino esse putarent, et tali beneficio indignos. Quod autem non ex conjectura hoc dicam, in fornacem conjecti lamentabantur, hæc dicentes : *Peccavimus, injuste egimus : non licet nobis os aperire* (*Dan.* 3. 29). Propterea dicebant, *Et si non.* Si enim non clare dicebant, Potest nos Deus eripere; si autem non eripuerit, propter peccata nostra non eripiet, ne mireris : visi enim essent apud barbaros peccatorum suorum obtentu Dei imbecillitatem obtegere. Propterea cum de ejus potentia tantum loquuti essent, causam non ponunt. Alioquin recte eruditi erant Dei judicia non curiose inquirere. Cum hæc ergo dixissent, in ignem ingressi sunt, nec regem contumelia affecerunt, neque statuam evertere. Virum enim fortem talem esse oportet, moderatum et mansuetum, maxime in periculis, ut ne videatur ex ira et vana gloria talia adire certamina, sed ex fortitudine et temperantia. Nam qui contumelia afficit, in suspicionem illorum criminum venit : qui vero sustinet et trahitur ac cum mansuetudine decertat, non modo ut fortis in admiratione habetur, sed etiam ob moderationem et mansuetudinem non minus celebratur. Id quod et ipsi tunc fecerunt, cum et fortitudinem et mansuetudinem omnem exhibuerunt : nec quidquam fecere propter mercedem et præmium. Et si noluerit, inquiunt, nos eripere, diis tuis non servimus : jam enim remunerationem habemus, ut digni habiti, qui ab impietate liberaremur, et quod propterea corpora cremarentur. Et nos igitur habentes jam mercedem, nam habemus, digni habiti qui illum cognosceremus, et qui membra Christi efficeremur, ne faciamus illa membra meretricis. In hoc enim tam horrendo dicto finienda est oratio : ut validum habentes comminationis timorem, maneamus auro puriores hoc metu redditi. Sic enim poterimus a fornicatione erepti Christum videre : quem utinam cum fiducia videamus in illo die, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIX.

CAP. 7. v. 1. *De quibus autem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere : 2. propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum.*

1. Postquam gravissima tria correxit vitia, unum quidem quod divelleretur Ecclesia, secundum autem fornicatoris, tertium avari; deinde mitiore usus est oratione : et admonitionem consiliumque interponit de matrimonio et de virginitate, a molestioribus auditorem ad quieta ducens. In secunda autem epistola contrarium facit : incipit enim a mitioribus, desinit autem in tristiora. Hic vero postquam de virginitate sermonem perfecit, rursus exit ad ea quæ magis pungunt ac feriunt, non omnia continenter ponens, sed sermonem in utroque varians, ut tempus exigebat, necnon præsentium rerum usus. Ideo ait : *De quibus autem scripsistis mihi.* Scripserant autem ei, an oporteret ab uxore abstinere an non. Et ad ea rescribens, et de matrimonio legem ferens, sermonem de virginitate inducit : *Bonum est homini mulierem non tangere.* Nam si, inquit, quod bonum est et admodum excellens quæris, melius est cum muliere nullam habere consuetudinem; si quod tutum est, et quod infirmitatem tuam juvet, matrimonio utere. Quia autem verisimile erat, ut etiam nunc solet, virum velle, mulierem vero non item; vel etiam contra, vide quomodo de utroque disserat. Et dicunt quidam, hoc ab illo dictum sacerdotibus fuisse : ego vero ex iis quæ sequuntur rem examinans, non dixerim rem ita se habere : neque enim universe admonitionem constituisset. Si autem sacerdotibus tantum hæc scripsisset, dixisset sane : Bonum est doctori uxorem non tangere; nunc autem universim hoc posuit : *Bonum est homini*, dicens, non tantum sacerdoti; et rursus, *Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.* Non dixit, Tu sacerdos et doctor, sed indefinite; et totus omnino sermo sic procedit. Et cum dixit, *Propter fornicationes unusquisque suam uxorem habeat*, ex ipsa concessionis causa ad continentiam duxit. 3. *Uxori vir debitum reddat; similiter et mulier viro.* Quid est autem debitus honor? Mulier non habet potestatem sui corporis, sed et ancilla et domina viri est. Si defeceris ab ea quæ convenit servitute, Deum offendis : si autem abscedere vis, cum vir hoc permiserit, saltem ad breve tempus fiat. Propterea et debitam rem vocavit, ut ostenderet nullum esse sui dominum, sed esse alterum alterius servum. Cum ergo videris meretricem te ad peccatum allicientem, dic : Non est meum corpus, sed uxoris. Eadem dicat uxor illis, qui castitatem suam violare satagunt : Corpus meum non est meum, sed viri. Si vero nec maritus nec uxor potestatem corporis habent, multo minus pecuniarum. Audite quæcumque maritos habetis, et quicumque uxores. Si enim corpus sibi proprium habere non licet, multo minus pecunias. Alibi sane magnam dat marito prærogativam et in Novo et in Veteri Testamento dicens, *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tibi dominabitur* (*Gen.* 3. 16); Paulus autem sic dividens et scribens : *Viri, diligite uxores; uxor autem timeat virum* (*Ephes.* 5. 25) : hic vero non ultra majus aut minus ponit, sed unam potestatem. Quare? Quia de castitate sermo ipsi erat. In aliis quidem prærogativam, inquit, habeat maritus : ubi autem de continentia agitur, non item. *Vir potestatem sui corporis non habet, neque uxor.* Multa est æqualitas, et nulla prærogativa.

Conjugii jura.—5. *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu.* Quid hoc est? Ne se contineat, inquit, uxor marito nolente, neque maritus invita uxore. Quare? Quia magna ex tali continentia oriuntur mala:

Digitized by Google

οὖν αὐτοῖς, φησὶ, ἡ ἀμφιβολία καὶ τὸ μὴ θαῤῥεῖν ὅτι πάντως σωθήσονται; Διὰ τὸ [158] πάντως ἑαυτοὺς εὐτελεστέρους εἶναι νομίζειν, καὶ ἀναξίους τοιαύτης εὐεργεσίας. Καὶ ὅτι οὐ στοχαζόμενος τοῦτο λέγω, εἰς τὴν κάμινον ἐμπεσόντες, τοιαῦτα ἀπωδύροντο λέγοντες· *Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα.* Διὰ ταῦτα ἔλεγον· *Καὶ ἐὰν μή.* Εἰ δὲ μὴ φανερῶς εἶπον τοῦτο, οἷον, ὅτι Δυνατὸς μὲν ἐστιν ὁ Θεὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς, ἐὰν δὲ μὴ ἐξέληται; διὰ τὰς ἁμαρτίας οὐκ ἐξελεῖται, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ ἔδοξαν ἂν παρὰ τοῖς βαρβάροις τοῦ Θεοῦ τὴν ἀσθένειαν τῇ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων συσκιάζειν προφάσει. Διὰ τοῦτο περὶ τοῦ δυνατοῦ μόνον διαλεχθέντες, τὴν αἰτίαν οὐ τιθέασι. Καὶ ἄλλως δὲ πεπαιδευμένοι καλῶς ἦσαν μὴ πολυπραγμονεῖν τοῦ Θεοῦ τὰς κρίσεις. Ταῦτα τοίνυν εἰπόντες ἐνέβησαν εἰς τὸ πῦρ, καὶ οὔτε ἐνύβρισαν εἰς τὸν βασιλέα, οὔτε κατέστρεψαν τὴν εἰκόνα. Τὸν γὰρ ἀνδρεῖον τοιοῦτον εἶναι χρὴ, σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κινδύνοις, ἵνα μὴ δόξῃ θυμῷ καὶ κενοδοξίᾳ πρὸς τοιούτους ἀγῶνας ἰέναι, ἀλλὰ ἀνδρείᾳ καὶ σωφροσύνῃ. Ὁ μὲν γὰρ ὑβρίζων, ἐκείνων τῶν ἐγκλημάτων ὑπομένει τὴν ὑπόνοιαν· ὁ δὲ ὑπομένων καὶ ἐλκόμενος καὶ μετ' ἐπιεικείας ἀγωνιζόμενος, οὐχ ὡς ἀνδρεῖος θαυμάζεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἐπιεικείᾳ οὐχ ἧττον ἀνακηρύττεται· ὅπερ καὶ αὐτοὶ τότε ἐποίησαν, τήν τε ἀνδρείαν ἐπιδεικνύμενοι καὶ τὴν ἐπιείκειαν ἅπασαν, καὶ οὐδὲν ἐπὶ μισθῷ πράττοντες οὐδὲ ἀντιδόσει καὶ ἀνταμοιβῇ. Καὶ ἐὰν μὴ θελήσῃ, φησὶν, ἡμᾶς ἐξελέσθαι, τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν· ἔχομεν γὰρ ἤδη τὰς ἀμοιβὰς, καταξιωθέντες ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀσεβείας, καὶ διὰ τοῦτο κατακαῦσαι τὰ σώματα. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἔχοντες ἤδη τὴν ἀντίδοσιν (καὶ γὰρ ἔχομεν, καταξιωθέντες αὐτὸν ἐπιγνῶναι, καταξιωθέντες γενέσθαι μέλη Χριστοῦ), μὴ ποιήσωμεν αὐτὰ μέλη πόρνης. Ἐν γὰρ τῷ φρικωδεστάτῳ τούτῳ χρὴ καταλῦσαι τὸν λόγον, ἵνα ἀκμάζοντα ἔχοντες τῆς ἀπειλῆς τὸν φόβον, μένωμεν τοῦ χρυσίου καθαρώτεροι τῷ φόβῳ τούτῳ γινόμενοι. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα πορνείας ἀπαλλαγέντες τὸν Χριστὸν ἰδεῖν· ὃν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετὰ παῤῥησίας θεάσασθαι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι· καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα.

α'. Ἀναγκαῖον πρῶτον εἰπεῖν τί βούλεται αὐτῷ τούτῳ τὸ χωρίον· οὕτω γὰρ εὐληπτος ἔσται ὁ λόγος ἡμῖν. Ὁ γὰρ ἐγκαλούμενόν τινα ὁρῶν, ἂν μὴ πρότερον ἴδῃ τοῦ ἁμαρτήματος τὴν φύσιν, οὐκ εἴσεται τίνα ἐστὶ τὰ λεγόμενα. Τί ποτ' οὖν ἐστιν ὅπερ ἐνεκάλει τότε Κορινθίοις; Ἔγκλημα μέγα καὶ πολλῶν αἴτιον κακῶν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Πολλοὶ παρ' αὐτοῖς μαθόντες, ὅτι οὐ τὰ εἰσερχόμενα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα, καὶ ὅτι τὰ εἴδωλα, ξύλα καὶ λίθοι καὶ δαίμονες, οὔτε βλάψαι οὔτε ὠφελῆσαι δυνάμενα, ἀμέτρως τῇ τελειότητι τῆς γνώσεως ταύτης ἐκέχρηντο, καὶ εἰς τὴν ἑτέρων καὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν βλάβην. Καὶ γὰρ εἰς εἰδωλα εἰσῄεσαν, καὶ τῶν αὐτόθι μετεῖχον τραπεζῶν, καὶ μέγαν ἐντεῦθεν τὸν ὄλεθρον ἔτικτον. Οἵ τε γὰρ ἔτι τὸν τῶν εἰδώλων ἔχοντες φόβον, καὶ οὐκ εἰδότες αὐτῶν καταφρονεῖν, μετεῖχον τῶν δείπνων ἐκείνων, ἐπειδὴ τοὺς τελειοτέρους ἑώρων τοῦτο ποιοῦντας, καὶ τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν ἐβλάπτοντο (οὐδὲ γὰρ μετὰ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις γνώμης τῶν προκειμένων ἥπτοντο, ἀλλ' ὡς ἐπ' εἰδωλοθύτων, καὶ ὁδῷ ἐπὶ εἰδωλολατρείαν τὸ πρᾶγμα ἐγίνετο)· αὐτοί τε οὗτοι πάλιν οἱ δῆθεν τελειότεροι, οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠδικοῦντο, δαιμονικῶν ἀπολαύοντες τραπεζῶν. Τὸ μὲν οὖν ἔγκλημα τοῦτο ἦν· ὁ δὲ μακάριος οὗτος μέλλων αὐτὸ διορθοῦν, οὐκ εὐθέως καταφορικῶς[a] κέχρηται τῷ λόγῳ· καὶ γὰρ ἀνοίας μᾶλλον ἢ κακίας ἦν τὸ γινόμενον. Διὸ καὶ παραινέσεως ἐν ἀρχῇ μᾶλλον ἐδεῖτο [169], ἢ ἐπιπλήξεως σφοδρᾶς καὶ ὀργῆς. Σκόπει τοίνυν αὐτοῦ τὴν σύνεσιν, πῶς εὐθέως ἄρχεται τῆς νουθεσίας. *Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν.* Τοὺς ἀσθενεῖς ἀφεὶς, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, τοῖς ἰσχύουσι διαλέγεται πρώτοις. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐποίησεν εἰπών· *Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου;* οὗτος γάρ ἐστιν ὁ καὶ ἐπιτίμησιν εὐκόλως δέξασθαι δυνάμενος. Ὁ δὴ καὶ [b] ἐνταῦθα ποιεῖ· καὶ κενοῖ τὸν τῦφον αὐτῶν πρῶτον, ὅπερ ἐνόμιζον αὐτῶν εἶναι ἐξαίρετον τὸ γνῶσιν ἔχειν τελείαν, τοῦτο κοινὸν ἀποφήνας· *Οἴδαμεν* γὰρ, φησὶν, *ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν.* Καὶ γὰρ εἰ ἀφεὶς αὐτοὺς μέγα φρονεῖν, πρῶτον ἔδειξεν ἐπιβλαβὲς ὂν τὸ πρᾶγμα ἑτέροις, οὐδὲν ἂν τοσοῦτον ὠφέλησεν, ὅσον ἔβλαψεν. Ἡ γὰρ φιλότιμος ψυχὴ, ὅταν ἐπί τινί καλλωπίζηται, κἂν ἑτέρους βλάπτῃ τοῦτο, σφόδρα αὐτοῦ ἔχεται διὰ τὴν τῆς κενοδοξίας τυραννίδα. Διὰ τοῦτο Παῦλος πρῶτον αὐτὸ

[a] More., καταφρονικῷ, male. Savil., καταφορικῷ. Reg., καταφορικῶς. [b] Ita Reg., melius quam editi, qui habent, ὃ δὲ καί.

Digitized by Google

καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζει, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς σοφίας τῆς ἔξωθεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐποίησε, καθαιρῶν αὐτὴν μεθ' ὑπερβολῆς. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τοῦτο εἰκότως ἐποίει· ὅλον γὰρ διόλου κατηγορίας ἄξιον ἦν καὶ πολλὴ ἡ εὐκολία· διόπερ οὐδὲ περιττὸν αὐτὸ δείκνυσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐναντίον τῷ κηρύγματι. Ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐνῆν τοῦτο ποιῆσαι· γνῶσις γὰρ ἦν τὸ τελούμενον, καὶ γνῶσις τελεία. Οὔτε οὖν αὐτὴν καταβαλεῖν ἀσφαλὲς ἦν, καὶ τὸν τῦφον ἄλλως οὐκ ἐνῆν ἐκβαλεῖν τὸν ἐπὶ ταύτῃ. Τί οὖν ποιεῖ; Πρῶτον τῷ δεῖξαι κοινὴν αὐτὴν οὖσαν, καταστέλλει τὸ φύσημα τὸ ἐκείνων. Οἱ γὰρ ἔχοντές τι μέγα καὶ καλὸν, ὅταν μόνοι ἔχωσι, μᾶλλον ἐπαίρονται· ἂν δὲ μετὰ ἄλλων φανῶσιν αὐτὸ κεκτημένοι, οὐκέτι ὁμοίως τοῦτο πάσχουσι. Πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸ κοινοποιεῖ, ἐπειδὴ ἐκεῖνοι αὐτῶν αὐτὸ εἶναι ἐνόμιζον μόνων· ἔπειτα ποιήσας κοινὸν, οὐ τίθησιν ἑαυτὸν ἐν τῇ κοινωνίᾳ μόνον, ἐπεὶ καὶ οὕτως ἂν μᾶλλον αὐτοὺς ἐπῆρεν. Ὥσπερ γὰρ τὸ μόνον ἔχειν ἐπαίρει, οὕτω κοινωνὸν ἕνα που καὶ δεύτερον ἔχειν τῶν ὑπερεχόντων, οὐκ ἔλαττον τοῦτο ποιεῖ. Διὰ τοῦτο οὐχ ἑαυτὸν τίθησιν, ἀλλὰ πάντας. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Καὶ ἐγὼ ἔχω γνῶσιν, ἀλλ', *Οἴδαμεν ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν*. Ἑνὶ μὲν οὖν τούτῳ πρώτῳ κατέβαλεν αὐτῶν τὸ φρόνημα, δευτέρῳ δὲ σφοδροτέρως. Ποίῳ δὴ τούτῳ; Τῷ δεῖξαι ὅτι οὐδὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀπηρτισμένον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀτελές· καὶ οὐ μόνον ἀτελὲς, ἀλλὰ καὶ βλαβερὸν, ἐὰν μὴ ᾖ συνεζευγμένον ἕτερον αὐτῷ. Εἰπὼν γὰρ, *Ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν*, ἐπήγαγεν· *Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ*. Ὥστε ὅταν χωρὶς ἀγάπης ᾖ, καὶ εἰς ἀπόνοιαν αἴρει. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ ἀγάπη, φησὶ, χωρὶς γνώσεως κέρδος ἔχει τι. Ἀλλ' οὐκ εἶπε τοῦτο· ἀλλ' ὡς ὡμολογημένον ἀφεὶς, δείκνυσιν ὅτι σφόδρα δεῖται ἐκείνου τοῦτο. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαπῶν, ἅτε ἐντολὴν πληρῶν τὴν πασῶν κυριωτέραν, κἂν ἐλλείποντά τινα ἔχῃ, ταχέως [170] ἀπολαύσεται τῆς γνώσεως διὰ τὴν ἀγάπην, ὥσπερ ὁ Κορνήλιος καὶ ἕτεροι πολλοί· ὁ δὲ γνῶσιν μὲν ἔχων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχων, οὐ μόνον οὐδὲν προσλήψεται, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἐκπεσεῖται ἧς ἔχει, πολλάκις εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσών. Ὥστε ἡ μὲν γνῶσις ἀγάπης οὐκ ἔστι ποιητικὴ, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἀποσχίζει τὸν μὴ προσέχοντα, φυσῶσα καὶ ἐπαίρουσα. Καὶ γὰρ διαιρεῖν εἴωθεν ἡ ἀλαζονεία· ἡ δὲ ἀγάπη καὶ συνάγειν καὶ πρὸς γνῶσιν ἄγειν. Ὅπερ οὖν καὶ δηλῶν ἔλεγεν· *Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Ὥστε οὐ τοῦτο κωλύω, φησὶ, τὸ τελείαν γνῶσιν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μετὰ ἀγάπης ταύτην ἔχειν, τοῦτο κελεύω· ἐπεὶ κέρδος οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ βλάβος.

β'. Ὁρᾷς ὅπως ἤδη προαναχρούεται τὸν περὶ ἀγάπης λόγον; Ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα πάντα ἀπὸ τούτου συνέβαινε τὰ κακὰ, καὶ οὐκ ἀπὸ τελείας γνώσεως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μὴ σφόδρα φιλεῖν μηδὲ φείδεσθαι τῶν πλησίον, ὅθεν καὶ τὸ διασπασθῆναι αὐτοὺς γέγονε καὶ τὸ ἐπαίρεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἅπερ αὐτοῖς ἐνεκάλεσε, καὶ πρὸ τούτου καὶ μετὰ ταῦτα, συνεχῶς αὐτῆς ἐπιμελεῖται, τὴν πηγὴν τῶν ἀγαθῶν διορθούμενος. Τί τοίνυν πεφύσησθε, φησὶν, ἐπὶ τῇ γνώσει; Ἂν γὰρ τὴν ἀγάπην μὴ ἔχητε, καὶ βλαβήσεσθε ἐντεῦθεν· τί γὰρ ἀλαζονείας χεῖρον; ἂν δὲ ἐκεῖνο προσῇ, καὶ τοῦτο ἔσται ἐν ἀσφαλείᾳ. Κἂν γάρ τι πλέον εἰδῇς τοῦ πλησίον, φιλῶν αὐτὸν οὐκ ἐπαίρῃ, ἀλλὰ ἄγεις καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦτο. Διὸ καὶ εἰπὼν, *Ἡ γνῶσις φυσιοῖ*, ἐπήγαγεν, *Ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ*. Οὐκ εἶπε, Μετριάζει, ἀλλὰ τὸ πολλῷ πλέον καὶ κερδαλεώτερον· οὐδὲ γὰρ ἐφύσα μόνον ἡ γνῶσις, ἀλλὰ καὶ διέστα. Διὰ τοῦτο ἐκείνῳ τοῦτο ἀντέθηκεν. Εἶτα καὶ τρίτον τίθησι δυνάμενον αὐτοὺς καθελεῖν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι κἂν συνεζευγμένη ᾖ ἡ ἀγάπη, οὐδὲ οὕτως ἀπηρτισμένη ἐστὶν αὕτη ἡ γνῶσις· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γνῶναι*. Αὕτη καιρία ἡ πληγή. Οὐ λέγω γὰρ, φησὶν, ὅτι κοινὴ ἡ γνῶσις πάντων· οὐ λέγω ὅτι μισῶν τὸν πλησίον καὶ ἀπονοούμενος, τὰ μέγιστα σεαυτὸν καταβλάπτεις. Κἂν γὰρ μόνος ἔχῃς, κἂν μετριάζῃς, κἂν φιλῇς τὸν ἀδελφὸν, καὶ οὕτως ἀτελὴς εἶ κατὰ τὴν γνῶσιν· οὐδέπω γὰρ οὐδὲν οἶδας, ὡς δεῖ εἰδέναι. Εἰ δὲ οὐδενὸς οὐδέπω ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν ἔχομεν, πῶς τινες εἰς τοσοῦτον μανίας ἦλασαν, ὡς λέγειν τὸν Θεὸν εἰδέναι μετὰ ἀκριβείας ἀπάσης; ὅπου γε εἰ καὶ πάντων εἴχομεν ἀκριβῆ γνῶσιν τὴν τῶν ἄλλων, οὐδὲ οὕτω δυνατὸν ἦν ἔχειν ταύτην οὕτως. Ὅσον γὰρ αὐτοῦ πρὸς ἅπαντα τὸ μέσον, οὐδὲ εἰπεῖν ἔνι. Καὶ ὅρα πῶς αὐτῶν κατέσπασε τὸ φύσημα. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Περὶ τῶν προκειμένων οὐκ ἔχετε τὴν πρόσηκουσαν γνῶσιν, ἀλλὰ περὶ παντὸς πράγματος. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὑμεῖς, ἀλλ', ὅτι Οὐδ' ὁστισοῦν, κἂν Πέτρος ᾖ, κἂν Παῦλος, κἂν ὁστισοῦν. [171] Τούτῳ γὰρ καὶ παρεμυθήσατο, καὶ συνέστειλεν αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας. *Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*[a]. Οὐκ εἶπεν, Ἔγνω αὐτὸν, ἀλλ' *Ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτὸν ἐγνωμεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμᾶς ἔγνω. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, *Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ὑμᾶς ἐξελεξάμην*· καὶ Παῦλος ἀλλαχοῦ, *Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην*. Σκόπει τοίνυν δι' ὅσων κατήνεγκεν αὐτῶν τὸ φρόνημα. Πρῶτον ἔδειξεν, ὅτι οὐ μόνοι ἐπίστανται, ἅπερ ἴσασι· *Πάντες* γὰρ, φησὶ, *γνῶσιν ἔχομεν*· ἔπειτα, ὅτι βλαβερὸν τὸ πρᾶγμα, χωρὶς ἀγάπης ὄν· *Ἡ γὰρ γνῶσις*, φησὶ, *φυσιοῖ*· εἶτα, ὅτι καὶ μετὰ ἀγάπης ὄν, οὐκ ἀπηρτισμένον ἐστὶν οὐδὲ τέλειον· *Εἰ γάρ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε*, φησὶ, *καθὼς δεῖ γνῶναι*. Πρὸς τούτοις, ὅτι οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο οἰκοθεν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ δωρησαμένου· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἔγνω τὸν Θεὸν, ἀλλ' *Ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*· εἶτα, ὅτι ἀπὸ ἀγάπης γίνεται τοῦτο αὐτὸ, ἣν οὐκ ἔχουσιν ὡς χρή· *Εἰ γάρ τις*, φησὶν, *ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Διὰ τοσούτων τοίνυν καταλεάνας αὐτῶν τὴν φλεγμονὴν, ἄρχεται δογματίζειν, οὕτω λέγων· *Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς*. Θέα εἰς ὅσην στενοχωρίαν ἐνέπεσε. Καὶ γὰρ ἀμφότερα βούλεται κατασκευάσαι, ὅτι τε ἀπέχεσθαι δεῖ τῆς τοιαύτης τραπέζης, καὶ ὅτι ἰσχὺν οὐκ ἔχει πρὸς τὸ βλάψαι τοὺς μετέχοντας· ὅπερ οὐ σφόδρα ἀλλήλοις συμβαίνοντα ἦν. Μαθόντες γὰρ ὅτι

[a] *Desunt verba* ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ.

Digitized by Google

Romanos fecit, dicens : *Tu vero quid judicas fratrem tuum* (*Rom.* 14. 10)? hic enim est, qui facilius possit increpationem accipere. Quod hic quoque facit : et primo fastum eorum evacuat, dum quod illi præcipuum putabant et perfectam scientiam, hoc commune esse pronuntiavit : *Scimus* enim, inquit, *quod omnes scientiam habemus.* Nam si illos altum sapere sinens, primo ostendisset rem esse aliis noxiam, non tantum utilitatis, quantum damni attulisset. Ambitiosus quippe animus, cum aliqua re se ornari putat, etiamsi aliis sit noxia, eam accuratius retinet ob vanæ gloriæ tyrannidem. Ideo Paulus primo rem ut in se est examinat, ut circa externam sapientiam superius fecit, illam omnino dejiciens. Sed illic quidem id jure faciebat; totum enim reprehensione dignum erat, et facilis res erat : quapropter id non modo supervacaneum, sed etiam prædicationi contrarium esse dixit. Hic autem non liceat ita facere : nam id de quo agebatur scientia erat, et scientia perfecta. Neque ergo eam dejicere tutum erat, nec aliter licebat fastum ex illa conceptum dejicere. Quid ergo facit? Primo illam ostendens esse communem, illorum fastum deprimit. Qui enim magnum quidpiam et pulchrum habent, si soli habeant, magis efferuntur; si vero cum aliis id possidere deprehendantur, non pari tunc modo affecti sunt. Primum igitur hoc commune ostendit, quoniam ipsi putabant id sibi tantum competere : deinde postquam illud commune fecit, non se solum participem dicit : sic enim illos magis extulisset. Ut si unus tantum habeat, se extollit : ita si unum tantum vel alterum ex præcipuis consortem habeat, non minoris rem facit. Ideo non se solum ponit, sed omnes : non enim dixit, Ego scientiam habeo; sed, *Scimus quod omnes scientiam habemus.* Hoc igitur priore dicto eorum fastum dejecit; secundo autem vehementius. Quodnam illud est? Quod ostendat rem non perfectam, imo admodum imperfectam esse; neque modo imperfectam, sed et noxiam, nisi sit aliud adjunctum. Cum dixisset enim, *Scientiam omnes habemus*, subjunxit; *Scientia inflat, caritas autem ædificat.* Itaque cum est sine caritate, ad arrogantiam extollit. At neque caritas, inquies, absque scientia aliquid lucri habet. Verum non hoc dixit, sed quod in confesso est relinquens, ostendit hoc illo valde egere. Nam qui diligit, utpote qui præceptum impleat omnium præstantissimum, etiamsi quid ipsi deficiat, cito per caritatem scientia fruetur, ut Cornelius et alii multi : qui autem scientiam quidem habet, sed non caritatem, non modo nihil assumet, sed ab illa quam habet excidet, sæpe in arrogantiam labens. Itaque scientia caritatem non parit, imo contra ab ea abscindit eum qui non attendit, dum illum inflat et extollit. Etenim arrogantia dividere solet; caritas vero conjungit et ad scientiam adducit. Quod significans ille dicebat : *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab ipso* (1. *Cor.* 8. 3). Itaque non impedio, inquit, quominus perfecta scientia habeatur; sed ut cum caritate habeatur, hoc præcipio : alioquin lucrum nullum, sed detrimentum.

2. Viden' quomodo jam viam parat ad sermonem, quem de caritate est habiturus? Nam quia hæc omnia mala hinc accidebant, non autem ex perfecta scientia, sed quod non admodum diligerent, nec rebus proximi parcerent; unde contingebat illos dissidere, efferri, cæteraque omnia evenire, de quibus ille et ante et post hæc redarguit : frequenter de caritate tractat, fontem omnium bonorum puriorem reddens. Quid ergo inflati estis, inquit, de scientia? Si enim caritatem non habueritis, hinc damnum accipietis : quid enim arrogantia pejus? si vero illud adsit, etiam hoc in tuto erit. Etiamsi enim aliquid amplius scias, quam proximus; si ames illum, non extolleris, sed ipsum quoque ad hoc deduces. Quamobrem cum dixisset, *Scientia inflat*, addidit, *Caritas autem ædificat.* Non dixit, Modeste se gerit, sed aliquid longe majus et utilius : scientia enim non modo inflabat, sed etiam disjungebat. Ideoque hoc illi opposuit. Deinde tertium quoque ponit, quod illos possit dejicere. Quodnam illud est? Quod etiamsi conjuncta sit caritas, ne sic quidem perfecta sit scientia : ideoque subjunxit : 2. *Si quis autem existimat se scire aliquid, nondum cognovit quomodo oporteat eum scire.* Hæc maxima plaga infligitur. Non dico enim, inquit, scientiam communem esse omnibus : non dico te, qui odio habes proximum et arrogans es, tibi ipsi maxime nocere. Etiamsi enim solus haberes, etiamsi modeste ageres, etiamsi fratrem diligeres, sic quoque imperfectus esses secundum scientiam : nondum enim scis quidpiam, ut scire oportet. Quid si nullam adhuc accuratam scientiam habeamus; quomodo quidam in tantam insaniam processerunt, ut dicerent se Deum cum omni accuratione cognoscere? nam etiamsi omnium aliarum rerum accuratam scientiam haberemus, neque sic fieri posset, ut hanc etiam haberemus. Quantum enim sit spatium inter Deum et alia omnia, ne dici quidem potest. Et vide quomodo illorum fastum dejiciat. Non enim dixit, De rebus propositis congruentem scientiam non habetis, sed De re qualibet. Neque dixit, Vos tantum, sed, Quicumque sit : etiamsi Petrus fuerit, etiamsi Paulus, etiamsi quivis alius. Hoc enim dicto illos accurate et consolatus est et repressit. 3. *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.* Non dixit, Novit eum, sed, *Cognitus est ab eo.* Non enim nos ipsum novimus, sed ipse nos novit (*a*). Ideo dicebat Christus : *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* (*Joan.* 15. 16); et Paulus alibi : *Tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum* (1. *Cor.* 13. 12). Perpende igitur quot dictis illorum fastum deprimat. Primo ostendit illos non solos scire ea quæ sciunt; *Omnes* enim, inquit, *scientiam habemus :* deinde rem esse noxiam, si sit sine caritate; nam *Scientia inflat*, inquit : postea, quod etiamsi sit cum caritate, id non absolutum sit neque perfectum : *Si* enim *quis putat se scire aliquid, nondum scit quemadmodum oportet scire.* Ad hæc vero, quod non hoc ex se habeant, sed Deo dante;

(*a*) In sequentibus Regium Codicem sequimur. In Editis quædam necessaria deerant.

Digitized by Google

non enim dixit, Novit Deum, sed, *Cognitus est ab eo* : deinde, quod hoc a caritate fiat, quam non habent ut oporteret. Nam *Si quis*, ait, *diligit Deum, hic cognitus est ab eo.* Cum per hæc leniisset illorum tumorem, incipit doctrinam instituere his verbis : 4. *De esca igitur quæ diis immolatur, scimus quod nullum sit idolum in mundo, et quod nullus Deus alius nisi unus.* Vide in quantam angustiam inciderit. Vult enim utrumque probare, quod a tali mensa abstinere oporteat, et quod vim non habeat ad lædendos eos qui sunt ejus participes : quæ quidem non admodum inter se conveniebant. Nam cum didicissent ea non afferre damnum, ea tamquam indifferentia adituri erant : cum vero impedirentur ne illa tangerent, rursus suspicabantur, quod prohibiti essent quasi illa vim haberent lædendi. Ideo cum idolorum opinionem sustulisset, abstinendi primam causam affert fratrum offendicula, sic dicens : *De esca igitur, quæ diis immolatur, scimus quod nullum sit idolum in mundo.* Rursus ipsum commune facit, nec concedit hoc illorum esse solum, sed extendit cognitionem per totum orbem terræ. Neque enim apud vos tantum, inquit, sed ubique terrarum hoc dogma vim obtinet. Quodnam illud ? *Quod nullum sit idolum in mundo, et quod non sit Deus alius nisi unus.* Non sunt ergo idola ? non sunt statuæ ? Sunt quidem, sed nullam vim habent; neque dii sunt, sed lapides et dæmones. Ad utrosque enim nunc orationem dirigit, et ad crassiores et ad eos qui philosophari videntur. Quia enim alii nihil plus sciunt quam lapides, alii vero dicunt virtutes quasdam in illis habitare, quas etiam deos vocant; illis quidem dicit nullum esse idolum in mundo, aliis vero, non esse Deum in mundo nisi unum.

3. Viden' quomodo non frustra dogma constituens hæc scribat, sed ad differentiam externorum ? nam illud ubique observandum, sive absolute quid dicat, sive aliis obsistens. Neque enim hoc parum nobis confert ad dogmatum accurationem et ad dictorum intelligentiam. 5. *Nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in cælo, sive in terra; ut sunt dii multi et domini multi :* 6. *nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.* Quia dixit, nullum esse idolum et nullum Deum alium; erantque tamen idola, et erant qui dii vocabantur : ne videatur contra rem manifestam pugnare, subjungit (si sunt ita appellati dii, ut revera sunt, non vere sunt, sed ita dicuntur; non in re, sed in verbo hoc habentes) : *Sive in cælo, sive in terra;* in cælo dicens solem et lunam et reliquum astrorum chorum; nam hæc etiam adorabant gentiles; in terra, dæmonas, et eos ex hominibus qui in deos relati sunt. *Sed nobis unus Deus Pater.* Cum prius posuisset absque illa voce *Pater*, et dixisset, *Nullus est alius Deus nisi unus;* nunc hoc addit, postquam illos omnino ejecerat. Deinde quod est maximum divinitatis judicium addit : *Ex quo omnia.* Hoc enim ostendit illos non esse deos. Dii enim, inquit, qui cælum et terram non fecerunt, pereant. Deinde, quod non minus est, adjicit : *Et nos in ipso.* Quando enim dixit, *Ex quo omnia*, creationem memorat et productionem ex nihilo ad existentiam; cum autem dicit, *Et nos in ipso*, fidei et conjunctionis verbum profert : quod antea quoque dicebat : *Ex ipso autem et vos estis in Christo Jesu* (1. *Cor.* 1. 30). Duplici enim ratione ex ipso sumus, et quod cum non essemus, facti simus, et quod fideles facti simus : nam hoc quoque est creatio : quod etiam alibi dicit : *Ut duos crearet in seipso in unum novum hominem* (*Ephes.* 2. 16). *Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum.* Et etiam de Christo similiter hoc cogitandum. Per ipsum enim ex nihilo productum est genus hominum ad existentiam, et ex errore ad veritatem reductus est. Itaque illud, *Ex quo*, non est, sine Christo : ex ipso enim per Christum creati sumus. Neque ergo nomina tamquam sorte distributa divisit, Filio quidem Dominus, Patri vero Deus, attribuens. Nam ea quoque solet sæpe mutare Scriptura, ut cum dicit, *Dixit Dominus Domino meo;* et rursus, *Propterea unxit te Deus, Deus tuus* (*Psal.* 109. 1. *et* 44. 8); et, *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* (*Rom.* 9. 5). Et sæpe videris hæc mutata nomina. Si autem essent quasi sorte assignata unicuique naturæ, neque Deus esset Filius, neque Deus ut Pater, manens Filius; cum dixit, *Sed nobis unus Deus*, superflue addidisset illud, *Pater*, volens significare ingenitum : satis enim fuisset illud, *Deus*, si ejus solius exhiberet cognitionem, ad id significandum. Non hoc autem solum, sed aliud quoque dici potest. Si enim dixeris, quia Deus unus dictus est, illud, *Deus*, non convenit Filio; observa quod hoc etiam de Filio dici possit. Etenim Filius, unus Dominus dictus est; neque tamen ideo illud, *Dominus*, ipsi soli competere dicimus. Quapropter quam vim habet illud, *Unus*, erga Filium, eamdem habet erga Patrem : ac quemadmodum ille non impedit quominus Pater Dominus sit, eo modo quo Filius est Dominus, eo quod Filius unus Dominus dicatur : ita neque Filium impedit quominus sit Deus, eo modo quo Pater est Deus, quod Pater dicatur unus Deus. Quod si quidam dixerint, cur Spiritum non memoravit? illud dixerimus, ipsum nempe idololatras alloqui, et de diis multis deque dominis multis esse certamen. Ideo cum Patrem Deum dixisset, Filium Dominum appellavit. Si ergo Patrem non ausus est nunc appellare Dominum cum Filio, ne in suspicionem veniret quod duos diceret Dominos, neque Filium Deum cum Patre, ne putaretur duos dicere Deos, quid miraris, si Spiritum non memoraverit ? adversus illos enim tum concertabat, ut ostenderet non esse apud nos multiplicitatem deorum. Ideo illud, *Unus*, assidue retinet dicens, *Non est Deus alius nisi unus;* et, *Nobis unus est Deus et unus Dominus.* Unde manifestum est illum, auditorum infirmitati parcentem, hoc arguendi modo usum esse, ideoque Spiritum non memoravisse. Nam si hoc non esset, nec alibi oportuisset Spiritum memorare, neque illum cum Patre et Filio conjungere. Nam si a Patre et Filio esset exclusus, multo magis illum in baptismo

Digitized by Google

οὐκ ἔχει βλάβην, ὡς ἀδιαφόροις ἔμελλον ἐπιτρέχειν· κωλυθέντες δὲ αὐτῶν ἅπτεσθαι, πάλιν ὑπώπτευον ὅτι ὡς ἰσχὺν ἐχόντων εἰς τὸ βλάπτειν ἐκωλύθησαν. Διὰ δὴ τοῦτο καθελὼν τὴν τῶν εἰδώλων ὑπόνοιαν, αἰτίαν πρώτην τίθησι τοῦ ἀπέχεσθαι, τὰ σκάνδαλα τῶν ἀδελφῶν, οὕτω λέγων· *Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ.* Πάλιν κοινὸν αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐ συγχωρεῖ μόνων ἐκείνων γενέσθαι τοῦτο, ἀλλ' ἐκτείνει τὴν γνῶσιν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Οὐδὲ γὰρ παρ' ὑμῖν μόνον, φησὶν, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς γῆς τοῦτο κρατεῖ τὸ δόγμα· Ποῖον δὴ τοῦτο, *Ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς;* Οὐκ ἔστιν οὖν εἴδωλα; οὐκ ἔστι ξόανα; Ἔστι μέν, ἀλλ' οὐκ ἔχει τινὰ ἰσχὺν, οὐδὲ θεοί εἰσιν, ἀλλὰ λίθοι καὶ δαίμονες. Πρὸς γὰρ ἀμφοτέρους ἀποτείνεται νῦν, καὶ τοὺς παχυτέρους αὐτῶν καὶ τοὺς δοκοῦντας φιλοσοφεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν οὐδὲν πλέον τῶν λίθων ἴσασιν, οἱ δὲ λέγουσι καὶ δυνάμεις τινὰς οἰκεῖν ἐν αὐτοῖς, ἃς καὶ θεοὺς καλοῦσι, πρὸς μὲν οὖν ἐκείνους φησὶν, ὅτι Οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ· πρὸς δὲ τούτους, ὅτι Οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς.

γ'. [172] Ὁρᾷς πῶς οὐχ ἁπλῶς δογματίζων γράφει ταῦτα, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἔξωθεν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πανταχοῦ χρὴ παρατηρεῖν, εἴτε ἀπολελυμένως λέγει τι, εἴτε πρός τινας ἱστάμενος. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν εἰς τὴν τῶν δογμάτων ἡμῖν [a] ἀκρίβειαν τοῦτο συντελεῖ, καὶ εἰς αὐτὴν τῶν λεγομένων τὴν κατανόησιν. *Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ εἴτε ἐπὶ γῆς, ὥσπερ οὖν εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ· ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον καὶ οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, ἦν δὲ καὶ εἴδωλα, ἦσαν δὲ καὶ θεοὶ λεγόμενοι· ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς φανεροῖς μάχεσθαι, ἐπάγει λέγων (καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, ὥσπερ οὖν καὶ εἰσὶν, οὐχ ἁπλῶς εἰσιν, ἀλλὰ λεγόμενοι, οὐκ ἐν πράγματι, ἀλλ' ἐν ῥήματι τοῦτο ἔχοντες)· *Εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς·* ἐν οὐρανῷ τὸν ἥλιον λέγων καὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν λοιπὸν τῶν ἄστρων χορόν· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα προσεκύνησαν Ἕλληνες· ἐπὶ γῆς δὲ *δαίμονας*, καὶ τοὺς ἐξ ἀνθρώπων θεοποιηθέντας ἅπαντας. *Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ.* Πρότερον θεὶς χωρὶς τοῦ Πατρὸς [b], καὶ εἰπὼν, *Οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς*, νῦν καὶ τοῦτο προστίθησιν, ὅτε παντελῶς ἐκείνους ἐξέβαλεν. Εἶτα καὶ ὅπερ ἐστὶ δεῖγμα μέγιστον θεότητος, καὶ τοῦτο ἐπάγει· *Ἐξ οὗ τὰ πάντα.* Τοῦτο γὰρ δείκνυσι κἀκείνους οὐκ ὄντας θεούς. Θεοὶ γὰρ, φησὶν, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. Εἶτα καὶ τὸ τούτου οὐκ ἔλαττον προστίθησι· *Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.* Ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ, *Ἐξ οὗ τὰ πάντα*, τὴν δημιουργίαν λέγει, καὶ τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν· ὅταν δὲ εἴπῃ, *Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν*, τὸν τῆς πίστεως καὶ τῆς οἰκειώσεως λόγον λέγει· ὃ καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγεν· *Ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Διπλῇ γάρ ἐσμεν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τῷ μὴ ὄντες γενέσθαι, καὶ τῷ πιστοὶ γενέσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο κτίσις· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ πάλιν ὁμοίως τοῦτο νοητέον. Δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήχθη τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος εἰς τὸ εἶναι, καὶ ἀπὸ πλάνης εἰς ἀλήθειαν ἐπανῆλθεν. Ὥστε τὸ, *Ἐξ οὗ*, τοῦτο οὐκ ἔστι, Χωρὶς τοῦ Χριστοῦ· ἐξ αὐτοῦ γὰρ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδημιουργήθημεν. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ὡς ἀποκεκληρωμένα διεῖλε, τῷ μὲν Υἱῷ τὸ, Κύριος, τῷ δὲ Πατρὶ τὸ, Θεὸς, προσνέμων. Οἶδε γὰρ αὐτὰ καὶ ἐναλλάττειν ἡ Γραφὴ πολλάκις, ὡς ὅταν λέγῃ· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου·* καὶ πάλιν, *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου* καὶ, *Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.* Καὶ πολλαχοῦ ἂν ἴδοις ταῦτα μεταβαίνοντα τὰ ὀνόματα. Εἰ δὲ ἀποκεκληρωμένα ἦν ἑκάστῃ φύσει, καὶ οὐχὶ Θεὸς ἦν ὁ Υἱὸς, καὶ Θεὸς ὡς ὁ Πατὴρ, μένων Υἱός· εἰπὼν, *Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς*, περιττῶς προσετίθει τὸ *Πατὴρ*, βουλόμενος γνωρίσαι τὸν ἀγέννητον· ἤρκει γὰρ τὸ *Θεὸς*, εἴ γε αὐτοῦ μόνου ἦν γνωριστικὸν, τοῦτο δηλῶσαι. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἔστιν εἰπεῖν. [173] Εἰ γὰρ λέγοις, ὅτι ἐπειδὴ εἷς Θεὸς εἴρηται, οὐχ ἁρμόζει [a] τῷ Υἱῷ τὸ, *Θεὸς*, ὅρα καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ αὐτὸ κείμενον. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς εἷς Κύριος εἴρηται, καὶ οὐ διὰ τοῦτο αὐτῷ μόνῳ τὸ, *Κύριος*, ἁρμόττειν φαμέν. Ὥστε ἣν ἔχει ἰσχὺν τὸ, *Εἷς*, ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, ταύτην καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρός· καὶ καθάπερ οὐκ ἐξωθεῖ τὸν Πατέρα τοῦ Κύριον εἶναι, οἷος ὁ Υἱός ἐστι Κύριος, διὰ τὸ ἕνα αὐτὸν λέγεσθαι Κύριον τὸν Υἱόν· οὕτως οὐδὲ τὸν Υἱὸν ἐκβάλλει τοῦ εἶναι Θεὸν, οἷός ἐστι Θεὸς ὁ Πατὴρ, διὰ τὸ ἕνα Θεὸν λέγεσθαι τὸν Πατέρα. Εἰ δέ τινες λέγοιεν· Τίνος ἕνεκεν Πνεύματος οὐκ ἐμνημόνευσεν; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι πρὸς εἰδωλολάτρας ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ περὶ θεῶν πολλῶν ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ κυρίων πολλῶν. Διὸ καὶ Θεὸν τὸν Πατέρα εἰπὼν, τὸν Υἱὸν ἐκάλεσε Κύριον. Εἰ τοίνυν τὸν Πατέρα οὐκ ἐτόλμησε καλέσαι Κύριον νῦν μετὰ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ δύο παρ' ἐκείνοις ὑποπτεύηται λέγειν Κυρίους, οὐδὲ τὸν Υἱὸν Θεὸν μετὰ τοῦ Πατρὸς, ἵνα μὴ δύο νομίζηται λέγειν θεούς· τί θαυμάζεις, εἰ τοῦ Πνεύματος οὐκ ἐμνημόνευσε; πρὸς γὰρ ἐκείνους αὐτῷ τέως ἦν ὁ ἀγὼν, καὶ τὸ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστι πολυθεΐα παρ' ἡμῖν. Διὸ τὸ *Εἷς* τοῦτο συνεχῶς κατέχει λέγων· *Οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς*· καὶ, *Ἡμῖν εἷς Θεὸς καὶ εἷς Κύριος.* Ὅθεν δῆλον ὅτι φειδόμενος τῆς ἀσθενείας τῶν ἀκουόντων, ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ διασκευῇ, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῦ Πνεύματος ἐμνημόνευσεν· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ ἀλλαχοῦ μνησθῆναι ἔδει τοῦ Πνεύματος, οὐδὲ συντάττεσθαι αὐτῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Εἰ γὰρ ἀπέρριπται Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτὸ συντάττεσθαι οὐκ ἔδει,

[a] Ἡμῖν deest in Reg. [b] Sic habet Savilius in margine, et sic legit vetus interpres Latinus, *absque Patre*, bi observes in mss. fere semper πατρὸς sic scribi πρς, nde error ortus fuerit, ut ex sequentibus liquet. Editi, ωρὶς τοῦπρός τι.

[a] Reg., εἰ δὲ λέγοις.... οὐχ ἁρμόσει.

Digitized by Google

ἔνθα μάλιστα φαίνεται τὸ ἀξίωμα τῆς θεότητος, καὶ δωρεαὶ δίδονται Θεῷ προσήκουσαι μόνῳ παρέχειν.

δ'. Ἐγὼ μὲν οὖν τὴν αἰτίαν εἶπον, δι' ἣν ἐνταῦθα σεσίγηται· σὺ δὲ, εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, εἰπὲ διὰ τί ἐν τῷ βαπτίσματι συντάττεται. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις ἑτέραν αἰτίαν εἰπεῖν, ἢ τὸ, ὁμότιμον αὐτὸ εἶναι. Ὅταν γοῦν μηδεμίαν ἔχῃ τοιαύτην ἀνάγκην, ὅρα πῶς αὐτὸ συντάττει οὕτω λέγων· *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν*· καὶ πάλιν, *Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεός.* Ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν πρὸς Ἕλληνας ὁ λόγος ἦν αὐτῷ καὶ τοὺς ἐξ Ἑλλήνων ἀσθενεστέρους, διὰ τοῦτο ταμιεύεται τέως· ὅπερ οὖν καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσιν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, οὐδαμοῦ σαφῶς αὐτοῦ μεμνημένοι διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων. *Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις*, φησί. Ποῖα αὗτη; ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ ἡ περὶ τῶν εἰδωλοθύτων; Ἢ γὰρ [174] τοὺς Ἕλληνας αἰνίττεται ἐνταῦθα, τοὺς πολλοὺς λέγοντας θεοὺς καὶ κυρίους, καὶ οὐκ εἰδότας τὸν ὄντα Θεόν· ἢ τοὺς ἐξ Ἑλλήνων ἀσθενεστέρους ἔτι, τοὺς οὐδέπω σαφῶς εἰδότας, ὅτι οὐ χρὴ δεδοικέναι τὰ εἴδωλα, καὶ ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. Τοῦτο δὲ εἰπὼν, ἠρέμα παρεμυθήσατο καὶ ἐπῆρε τούτους. Οὐδὲ γὰρ πάντα καθάπτεσθαι ἔδει, καὶ μάλιστα μέλλοντα πάλιν καθεικνεῖσθαι αὐτῶν σφοδρότερον.

Τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι ὡς εἰδωλοθύτων ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται. Ἔτι τρέμουσι, φησὶ, τὰ εἴδωλα. Μὴ γάρ μοι τὴν παροῦσαν εἰπῇς κατάστασιν, καὶ ὅτι ἐκ προγόνων τὴν εὐσέβειαν ἐδέξω· ἀλλὰ παράπεμψον τὴν διάνοιαν εἰς ἐκείνους τοὺς χρόνους, καὶ ἐννόησον, ἄρτι τοῦ κηρύγματος καθισταμένου, καὶ τῆς ἀσεβείας ἔτι κρατούσης, καὶ βωμῶν καιομένων καὶ θυσιῶν καὶ σπονδῶν τελουμένων, καὶ τῶν πλειόνων Ἑλλήνων ὄντων, τοὺς ἐκ προγόνων διαδεξαμένους τὴν ἀσέβειαν, καὶ πατέρων καὶ πάππων καὶ ἐπιπάππων τοιούτων ὄντας ἐκγόνους, καὶ πολλὰ παρὰ τῶν δαιμόνων παθόντας κακὰ, ἀθρόον μεταστάντας, πῶς εἰκὸς ἦν διακεῖσθαι· πῶς δὲ δεδοικέναι καὶ τρέμειν τὰς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλάς· δι' οὓς καὶ αἰνιττόμενος ἔλεγε· *Τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδωλοθύτου.* Οὔτε γὰρ ἐκκαλύπτει αὐτοὺς σαφῶς, ἵνα μὴ πλήξῃ, οὔτε παρατρέχει καθόλου, ἀλλ' ἀορίστως αὐτῶν μέμνηται, λέγων· *Τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδωλοθύτου ἕως ἄρτι ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι*· τουτέστι, μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας, μεθ' ἧς πρότερον· *καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται*· οὐδέπω δυναμένη καταφρονῆσαι οὐδὲ καθάπαξ αὐτῶν καταγελάσαι, ἀλλ' ἔτι διακρινομένη. Ὥσπερ ἂν εἴ τις τῷ νεκροῦ ἅπτεσθαι νομίζοι μολύνειν ἑαυτὸν κατὰ Ἰουδαϊκὴν συνήθειαν, εἶτα ἑτέρους ὁρῶν ἁπτομένους μετὰ καθαροῦ συνειδότος, μὴ ἁπτόμενος μετὰ τῆς αὐτῆς γνώμης, μολύνοιτο· οὕτω κἀκεῖνοι τότε ἔπασχον. *Τινὲς γὰρ*, φησὶ, *τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι.* Οὐχ ἁπλῶς τὸ, *Ἕως ἄρτι*, τέθεικεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδὲν ἤνυσαν μὴ συγκαταβαίνοντες. Οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτοὺς ἐνάγειν ἐχρῆν, ἀλλ' ἑτέρως πως λόγῳ πείθοντας καὶ διδασκαλίᾳ. *Καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται.* Οὐδαμοῦ τέως περὶ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος τὸν λόγον ἵστησιν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω περὶ τὸ συνειδὸς τοῦ μεταλαμβάνοντος στρέφεται. Δέδοικε γὰρ μή πως θέλων διορθῶσαι τὸν ἀσθενῆ, πλήξῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ ἀσθενῆ καὶ τοῦτον ἐργάσηται. Διόπερ οὐχ ἧττον τούτου φείδεται, ἢ ἐκείνου. Καὶ οὐκ ἀφίησιν αὐτὸ νομισθῆναί τι, ἀλλὰ πολὺν κατασκευάζει τὸν λόγον, ὥστε μὴ τοῦτο ὑποπτευθῆναι. *Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ. Οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστεροῦμεν.* Ὁρᾷς πῶς πάλιν αὐτῶν καθεῖλε τὸ φρόνημα; Εἰ γὰρ ὅτι οὐ μόνον ἐκεῖνοι, ἀλλὰ πάντες [175] γνῶσιν ἔχομεν, καὶ, ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ γνῶναι, καὶ, ὅτι ἡ γνῶσις φυσιοῖ· εἶτα παραμυθησάμενος αὐτοὺς, καὶ εἰπὼν, ὅτι οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις, καὶ ὅτι δι' ἀσθένειαν οὗτοι μολύνονται· ἵνα μὴ λέγωσιν ἐκεῖνοι, Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις; διὰ τί γὰρ μὴ ἔχει γνῶσιν ὁ δεῖνα; διὰ τί ἀσθενής; ἵνα μὴ· ταῦτα ἀνθυποφέρωσιν, οὐκ εὐθέως ἦλθεν ἐπὶ τὸ δεῖξαι σαφῶς, ὅτι διὰ τὴν ἐκείνου βλάβην ἀπέχεσθαι δεῖ· ἀλλὰ προακροβολισάμενος αὐτὸν μόνον πρῶτον, τὸ τούτου πλέον δείκνυσι. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι εἰ καὶ μηδεὶς ἐβλάπτετο, μηδὲ ἡ τοῦ πλησίον προσῆν διαστροφὴ, οὐδὲ οὕτω δεῖ τοῦτο ποιεῖν· ματαιοπονεῖν γὰρ τοῦτό ἐστιν. Ὁ γὰρ ἀκούσας ὅτι βλάπτεται μὲν ἕτερος, αὐτὸς δὲ ἔχει τὸ κέρδος, οὐ σφόδρα ἀφίσταται, ἀλλὰ τότε μᾶλλον, ὅταν μάθῃ ὅτι οὐδὲν αὐτὸς ὠφελεῖται ἀπὸ τοῦ πράγματος. Διὰ τοῦτο πρῶτον τοῦτο τίθησι λέγων· *Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ.* Εἶδες πῶς αὐτὸ ἐξευτελίζει, ὃ ἐδόκει εἰς τελείας γνώσεως γίνεσθαι; *Οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν*· τουτέστιν, εὐδοκιμοῦμεν παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς ἀγαθόν τι ποιήσαντες καὶ μέγα· *οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστεροῦμεν*· τουτέστιν, οὐκ ἔλαττόν τι ἔχομεν.

Τέως μὲν οὖν αὐτὸ ἔδειξε περιττὸν καὶ οὐδέν· ὁ γὰρ μήτε γινόμενον ὠφελεῖ, μήτε μὴ γινόμενον βλάπτει, περιττὸν ἂν εἴη· προῒὼν δὲ καὶ τὴν βλάβην ἐκκαλύπτει πᾶσαν τοῦ πράγματος. Νῦν μέντοι τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς γινομένην λέγει· *Βλέπετε γὰρ*, φησὶ, *μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσι τῶν ἀδελφῶν.* Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἡ ἐξουσία ὑμῶν πρόσκομμα γίνεται, οὐδὲ ἀπεφήνατο, ἵνα μὴ ἀναισχυντοτέρους ποιήσῃ· ἀλλὰ πῶς; *Βλέπετε*· φοβῶν αὐτοὺς καὶ ἐντρέπων, καὶ ἐπὶ ἄρνησιν ἄγων τοῦ μὴ ποιεῖν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡ γνῶσις ὑμῶν αὕτη, ὅπερ ἦν ἐγκωμίου μᾶλλον· οὐδὲ, Ἡ τελειότης ὑμῶν αὕτη· ἀλλ', *Ἡ ἐξουσία*· ὅπερ προπετείας μᾶλλον καὶ αὐθαδείας καὶ ἀλαζονείας εἶναι ἐδόκει. Καὶ οὐκ εἶπε, Τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ, *Τοῖς ἀσθενοῦσι τῶν ἀδελφῶν*· αὔξων τὴν κατηγορίαν, ὅτι οὐδὲ ἀσθενούντων φείδονται, καὶ ταῦτα ἀδελφῶν. Ἔστω γὰρ, οὐ διορθοῖς οὐδὲ ἐγείρεις· τί καὶ ὑποσκελίζεις καὶ προσπταίειν ποιεῖς, δέον χεῖρα ὀρέγειν; Ἀλλ' οὐ βούλει τοῦτο· οὐκοῦν μηδὲ καταβάλῃς. Εἰ μὲν γὰρ πονηρὸς ἦν, κολάσεως ἐδεῖτο· εἰ δὲ ἀσθενὴς, ἰατρείας. Νῦν δὲ οὐκ ἀσθενὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀδελφός. *Ὅταν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν*

Digitized by Google

cum ipsis conjungere non oportuisset, ubi maxime divinitatis dignitas apparet, et dona dantur quæ Deo soli dare competit.

4. Ego igitur causam dixi, cur hic silentio prætermissus sit : tu vero, si res non ita se habet, dic cur in baptismo conjungitur. Sed non aliam possis causam dicere, quam quod sit honore par. Cum ergo nullam talem habet necessitatem, vide quomodo ipsum conjungit, ita dicens : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei et Patris, et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis* (2. *Cor.* 13. 13); et rursum, *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem autem Deus* (1. *Cor.* 12. 4-6). Sed quia nunc adversus Græcos sermo erat, et eos qui Græcis imbecilliores erant, propterea id interim reservatur et tacetur. Id quod etiam prophetæ faciunt de Filio, quem nusquam aperte nominant ob auditorum imbecillitatem. 7. *Sed non in omnibus est scientia*, inquit. Quænam illa ? an ea, quæ est de Deo, an ea, quæ de iis quæ immolata sunt idolis ? Aut certe Græcos hic subindicat, qui dicebant multos esse deos et dominos, nec sciebant Deum qui vere est ; aut eos qui inter gentiles imbecilliores erant, qui nondum clare scirent idola non esse timenda, et nullum esse idolum in mundo. Cum hoc autem dixisset, paulatim illos consolatus est et erexit. Neque enim omnia insectari oportebat, cum maxime illos rursum vehementius esset impeturus.

De idolothytis. — *Quidam autem cum conscientia idoli usque nunc quasi idolothytum manducant : et conscientia eorum cum sit infirma, polluitur.* Adhuc tremunt, inquit, et metuunt idola. Ne mihi enim præsentem rerum statum dixeris, et quod piam religionem a majoribus acceperis ; sed mentem tuam transfer in illa tempora, et cogita, cum modo constituta esset prædicatio, et impietas adhuc regnaret arderentque aræ et sacrificia, libamina peragerentur, et plures essent gentiles, qui a majoribus impietatem acceperant, a patribus, avis et atavis talibus orti, atque a dæmonibus mala multa passi essent : illos, inquam, repente mutatos, quomodo verisimile erat affici : quomodo timendæ tremendæque erant dæmonum insidiæ : propter quos etiam id subindicando dicebat, *Quidam autem cum conscientia idolothyti.* Neque enim aperte declarat illos, ne percellat, neque omnino prætercurrit, sed indefinite eorum meminit, dicens : *Quidam autem cum conscientia idolothyti usque nunc quasi idolothytum manducant ;* id est, cum eadem mente qua prius ; *et conscientia eorum cum sit infirma, polluitur :* cum nondum possit despicere, neque omnino illa irridere, sed adhuc in dubio versetur. Ac si quis, si tangat mortuum, putet seipsum polluere, secundum Judaicam consuetudinem ; deindeque alios videns tangentes cum pura conscientia, non cum eadem mente tangens, polluere tur ; sic et illi tunc erant affecti. *Quidam enim*, inquit, *cum conscientia idoli usque nunc.* Non sine causa illud, *Usque nunc*, posuit, sed ut ostendat, illos nihil profecisse non sese accommodantes. Neque enim sic illos inducere oportebat, sed alio modo, verbo et doctrina persuasos. *Et conscientia illorum cum sit infirma, polluitur.* Nusquam adhuc circa rei naturam verba facit, sed semper et ubique circa conscientiam accipientis versatur. Timet enim ne, dum vult infirmum corrigere, fortem perstringat, illumque infirmum reddat. Quapropter non minus huic parcit, quam illi. Neque sinit quid simile existimari, sed sermone utitur prolixo, ut ne tale quid in suspicionem veniat. 8. *Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducaverimus, abundamus ; neque si non manducaverimus, deficimus.* Viden' quomodo rursus eorum fastum deprimat ? Nam cum dixisset, non modo illos, sed etiam omnes scientiam habere ; et neminem scire quemadmodum scire oportet ; et quod scientia inflet ; deinde cum illos esset consolatus, ac dixisset, non in omnibus esse scientiam, et hos pollui propter imbecillitatem ; ne dicerent illi : Et quid ad nos, si non est in omnibus scientia ? cur enim ille talis non habet scientiam ? cur est infirmus ? ne hæc objicerent, non statim ad claram demonstrationem venit, quod ne lædatur ille, abstinere oporteat ; sed primum quadam velitatione adversus illum usus, ostendit id, quod est illo majus. Quodnam est hoc ? Quod etiamsi nemo lædertur, neque proximi perversio metuenda esset, ne sic quidem hoc agendum esset : vanus quippe labor ille esset. Nam qui audivit alium lædi, sed sibi lucrum esse, non multum abstinet ; sed tunc magis cum didicerit, nihil se ab ea re juvari. Ideo hoc primum ponit dicens : *Esca autem nos non commendat Deo.* Viden' quantum id vilipendat, quod videbatur a perfecta scientia effici ? *Neque enim si manducaverimus, abundamus ;* id est, apud Deum probati sumus, ut quid bonum vel magnum operati ; *neque si non manducaverimus, deficimus ;* id est, minus quid habemus. Interim igitur illud ostendit superfluum et nihil esse : nam id, quod neque si fiat prodest, neque si non fiat nocet, superfluum certe fuerit.

5. Progressus autem totum rei damnum aperit. Nunc autem dicit, id quod fratribus accidit : 9. *Videte enim*, inquit, *ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis fratribus.* Non dixit, Quod licentia vestra sit offendiculum, neque id pronuntiavit, ut ne impudentiores illos redderet ; sed quomodo ? *Videte*, terrens illos ac pudore afficiens et ad faciendi negationem inducens. Neque dixit, Hæc vestra scientia, quod magis laudi esset ; neque, Hæc vestra perfectio ; sed *Licentia :* quod magis temeritatis, petulantiæ et arrogantiæ esse videbatur. Nec dixit, Fratribus ; sed *Infirmis fratribus*, crimen augens, quod ne infirmis quidem parcant, imo fratribus. Esto enim, non corrigis neque excitas ; cur supplantas et dejicis, cum oporteret manum porrigere ? Sed hoc non vis : ergo ne dejicias. Nam si malus esset, correctione opus haberet ; si autem infirmus, medicina. Nunc autem non modo infirmus est, sed etiam frater. 10. *Cum quis enim te*

Digitized by Google

viderit scientiam habentem in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus, cum sit infirmus, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Cum dixisset, *Videte ne licentia vestra sit offendiculum*, dicit quomodo hoc fiat, et ubique infirmitatem ponit, ne videatur damnum ex natura rei esse, et terribiles esse videantur dæmones. Nunc enim prope est, inquit, ut omnino deficiat ab idolis : te autem videns cum illis libenter versantem, rem accipit pro admonitione, et in illa re versatur etiam ipse. Itaque non solum ex illius imbecillitate, sed ex intempestivo tuo opere insidiæ oriuntur : tu enim illum infirmiorem reddis. 11. *Et peribit infirmus frater in esca tua, propter quem Christus mortuus est.* Duo namque sunt, quæ te venia privant ob hoc illatum damnum, et quod infirmus, et quod frater sit; imo tertium quoque additur, quod omnium terribilissimum est. Quodnam illud est? Quod Christus pro illo mori non recusaverit; tu vero ne quidem ad ejus imbecillitatem te attemperas. Per hæc autem perfectum admonet, qualis ipse prius esset, et quod pro illo etiam mortuus sit. Et non dixit : Pro quo etiam mori te oportebat; sed quod multo majus erat, quod etiam Christus propter ipsum est mortuus. Sic Dominus quidem tuus pro illo mori non recusavit; tu vero ejus nullam rationem habes, ut nec propter ipsum a scelesta mensa abstineas; sed sinis ipsum perire post salutem ita partam; quodque gravissimum est, per escam? Neque enim dixit, Propter tuam perfectionem, vel propter tuam scientiam, sed *Propter tuam escam*. Sunt itaque quatuor crimina, illaque maxima : quod et frater sit, et infirmus, et cujus Christus tantam habuit rationem, ut pro illo moreretur; et quod post hæc omnia propter escam pereat. 12. *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.* Viden' quam sensim et paulatim peccatum illud ad culmen iniquitatis deduxerit? Rursusque infirmitatis illorum meminit. Nam quod ipsi pro se esse existimabant, hoc ubique in illorum caput convertit. Neque dixit, Scandalizantes, sed *Percutientes*, ut per dictionis emphasin crudelitatem ostenderet. Quid enim sævius fuerit homine, qui ægrum percutiat? Etenim quovis vulnere gravius est scandalizare, seu offendiculum ponere : sæpe namque hoc mortem induxit. Et quomodo in Christum peccant? Uno quidem modo, quia quæ sunt famulorum ut propria sibi attribuit; secundo, quod qui verberantur, ad corpus et membra ipsius pertineant; tertio, quod opus suum : per suam cædem propriam ædificatum, ipsi per ambitionem suam diruant. 13. *Quapropter, si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* Hoc tamquam optimus magister, cujus est per se docere quæ dicit. Neque dixit, Sive juste sive injuste; sed quomodocumque. Nec dico, inquit, idolo immolatum, quod etiam propter aliam causam est prohibitum; sed si quid etiam eorum, quæ in potestate et concessa sunt offendat, ab illis quoque abstinebo, non uno vel altero die, sed toto vitæ meæ tempore : *Non manducabo* enim, inquit, *carnes in æternum*. Nec dixit, Ne perdam fratrem, sed simpliciter, *Ne fratri offendiculo sim*. Etenim extremæ dementiæ fuerit ea quæ Christo ita cordi fuere, et talia ut propter ea mortem elegerit, nos ita parvi facere, ut ne propter illa quidem ab escis illis abstineamus. Hæc porro non illis solum, sed etiam nobis opportune dicantur, qui proximi salutem despicimus, et satanica illa verba proferimus. Nam dicere, Quid mihi curæ est, si ille offendatur et ille pereat? satanicæ est crudelitatis et inhumanitatis. Atqui tunc quidem illorum imbecillitatis erat, quibus hæc offendiculo erant; apud nos vero non item. Nam illa peccata admittimus, quæ fortibus etiam offendiculo sint. Cum enim percutimus, rapimus et avaritiæ studemus, liberisque tamquam mancipiis abutimur, cuinam hæc non offendiculo fuerint? Nam ne dixeris, Ille sutor, iste tinctor est; neque dixeris, Ærarius faber alius est : sed cogita illum esse fidelem et fratrem. Illorum enim discipuli sumus, piscatorum, publicanorum, tabernaculorum opificum : illius qui in domo fabri nutritus fuit, qui sponsam ejus matrem habere dignatus est, qui pannis involutus in præsepi recubuit, qui non habebat ubi caput reclinaret, qui tanta suscepit itinera, ut ex via fessus esset, qui ab aliis nutriebatur.

6. *Fastus humanus nihil est.* — Hæc cogita, et humanum fastum nihil esse putes; sed et tabernaculorum opificem, et eum qui curru vehitur, et mille famulos habet, et foro obvios arcet, fratrem esse existima; imo illum magis quam hunc. Nam ille opportunius frater dicatur, qui magis similis est. Quis ergo similis est piscatoribus? qui quotidiano alitur opere, non habens famulum neque domicilium; sed in omnibus crucifixus; an ille, qui tanto fastu circumdatur, et contraria legibus divinis operatur? Ne ergo despicias illum, qui magis frater tuus est : nam ille magis similis est apostolicæ imagini. At non libenter, sed invitus, inquies : non enim ex animi sententia hoc facit. Undenam hoc? non audistis, *Nolite judicare, ut non judicemini* (*Matth.* 7. 1)? Ut autem discas illum non invitum operari, accede et da illi decies mille auri talenta, et videbis illum hæc recusare. Itaque etiamsi a majoribus divitias non acceperit, sed et cum accipere liceret, non acceperit, nec suis addiderit, magnum affert indicium quod pecunias despiciat. Nam et Joannes Zebedæi admodum pauperis filius erat; sed non propterea coactam fuisse dicemus illius paupertatem. Cum ergo videris ligna cædentem, malleo tundentem, fuligine tinctum, ne ideo contemnas, sed ideo mireris. Nam et Petrus succinctus erat, sagenam tractabat et piscabatur post resurrectionem Domini. Ecquid dico Petrum? Paulus ipse post emensa tanta terrarum spatia, post tot edita miracula, in tentoriorum officina stans, pelles consuebat, et reverebantur eum angeli et trementes dæmones formidabant : nec pudebat dicere : *Necessitatibus meis, et iis qui mecum erant, ministraverunt manus istæ* (*Act.* 20. 34). Ecquid dico, non pudebat eum? In hoc certe ille gloriaba ur. Ecquis est, inquies, nunc Paulo virtute par? Scio et ego nullum

Digitized by Google

εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; Εἰπὼν, *Βλέπετε μὴ πρόσκομμα γένηται ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη*, λέγει πῶς καὶ τίνι τρόπῳ γίνεται. Καὶ πανταχοῦ τὴν ἀσθένειαν τίθησιν, ἵνα μὴ δόξῃ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως εἶναι ἡ βλάβη, καὶ φοβερὸν φανῶσιν οἱ δαίμονες. Νῦν μὲν γὰρ ἐγγύς ἐστιν ἀποστῆναι τέλεον τῶν εἰδώλων, φησί· σὲ δὲ ὁρῶν ἐμφιλοχωροῦντα ἐκείνοις, ἀντὶ παραινέσεως τὸ πρᾶγμα δέχεται, καὶ ἐναπομένει καὶ αὐτός. [176] Ὥστε οὐ τῆς ἀσθενείας μόνον ἐστὶ τῆς ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ τῆς σῆς ἀκαιρίας ἡ ἐπιβουλή· σὺ γὰρ αὐτὸν ἀσθενέστερον ποιεῖς. *Καὶ ἀπολεῖται* [a] *ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ βρώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανε.* Δύο γὰρ ἔχεις τὰ συγγνώμης σε ἀποστεροῦντα ἐπὶ τῇ βλάβῃ ταύτῃ, καὶ ὅτι ἀσθενὴς, καὶ ὅτι ἀδελφός· μᾶλλον δὲ καὶ τρίτον, καὶ πάντων φοβερώτερον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι Χριστὸς μὲν οὐδὲ ἀποθανεῖν παρῃτήσατο ὑπὲρ αὐτοῦ, σὺ δὲ αὐτῷ οὐδὲ συγκαταβαίνειν ἀνέχῃ. Διὰ δὴ τούτων καὶ ἀναμιμνήσκει τὸν τέλειον, τίς ἦν καὶ αὐτὸς ἔμπροσθεν, καὶ ὅτι ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπέθανε. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὑπὲρ οὗ καὶ ἀποθανεῖν σε ἔδει, ἀλλ' ὃ πολλῷ μεῖζον ἦν, ὅτι καὶ Χριστὸς δι' αὐτὸν ἀπέθανεν. Εἶτα ὁ μὲν Δεσπότης ὁ σὸς ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ οὐ παρῃτήσατο, σὺ δὲ καὶ οὕτως οὐδένα αὐτοῦ ποιῇ λόγον, ὡς μηδὲ τραπέζης ἐναγοῦς ἀποσχέσθαι δι' αὐτόν· ἀλλ' ἐᾷς αὐτὸν ἀπόλλυσθαι μετὰ τὴν σωτηρίαν τὴν οὕτω γενομένην, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον, διὰ βρῶμα; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐπὶ τῇ σῇ τελειότητι, οὐδὲ, Ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, ἀλλ', *Ἐπὶ τῇ σῇ βρώσει.* Ὥστε τέσσαρα τὰ ἐγκλήματα καὶ σφόδρα μέγιστα, ὅτι καὶ ἀδελφὸς, καὶ ἀσθενῶν, καὶ οὗ τοσοῦτον ὁ Χριστὸς ἐποιήσατο λόγον ὡς καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα πάντα διὰ βρῶμα ἀπόλλυται. *Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.* Ὁρᾷς πῶς ῥῆμα καὶ κατὰ μικρὸν εἰς αὐτὴν τῆς παρανομίας τὴν κορυφὴν ἀνήγαγε τὸ ἁμάρτημα; Καὶ πάλιν τῆς ἀσθενείας μέμνηται τῆς ἐκείνων. Ὅπερ γὰρ ἐνόμιζον ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι οὗτοι, τοῦτο πανταχοῦ εἰς τὴν αὐτῶν περιτρέπει κεφαλήν. Καὶ οὐκ εἶπε, Σκανδαλίζοντες, ἀλλὰ, *Τύπτοντες*, ὥστε τῇ ἐμφάσει τῆς λέξεως τὴν ὠμότητα ἐνδείξασθαι. Τί γὰρ ἀπηνέστερον ἀνθρώπου γένοιτ' ἂν τοῦ τὸν νοσοῦντα τύπτοντος; Καὶ γὰρ πληγῆς ἁπάσης χαλεπώτερον τὸ σκανδαλίζειν· πολλάκις γοῦν καὶ θάνατον τοῦτο εἰργάσατο. Καὶ πῶς εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνουσιν; Ἐνὶ μὲν τρόπῳ, ὅτι τὰ τῶν οἰκετῶν αὐτὸς οἰκειοῦται· δευτέρῳ δὲ, ὅτι εἰς τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ εἰς τὸ μέλος τελοῦσιν οἱ τυπτόμενοι· τρίτῳ, ὅτι τὸ ἔργον αὐτοῦ, ὃ διὰ τῆς οἰκείας ᾠκοδόμησε σφαγῆς, τοῦτο οὗτοι καθαιροῦσι διὰ τὴν οἰκείαν φιλοτιμίαν. *Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα.* Τοῦτο, ὡς διδάσκαλος ἄριστος, τὸ δι' ἑαυτοῦ παιδεύειν ἃ λέγει. Καὶ οὐκ εἶπεν, Εἴτε δικαίως, εἴτε ἀδίκως· ἀλλ' ὁπωσοῦν. Καὶ οὐ λέγω, φησὶν, εἰδωλόθυτον, ὃ καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν κεκώλυται· ἀλλ' εἴ τι καὶ τῶν ἐν ἐξουσίᾳ καὶ συγκεχωρημένων σκανδαλίζει, καὶ ἐκείνων ἀφέξομαι· καὶ οὐ μίαν οὐδὲ δευτέραν ἡμέραν, ἀλλὰ τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς μου· *Οὐ μὴ γὰρ φάγω, φησὶ, κρέα εἰς τὸν αἰῶνα.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἵνα μὴ ἀπολέσω τὸν ἀδελφόν· ἀλλ', Ἵνα μηδὲ ἁπλῶς σκανδαλίσω. [177] Καὶ γὰρ ἐσχάτης ἀνοίας τὰ περισπούδαστα τῷ Χριστῷ, καὶ τοιαῦτα ὡς καὶ θάνατον ἑλέσθαι δι' αὐτά, ταῦτα οὕτως ἡμᾶς εὐκαταφρόνητα νομίζειν, ὡς μηδὲ βρωμάτων ἀπέχεσθαι δι' αὐτά. Ταῦτα δὲ οὐ πρὸς ἐκείνους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἂν ἔχοι καιρὸν λέγεσθαι, τοὺς καταφρονοῦντας τῆς τῶν πλησίον σωτηρίας, καὶ τὰ σατανικὰ ἐκεῖνα φθεγγομένους ῥήματα. Τὸ γὰρ λέγειν, Τί δέ μοι μέλει, ἂν ὁ δεῖνα σκανδαλίζηται, καὶ ὁ δεῖνα ἀπόλλυται; τῆς ὠμότητος τῆς ἐκείνου καὶ τῆς ἀπανθρωπίας ἐστί. Καίτοι γε τότε μὲν καὶ τῆς τῶν σκανδαλιζομένων ἦν ἀσθενείας τὸ συμβαῖνον· ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐκέτι. Τοιαῦτα γὰρ ἁμαρτάνομεν, ἃ καὶ τοὺς ἰσχυροὺς σκανδαλίζει. Ὅταν γὰρ τύπτωμεν καὶ ἁρπάζωμεν καὶ πλεονεκτῶμεν, καὶ ὡς ἀνδραπόδοις τοῖς ἐλευθέροις ἀποχρώμεθα, τίνα οὐχ ἱκανὰ ταῦτα σκανδαλίσαι; Μὴ γὰρ εἴπῃς ὅτι ὁ δεῖνα ὑποδηματορράφος, μηδ' ὅτι δευσοποιὸς ἕτερος, μηδ' ὅτι χαλκοτύπος ἄλλος· ἀλλ' ἐννόησον ὅτι πιστὸς καὶ ἀδελφός. Ἐκείνων γάρ ἐσμεν μαθηταὶ τῶν ἁλιέων, τῶν τελωνῶν, τῶν σκηνορράφων, ἐκείνου τοῦ τραφέντος ἐν οἰκίᾳ τέκτονος, καὶ τὴν μνηστῆρα τούτου μητέρα καταξιώσαντος σχεῖν, καὶ ἐκ σπαργάνων ἐπὶ φάτνης κειμένου, καὶ οὐκ ἔχοντος ὅπου κλίνῃ τὴν κεφαλήν, τοῦ τοσαῦτα ὁδοιποροῦντος, ὡς καὶ κοπιᾷν ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας, τοῦ παρ' ἑτέρων τρεφομένου.

ς'. Ταῦτα λογίζου, καὶ μηδὲν εἶναι νόμιζε τὸν τῦφον τὸν ἀνθρώπινον· ἀλλὰ καὶ τὸν σκηνοποιὸν, καὶ τὸν ἐπ' ὀχήματος φερόμενον καὶ μυρίους παῖδας ἔχοντα καὶ σοβοῦντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἀδελφὸν εἶναι νόμιζε· μᾶλλον δὲ τοῦτον πλέον, ἢ ἐκεῖνον. Καὶ γὰρ ἀδελφὸς ἐκεῖνος εἰκότως ἂν λέγοιτο μᾶλλον ὁ μᾶλλον ἐοικώς. Τίς οὖν ἔοικε τοῖς ἁλιεῦσιν; ὁ ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἐργασίας τρεφόμενος, καὶ μηδὲ οἰκέτην ἔχων μηδὲ καταγώγιον, ἀλλὰ πάντοθεν ἐσταυρωμένος, ἢ ἐκεῖνος ὁ τοσοῦτον περιβεβλημένος τῦφον, καὶ τὰ ἐναντία ποιῶν τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις; Μὴ δὴ καταφρόνει τοῦ μᾶλλον ἀδελφοῦ· τῆς γὰρ εἰκόνος οὗτος μᾶλλον ἔστηκεν ἐγγὺς τῆς ἀποστολικῆς. Ἀλλ' οὐχ ἑκών, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος, φησίν· οὐ γὰρ κατὰ γνώμην τοῦτο ποιεῖ. Πόθεν τοῦτο; οὐκ ἤκουσας, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε;* Ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι οὐκ ἄκων, πρόσελθε, καὶ ὅδε μύρια χρυσίου τάλαντα, καὶ ὄψει διακρουόμενον. Ὥστε εἰ καὶ μὴ ἐκ προγόνων διεδέξατο πλοῦτον, ἀλλ' ὅταν, ἐξὸν λαβεῖν, μὴ προσίηται μηδὲ προστιθῇ τοῖς οὖσι, μέγιστον δεῖγμα ἐκφέρει τοῦ χρημάτων ὑπερορᾶν. Ἔπει καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ Ζεβεδαίου τοῦ σφόδρα πένητος υἱὸς ἦν· ἀλλ' οὐ δήπου διὰ τοῦτο κατηναγκασμένην αὐτοῦ τὴν πενίαν εἶναι φήσομεν. Ὅταν οὖν ἴδῃς ὑλοκοποῦντα, σφυροκοποῦντα, ἡσβολωμένον, μὴ διὰ τοῦτο καταφρόνει, ἀλλὰ διὰ τοῦτο θαύμαζε· ἐπεὶ καὶ Πέτρος καὶ διεζώσατο καὶ σαγήνην μετεχείριζε καὶ ἤλευε μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Δεσπότου. Καὶ τί λέγω Πέτρον; Παῦλος γὰρ αὐτὸς [178] οὗτος μετὰ τοὺς μυρίους διαύλους, καὶ τὰ τοσαῦτα θαύματα, ἐπὶ σκηνορραφείου ἐστὼς, δέρματα ἔῤῥαπτε, καὶ ἠδοῦντο αὐτὸν ἄγγελοι, καὶ δαίμονες ἔτρεμον· καὶ οὐκ ἠσχύνετο λέγων· *Ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.* Καὶ τί λέγω, οὐκ ἠσχύνετο; Καὶ ἐνεκαλλωπίζετο μὲν οὖν τούτῳ. Καὶ τίς ἐστι κατὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Παύλου, φησὶ, νῦν; Οἶδα κἀγὼ ὅτι οὐδεὶς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τοῦ καταφρονεῖσθαι ἄξιοι οἱ νῦν ὄντες. Εἰ γὰρ διὰ τὸν Χριστὸν τιμᾷς, κἂν ἔσχατος ᾖ, πιστὸς

[a] Reg. et vulgatiores editiones Epistolarum Pauli, ἀπολεῖται, et sic legit interpres Latinus. Savil. et Morel., ἀπόλλυται. Ibidem Reg. et vulgatiores Epistolarum Pauli editiones, ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει. Vulgata Latina, *in scientia tua.* Interpres Latinus Chrysostomi, *in conscientia tua.* Savil. et Morel., ἐπὶ τῇ σῇ βρώσει, *in cibo tuo.*

Digitized by Google

δὲ, δίκαιος ἂν εἴη τιμᾶσθαι. Καὶ γὰρ εἰ στρατηγοῦ καὶ στρατιώτου ψιλοῦ παραγενομένων ἀμφοτέρων, βασιλεῖ φίλων ὄντων, σὺ τὴν οἰκίαν ἑκατέροις ἀνέῳξας, διὰ τίνος μᾶλλον ἔδοξας ἂν τὸν βασιλέα τιμᾷν; Εὔδηλον ὅτι διὰ τοῦ στρατιώτου. Ὁ μὲν γὰρ στρατηγὸς εἶχε, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως φιλίας χωρὶς, πολλὰ ἱκανὰ πεῖσαι ταύτην παρασχεῖν αὐτῷ τὴν τιμήν· ὁ δὲ στρατιώτης οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν τοῦ βασιλέως φιλίαν. Διὰ τοῦτο καὶ χωλοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ τοὺς οὐκ ἔχοντας ἀντιδοῦναι, καλεῖσθαι ἐπὶ τὰ δεῖπνα καὶ τὰ συμπόσια ἡμῶν ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς, ὅτι αὗται μάλιστα κυρίως εἰσὶν αἱ διὰ τὸν Θεὸν γινόμεναι εὐποιΐαι. Ἂν δὲ μέγαν τινὰ καὶ περίβλεπτον ξενίσῃς, οὐχ οὕτω καθαρὰ ἐλεημοσύνη τὸ γινόμενον· ἀλλὰ μερίζεταί τι πρὸς σὲ καὶ κενοδοξία πολλάκις, καὶ τὸ παθεῖν εὖ καὶ ἐπισημότερον πολλοῖς δι' ἐκεῖνον γίνεσθαι. Πολλοὺς γοῦν ἔχοιμι ἂν ἐπιδεῖξαι καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἐπισημοτέρους τῶν ἁγίων θεραπεύοντας, ἵνα καὶ παρὰ ἄρχουσι πλείονος δι' ἐκείνων ἀπολαύσωσι παῤῥησίας, καὶ τοῖς αὐτῶν πράγμασι καὶ ταῖς οἰκίαις ἐντεῦθεν χρησιμώτεροι γίνωνται· καὶ πολλὰς τοιαύτας τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἀπαιτοῦσι χάριτας· ὅπερ αὐτοῖς λυμαίνεται τῆς φιλοξενίας τὴν ἀντίδοσιν, ὅταν αὐτὴν γνώμῃ τοιαύτῃ μετίωσι. Καὶ τί χρὴ λέγειν περὶ τῶν ἁγίων τοῦτο; Ὁ γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς ἀμοιβὰς τῶν πόνων ἐνταῦθα ζητῶν, καὶ διὰ τὰ παρόντα μετιὼν ἀρετὴν, ἠλάττωσεν αὐτοῦ τὸν μισθόν· ὁ δὲ ὁλοκλήρους ἀπαιτῶν ἐκεῖ τοὺς στεφάνους, πολὺ θαυμαστότερος φαίνεται, κατὰ τὸν Λάζαρον ἐκεῖνον τὸν πάντα ἐκεῖ ἀπολαμβάνοντα τὰ ἀγαθὰ, κατὰ τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς, οἳ μέλλοντες εἰς τὴν κάμινον ἐμπίπτειν, ἔλεγον, ὅτι *Ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανοῖς ἱκανὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς· καὶ ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι, βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ ᾗ ἔστησας. οὐ προσκυνοῦμεν* κατὰ τὸν Ἀβραὰμ, ὃς καὶ ἀνήγαγε τὸν υἱὸν καὶ ἔσφαξε, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ μισθῷ τινι ἔπραττεν, ἀλλὰ μίαν ἡγούμενος μεγίστην ἀμοιβὴν, τὸ ὑπακούειν τῷ Δεσπότῃ. Τούτους καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ δαψιλὴς ἡ ἀντίδοσις ἡμῖν ἥξει τῶν ἀγαθῶν, ὅτι μετὰ τοιαύτης ἅπαντα πράττομεν γνώμης, καὶ λαμπροτέρων ἐπιτευξόμεθα στεφάνων· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

[179] ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐχὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ;

α'. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι *Ἐὰν βρῶμα σκανδαλίζῃ τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα*, ὅπερ [a] οὐκ ἦν μὲν πεποιηκὼς, ὑπέσχετο δὲ ποιήσειν, εἰ χρεία ἀπαιτοίη· ἵνα μή τις λέγῃ, ὅτι Κομπάζεις εἰκῇ, καὶ φιλοσοφεῖς ἐν λόγοις, καὶ ὑπισχνῇ διὰ ῥημάτων, ὃ καὶ ἐμοὶ καὶ τῷ δεῖνι εὔκολον· εἰ γὰρ ἀπὸ ψυχῆς ταῦτα λέγεις, δεῖξον διὰ τῶν ἔργων τίνος κατεφρόνησας ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι τὸν ἀδελφόν· διὰ τοῦτο ἀναγκάζεται λοιπὸν εἰς τὴν ἀπόδειξιν τούτων καθεῖναι, καὶ δεῖξαι πῶς καὶ τῶν συγκεχωρημένων ἀπείχετο ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι, καίτοι γε οὐδενὸς αὐτὸν τοῦτο καταναγκάζοντος νόμου. Καὶ οὐ τοῦτό πω θαυμαστὸν, καίπερ ὂν θαυμαστὸν, ὅτι τῶν συγκεχωρημένων ἀπείχετο, οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τοῦ κινδύνου τοῦτο ἐποίει. Τί γὰρ [b] χρὴ λέγειν περὶ τῶν εἰδωλοθύτων; φησί· Τοῦ γὰρ Χριστοῦ ἐπιτάξαντος τοὺς τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττοντας ἐκ τῶν μαθητευομένων ζῆν, ἐγὼ τοῦτο οὐκ ἐποίησα· ἀλλ' εἰλόμην, εἰ δέοι, καὶ λιμῷ καταλῦσαι τὸν βίον, καὶ τὸν χαλεπώτατον θάνατον ἀποθανεῖν, ὥστε μὴ λαβεῖν παρὰ τῶν κατηχουμένων· οὐκ ἐπειδὴ σκανδαλίζεσθαι ἔμελλον, εἰ μὴ λάβοι, ἀλλ' ἐπειδὴ οἰκοδομεῖσθαι, ὃ πολλῷ πλέον ἦν. Καὶ τούτου μάρτυρας αὐτοὺς εἰς μέσον παράγει, παρ' οἷς καὶ ἐργαζόμενος καὶ λιμώττων ἔζη, καὶ παρ' ἑτέρων τρεφόμενος, καὶ στενοχωρούμενος, ὥστε μὴ σκανδαλίσαι αὐτούς· καίτοι γε εἰκῇ ἐσκανδαλίζοντο· νόμον γὰρ οὔτος ἐπλήρου· ἀλλ' ὅμως ἐκ περιουσίας αὐτῶν ἐφείδετο. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸν νόμον ἐποίησεν αὐτὸς, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσι, καὶ τῶν ἐπιτετραμμένων ἀπείχετο εἰς οἰκοδομὴν ἑτέρων, τίνος ἂν εἶεν ἄξιοι οὗτοι οἱ τῶν εἰδωλοθύτων μὴ ἀπεχόμενοι, καὶ ταῦτα πολλῶν ἐντεῦθεν ἀπολλυμένων, ὃ καὶ χωρὶς τοῦ σκανδάλου φυγεῖν ἔδει διὰ τὸ τῶν δαιμόνων εἶναι τὴν τράπεζαν; Τὸ μὲν οὖν κεφάλαιον ἅπαν τοῦτό ἐστιν, ὃ διὰ πολλῶν ἐργάζεται στίχων. Δεῖ δὲ ἄνωθεν ἐπεξελθεῖν τοῖς προκειμένοις. Οὐδὲ γὰρ σαφῶς αὐτὸ οὕτως, ὥσπερ εἶπον, τέθεικεν, οὐδὲ εὐθέως αὐτῷ ἐπιπηδᾷ, ἀλλ' ἑτέρωθεν ἄρχεται [c], οὕτω λέγων· *Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος;* Μετὰ γὰρ τῶν εἰρημένων καὶ αὕτη οὐ μικρὰ διαφορὰ, τὸ καὶ Παῦλον εἶναι τὸν ταῦτα ποιοῦντα. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὅτι Ἔξεστιν ἀπογεύεσθαι σφραγίζοντι, τέως μὲν οὐχ ἵσταται πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ λέγει, ὅτι Εἰ καὶ ἐξῆν, οὐκ ἔδει διὰ τὴν βλάβην τῶν ἀδελφῶν τοῦτο ποιεῖν· ὕστερον δὲ δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ ἔξεστι. Νῦν μέντοι τὸ πρότερον κατασκευάζει ἀπὸ τῶν καθ' ἑαυτόν· καὶ μέλλων λέγειν, ὅτι οὐδὲν παρ' αὐτῶν [180] ἔλαβεν, οὐκ εὐθέως αὐτὸ τίθησιν, ἀλλὰ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ πρῶτον λέγει· *Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος;* Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὅτι Εἰ καὶ μὴ ἔλαβες, ἐπειδὴ ἐξὸν μὴ ἦν, οὐκ ἔλαβες, διὰ τοῦτο πρῶτον τίθησι τὰς αἰτίας, δι' ἃς εὐλόγως ἂν ἔλαβεν, εἴπερ ἐβούλετο λαβεῖν.

Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ τοὺς περὶ Πέτρον διαβάλλων ταῦτα λέγειν (καὶ γὰρ ἐλάμβανον ἐκεῖνοι), πρότερον δείκνυσιν, τί ἐξῆν ἐκείνοις λαμβάνειν· εἶτα ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι Πέτρῳ μὲν ἐξῆν λαμβάνειν, σοὶ δὲ οὐκ ἐξῆν, προκαταλαμβάνει τὸν ἀκροατὴν τοῖς ἐγκωμίοις τοῖς περὶ ἑαυτοῦ. Καὶ ὁρῶν ἀνάγκην οὖσαν ἑαυτὸν ἐγκωμιάσαι (οὕτω γὰρ Κορίνθιοι διωρθοῦντο), καὶ μηδὲν βουλόμενος μέγα περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν, ὅρα πῶς ἀμφοτέροις εἰς δέον κέχρηται, τοσοῦτον ἑαυτὸν ἐπαινῶν, οὐχ ὅσον ἑαυτῷ συνῄδει, ἀλλ' ὅσον ἀπῄτει τῆς προκειμένης ὑποθέσεως ἡ χρεία. Δυνάμενος γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Ἐμὲ μάλιστα πάντων ἐχρῆν λαμβάνειν· καὶ μᾶλλον ἢ ἐκείνους, ὅτι περισσότερον αὐτῶν ἐκοπίασα, τοῦτο μὲν οὐ λέγει, ὅπερ εἶχεν ὑπεροχήν· ἀφ' ὧν δὲ ἦσαν ἐκεῖνοι μεγάλοι, καὶ ἀφ' ὧν δικαίως ἐλάμβανον, ταῦτα τίθησι μόνα, λέγων οὕτως· *Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος;* Τουτέστιν, οὐκ ἐξουσίαν ἔχω ἐμαυτοῦ; μὴ ὑπό τινά εἰμι τὸν ἀναγκάζοντά με καὶ κωλύοντα λαβεῖν; Ἀλλ' ἔχουσί τι πλέον ἐκεῖνοι,

[a] Ita Reg. bene. In Editis ὅπερ deest. [b] Ita Reg. Editi vero, ἀπείχετο ὑπὲρ τοῦ μὴ σκανδαλίσαι· ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τοῦ κινδύνου. Τί γάρ.

[c] Reg., ἄρχεται, quæ lectio vera est. Editi ἔρχεται.

Digitized by Google

esse; sed non ideo contemnendi qui nunc sunt. Nam si propter Christum honores vel ultimum, sed fidelem, dignus sane est qui honoretur. Etenim si accedentibus duci cuipiam et militi, Imperatoris amicis, ambobus domum aperueris; per quem magis Imperatorem honorare videaris? Plane per militem. Nam dux præter Imperatoris amicitiam plurima habet, quæ tibi suadere possunt, ut talem illi conferas honorem; miles vero nihil aliud quam Imperatoris amicitiam. Ideo claudos, mutilos, et eos qui non possint gratiam referre, ad cœnas et convivia nostra vocare jussit Deus, quia hæc magis proprie propter Deum præstita sunt beneficia. Si vero magnum quempiam et illustrem exceperis, hæc non ita pura est eleemosyna; sed partem aliquam apud te sæpe sibi vindicat inanis gloria, et quod beneficio sis affectus, et propter illum apud multos insignior sis effectus. Multos certe ostendere possim, qui propterea insignioribus sanctorum famulantur, ut per illos apud principes majori fruantur fiducia, ac rebus suis et ædibus utiliores fiant: et a sanctis illis multa hujusmodi exigunt beneficia; quo fit ut illis pereat hospitalitatis merces, quando tali mente accedunt. Et quid opus est hoc de sanctis dicere? Etenim qui a Deo laborum præmia hic quærit, et propter præsentia virtutem adit, mercedem suam minuit: qui autem integras illic expetit coronas, longe mirabilior evadit; sicut Lazarus ille, qui bona omnia accepit; sicut tres pueri, qui in fornacem mox injiciendi dicebant: *Est Deus in cœlis, qui possit eripere nos; sin minus, notum sit tibi, rex, quod deos tuos non colimus, nec statuam auream quam erexisti adoramus* (*Dan.* 3. 17. 18); sicut Abraham, qui filium suum adduxit et mactavit, et hæc non pro mercede fecit, sed magnam existimans remunerationem, quod Domino obediret. Hos et nos quoque imitemur. Sic enim copiosa nobis bonorum retributio veniet, quod tali animo omnia faciamus, et splendidiores assequemur coronas; quas utinam nos omnes adipiscamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXI.

Cap. 9. v. 1. *Non sum apostolus? non sum liber? nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino?*

1. Quia cum dixisset, *Si esca scandalizat fratrem meum, non comedam carnes in sæculum;* quod non fecerat quidem, sed se facturum promiserat, si opus esset: ne quis diceret, Frustra gloriaris et verbis philosopharis oreque promittis, quod et mihi et cuivis facile est: nam si ex animo hæc dicis, re ipsa ostende, quid dexpexeris, ut ne fratri offendiculo esses: ideo cogitur deinceps in horum demonstrationem descendere, ostendereque, quomodo a rebus concessis abstinuerit, nulla lege ipsum cogente. Neque adhuc mirum hoc est, etiamsi sit mirandum, quod a concessis abstinuerit, non modo ut non offendiculo esset, sed etiam quod cum multo labore et periculo hoc faceret. Quid enim dicere oportet, inquit, de iis quæ immolata sunt idolis? Nam cum Christus statuerit, ut ii, qui evangelium prædicant, ex doctrinæ ministerio vivant, hoc ego non feci; sed statui, si opus esset, etiam fame vitam finire et mortem subire acerbissimam, ne quid acciperem ab iis qui instituebantur: non quod id illis offendiculo foret, si non acciperet, sed quia ædificandi erant; quod longe majus erat. Et hujus rei testes ipsos in medium adducit, apud quos operans et esuriens vixit: et apud alios nutritus, in angustia vixit, ut ne illis offendiculo foret: etiamsi frustra offensi fuissent; ipse namque legem implebat, attamen ex abundanti illis parcebat. Quod si supra legem hoc faciebat ille, ut offendiculo esset, et ab iis quæ permissa sibi erant abstinuit ad aliorum ædificationem; quid merentur isti, qui ab idolothytis non abstinent? idque cum multi ex ea re pereant, quod certe etiam absque offendiculo fugere oporteret, eo quod sit dæmonum mensa. Caput igitur totum hoc est, quod multis tractat versibus. Oportet autem rem propositam altius repetere. Neque enim hoc clare exposuit, ut jam dixi; neque ad id statim resilit, sed aliunde incipit his verbis: *Non sum apostolus?* Nam cum iis, quæ dicta sunt, multum quoque discriminis interest, quod Paulus sit qui hæc facit. Ne dicerent enim, Licet se signanti gustare, interim quidem huic rei non insistit; sed dicit, Etiamsi liceret, ob fratrum damnum non oporteret hoc facere, demumque ostendit non licere. Nunc autem primum illud probat ex iis quæ ad se spectant; et dicturus se nihil ab illis accepisse, non statim illud ponit, sed dignitatem suam primo dicit: *Non sum apostolus? non sum liber?* Ne dicerent enim: Etiamsi non acceperis, quod non liceret non accepisti; ideo primo ponit causas, propter quas jure accepisset, si voluisset accipere.

Paulus cur seipsum laudet. — Deinde ne videretur hæc dicens Petrum et suos criminari (nam illi accipiebant): primo ostendit illis accipere licuisse: deinde ne quis diceret: Petro quidem accipere licuit, tibi vero non licuit; auditorem prævertit laudibus suis: videnque necessarium esse ut se laudaret (sic enim Corinthii corrigebantur); nihilque tamen volens de se magnum dicere, sed quantum exigebat usus præsentis propositi: vide quomodo utrisque ut e re fuit usus est, tantum se laudans, non quantum ipse sibi conscius erat, sed quantum exigebat præsens necessitas. Cum posset enim dicere, Me plus quam omnes et quam illos oportebat accipere, quia plus quam illi laboravi; hoc quidem non dicit, quod sublimius fuisset; sed ea sola ponit, ex quibus illi magni erant, et unde jure accipiebant, sic loquens: *Non sum apostolus? non sum liber?* Id est: annon mei ipsius potestatem habeo? an cuipiam subditus sum, qui me

Digitized by Google

cogat et vetet accipere? At illi aliquid plus habent, quod fuerint cum Christo. Verum ne illo quidem expers fui : ideo dicit : *Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi? Novissime quippe omnium*, inquit, *tamquam abortivo visus est et mihi* (1. *Cor.* 15. 8). Non parva autem hæc erat dignitas. *Multi* enim *prophetæ et justi*, inquit, *voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt* (*Matth.* 13. 17); et, *Venient dies quando voletis videre unum ex his diebus* (*Luc.* 17. 22). Quid tum, etiamsi sis apostolus et liber, et Christum videris; si nullum exhibueris apostoli opus, quomodo debes accipere? Ideo postea subjunxit : *Nonne opus meum vos estis in Christo?* Hoc quippe magnum est : nam illa absque hoc nihil juvant. Etenim Judas apostolus erat et liber, atque Christum viderat; sed quia apostoli opus non habuit, nihil hæc ipsi profuerunt. Propterea et hoc adjicit, ipsosque testes vocat. Et quia magnum loquutus erat, vide quomodo illud castiget dicens, *In Domino :* id est, Dei opus est, non meum. 2. *Si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum.*

2. Vides quomodo non supervacaneus sit? Atqui poterat dicere orbem terræ et gentes barbaras et terram et mare; sed nihil horum dicit, sed ex concessione et ex abundantia vincit. Quid enim, inquit, mihi opus est supervacaneis, cum hæc sufficiant ad præsens argumentum? Non dico igitur illa præclara, quæ apud alios a me facta sunt, sed ea quorum vos testes estis. Quapropter etiamsi non aliunde, a vobis maxime oportebat, me accipere : attamen a quibus me maxime oportebat accipere (doctor enim vester fui), ab iis non accepi. *Si aliis non sum apostolus, sed vobis sum.* Rursus ex concessis loquitur : nam orbis apostolus erat. Attamen hoc non dico, inquit, neque pugno et contendo, sed quod vestrum est pono. *Nam signaculum apostolatus mei vos estis* (2. *Cor.* 12. 12) : id est, demonstratio. Et si quis scire velit unde sim apostolus, vos profero : omnia enim quæ sunt apostoli, in vobis ostendi et nihil prætermisi; ut in secunda quoque epistola dicit, *Etiamsi nihil sum*, inquiens, *signa tamen apostoli in vobis facta sunt in omni potentia, in signis et prodigiis et virtutibus* (*Ibid.* v. 11. et 12). Quid est enim, quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis? Ideo ait : *Signaculum apostolatus mei vos estis.* Nam et signa ostendi, et verbo docui, et pericula subii, et vitam inculpatam duxi. Et hæc omnia videre licet per hasce duas epistolas, quam accurate nempe hæc singula demonstret. 3. *Mea defensio iis, qui me interrogant, hæc est.* Quid est, *Mea defensio iis, qui me interrogant, hæc est?* Iis qui discere volunt undenam sim apostolus, aut iis qui me criminantur ut qui pecunias accipiam, aut iis qui causam quærunt cur non accipiam, aut iis qui volunt ostendere, me non esse apostolum, vestra institutio, et ea quæ dicturus sum, in demonstrationem et defensionem afferentur. Quænam autem illa? 4. *Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi?* 5. *numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi?* Et quomodo hæc defensio sunt? Quia, cum apparuerit me etiam a concessis abstinere, non jure in suspicionem venerim quod fallax sim, vel quod pecuniæ causa aliquid faciam. Ea igitur quæ prius dicta sunt, et vestra doctrina, et quæ jam dixi, ad defensionem vobis sufficiunt; et adversus omnes qui interrogant me, hic jam sto, et hæc et illa dicens : *Annon habemus potestatem manducandi et bibendi? annon habemus potestatem sororem mulierem circumducendi?* Attamen licet habeam, abstineo. Quid ergo? non manducabat? non bibebat? Sæpe certe nec manducabat, nec bibebat : nam ait : *In fame et siti, in frigore et nuditate* (2 *Cor.* 11. 27) versabamur. Hic autem non hoc dicit; sed quid? Non manducamus nec bibimus, a discipulis accipientes, etiamsi potestatem habeamus accipiendi. *Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut et cæteri apostoli et fratres Domini et Cephas?*

Pauli sapientia. — Vide sapientiam : coryphæum ultimum posuit : nam quod inter capita fortius est, tunc ponit. Neque enim ita mirandum erat, alios ostendere hoc facientes, ut primum et eum cui traditæ sunt claves regni cælorum. Cæterum non solum ponit, sed omnes, ac si diceret : Sive inferiores quæras sive superiores, omnium posita sunt exempla. Etenim fratres Domini a priore incredulitate liberati, inter clariores erant, etsi ad apostolos non pervenerant : ideoque in medio illos posuit, summis utrinque positis. 6. *Aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi* (*a*)*?* Vide humilitatem et animam omni invidia liberam, quomodo eum, quem curarum socium sciebat, non tacuerit. Si enim alia communia, cur hoc non commune fuerit? Apostoli sunt et illi et nos, et liberi; et Christum vidimus et quæ apostolorum erant exhibuimus. Ergo nos quoque potestatem habemus in otio vivendi, et alimenta a discipulis accipiendi. 7. *Quis militat suis stipendiis umquam?* Quia enim, quod validissimum erat, ex apostolis ostendit, quod nempe liceat hoc facere; ad exempla demum venit et ad communem usum, ut mos est illi facere. *Quis militat suis stipendiis?* inquit. Tu vero mihi perpendas velim, quam opportuna sint propositæ rei exempla illa, et quomodo primum meminerit periculosæ rei, militiæ, armorum et belli. Hujusmodi enim res est apostolatus, imo his multo major. Neque enim adversus homines tantum bellum ipsis erat, sed et adversus dæmones et principem illorum instructa acies. Hoc est autem, quod dicit : Neque externi principes hoc exigunt, sævi licet et iniqui, ut milites bellum gerant et pericula adeant, exque suis facultatibus alantur : quomodo ergo Christus hoc umquam exegerit? Neque uno contentus est exemplo. Nam vel simpliciorem et crassiorem hoc maxime sedat et placat, cum videt communem consuetudinem cum Dei legibus consentire.

(*a*) In Vulgata legitur : *Aut ego et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?* Id quod etiam cum serie quadrat.

Digitized by Google

τὸ μετὰ Χριστοῦ γενέσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ τούτου ἐστέρημαι· διὰ τοῦτο λέγει, *Οὐχὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα;* Ἔσχατον γὰρ πάντων, φησὶν, ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο ἀξίωμα ἦν. *Πολλοὶ γὰρ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ βλέπετε*, φησὶ, *καὶ οὐκ εἶδον*· καὶ, *Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε θελήσετε μίαν τούτων ἰδεῖν τῶν ἡμερῶν.* Τί οὖν, εἰ καὶ ἀπόστολος εἰ καὶ ἐλεύθερος καὶ τὸν Χριστὸν ἑώρακας, οὐδὲν δὲ ἐπεδείξω ἀποστόλου ἔργον, πῶς ὀφείλεις λαμβάνειν; Διὰ τοῦτο μετὰ ταῦτα ἐπήγαγεν· *Οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ;* Τὸ γὰρ μέγα τοῦτό ἐστιν· ἐκεῖνα γὰρ οὐδὲν ὠφελεῖ τούτου χωρίς. Ἐπεὶ καὶ Ἰούδας καὶ ἀπόστολος ἦν καὶ ἐλεύθερος ἦν καὶ τὸν Χριστὸν εἶδεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀποστόλου ἔργον οὐκ εἶχεν, οὐδὲν αὐτὸν ἐκεῖνα ὤνησε. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τοῦτο προστίθησι, καὶ αὐτοὺς μάρτυρας καλεῖ. Καὶ ἐπειδὴ μέγα ἐφθέγξατο, ὅρα πῶς αὐτὸ κολάζει λέγων, *Ἐν Κυρίῳ*· τουτέστι, Τοῦ Θεοῦ τὸ ἔργον ἐστὶν, οὐκ ἐμόν. *Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι.*

β'. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἐστὶ περιττός; Καίτοι γε εἶχε τὴν οἰκουμένην εἰπεῖν καὶ ἔθνη βάρβαρα καὶ γῆν καὶ θάλατταν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἐκείνων λέγει, ἀλλὰ κατὰ συνδρομὴν καὶ ἐκ περιουσίας νικᾷ. Τί γάρ μοι τῶν περιττῶν χρεία, φησὶν, ὅταν καὶ ταῦτα ἀρκῇ πρὸς τὴν παροῦσάν μοι ὑπόθεσιν; Οὐ λέγω τοίνυν τὰ παρ' ἄλλοις κατορθώματά μοι γεγενημένα, ἀλλ' ὧν ὑμεῖς ἐστε μάρτυρες. Ὥστε εἰ καὶ μηδαμόθεν ἄλλοθεν, παρ' ὑμῶν μάλιστά με ἐχρῆν λαβεῖν. Ἀλλ' ὅμως παρ' ὧν μάλιστά με ἔδει λαβεῖν (διδάσκαλος γὰρ ὑμῶν ἐγενόμην), παρὰ τούτων οὐκ ἔλαβον. *Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι.* Πάλιν κατὰ συνδρομὴν τὸν λόγον τίθησι· καὶ γὰρ τῆς οἰκουμένης ἀπόστολος [181] ἦν. Ἀλλ' ὅμως οὐ λέγω τοῦτο, φησὶν, οὐδὲ μάχομαι καὶ φιλονεικῶ, ἀλλὰ τὸ ὑμέτερον τίθημι. *Ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε*· τουτέστιν, ἡ ἀπόδειξις. Κἂν βούληταί τις, φησὶ, μαθεῖν πόθεν ὅτι ἀπόστολός εἰμι [a], ὑμᾶς προβάλλομαι· πάντα γὰρ τὰ τοῦ ἀποστόλου ἐν ὑμῖν ἐπεδειξάμην, καὶ οὐδὲν ἐνέλιπον· ὅπερ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ φησὶν ἐπιστολῇ. *Εἰ καὶ οὐδὲν εἰμι*, λέγων, *τὰ μέντοι σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι.* Τί γάρ ἐστιν ᾧ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας; Διὰ τοῦτό φησιν· *Ἡ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε.* Καὶ γὰρ καὶ σημεῖα ἐπεδειξάμην, καὶ λόγῳ ἐδίδαξα, καὶ κινδύνους ὑπέμεινα, καὶ βίον παρεσχόμην ἄληπτον. Καὶ ταῦτα ὅλα διὰ τῶν ἐπιστολῶν τῶν δύο τούτων ἔστιν ἰδεῖν, πῶς ἑκάστου τούτων παρέχεται αὐτοῖς ἀπόδειξιν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης. *Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσίν ἐστιν αὕτη.* Τί ἐστιν, *ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσίν ἐστιν αὕτη*; Τοῖς ζητοῦσι μαθεῖν πόθεν ὅτι ἀπόστολός εἰμι, ἢ τοῖς ἐγκαλοῦσί μοι ὡς χρήματα λαμβάνοντι, ἢ ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὐ λαμβάνω, ἢ τοῖς βουλομένοις με δεῖξαι οὐκ ὄντα ἀπόστολον, ἡ ὑμετέρα κατήχησις καὶ ταῦτα ἃ μέλλω λέγειν, ἀπόδειξις καὶ ἀπολογία γίνεται. Ποῖα δὴ ταῦτα; *Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν;* Καὶ πῶς ταῦτα ἀπολογία; Ὅτι ὅταν φαίνωμαι καὶ τῶν συγκεχωρημένων ἀπεχόμενος, οὐκ ἂν εἴην δίκαιος ὑποπτεύεσθαι, ὡς ἀπατεὼν ἢ ἐπὶ χρήμασί τι ποιῶν. Τά τε οὖν ἔμπροσθεν εἰρημένα, καὶ ἡ ὑμετέρα διδασκαλία, καὶ ταῦτα, ἅπερ εἶπον, ἀρκεῖ εἰς ἀπολογίαν ὑμῖν, καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἀνακρίνοντάς με ἐντεῦθεν ἴσταμαι, ἐκεῖνά τε λέγων καὶ ταῦτα· *Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν;* Ἀλλ' ὅμως καὶ ἔχων, ἀπέχομαι. Τί οὖν, οὐκ ἔτρωγεν οὐδὲ ἔπινε; Μάλιστα μὲν πολλαχοῦ οὔτε ἔτρωγεν οὔτε ἔπινε· καὶ γάρ, *Ἐν λιμῷ*, φησὶ, *καὶ δίψει, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι διετρίβομεν.* Ἐνταῦθα μέντοι οὐ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ τί; Οὐ τρώγομεν οὐδὲ πίνομεν παρὰ τῶν μαθητευομένων λαμβάνοντες, καίτοι γε ἐξουσίαν ἔχοντες τοῦ λαβεῖν. *Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου καὶ Κηφᾶς;*

Ὅρα σοφίαν· τὸν κορυφαῖον ὕστερον τέθεικε· τὸ γὰρ ἰσχυρότερον τῶν κεφαλαίων τότε τίθεται. Οὐδὲ γὰρ οὕτω θαυμαστὸν ἦν δεῖξαι τοὺς ἄλλους τοῦτο ποιοῦντας, ὡς τὸν πρωτοστάτην καὶ τὰς κλεῖς ἐμπιστευθέντα τῶν οὐρανῶν. Πλὴν οὐ μόνον τίθησιν, ἀλλὰ πάντας, μονονουχὶ λέγων· ἂν τε καταδεεστέρους ζητῇς, ἂν τε ὑπερέχοντας, ἁπάντων [b] κεῖται τὰ ὑποδείγματα. Καὶ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου τῆς προτέρας ἀπιστίας ἀπαλλαγέντες, τῶν δοκίμων ἦσαν γεγενημένοι, εἰ καὶ μὴ [182] πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἔφθανον. Διὸ δὴ καὶ μέσους αὐτοὺς τέθεικεν, ἑκατέρωθεν τοὺς ἄκρους θείς. *Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι* [c]; Ὅρα τὴν ταπεινοφροσύνην καὶ τὴν παντὸς φθόνου καθαρεύουσαν ψυχήν, πῶς ὃν ᾔδει κοινωνοῦντα αὐτῷ τῆς ἀκριβείας, οὐκ ἀπέκρυψεν. Εἰ γὰρ τὰ ἄλλα κοινά, πῶς τοῦτο οὐ κοινόν; ἀπόστολοι κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ τὸν Χριστὸν ἑωράκαμεν καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων ἐπεδειξάμεθα. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ἐξουσίαν ἔχομεν καὶ τοῦ ἀργοῦντες ζῆν, καὶ τοῦ τρέφεσθαι παρὰ τῶν μαθητευομένων. *Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ;* Ἐπειδὴ, ὅπερ ἰσχυρότατον ἦν, ἐκ τῶν ἀποστόλων ἀπέδειξεν, ὅτι ἔξεστι τοῦτο ποιεῖν, ἐπὶ παραδείγματα λοιπὸν ἔρχεται καὶ τὴν κοινὴν συνήθειαν, ὅπερ ἔθος αὐτῷ ποιεῖν, *Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις*, λέγων. Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς τὰ ὑποδείγματα σφόδρα ἁρμόδια τῇ προκειμένῃ ἤγαγεν ὑποθέσει, καὶ πῶς πρῶτον μέμνηται τοῦ ἐπικινδύνου, στρατιᾶς [d] καὶ ὅπλων καὶ πολέμων. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀποστολή, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων πολλῷ μεῖζον. Οὐδὲ γὰρ πρὸς ἀνθρώπους μόνον ὁ πόλεμος ἦν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πρὸς δαίμονας, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἀρχηγὸν ἡ παράταξις. Ὁ τοίνυν φησὶ, τοῦτό ἐστιν, ὅτι Ὁ οὐδὲ οἱ ἔξωθεν ἄρχοντες ἀπαιτοῦσιν, οἱ ὠμοὶ καὶ ἄδικοι, στρατεύεσθαι καὶ κινδυνεύειν, καὶ οἴκοθεν τρέφεσθαι τοὺς στρατευομένους· πῶς οὖν ὁ Χριστός ποτε τοῦτο ἀπῄτησεν ἄν; Καὶ οὐδὲ ἐνὶ ἀρκεῖται παραδείγματι. Τὸν γὰρ ἀφελέστερον καὶ παχύτερον καὶ τοῦτο μάλιστα ἀναπαύειν εἰῶθε, τὸ καὶ τὴν κοινὴν συνήθειαν ὁρᾶν τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις συμβαίνουσαν.

[a] *Legebatur* μαθεῖν πόθεν ἀπόστολός εἰμι.

[b] Reg., ἁπάντων melius, quam Editi ἅπαντα. [c] Ita Reg. et Savil. In Morel. vero τοῦ ἐργάζεσθαι. Verum Chrysostomus legit haud dubie, οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, ut ex serie liquet. [d] *Legebatur* πῶς πρώτου... στρατείας.

Digitized by Google

γ'. Διὸ καὶ ἐφ' ἕτερον πρόεισι, καί φησι· *Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει;* Δι' ἐκείνου μὲν γὰρ τοὺς κινδύνους, διὰ δὲ τούτου τὸν πόνον καὶ τὴν πολλὴν ταλαιπωρίαν καὶ ἐπιμέλειαν ἐνέφηνε. Καὶ τρίτον πάλιν ὑπόδειγμα προστίθησι, λέγων· *Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος αὐτῆς οὐκ ἐσθίει;* Τὴν κηδεμονίαν τὴν πολλὴν τὴν διδασκάλῳ πρέπουσαν περὶ τοὺς ἀρχομένους ἐπιδείκνυται. Καὶ γὰρ καὶ στρατιῶται καὶ γεωργοὶ καὶ ποιμένες ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, οὐ γῆς οὐδὲ ἀλόγων οὐδὲ πολέμων αἰσθητῶν [a], ἀλλὰ ψυχῶν λογικῶν καὶ τῆς πρὸς τοὺς δαίμονας παρατάξεως. Παρατηρητέον δὲ κἀκεῖνο, ὅπως πανταχοῦ τὴν συμμετρίαν ἐφύλαξε, τὸ χρειῶδες ζητῶν μόνον, οὐχὶ τὸ περιττόν. Οὐ γὰρ εἶπε, Τίς στρατεύεται, καὶ οὐ πλουτεῖ· ἀλλά, *Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ;* οὐδὲ εἶπε, Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ οὐ συνάγει χρυσίον, ἢ τὸν καρπὸν ὁλόκληρον οὐ τρυγᾷ; ἀλλ', *Ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει;* οὐδὲ εἶπε, Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ οὐκ ἐμπορεύεται τοὺς ἄρνας; ἀλλὰ πῶς; *Καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος αὐτῆς οὐκ ἐσθίει;* οὐκ ἐκ τῶν ἀρνῶν, ἀλλ' *Ἐκ τοῦ γάλακτος*· δεικνὺς [183] ὅτι μικρᾷ παραμυθίᾳ τὸν διδάσκαλον ἀρκεῖσθαι δεῖ, καὶ τῇ ἀναγκαίᾳ μόνῃ τροφῇ. Ταῦτα πρὸς τοὺς βουλομένους πάντα κατεσθίειν καὶ τὸν καρπὸν ὁλόκληρον τρυγᾶν. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἐνομοθέτησε, λέγων· *Ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.* Οὐ τοῦτο δὲ μόνον διὰ τῶν ὑποδειγμάτων κατασκευάζει, ἀλλὰ καὶ δείκνυσιν ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν ἱερέα. Καὶ γὰρ στρατιώτου ἀνδρείαν κεκτῆσθαι δεῖ καὶ γεωργοῦ ἐπιμέλειαν καὶ ποιμένος κηδεμονίαν, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα μηδὲν πλέον τῶν ἀναγκαίων ζητεῖν. Δείξας τοίνυν καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὅτι οὐ κεκώλυται λαμβάνειν τὸν διδάσκαλον, καὶ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον παραδειγμάτων, καὶ ἐπὶ τρίτον [b] κεφάλαιον ἔρχεται, οὕτω λέγων· *Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει;* Ἐπειδὴ γὰρ τέως ἀπὸ Γραφῶν οὐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν προσβάλετο, Μὴ νομίσητέ με, φησί, τούτοις ἰσχυρίζεσθαι μόνοις, μηδὲ ἀφ' ὧν τοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ, ταῦτα νομοθετεῖν. Ἔχω γὰρ δεῖξαι, ὅτι καὶ τῷ Θεῷ ταῦτα δοκεῖ, καὶ παλαιὸν ἀναγινώσκω νόμον ταῦτα κελεύοντα. Διὸ καὶ κατ' ἐρώτησιν προάγει τὸν λόγον, ὅπερ ἐπὶ τῶν σφόδρα ὡμολογημένων γίνεται, οὕτω λέγων· *Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λέγω;* Τουτέστι, Μὴ ἐξ ἀνθρωπίνων μόνων παραδειγμάτων ἰσχυρίζομαι; *Ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει; Ἐν γὰρ τῷ νόμῳ Μωϋσέως γέγραπται· Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.* Καὶ τίνος ἕνεκεν ἐμνήσθη τούτου, τὸ τῶν ἱερέων ὑπόδειγμα ἔχων; Ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας αὐτὸ κατασκευάσαι βουλόμενος. Εἶτα, ἵνα μή τις λέγῃ, Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς τὸ περὶ τῶν βοῶν εἰρημένον; ἐπεξεργάζεται αὐτὸ μετὰ ἀκριβείας λέγων· *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;* Οὐ μέλει οὖν περὶ τῶν βοῶν, εἰπέ μοι, τῷ Θεῷ; Μέλει μὲν οὖν, οὐχ οὕτω δὲ, ὡς καὶ νόμον θεῖναι ὑπὲρ τούτου. Ὥστε εἰ μὴ μέγα τι ἠνίττετο, ἐγγυμνάζων τοῖς ἀλόγοις τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὸ εἶναι φιλανθρώπους, καὶ ἀπὸ τούτων καὶ περὶ τῶν διδασκάλων αὐτοῖς διαλεγόμενος, οὐκ ἂν τοσαύτην ἐποιήσατο σπουδήν, ὡς καὶ νόμον γράψαι ὑπὲρ τοῦ μὴ κημοῦσθαι τοὺς βοῦς. Ἐντεῦθεν καὶ ἕτερόν τι δείκνυσι, πολὺν τὸν πόνον τῶν διδασκάλων καὶ ὄντα, καὶ εἶναι ὀφείλοντα· καὶ ἕτερον πάλιν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι ὅσαπερ ἂν ὑπὲρ τῆς τῶν ἀλόγων ἐπιμελείας παρὰ τῆς Παλαιᾶς λέγηται, προηγουμένως εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων συντελεῖ διδασκαλίαν· ὥσπερ οὖν καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα, οἷον τὰ περὶ ἱματίων ποικίλων, καὶ τὰ περὶ ἀμπελώνων καὶ σπερμάτων καὶ τοῦ μὴ διάφορον ποιεῖν τὴν γῆν, τὰ περὶ λέπρας, καὶ τὰ ἄλλα, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντα. Παχυτέροις γὰρ οὖσιν ἐντεῦθεν διελέγετο, κατὰ μικρὸν ἀναβιβάζων αὐτούς. Καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ οὐδὲ κατασκευάζει λοιπὸν, ἅτε φανερὸν ὂν καὶ αὐτόθεν δῆλον. Εἰπὼν γὰρ, *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;* ἐπήγαγεν, *Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει;* οὐδὲ τὸ, *Πάντως*, ἁπλῶς προσθεὶς, ἀλλ' ἵνα μὴ συγχωρήσῃ μηδ' ὁτιοῦν ἀντειπεῖν τῷ ἀκροατῇ. Καὶ ἐπιμένει τῇ μεταφορᾷ λέγων καὶ ἀποφαινόμενος· *Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν*· τουτέστιν, ὁ διδάσκαλος ὀφείλει τῶν πόνων τὰς ἀμοιβὰς ἔχειν· *καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν* [184] *ἐπ' ἐλπίδι.* Καὶ θέα σύνεσιν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ σπόρου ἐπὶ τὴν ἅλω τὸ πρᾶγμα μετήνεγκε, πάλιν κἀνταῦθα τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας τῶν διδασκάλων ἐμφαίνων, ὅτι αὐτοὶ καὶ ἀροτριῶσι καὶ τὴν ἅλω τρίβουσι. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἀροτριᾶν, ἐπειδὴ οὐδὲν ἦν καρπώσασθαι, ἀλλὰ πόνον, τὴν ἐλπίδα τέθεικεν· ἐπὶ δὲ τοῦ τρίβειν τὴν ἅλω, ἤδη τὴν ἀπόλαυσιν ἐχαρίσατο λέγων· *Καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχει.*

δ'. Εἶτα, ἵνα μὴ λέγῃ τις, Αὕτη οὖν ἡ τῶν τοσούτων ἱδρώτων ἀμοιβή; προσέθηκεν, *Ἐπ' ἐλπίδι*, τουτέστι, τῇ μελλούσῃ. Οὐδὲν οὖν ἕτερον τὸ στόμα ἀκήμωτον ὂν τοῦ ζώου τούτου βοᾷ, ἢ ὅτι τοὺς διδασκάλους τοὺς πονοῦντας δεῖ καὶ ἀμοιβῆς ἀπολαύειν. *Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;* Ἰδοὺ καὶ τέταρτον προστίθησι λογισμὸν ὑπὲρ τοῦ δεῖν παρέχειν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ;* καὶ, *Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα;* καὶ, *Τίς ποιμαίνει ποίμνην;* καὶ παρήγαγε τὸν βοῦν τὸν ἀλοῶντα, δείκνυσι καὶ ἄλλην αἰτίαν εὐλογωτάτην, δι' ἣν ἦσαν δίκαιοι λαβεῖν, ὡς πολλῷ μείζονα παρεσχηκότες, οὐκέτι ὡς καμόντες μόνον. Τίς οὖν ἐστιν; *Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;* Εἶδες δικαιοτάτην αἰτίαν καὶ τῶν προτέρων εὐλογωτέραν; Ἐκεῖ μὲν γάρ, φησὶ, σαρκικὸς ὁ σπόρος, σαρκικὸς καὶ ὁ καρπός· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὁ μὲν σπόρος πνευματικὸς, ἡ δὲ ἀντίδοσις σαρκική. Ἵνα γὰρ μὴ μέγα φρονῶσιν οἱ παρέχοντες τοῖς διδασκάλοις, ἔδειξεν ὅτι μείζονα λαμβάνουσιν, ἢ διδόασιν. Οἱ μὲν γὰρ γεωργοὶ, ἅπερ ἂν κατασπείρωσι, ταῦτα καὶ λαμβάνουσιν· ἡμεῖς δὲ σπείροντες εἰς τὰς ὑμετέρας ψυχὰς πνευματικὰ, θερίζομεν σαρκικά· τοιοῦτον γὰρ ἡ παρ' αὐτῶν διδομένη τροφή. Εἶτα καὶ ἐντρεπτικώτερον· *Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς;* Ἰδοὺ καὶ ἕτερος πάλιν λογισμὸς, καὶ αὐτὸς ἐκ παραδειγμάτων, ἀλλ' οὐχ ὁμοίων. Οὐδὲ γὰρ Πέτρου μέμνηται ἐνταῦθα, οὔτε τῶν ἀποστόλων, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν νόθων, πρὸς οὓς ὕστερον ἀποδύεται, καὶ περὶ ὧν φησιν· *Εἴ τις ὑμᾶς κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις εἰς πρόσωπον ὑμᾶς δαίρει*· καὶ τὸν πρὸς ἐκείνους ἤδη προανακρούεται πόλεμον. Διὸ οὐδὲ εἶπεν, Εἰ ἄλλοι λαμβάνουσι [c] παρ' ὑμῶν,

[a] Reg., οὐ δὲ ἀλόγων οὐδὲ πολέμων αἰσθητῶν, recte. Editi vero οὐδὲ πολέμων ἀλόγων. [b] Reg., τέταρτον, male

[c] Reg., εἰ ἄλλοι οὐ λαμβάνουσι.

Digitized by Google

3. Ideoque ad aliud pergit, et ait : *Quis plantat vineam, et ex fructu ejus non edit?* Per illud enim pericula, per hoc vero laborem, defatigationem multam et curam declaravit. Tertiumque rursus apponit exemplum dicens : *Quis pascit gregem, et de lacte ejus non edit?* Curam multam, quæ doctorem in erudiendis discipulis decet, hic ostendit. Nam et milites et agricolæ et pastores apostoli erant; non terræ neque brutorum neque bellorum sensilium, sed animarum rationalium et aciei, quæ adversus dæmonas instruitur. Illud quoque observandum est, quomodo ubique moderationem adhibuerit, utilitatem solum quærens, non res superfluas. Non enim dixit, Quis pugnat et non dives est? sed, *Quis militat suis stipendiis umquam?* Non dixit, Quis plantat vineam et non colligit aurum, aut fructum totum non decerpit? sed, *Ex fructu ejus non comedit?* Neque dixit, Quis pascit gregem et de agnis non exercet mercaturam? sed quomodo? *Et ex ejus lacte non comedit?* Non ex agnis, sed *Ex lacte;* ostendens doctorem parvo solatio contentum esse oportere, soloque necessario cibo. Hæc ad eos, qui volunt omnia comedere, et fructum totum decerpere. Hanc et Dominus legem posuit, dicens : *Dignus est operarius cibo suo* (*Matth.* 10. 10). Non hoc autem solum exemplis probat, sed etiam ostendit qualem oporteat esse sacerdotem. Etenim militi habere fortitudinem opus est, agricolæ curam, pastori sollicitudinem : ac post hæc omnia nihil amplius quærere quam necessaria. Cum ostendisset ergo, non esse vetitum doctori accipere, et ex doctoribus et ex vitæ quotidianæ exemplis, ad tertium caput venit, sic dicens : 8. *Numquid secundum hominem hæc dico? an et lex hæc non dicit?* Quia enim hactenus ex Scripturis nihil dixit, sed communem protulit consuetudinem, Ne putetis me, inquit, hisce niti solis, neque ex hominum placito hæc statuere : possum enim ostendere, hæc Deo quoque placita esse, et veterem lego legem hæc præcipientem. Ideo per interrogationem progreditur, uti solet fieri in iis, quæ omnino in confesso sunt, sic dicens : *Numquid secundum hominem hæc dico?* Id est, Num humanis tantum exemplis nitor? *Annon etiam lex hæc dicit?* 9. *Scriptum est enim in lege Moysis : Non alligabis os bovi trituranti.* Et cur hæc memorat, cum haberet exemplum sacerdotum? Admodum ubertim hæc probare volens. Deinde, ne quis diceret : Ecquid ad nos, quod de bobus dictum est? hoc accurate discutit dicens : *Numquid de bobus cura est Deo?* Boves ergo non curat, quæso te, Deus? Curat utique, sed non ita, ut de illa re legem tulerit. Quapropter, nisi magnum quid subindicaret, Judæos per bruta exercens ad benignitatem, atque etiam illos per hæc de doctoribus alloquens, non tale suscepisset studium, ut et legem scriberet de bobus camo non ligandis. Inde autem aliud ostendit, multum esse doctorum laborem et esse debere; aliudque rursum. Quodnam illud? Quod quæcumque in veteri lege de brutorum cura dicuntur, ad hominum doctrinam præcipue conferant; ut et alia omnia : verbi gratia, quæ de variis vestibus, quæ de vineis, de seminibus, de terra, quod non diversa facienda sit, de lepra; deque aliis, ut ita dicam, omnibus. Cum enim illi crassiores essent, hinc disserebat cum illis, paulatim ipsos erigens. Et vide quomodo hoc non ultra probet, utpote quod planum et ex se manifestum sit. Cum dixisset enim, *Numquid de bobus cura est Deo?* subjunxit : 10. *An propter nos omnino hoc dicit?* Nec sine causa illud, *Omnino*, ponit, sed ne liceret auditori vel tantillum contradicere. Atque in metaphora perstat dicens et pronuntians : *Nam propter nos scripta sunt; quia in spe debet qui arat arare :* id est, doctor debet laborum mercedem habere : *et qui triturat, in spe fructus percipiendi esse.* Et vide prudentiam. A semine enim ad aream rem traduxit; hic rursum multos doctorum sudores ostendens, quoniam ipsi et arant et aream terunt. Et in arando quidem, quia nullus percipiendus fructus erat, sed labor tantum aderat, spem posuit : in terenda vero area, jam usum fructum concessit dicens : *Et qui triturat, ejus spei particeps est.*

4. Deinde, ne quis dicat, Hæccine est tantorum merces laborum? adjecit, *In spe*, scilicet futura. Nihil ergo aliud clamat os hujus animalis camo non ligatum, quam quod oporteat doctores laborantes mercede frui. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Ecce quartum etiam addit ratiocinium, quod oporteat alimenta præbere. Quia enim dixit, *Quis militat propriis stipendiis umquam?* et, *Quis plantat vineam?* et, *Quis pascit gregem?* et adduxit bovem triturantem; aliam profert causam rationi valde consonam, propter quam jure accepturi erant; quod non modo laborassent, sed et longe majora præbuissent. Quænam ergo est? *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Vidistin' causam justissimam, et magis quam priores rationi consentaneam? Illic namque dicit, Carnale semen est, carnalis et fructus? hic autem non sic, sed semen spirituale, merces vero carnalis. Nam ne multum sibi placerent ii, qui aliquid doctoribus præberent, ostendit illos majora quam dent accipere. Agricolæ namque, quæ seminant, eadem ipsa accipiunt : nos autem, qui in animabus vestris spiritualia serimus, metimus carnalia : tale namque est alimentum ab illis datum. Deinde majorem infert pudorem : 12. *Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos?* Ecce aliam rationem, quæ et ipsa ab exemplis sumitur, sed non a similibus. Neque enim hic Petrum nec apostolos memorat, sed alios quosdam adulterinos, contra quos deinceps pugnam instruit, ac de quibus dicit : *Si quis vos devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit* (2. *Cor.* 11. 20); et belli contra eos gerendi jam facit præludium. Ideoque non dixit, Si alii a vobis accipiunt; sed ostendens illorum arrogantiam, tyrannidem et commercium, dicit : *Si alii potestatis vestræ participes sunt :* id est, si imperant vobis, si potestatem exercent, si ut famulis utuntur, non modo accipientes, sed cum multa accuratione et auctoritate. Ideo addidit, *Non*

Digitized by Google

potius nos? quod non dixisset, si de apostolis sermo esset. Sed palam est, illum quosdam subindicare perniciosos, qui ipsos deciperent. Itaque præter Moysis legem vos quoque legem tulistis, quod præbere oporteat. Cum dixit autem, *Non potius nos?* non probat cur multo magis oporteat, sed illorum conscientiæ probandum relinquit, simulque et terrere volens et majorem incutere pudorem. *Sed non usi sumus tali potestate.* Id est, Non accepimus. Viden' quomodo, cum prius tot rationibus probasset, non esse contra legem, accipere, tunc dixit : Non accipimus, ne videatur abstinere tamquam a prohibito. Non enim, inquit, quod non liceat, non accipio ; licet enim, et hoc ex multis demonstravimus; ex apostolis, ex rebus quæ in vita fiunt, ex milite, agricola, pastore, a lege Moysis, ab ipsa rei natura, quia semi navimus vobis spiritualia; ex iis, quæ vos fecistis erga alios : sed sicut, ne videretur pudore afficere apostolos, qui accipiebant, hæc posuit, pudorem illis incutiens et ostendens se non a re ut prohibita abstinere : ita rursum, ne per multam illam probationem et frequentia exempla, queis ostendit accipere oportere, videretur ut accipiat quærere, ideoque talia proferre; jam illud corrigit; et clarius demum hoc posuit, cum dicit : *Non scripsi autem hæc, ut sic in me fiat :* hic porro dicit, *Non usi sumus hac potestate.* Quodque majus est, Ne illud quidem poterit quisquam dicere, quod cum nobis amplæ facultates essent, his non usi simus; siquidem urgente necessitate, non cessimus necessitati : id quod etiam in secunda ait : *Alias Ecclesias exspoliavi, accipiens stipendia ad ministerium vestrum ; et cum essem apud vos et egerem, nulli onerosus fui* (2. *Cor.* 11. 8) ; et in hac rursus : *Et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphis cædimur* (1. *Cor.* 4. 11). Et hic rursus idipsum subindicat, dicens, *Sed omnia sustinemus.* Dicens enim, *Omnia sustinemus,* famem subindicat et angustiam multam, aliaque omnia. Sed neque sic, inquit, coacti sumus solvere legem, quam nobis ipsis imposuimus. Quare? *Ne quod offendiculum demus evangelio Christi.* Quia enim infirmiores Corinthii erant, Ne vos, inquit, offenderemus accipientes, maluimus plus quam præceptum erat facere, quam obicem quempiam afferre evangelio; id est, institutioni vestræ. Si autem nos, etiamsi liceret nobis et multam vim pateremur, exemplumque haberemus apostolos, id non fecimus, *Ne offendiculum demus* (nec dixit eversionem, sed offendiculum, nec simpliciter offendiculum, sed offendiculum quoddam, ut ne vel levissimam moram verbi cursui inferremus) : si ergo nos tanta usi sumus diligentia, inquit, quanto magis vos, qui ab apostolis longe abestis, neque legem potestis dicere quæ id permittat : sed contra etiam prohibita tangitis, atque etiam quæ damnum magnum afferunt evangelio; non offendiculi modo vitandi causa, sed nullam videntes instantem necessitatem, abstinere oportet. Hanc enim totam movit orationem propter illos, qui per cibum idolothytorum imbecillioribus fratribus offendiculo erant.

5. Hæc nos quoque audiamus, dilecti, ut ne despiciamus eos qui offenduntur, ne offendiculum ponamus evangelio Christi, neu nostram prodamus salutem. Ne mihi enim dicas, cum frater offenditur : Non prohibetur hoc vel illud in quo ille offenditur, et licitum est. Ego enim tibi majora dico : vel si ipse Christus permiserit, viderisque offendi quempiam, abstine et ne permissione utaris. Hoc enim et Paulus fecit : qui cum permittente Christo liceret accipere, non accepit. Cum enim benignus sit Dominus, multam præceptis suis miscuit mansuetudinem, ut non solum ex jussu, sed etiam multa ex libera faciamus animi sententia. Poterat enim, nisi hoc voluisset, præcepta magis augere ac dicere : Qui non semper jejunat, puniatur ; qui virginitatem non servat, supplicio afficiatur; qui non se omnibus exuit facultatibus, extremas det pœnas. Sed non hoc fecit, licentiam tibi dans, si velis, majora suscipiendi. Idcirco cum de virginitate loqueretur, dicebat : *Qui potest capere, capiat* (*Matth.* 19. 12) ; et diviti alia præcepit, alia ejus voluntati permisit. Neque enim dixit, Vende quæ habes ; sed, *Si vis perfectus esse, vende* (*Ib. v.* 21). At nos non modo non majora suscipimus neque ea quæ præcepta sunt superamus, sed multum abest, ut præceptorum mensuram impleamus. Et Paulus quidem esuriebat, ne offendiculum præberet evangelio ; nos autem ne recondita quidem nobis attingere audemus, innumeras videntes animas eversas. Rodat enim, inquit ille, tinea, et non rodat pauper; edat vermis, et non induatur nudus. Omnia consumantur tempore, et non alatur Christus, dum esurit.

Contra avaros. — Ecquis hoc dicit? inquies. Hoc enim grave admodum est, quod non verbis, sed factis hæc dicantur. Nam minus grave esset si verbis diceretur, quam cum reipsa efficitur. Annon enim hæc quotidie clamat avaritia, immanis illa et sæva tyrannis, captivis suis? Apponantur vestra comedenda sycophantis, latronibus et insidiatoribus, non autem famelicis et egenis. Annon vos facitis latrones? annon vos escam præbetis igni invidorum? annon vos facitis fugitivos et insidiatores, dum quasi escam illis divitias vestras apponitis? quæ est hæc insania? Insania quippe et manifesta amentia est, arcas implere vestibus, et eum, qui ad imaginem et similitudinem Dei factus est, nudum, a frigore trementem ac vix rectum stantem despicere. At ille, inquies, tremorem et infirmitatem simulat? Annon times ne fulmen ab hoc verbo accensum ex alto dejiciatur? ira enim disrumpor, ignoscite. Tu quippe ventri indulgens et pinguis, et ad profundam usque vesperam compotationem extendens, mollibusque fotus stragulis, non censes te pœnas daturum, cum tam inique Dei donis utaris (neque enim vinum datum est ut inebriemur, neque concessus cibus ut ventrem distendamus et dirumpamus) : pauperem vero, miserum, non meliore conditione quam mortuum, illum, inquam, ad exactam rationem reddendam cogis ; nec metuis Christi tribunal illud horrendum et formidabile? Nam si simulat, ex necessitate et egestate simulat, ob imma-

Digitized by Google

ἀλλὰ δεικνὺς αὐτῶν τὴν αὐθάδειαν καὶ τὴν τυραννίδα καὶ τὴν ἐμπορίαν, φησίν· *Εἰ ἄλλοι τῆς ὑμῶν ἐξουσίας μετέχουσι*· τουτέστι, κρατοῦσιν ὑμῶν, ἐξουσιάζουσιν, ὡς οἰκέταις ἀποκέχρηνται, οὐ λαμβάνοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ τῆς αὐθεντίας [a]. Διὸ προσέθηκεν, *Οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς;* ὅπερ οὐκ ἂν, εἰ περὶ τῶν ἀποστόλων ὁ λόγος ἦν, εἶπεν ἄν. Ἀλλ' εὔδηλον ὅτι τινὰς αἰνίττεται λυμεῶνας καὶ ἀπατῶντας αὐτούς. Ὥστε μετὰ τοῦ νόμου τοῦ Μωϋσέως καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ νόμον τεθείκατε ὑπὲρ τοῦ δεῖν παρέχειν. Εἰπὼν δὲ, [185] *Οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς;* οὐ κατασκευάζει διὰ τί οὐ πολλῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἀφίησιν αὐτῶν τῷ συνειδότι τὸν ἔλεγχον, ὁμοῦ καὶ φοβῆσαι βουλόμενος καὶ ἐντρέψαι μειζόνως. *Ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ.* Τουτέστιν, Οὐκ ἐλάβομεν. Ὁρᾷς διὰ πόσων κατασκευάσας πρότερον, ὅτι οὐ παράνομον τὸ λαμβάνειν, τότε εἶπεν, ὅτι Οὐ λαμβάνομεν, ἵνα μὴ δόξῃ ὡς κεκωλυμένου ἀπέχεσθαι; Οὐ γάρ, ἐπειδὴ μὴ ἔξεστι, φησὶν, οὐ λαμβάνω· ἔξεστι γάρ, καὶ τοῦτο ἀπὸ πολλῶν ἀπεδείξαμεν, ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ἀπὸ τῶν ἐν βίῳ πραγμάτων, τοῦ στρατιώτου καὶ τοῦ γεωργοῦ καὶ τοῦ ποιμένος, ἀπὸ τοῦ νόμου Μωϋσέως, ἀπ' αὐτῆς τοῦ πράγματος τῆς φύσεως, ὅτι ἐσπείραμεν ὑμῖν πνευματικὰ, ἀφ' ὧν ὑμεῖς περὶ τοὺς ἄλλους πεποιήκατε· ἀλλ' ὥσπερ, ἵνα μὴ δόξῃ καταισχύνειν τοὺς ἀποστόλους τοὺς λαμβάνοντας, ταῦτα τέθεικεν, ἐντρέπων αὐτοὺς καὶ δεικνὺς, ὅτι οὐ κεκωλυμένου πράγματος ἀπέχεται· οὕτω πάλιν, ἵνα μὴ διὰ τῆς πολλῆς κατασκευῆς καὶ τῶν παραδειγμάτων τῶν πολλῶν, δι' ὧν ἔδειξεν ὅτι δεῖ λαμβάνειν, δόξῃ ἐπιζητεῖν τὸ λαμβάνειν καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα λέγειν, ἤδη διορθοῦται αὐτό· καὶ σαφέστερον μὲν ὕστερον αὐτὸ τέθεικεν, ὅταν λέγῃ· *Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα, ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί*· ἐνταῦθα δέ φησιν, ὅτι *Οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ.* Καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνο ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, ὅτι Ἐν εὐρυχωρίᾳ ὄντες οὐκ ἐχρησάμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκης κατεπειγούσης, οὐκ εἴξαμεν τῇ ἀνάγκῃ· ὃ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν· *Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνια πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν· καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθείς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός·* καὶ ἐν ταύτῃ πάλιν· *Καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν καὶ γυμνητεύομεν καὶ κολαφιζόμεθα.* Καὶ ἐνταῦθα πάλιν τὸ αὐτὸ αἰνίττεται λέγων, *Ἀλλὰ πάντα στέγομεν.* Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Πάντα στέγομεν*, καὶ λιμὸν αἰνίττεται καὶ στενοχωρίαν πολλὴν καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἠναγκάσθημεν, φησὶ, λῦσαι τὸν νόμον, ὃν ἑαυτοῖς τεθείκαμεν. Διὰ τί; *Ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀσθενέστερον Κορίνθιοι διέκειντο, Ἵνα μὴ πλήξωμεν ὑμᾶς, φησὶ, λαμβάνοντες, εἰλόμεθα καὶ ὑπὲρ τὰ ἐπιτεταγμένα ποιῆσαι, ἢ ἐγκοπήν τινα δοῦναι τῷ εὐαγγελίῳ, τουτέστι, τῇ κατηχήσει ὑμῶν. Εἰ δὲ ἡμεῖς, καὶ ἐπιτεταμμένου ἡμῖν, καὶ πολλὴν πάσχοντες βίαν, καὶ ἀποστόλους ἔχοντες ὑπόδειγμα, οὐκ ἐποιήσαμεν, *Ἵνα μὴ ἐγκοπὴν δῶμεν* (καὶ οὐκ εἶπεν, ἀνατροπὴν, ἀλλ' *Ἐγκοπὴν*, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐγκοπὴν, ἀλλ', *Ἐγκοπήν τινα*· ἵνα μηδὲ τὴν τυχοῦσαν, ὡς ἂν εἴποι τις, μέλλησιν καὶ ἀναβολὴν ἐμποιήσωμεν τῷ δρόμῳ τοῦ λόγου)· εἰ τοίνυν ἡμεῖς τοσαύτῃ ἐχρησάμεθα τῇ σπουδῇ, φησὶ, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς τοὺς καὶ πολὺ τῶν ἀποστόλων ἀποδέοντας, καὶ οὐδὲ νόμον ἔχοντας εἰπεῖν τὸν ἐπιτρέποντα, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τῶν κεκωλυμένων ἁπτομένους καὶ τῶν ἐπὶ βλάβῃ μεγάλῃ τοῦ εὐαγγελίου, οὐκ ἐπὶ τὸ μὴ ἐγκοπὴν μόνον δοῦναι, ἀλλ' οὐδὲ ἀνάγκην ὁρῶντας ἐπικειμένην, ἀπέχεσθαι δεῖ; Τοῦτον γὰρ ἅπαντα τὸν λόγον δι' ἐκείνους ἐκίνησε τοὺς διὰ τῆς βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων σκανδαλίζοντας τοὺς ἀσθενεστέρους ἀδελφούς.

[186] Ταῦτα δὲ καὶ ἡμεῖς ἀκούωμεν, ἀγαπητοί· ἵνα μὴ καταφρονῶμεν τῶν σκανδαλιζομένων, μηδὲ ἐγκοπήν τινα ποιῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ· ἵνα μὴ προδιδῶμεν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Μὴ γάρ μοι λέγε, ὅταν σκανδαλίζηται ὁ ἀδελφὸς, ὅτι Οὐ κεκώλυται τὸ καὶ τὸ, ἐφ' ᾧ σκανδαλίζεται, καὶ ὅτι ἐφεῖται. Ἐγὼ γάρ σοι μείζονα λέγω, ὅτι κἂν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐπιτετραφὼς ᾖ, ἴδῃς δέ τινα βλαπτόμενον, ἐπίσχες καὶ μὴ χρήσῃ τῇ ἐπιτροπῇ. Τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλος ἐποίησεν, ἐξὸν λαβεῖν Χριστοῦ συγχωρήσαντος, μὴ λαβών. Καὶ γὰρ φιλάνθρωπος ὢν ὁ Δεσπότης, πολλὴν τοῖς ἐπιτάγμασιν ἐκέρασεν ἡμερότητα τοῖς αὐτοῦ, ἵνα μὴ μόνον ἐξ ἐπιταγῆς, ἀλλὰ καὶ ἐξ οἰκείας πολλὰ ποιῶμεν γνώμης. Καὶ γὰρ ἠδύνατο, εἰ μὴ τοῦτο ἐβούλετο, μᾶλλον ἐπιτεῖναι τὰ ἐπιτάγματα, καὶ εἰπεῖν· Ὁ μὴ διόλου νηστεύων, κολαζέσθω· ὁ μὴ παρθενεύων, τιμωρείσθω· ὁ μὴ πάντα ἀποδυόμενος τὰ ὄντα, δίκην διδότω τὴν ἐσχάτην. Ἀλλ' οὐκ ἐποίησε τοῦτο, σοὶ παρέχων, εἰ βουληθείης, φιλοτιμεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ὅτε περὶ παρθενίας διελέγετο, ἔλεγεν· *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω*· καὶ ἐπὶ τοῦ πλουσίου τὰ μὲν ἐπέταξε, τὰ δὲ ἐπέτρεψε τῇ ἐξουσίᾳ τῆς διανοίας. Οὐ γὰρ εἶπε, Πώλησον τὰ ὑπάρχοντα, ἀλλ', *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησον.* Ἀλλ' ἡμεῖς οὐ μόνον οὐ φιλοτιμούμεθα οὐδὲ ὑπερβαίνομεν τὰ προστάγματα, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέτρου τῶν κελευσθέντων σφόδρα ἀπολιμπανόμεθα. Καὶ Παῦλος μὲν ἐλίμωττεν, ἵνα μὴ ἐγκοπὴν τῷ εὐαγγελίῳ δῷ· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τῶν ἀποκειμένων ἡμῖν ἄψασθαι τολμῶμεν, μυρίας ὁρῶντες ἀνατρεπομένας ψυχάς. Τρωγέτω γὰρ, φησὶν, ὁ σὴς, καὶ μὴ τρωγέτω ὁ πένης· κατεσθιέτω ὁ σκώληξ, καὶ μὴ περιβαλλέσθω ὁ γυμνός· ἀναλισκέσθω πάντα τῷ χρόνῳ, καὶ μὴ τρεφέσθω ὁ Χριστὸς, καὶ ταῦτα πεινῶν.

adscriberent; neque enim id ille tulisset : sed ex abundanti, volens hunc morem radicitus evellere, seipsum apposuit, ostendens, quod si se quis ipsi adscriberet a communi corpore abscissus, sic quoque rem esse absurdam et extremæ iniquitatis. Si autem in hoc erat iniquitas, multo magis in illis qui inferiores erant. Quia igitur disjectus et divisus erat hic mos, pulcherrimus ille et utilissimus (causa enim erat caritatis, paupertatis consolatio, divitiarum moderatio, maximæque philosophiæ occasio, et doctrina humilitatis) : quia igitur sciebat tanta bona esse corrupta, jure acri usus est oratione, sic dicens : *Hoc autem præcipiens, non laudo.* In priori nempe accusatione, quod plurimi essent qui observarent, alio modo incepit his verbis : *Laudo autem vos, quia per omnia mei meministis;* hic vero contra : *Hoc autem præcipiens, non laudo.* Idcirco neque post increpationem eorum qui idolothyta comedebant, posuit illud; sed quia asperius illud erat, medio interjecto sermone de coma; ne ex asperis criminationibus in alias etiam molestas transiens acrior videretur, tunc ad asperius rursum venit, et ait : *Hoc autem præcipiens, non laudo.* Quodnam? Quod nunc dicturus sum. Quid illud est, *Præcipiens non laudo?* Vos non approbo, inquit, quod me ad consilii dandi necessitatem adduxeritis : non laudo, quod hac in re doctrina opus habueritis et admonitione mea. Viden' quomodo ab initio ostenderit rem esse admodum absurdam? Cum enim admonitione opus non habere debeat is qui peccat ad non peccandum, tunc venia indignum est peccatum. Et cur non laudas? *Quia non in melius, sed in deterius conventis,* inquit. Hoc est, quia ad virtutem non profectum habetis. Cum oporteret enim ad meliora pergere, et majus esse proficiendi desiderium; vos morem qui jam invaluerat minuistis, atque ita minuistis, ut meo egeatis præcepto quo ad priorem redeatis ordinem. Deinde ne videretur hæc propter pauperes tantum dicere, non statim ad sermonem de mensis properat, ut ne increpationem multum timoris incutientem contemptui exponat, sed quærit dictionem acerrimam, quæ multum inferat timorem. Quid enim ait? 18. *Primum quidem convenientibus vobis in ecclesia, audio scissuras esse inter vos.* Non dicit, Audio enim vos non in communi cœnare; audio enim vos seorsim comedere, et non cum pauperibus; sed quod magis poterat ipsorum animum commovere, hoc posuit, id est, schismatis nomen, quod etiam hujusce rei causa erat : rursusque illud revocavit in memoriam, de quo in epistolæ principio dictum fuerat, et significatum ab iis qui erant Chloes. *Et ex parte credo.*

2. Ne dicerent enim, Quid si mentiantur calumniatores? neque dicit se credere, ne impudentiores illos reddat; neque rursum non credere, ne videatur frustra increpare; sed, *Partem quamdam credo,* inquit, id est, ex modica parte credo, anxios illos reddens, et ad correctionis reditum vocans. 19. *Nam et oportet hæreses esse in vobis, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Hæreses hic dicit, non hasce quæ de dogmatibus sunt, sed horum schismatum. Quod si etiam dogmatum diceret, neque ita ansam daret. Nam Christus ait, *Necesse est ut veniant scandala* (*Matth.* 18. 7), non arbitrii libertatem labefactans, neque necessitatem quamdam et vim in vitam inferens; sed quod ex mala hominum mente omnino futurum erat prædicens, futurum nempe, non ob illius prædictionem, sed ex animo eorum, qui insanabili morbo laborabant. Neque enim quia prædixit, illa facta sunt, sed quia omnino futurum erat, ideo prædixit. Etenim si ex necessitate venirent scandala, et non ex animo eorum qui illa induxerunt, supervacanee dixisset : *Væ homini illi, per quem scandalum venit* (*Ibid*). Sed hæc pluribus disseruimus in ipso loco : nunc autem ad propositum veniendum est. Quod de iis hæresibus dicat, quæ circa mensas versabantur, deque hac contentione et dissensione, ex sequentibus declaravit. Cum dixissent enim, *Audio schismata esse inter vos,* non hic constitit, sed ostendens quænam schismata essent, progressus dicit, 21. *Unusquisque suam cœnam præsumit;* et rursum, 22. *Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis?* Sed quod de his dicat, perspicuum est. Si autem schismata illa vocet, ne mireris : nam, ut dixi, hac dictione illos incessere vult. Si vero dogmatum schismata essent, non ita mansuete cum illis loquutus esset. Audi igitur illum tale quidpiam dicentem, quam sit vehemens, et dum confirmat et dum increpat; confirmans quidem, ut cum dicit : *Etiamsi angelus vobis evangelizet præter id quod accepistis, anathema sit* (*Gal.* 1. 8); increpans vero, ut cum ait : *Qui in lege justificamini, a gratia excidistis* (*Ibid.* 5. 4). Et nunc quidem canes vocat eos qui corrumpunt, dicens, *Videte canes* (*Philipp.* 3. 2) : nunc autem cauterio inustam habentes conscientiam (1. *Tim.* 4. 2), et rursus angelos diaboli. At hic nihil tale dixit, sed mansuete ac remisse. Quid est autem, *Ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis?* Ut magis resplendeant. Hoc est autem quod vult dicere : Eos qui stabiles et firmi sunt, non modo nihil horum lædit, sed etiam magis ostendit reddituque clariores. Illud enim, *ut,* non semper causam indicat, sed etiam sæpe rerum eventum. Ita et Christus id adhibet cum dicit : *In judicium ego veni in hunc mundum, ut non videntes videant, et videntes cæci fiant* (*Joan.* 9. 39). Sic et ipse Paulus, cum de lege disserens scribit : *Lex subintravit, ut abundaret delictum* (*Rom.* 5. 20). Sed neque lex ideo data est, ut peccata Judæorum augerentur; illud autem evenit : neque Christus ideo venit, ut videntes cæci fierent; sed propter contrariam rem : at illud ita contigit. Sic igitur et hoc loco intelligendum illud, *Ut qui probati sunt, manifesti fiant.* Neque enim ideo factæ sunt hæreses, ut qui probati essent manifesti fierent; sed advenientibus his hæresibus, hoc accidit. Hæc porro dicit, pauperes consolans, qui talem contemptum fortiter ferrent. Ideo non dixit, Ut probati fiant, sed, *Ut qui probati sunt, manifesti fiant :* declarans illos etiam antea tales fuisse; sed commiscebantur cum plurimis, et consolationem accipientes a divitibus, non admodum conspicui erant : nunc autem

Digitized by Google

hæc dissensio et contentio manifestos illos fecit; quemadmodum gubernatorem tempestas ostendit. Neque dixit, Ut vos probati appareatis; sed, *Ut qui probati sunt, manifesti fiant*, qui nempe in vobis tales sunt. Neque enim accusans manifestos reddit, ut ne ipsos impudentiores faciat, neque laudans, ne reddat segniores; sed suspensam profert orationem, et hunc et illum singulorum conscientiæ adaptandum præbens. Non modo autem mihi hic pauperes videtur consolari, sed etiam eos qui mores non corruperant. Nam verisimile erat in illis esse qui ipsos servarent illæsos: ideoque dixit, *Partem aliquam credo.* Jure igitur eos probatos dicit, qui non modo cum aliis morem servaverant, sed etiam absque illis immobilem hanc pulchram servabant legem. Hoc autem facit, ut hos et alios his laudibus alacriores reddat. Deinde dicit quod genus peccati sit illud. Quid autem hoc est? 20. *Convenientibus*, inquit, *vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare.* Vides quomodo pudorem incutiens, narrantis more, jam consilium instruxit? Conventus enim modus, inquit, est alius; est enim caritatis et fraternæ dilectionis: unus certe vos omnes excipit locus, et simul congregamini: mensa vero jam non similis est conventui. Nec dixit, Convenientibus vobis non in communi manducatis; sed alio modo et multo terribilius illos perstringit, dicens: *Non est Dominicam cœnam manducare;* illos ad ipsam transmittens vesperam, qua tremenda mysteria tradidit Christus. Ideo etiam prandium illud vocavit cœnam: etenim illud prandium omnes communiter habuit recumbentes. Atqui non tantum interest spatii inter divites et pauperes, quantum inter doctorem et discipulos: immensum quippe illud est. Et quid dico inter doctorem et discipulos? cogita intervallum quod est inter doctorem et proditorem. Attamen et ipse cum illis recumbebat, neque illum ejecit, sed et salis consortem fecit, et mysteriorum participem.

3. Deinde interpretatur quomodo non est Dominicam cœnam manducare. 21. *Unusquisque enim suam cœnam præsumit*, inquit, *ad manducandum: et alius quidem esurit, alius vero ebrius est.* Viden' quomodo illos ostendit sese magis dedecore afficientes? Nam quod Dominicum erat, proprium sibi faciunt; ita ut illi priores sint qui dedecore afficiuntur, qui mensæ suæ eam quæ maxima erat dignitatem auferunt. Quomodo et qua ratione? Quia Dominica cœna, id est, quod Domini est, commune debet esse. Quæ enim domini sunt, non hujus quidem famuli sunt, illius vero non item, sed in communi omnium. Dominicum ergo hoc dicit quod commune est. Nam si Domini tui est, ut revera est, non debes quædam ut propria avellere, sed quæ Domini sunt, communiter omnibus pponere: hoc est enim Dominicum. Nunc autem non sinis illud esse Dominicum, cum non sinis esse commune, sed seorsim epularis. Quapropter subjungit dicens: *Unusquisque enim suam cœnam præsumit.* Nec dixit, Abscindit, sed *Præsumit*, sensim illos edacitatis et petulantiæ accusans. Hoc declarat quod sequitur: cum hoc enim dixisset, rursum subjunxit: *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est;* quæ utraque non servatæ mensuræ erant, indigentia nempe et excessus. Ecce secunda accusatio illos ipsos impetens. Prima, quod suam cœnam dedecore afficiant; secunda, quod ventrem impleant et inebrientur; et quod gravius est, esurientibus pauperibus. Quæ enim omnibus in communi apponenda erant, iis ipsi soli ingurgitati, et in insatiabilitatem et in ebrietatem deferebant. Ideo non dixit, Alius quidem esurit, alius satiatur; sed, *Ebrius est.* Horum autem utrumque per se dignum est reprehensione: nam inebriari, etiam absque eo quod despiciantur pauperes, culpa est; pauperes despicere, absque ebrietate, est criminatione dignum: cum autem hæc simul conjuncta sunt, cogita quantus sit iniquitatis excessus. Deinde postquam absurditatem ostendit, cum magna deinceps indignatione increpationem adjicit, dicens: 22. *Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent?* Viden' quomodo a pauperum contumelia criminationem traducat ad Ecclesiam, ut graviorem redderet orationem? Ecce igitur quartam accusationem, cum non pauperes modo, sed etiam Ecclesia contumelia afficitur. Sicut enim Dominicam cœnam propriam tibi facis, sic et locum etiam, ecclesia utens ut domo tua. Ecclesia enim facta est, non ut convenientes divisi simus; sed ut qui divisi sunt conjungantur: et hoc significat conventus. *Et confunditis eos qui non habent.* Non dixit, et fame necatis eos qui non habent, sed majorem incutiens pudorem, *Confunditis*, sive pudore afficitis, ut ostendat se non alimentum tantum curare, quantum contumeliam ipsis inflictam. Ecce quintam accusationem, quod non tantum esurientes despiciant, sed etiam illos pudore afficiant. Hoc autem dicebat, simul et ea quæ pauperes spectabant honorans, et ostendens illos non tantum de ventre, quantum de contumelia dolere, simul autem auditorem attrahens ad misericordiam. Cum ergo hæc absurda ostendisset, contumeliam in cœnam, contumeliam in ecclesiam, contemptumque pauperum, lenit rursus increpationis vehementiam, dicens: *Laudabo vos? in hoc non laudo.* Quod certe quis maxime miretur, quod cum vehementius increpare oporteret, postquam tot peccata recensuit et perstrinxit, hic contra lenius agat et det respirandi locum. Quanam de causa? Gravius ipsos perstrinxerat amplificata accusatione, et cum optimus sit medicus, congruentem vulneribus fecit incisionem, neque ea quæ profunda plaga opus habebant in superficie secans: audisti enim quomodo fornicatorem qui apud illos erat absciderit: neque ea, quæ leniori bus egebant medicamentis, ferro tradens. Ideo et hoc loco mansuetiore utitur sermone: alioquin etiam mitiores illos erga pauperes reddere conabatur; et ideo cum illis lenius loquitur. Deinde, cum vellet illos alio modo majori pudore suffundere, a rebus præcipuis sermonem texit: 23. *Ego enim accepi a Domino*, inquit, *quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem*, 24. *et gratias agens fregit et dixit, Accipite, manducate: hoc*

Digitized by Google

δόκιμοι φανῆτε, ἀλλ', *Ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται*, οἱ ἐν ὑμῖν τοιοῦτοι. Οὔτε γὰρ κατηγορῶν δῆλους ποιεῖ, ὥστε μὴ ἀναισχυντοτέρους ποιῆσαι, οὔτε ἐγκωμιάζων, ὥστε μὴ χαυνοτέρους, ἀλλ' εἰς μετέωρον ἀφίησι τὸν λόγον, καὶ τοῦτον κἀκεῖνον ἑκάστου τῷ συνειδότι τὰ λεγόμενα ἁρμόζειν παρέχων. Οὐ τοὺς πένητας δὲ ἐνταῦθά μοι δοκεῖ παραμυθεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὸ ἔθος μὴ διαφθείροντας. Καὶ γὰρ εἰκὸς εἶναι ἐν αὐτοῖς καὶ τοὺς διατηροῦντας αὐτό· διὸ καὶ ἔλεγε, *Μέρος τι πιστεύω*. Εἰκότως τοίνυν τούτους δοκίμους φησὶ, τοὺς μὴ μόνον μετὰ τῶν ἄλλων διατηρήσαντας τὸ ἔθος, ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἐκείνων ἀκίνητον τὸν καλὸν τοῦτον φυλάξαντας νόμον. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἑτέρους[a] καὶ τούτους διὰ τῶν τοιούτων ἐγκωμίων προθυμοτέρους ἐργάσασθαι σπεύδων. Εἶτα λοιπὸν λέγει καὶ αὐτὸ τοῦ ἁμαρτήματος τὸ εἶδος. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; *Συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό*, φησὶν, *οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν*. Ὁρᾷς πῶς ἐντρεπτικῶς, καὶ ἐν τάξει διηγήσεως ἤδη τὴν συμβουλὴν κατεσκεύασε; Τὸ μὲν γὰρ σχῆμα τῆς συνόδου, φησὶν, ἄλλο· ἀγάπης γάρ ἐστι καὶ φιλαδελφίας· εἰς γοῦν ὑμᾶς ἅπαντας δέχεται τόπος, καὶ ὁμοῦ συναγελάζεσθε· ἡ δὲ τράπεζα λοιπὸν οὐχ ὁμοία τῇ συνόδῳ. Καὶ οὐκ εἶπε, Συνερχομένων ὑμῶν οὐκ ἔστι κοινῇ φαγεῖν, οὐκ ἔστι μετ' ἀλλήλων ἑστιαθῆναι, ἀλλὰ πάλιν ἑτέρως καὶ πολλῷ φοβερώτερον αὐτῶν καθάπτεται, λέγων, *Οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν*, ἐκείνῃ παραπέμπων αὐτοὺς ἐντεῦθεν ἤδη τῇ ἑσπέρᾳ, καθ' ἣν τὰ φρικτὰ μυστήρια παρέδωκεν ὁ Χριστός. Διὰ τοῦτο καὶ δεῖπνον τὸ ἄριστον ἐκάλεσε· καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ δεῖπνον κοινῇ πάντας εἶχε κατακεκλιμένους. Καίτοι γε οὐ τοσοῦτον τὸ μέσον τῶν πλουτούντων καὶ τῶν πενομένων, ὅσον τοῦ διδασκάλου καὶ τῶν μαθητῶν· ἄπειρον γὰρ ἐκεῖνο. Καὶ τί λέγω τοῦ διδασκάλου καὶ τῶν μαθητῶν; ἐννόησον τὸ μέσον τοῦ [244] διδασκάλου καὶ τοῦ προδότου. Ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸς μετ' αὐτῶν κατεκλίνετο, καὶ οὐδὲ τοῦτον ἐξέβαλεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλων αὐτῷ μετέδωκε, καὶ τῶν μυστηρίων κοινωνὸν ἐποίησεν.

γ'. Εἶτα ἑρμηνεύει πῶς οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. *Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει*, φησὶν, *ἐν τῷ φαγεῖν· καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει*. Εἶδες πῶς ἔδειξεν αὐτοὺς καταισχύνοντας ἑαυτοὺς μᾶλλον; Τὸ γὰρ Κυριακὸν, ἰδιωτικὸν ποιοῦσιν, ὥστε αὐτοὶ πρῶτοί εἰσιν οἱ καθυβριζόμενοι, οἱ τῆς ἑαυτῶν τραπέζης τὸ μέγιστον ἀφαιροῦντες ἀξίωμα. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅτι τὸ Κυριακὸν δεῖπνον, τουτέστι, τὸ Δεσποτικὸν, ὀφείλει κοινὸν εἶναι. Τὰ γὰρ τοῦ δεσπότου οὐχὶ τοῦδε μὲν ἔστι τοῦ οἰκέτου, τοῦδε δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κοινῇ πάντων. Τὸ οὖν Κυριακὸν τοῦτό φησι τὸ κοινόν. Εἰ γὰρ τοῦ Δεσπότου σοῦ ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, οὐκ ὀφείλεις ὡς ἴδια ἀποσπᾷν, ἀλλ' ὡς τοῦ Κυρίου καὶ τοῦ Δεσπότου ὄντα, κοινῇ πᾶσι προτιθέναι. Τοῦτο γάρ ἐστι Κυριακόν. Νῦν δὲ οὐκ ἀφεὶς αὐτὸ εἶναι Κυριακὸν, μὴ ἀφεὶς εἶναι κοινὸν, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν ἐστιώμενος. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει*. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀποσχίζει, ἀλλὰ, *Προλαμβάνει*, ἠρέμα καὶ εἰς λαιμαργίαν αὐτοὺς καὶ εἰς προπέτειαν διαβάλλων. Τοῦτο γοῦν καὶ τὸ ἑξῆς δηλοῖ· εἰπὼν γὰρ τοῦτο, ἐπήγαγε πάλιν· *Καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει*· ἄπερ ἑκάτερα ἀμετρίας ἦν, καὶ ἡ ἔνδεια καὶ ἡ ὑπερβολή. Ἰδοὺ καὶ δεύτερον ἔγκλημα πάλιν αὐτοὺς ἐκείνους καταβλάπτον. Πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ δεῖπνον αὐτῶν ἀτιμάζουσι· δεύτερον δὲ, ὅτι γαστρίζονται καὶ μεθύουσι· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ τῶν πενήτων πεινώντων. Ἃ γὰρ ἔμελλε κοινῇ πᾶσι προκεῖσθαι, ταῦτα οὗτοι μόνοι σιτούμενοι, καὶ εἰς ἀπληστίαν καὶ εἰς μέθην ἐξέβαινον. Διὸ οὐδὲ εἶπεν, Ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ κορέννυται, ἀλλὰ, *Μεθύει*. Τούτων δὲ ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ μὲν κατηγορίας ἄξιον· καὶ γὰρ τὸ μεθύειν χωρὶς τοῦ παροῤῥᾷν πένητας ἔγκλημα, καὶ τὸ παροῤῥᾷν πένητας χωρὶς τοῦ μεθύειν κατηγορία· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ συνημμένα ᾖ, ἐννόησον ὅση ἡ ὑπερβολὴ τῆς παρανομίας. Εἶτα δείξας τὴν ἀτοπίαν, μετὰ πολλοῦ λοιπὸν τοῦ θυμοῦ τὴν ἐπίπληξιν ἐπάγει, λέγων· *Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας;* Ὁρᾷς πῶς ἀπὸ τῆς τῶν πενήτων ὕβρεως ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν μετήγαγε τὸ ἔγκλημα, ἵνα φορτικώτερον ποιήσῃ τὸν λόγον; Ἰδοὺ τοίνυν καὶ τετάρτη κατηγορία, ὅταν μὴ πένητες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ Ἐκκλησία ὑβρίζηται. Ὥσπερ γὰρ τὸ Κυριακὸν δεῖπνον ἰδιωτικὸν ποιεῖς, οὕτω καὶ τὸν τόπον πάλιν, ὡς οἰκίᾳ [245] τῇ ἐκκλησίᾳ κεχρημένος. Ἐκκλησία γὰρ γέγονεν, οὐχ ἵνα διῃρημένοι ὦμεν οἱ συνελθόντες, ἀλλ' ἵνα οἱ διῃρημένοι συνημμένοι· καὶ τοῦτο ἡ σύνοδος δείκνυσι. *Καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας*. Οὐκ εἶπε, Καὶ λιμοκτονεῖτε τοὺς μὴ ἔχοντας, ἀλλὰ πολὺ ἐντρεπτικώτερον, *Καταισχύνετε*, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐ τροφῆς αὐτῷ τοσοῦτον μέλει, ὅσον τῆς ὕβρεως τῆς εἰς αὐτοὺς γινομένης. Ἰδοὺ καὶ πέμπτη κατηγορία, τὸ μὴ μόνον πεινῶντας περιορᾷν, ἀλλὰ καὶ καταισχύνειν αὐτούς. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ μὲν σεμνοποιῶν τὰ κατὰ τοὺς πένητας, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐχ οὕτως ὑπὲρ τῆς γαστρὸς, ὡς ὑπὲρ τῆς αἰσχύνης ἀλγοῦσιν, ὁμοῦ δὲ καὶ εἰς ἔλεον ἐπισπώμενος τὸν ἀκροατήν. Τοσαῦτα τοίνυν δείξας τὰ ἄτοπα, ὕβριν εἰς τὸ δεῖπνον, ὕβριν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὴν εἰς τοὺς πένητας γινομένην ὑπεροψίαν, χαλᾷ πάλιν τῆς ἐπιτιμήσεως τὸν τόνον ἀθρόον λέγων· *Ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ*. Ὃ καὶ μάλιστα ἄν τις αὐτοῦ θαυμάσειεν, ὅτι ἐπιπλῆξαι δέον σφοδρότερον μετὰ τὴν ἀπόδειξιν τῶν τοσούτων ἁμαρτημάτων καὶ καθάψασθαι, ὁ δὲ τοὐναντίον ποιεῖ μᾶλλον, ἀνίησι καὶ ἀναπνεῦσαι δίδωσι. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ αἴτιον; Φορτικώτερον αὐτῶν καθήψατο τὴν κατηγορίαν αὐξήσας, καὶ ἰατρὸς ὢν ἄριστος καταλλήλως τοῖς τραύμασι τὴν τομὴν ἐπάγει, οὔτε τὰ βαθείας δεόμενα πληγῆς ἐξ ἐπιπολῆς τέμνων· (ἤκουσας γὰρ αὐτοῦ πῶς τὸν πεπορνευκότα παρ' αὐτοῖς τούτοις ἀπέκοψεν), οὔτε τὰ προσηνεστέρων χρῄζοντα τῶν φαρμάκων σιδήρῳ παραδιδούς. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα πραότερον τῷ λόγῳ κέχρηται· καὶ ἄλλως δὲ ἡμέρους αὐτοὺς μάλιστα ἐσπούδακε καταστῆσαι τοῖς πένησι· διὸ καὶ ὑφειμένως διαλέγεται μᾶλλον αὐτοῖς. Εἶτα θέλων αὐτοὺς καὶ ἑτέρωθεν ἐντρέψαι μειζόνως, ἀπὸ τῶν κυριωτέρων τὸν λόγον ὑφαίνει πάλιν· *Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου*, φησὶν, *ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν· ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*. Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα τῶν μυστηρίων μέμνηται; Ὅτι σφόδρα ἀναγκαῖος εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ὁ λόγος· ἦν οὗτος αὐτῷ.

[a] Sic Reg. Editi vero, καὶ δι' ἑτέρους.

Digitized by Google

Καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης σου, φησὶ, τῆς αὐτῆς ἅπαντας ἠξίωσε τραπέζης, καίτοι σφόδρα φρικωδεστάτης οὔσης, καὶ πολὺ τὴν ἁπάντων ὑπερβαινούσης ἀξίαν· σὺ δὲ αὐτοὺς καὶ τῆς σῆς ἀναξίους εἶναι ἡγῇ, τῆς μικρᾶς ταύτης καὶ εὐτελοῦς, καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς οὐδὲν αὐτῶν σου πλεονεκτούντων, ἁρπάζεις αὐτοὺς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· οὐδὲ γὰρ ταῦτα σά. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐ λέγει, ὥστε μὴ γενέσθαι τραχὺν τὸν λόγον· ἡμερώτερον δὲ αὐτὸν κατασκευάζει λέγων· *Ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον.* Καὶ τίνος ἕνεκεν τοῦ καιροῦ ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει, καὶ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης καὶ τῆς προδοσίας; Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἄνευ λόγου τινός, ἀλλ' ἵνα μεθ' ὑπερβολῆς κατανύξῃ καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ. Κἂν γὰρ αὐτόλιθος ᾖ τις, ἐννοήσας ἐκείνην τὴν νύκτα, πῶς ἦν μετὰ τῶν μαθητῶν ἀδημονῶν, πῶς παρεδόθη, πῶς ἐδέθη, πῶς ἀπήχθη, πῶς ἐδικάσθη, πῶς καὶ τὰ ἑξῆς ἔπαθεν ἅπαντα, κηροῦ γίνεται [246] ἁπαλώτερος, καὶ τῆς γῆς ἁπαλλάττεται καὶ τῆς ἐνταῦθα φαντασίας ἁπάσης. Διὰ τοῦτο πάντων ἐκείνων εἰς μνήμην ἡμᾶς ἄγει, διὰ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς τραπέζης καὶ τῆς προδοσίας ἐντρέπων καὶ λέγων, ὅτι Ὁ μὲν Δεσπότης σου καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ σοῦ· σὺ δὲ τῷ ἀδελφῷ οὐδὲ σιτίων μεταδίδως ὑπὲρ σαυτοῦ;

δ'. Πῶς δέ φησι παρὰ τοῦ Κυρίου παρειληφέναι; οὐδὲ γὰρ παρῆν τότε, ἀλλὰ τῶν δωκόντων ἦν. Ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲν πλέον ἔχει ἐκείνη ἡ τράπεζα τῆς μετὰ ταῦτα. Καὶ γὰρ καὶ σήμερον αὐτός ἐστιν ὁ πάντα ἐργαζόμενος καὶ παραδιδοὺς, ὥσπερ καὶ τότε. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον τῆς νυκτὸς ἀναμιμνήσκει ἐκείνης, ἀλλ' ἵνα καὶ ἑτέρως ἡμᾶς κατανύξῃ. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνων μάλιστα μεμνήμεθα τῶν ῥημάτων, ὧν ἂν τελευταῖον παρὰ τῶν ἀπιόντων ἀκούσωμεν, καὶ πρὸς τοὺς κληρονόμους τοὺς ἐκείνων, εἰ τολμήσαιεν αὐτῶν παραβῆναι τὰς ἐντολὰς, ἐντρέποντες αὐτοὺς λέγομεν, Ἐννοήσατε ὅτι ταύτην ὑστέραν ἀφῆκε πρὸς ὑμᾶς τὴν φωνὴν ὁ πατὴρ, καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἦς ἔμελλεν ἐκπνεῖν ταῦτα ἐπέσκηπτεν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος καὶ ἐντεῦθεν φρικτὸν ποιῆσαι τὸν λόγον βουλόμενος, Ἀναμνήσθητε, φησὶν, ὅτι ταύτην ἰσχάτην ὑμῖν δέδωκε τὴν μυσταγωγίαν, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ, ᾗ καὶ σφάττεσθαι ὑπὲρ ὑμῶν ἔμελλε, ταῦτα ἐνετέλλετο, καὶ παραδιδοὺς ὑμῖν τὸ δεῖπνον ἐκεῖνο, μετ' ἐκεῖνο οὐκέτι προσέθηκεν ἕτερον. Εἶτα καὶ αὐτὰ λοιπὸν διηγεῖται τὰ γεγενημένα λέγων ὅτι, *Ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον.* Εἰ τοίνυν ἐπ' εὐχαριστίᾳ προσέρχῃ, καὶ σὺ μηδὲν ἀνάξιον ποίει τῆς εὐχαριστίας, μηδὲ καταίσχυνε τὸν ἀδελφὸν, μηδὲ περιόρα πεινῶντα, μὴ μέθυε, μὴ ὕβριζε τὴν Ἐκκλησίαν. Προσέρχῃ γὰρ εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὧν ἀπέλαυσας. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἀμοιβὴν ἀπόδιδου, καὶ μὴ ἀπόσχιζε σεαυτὸν τοῦ πλησίον. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς πᾶσιν ἐξίσης ἔδωκε λέγων, *Λάβετε, φάγετε.* Ἐκεῖνος τὸ σῶμα ἐξίσης ἔδωκε, σὺ δὲ οὐδὲ τὸν κοινὸν ἄρτον δίδως ἐξίσης; καὶ γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων ὁμοίως ἐκλάσθη, καὶ σῶμα γέγονεν ὑπὲρ ἁπάντων ἐξίσης. *Ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.* Τί λέγεις; ἀνάμνησιν τοῦ Χριστοῦ ποιεῖς, καὶ πένητας παροράᾳς, καὶ οὐ φρίττεις; Ἀλλ' εἰ μὲν υἱοῦ ἢ ἀδελφοῦ τετελευτηκότος ἀνάμνησιν ἐποίεις, ἐπλήγης ἂν ὑπὸ τοῦ συνειδότος, εἰ μὴ τὸ ἔθος ἐπλήρωσας, καὶ πένητας ἐκάλεσας· τὴν δὲ τοῦ Δεσπότου σου ποιῶν ἀνάμνησιν, οὐδὲ τραπέζης ἁπλῶς μεταδίδως; Τί δέ ἐστιν ὃ φησιν, ὅτι, *Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστίν;* Ἦν γὰρ καὶ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ποτήριον, αἱ σπονδαὶ καὶ τὸ αἷμα τῶν ἀλόγων· καὶ γὰρ μετὰ τὸ θῦσαι ποτηρίᾳ [247] καὶ φιάλῃ τὸ αἷμα δεχόμενοι οὕτως ἔσπενδον. Ἐπεὶ οὖν ἀντὶ αἵματος ἀλόγων αἷμα εἰσήγαγε τὸ αὐτοῦ, ἵνα μή τις θορυβηθῇ τοῦτο ἀκούων, ἀνέμνησε τῆς παλαιᾶς θυσίας ἐκείνης. Εἶτα εἰπὼν περὶ τοῦ δείπνου ἐκείνου, συνάπτει τὰ παρόντα τοῖς τότε, ἵνα, ὡς ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἑσπέρᾳ, καὶ ἐπ' αὐτῆς κείμενοι στιβάδος, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λαμβάνοντες τὴν θυσίαν ταύτην, οὕτω καὶ νῦν διακείωνται, καὶ φησιν· *Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.* Ὥσπερ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρτου καὶ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου, *Εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν ποιεῖτε τοῦτο,* ἔφη, τὴν αἰτίαν ἐκκαλύπτων ἡμῖν τῆς τοῦ μυστηρίου δόσεως, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταύτην εἶναι λέγων ἀρκοῦσαν ἡμῖν εἰς εὐλαβείας ὑπόθεσιν· ὅταν γὰρ ἐννοήσῃς τί πέπονθεν ὁ Δεσπότης σου διὰ σὲ, φιλοσοφώτερος ἔσῃ· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐνταῦθά φησιν· *Ὁσάκις ἂν ἐσθίητε, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλετε.* Καὶ τοῦτο ἐκεῖνο τὸ δεῖπνόν ἐστιν. Εἶτα δεικνὺς ὅτι ἕως τῆς συντελείας αὐτὸ μένει, φησὶν· *Ἕως ἂν ἔλθῃ. Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου.* Τί δήποτε; Ὅτι ἐξέχεεν αὐτὸ, καὶ σφαγὴν τὸ πρᾶγμα ἀπέφηνεν, οὐκέτι θυσίαν. Ὥσπερ οὖν καὶ τότε οἱ κεντήσαντες οὐχ ἵνα πίωσιν ἐκέντησαν, ἀλλ' ἵνα ἐκχέωσιν· οὕτω καὶ ὁ ἀναξίως μετιὼν, καὶ μηδὲν ἐντεῦθεν καρπούμενος. Εἶδες πῶς φοβερὸν τὸν λόγον ἐποίησε, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῶν καθήψατο πάσης, δεικνὺς ὅτι εἰ οὕτω μέλλοιεν πίνειν, ἀναξίως μετέχουσι τῶν προκειμένων. Πῶς γὰρ οὐκ ἀναξίως, ὁ περιορῶν πεινῶντα; ὁ καταισχύνων πρὸς τῷ περιιδεῖν; Εἰ γὰρ τὸ μὴ δοῦναι πένησιν ἐκβάλλει τῆς βασιλείας, κἂν παρθένος ᾖ τις, μᾶλλον δὲ τὸ μὴ δαψιλῶς δοῦναι· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖναι ἔλαιον εἶχον, ἀλλὰ δαψιλὲς οὐκ εἶχον· τὸ καὶ τοσαῦτα ἄτοπα ἐργάσασθαι, ἐννόησον ἡλίκων ἔσται κακόν.

ε'. Ποῖα ἄτοπα; φησί. Τί λέγεις, ποῖα ἄτοπα; Τραπέζης μετέσχες τοιαύτης, καὶ πάντων ὀφείλων ἡμερώτερος εἶναι καὶ τῶν ἀγγέλων ἴσος, πάντων ὠμότερος γέγονας· αἵματος ἐγεύσω Δεσποτικοῦ, καὶ τὸν ἀδελφὸν οὐδὲ οὕτως ἐπιγινώσκεις· καὶ ποίας ἄξιος εἶ συγγνώμης; Καίτοι εἰ καὶ πρὸ τούτου ἠγνόεις, ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτὸν ἐπιγνῶναι ἐχρῆν· νῦν δὲ καὶ αὐτὴν ἀτιμάζεις τὴν τράπεζαν, τὸν ἐκείνης καταξιωθέντα μέτοχον εἶναι τῶν σῶν οὐχ ἡγούμενος ἄξιον εἶναι σιτίων. Οὐκ ἤκουσας πόσα ἔπαθεν ὁ τὰ ἑκατὸν δηνάρια ἀπαιτῶν; πῶς δωρεὰν ἐξενεχθεῖσαν ἄκυρον ἐποίησεν; οὐκ ἐννοεῖς τίς ὢν τίς γέγονας; οὐκ ἀναμιμνήσκεις σαυτὸν, ὅτι τούτου τοῦ πέντε τὸς ἐν χρήμασι πολὺ πτωχότερος ἦς ἐν κατορθώμασι, μυρίων γέμων ἁμαρτημάτων; Ἀλλ' ὅμως πάντων σε ἐκείνων ἀπήλλαξεν ὁ Θεὸς, καὶ τραπέζης ἠξίωσε τοιαύτης· σὺ δὲ οὐδὲ οὕτω φιλανθρωπότερος γίνῃ. Οὐκοῦν οὐδὲν ἕτερον λείπεται, ἢ καὶ τό σε παραδοθῆναι τοῖς βασανισταῖς. [248] Τούτων καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν τῶν ῥημάτων πάντες, ὅσοι ἐνταῦθα μὲν

Digitized by Google

est corpus meum, quod pro vobis frangitur : hoc facite in meam commemorationem. Cur hic mysteriorum meminit? Quia valde necessarium erat ad præsens argumentum tali uti sermone. Nam Dominus tuus, inquit, eadem omnes mensa dignatus est; etsi illa admodum tremenda erat, omniumque dignitatem valde superabat : tu vero illos tua indignos esse putas, illa inquam parva et vili; et cum in spiritualibus nihil plus habeant quam tu, in sensibilibus illos spolias : neque enim hæc tua sunt. Sed non hoc quidem dicit, ne asperior esset sermo, illum vero mansuetiorem efficit dicens : *Quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem.* Et qua de causa tempus nobis commemorat, et vesperam illam et proditionem? Non sine causa et ratione, sed ut supra modum compungeret etiam a tempore. Etiamsi enim lapis sit aliquis, si cogitet illam noctem, quomodo cum discipulis erat tristis, quomodo traditus est, quomodo ligatus et abductus, quomodo judicatus est, et quo pacto cætera omnia sequentia pertulit, cera mollior efficitur, a terra abstrahitur et ab omni hujus sæculi fastu. Ideo omnia illa nobis in memoriam revocat, per tempus et mensam et proditionem pudore suffundens et dicens : Dominus tuus seipsum pro te tradidit; tu vero fratri neque cibum das pro teipso?

4. Quomodo autem dicit se accepisse a Domino? neque enim tunc aderat, sed ex numero persequentium erat. Ut discas nihil plus habere illam mensam, quam illa quæ postea fuit. Nam et hodie ille est qui omnia efficit et tradit, ut et tunc. Non ideo tantum illam noctem commemorat, sed et ut alio modo nos compungat. Ut enim illorum maxime verborum recordamur, quæ ultima audimus a decedentibus; et heredibus eorum, si audeant illorum præcepta transgredi, ut pudore afficiamus, dicimus : Cogitate patrem vestrum hanc ultimam emisisse vocem, et usque ad diem, qua exspiraturus erat, hæc mandavisse : sic et Paulus inde volens dictum illud tremendum reddere, Recordamini, inquit, quod hanc ultimam vobis dederit mysterii institutionem, et in ipsa nocte, qua pro vobis occidendus erat, hæc præceperit, et tradens nobis illam cœnam, post illam non aliud adjecerit. Deinde illa quæ tunc facta fuere narrat : *Accepit panem, et cum gratias egisset, fregit et dixit : Accipite, manducate; hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur.* Si ergo propter eucharistiam accedis, tu nihil eucharistiæ indignum facito, neque pudore afficias fratrem, nec esurientem despicias, ne inebrieris, ne Ecclesiam contumelia afficias. Accedis gratias agens pro iis quæ accepisti : ergo et tu vicem rependе, neque te abscindas a proximo. Etenim Christus omnibus æqualiter dedit dicens, *Accipite, comedite.* Ille corpus æqualiter dedit; tu vero ne communem quidem panem æqualiter das? nam pro omnibus similiter fractum est, et ex æquo fuit corpus pro omnibus. 25. *Similiter et calicem, postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine : hoc facite, quotiescumque biberitis, in meam commemorationem.* Quid dicis? commemorationem Christi facis, et pauperes despicis, nec exhorrescis? Sed si filii aut fratris mortui commemorationem faceres, a conscientia pungereris, si non morem sequutus esses et pauperes vocavisses : cum autem Domini tui commemorationem facis, neque mensæ saltem consortium das. Quid vero sibi vult illud : *Hic calix novum testamentum est?* Veteris enim testamenti calix erant libamina et sanguis brutorum : postquam enim sacrificaverant, in calice et phiala sanguinem excipientes, sic libabant. Quia igitur pro sanguine brutorum sanguinem suum induxit; ne quis turbaretur hoc audiens, in memoriam revocavit vetus illud sacrificium. Deinde de cœna illa loquutus, præsentia iis quæ tunc erant conjungit : ut quasi in illa vespera, in eodemque strato recumbentes, et ab ipso Christo hoc sacrificium accipientes, ita et nunc afficiantur; et ait : 26. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Sicut enim in pane et in calice dixit Christus, *Hoc facite in meam commemorationem*, causam nobis aperiens dati mysterii, et cum aliis hoc etiam dicens, ipsam nobis satis esse ad pietatis argumentum : cum enim cogitaveris quid Dominus tuus sit perpessus propter te, magis philosophus eris : sic et Paulus hic ait, *Quotiescumque manducabitis, mortem ejus annuntiabitis.* Et hæc est illa cœna. Deinde cum ostendisset, quod usque ad consummationem illa maneat. ait, *Donec veniat.* 27. *Itaque quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.* Quare? Quia effudit illum, et ea res mactationem exhibuit, non jam sacrificium. Ut ergo tunc qui transfixerunt, non ut biberent transfixerunt, sed ut effunderent : ita etiam qui indigne participat, et nihil hinc fructus percipit. Viden' quam terribilem sermonem fecerit, et quam valide illos perstrinxerit, ostendens quod si sic bibituri sint, indigne sint propositorum participes? Quomodo enim non indigne qui despicit esurientem, qui despiciendo pudore suffundit? Nam si non dare pauperibus ejicit ex regno cælorum, etiam si qua sit virgo; imo etiam si non largiter detur; nam illæ virgines oleum habebant, sed non largiter habebant : tam multa absurda fecisse, cogita quantum erit malum.

5. Quæ absurda, inquit? Quid dicis, qualia absurda? Talis mensæ particeps fuisti, et cum omnium mitissimus esse debuisses et par angelis, omnium crudelissimus effectus es. Gustasti sanguinem Dominicum, et neque fratrem ita agnoscis; et qua dignus venia fueris? Quamquam etsi antea ignorabas, a mensa illum agnoscere oportuit : nunc autem ipsam etiam mensam dedecoras, dum illum qui dignatus est illius particeps fieri, ne cibis quidem tuis dignum existimas. Non audisti quanta passus est ille qui centum denarios exigebat? quomodo sibi collatum donum irritum fecerit? non cogitas quis cum esses, quis effectus fueris? non recordaris te hoc in pecuniis pauperе longe fuisse pauperiorem in bonis operibus, cum mille peccatis plenus esses? Attamen ab his omnibus te liberavit Deus, neque tali mensa dignatus

Digitized by Google

est : tu vero ne sic quidem benignior effectus es. Itaque nihil aliud restat, quam ut tradaris tortoribus. Hæc verba nos quoque omnes audiamus, quotquot cum pauperibus ad sacram hanc mensam accedimus. Hinc autem egressi, ne illos quidem respexisse videmur, sed et ebrii sumus et esurientes prætercurrimus : qua de re tunc Corinthii accusabantur. Et quandonam, inquies, hoc fit? Semper quidem, præcipue vero in diebus festis, cum maxime fieri non oporteret. Tunc enim post communionem statim excipit ebrietas et pauperum contemptus : et postquam sanguinem recepisti, cum jejunii tibi tempus est et sobrietatis, debaccharis et comessaris. Et si quid boni perceperis in prandio, caves ne alio pravo cibo priorem labefactes : cum autem spiritualem cibum acceperis, satanicas inducis delicias. Cogita quid apostoli fecerint, cum illas sacras percepissent cœnas : nonne ad orationem convertebantur et ad hymnos celebrandos? nonne ad sacra pervigilia? nonne ad doctrinam longam, quæ magna plena erat philosophia? magna quippe et mirabilia tunc illi enarrabat et præcipiebat, abscedente Juda, ad vocandos illos qui ipsum in crucem acturi erant. Non audisti quomodo illa tria millia hominum, qui communionis participes erant, semper perseverabant in oratione et in doctrina, non in ebrietatibus, non in comessationibus? Tu vero antequam percipias quidem, jejunas, ut quomodocumque dignus communione videaris, ubi autem percepisti, cum oporteret te temperantiam augere, omnia perdis. Atqui non par res est antea jejunare, et postea : in utroque enim tempore temperantem esse oportet, maxime vero postquam sponsum excepisti : antea quidem, ut dignus sis qui accipias; postea vero, ne indignus videaris iis quæ accepisti. Quid ergo, jejunandumne est postquam acceperim? Non hoc dico, neque te cogo. Bonum quidem hoc quoque esset; verum non vim infero, sed adhortor ne te deliciis impleas extra mensuram. Si enim numquam oporteat deliciari; hoc enim declaravit Paulus dicens, *Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est* (1. *Tim.* 5. 6); multo magis tunc morietur. Si autem deliciæ mors sunt mulieri, multo magis viro; et si alio tempore deliciæ perdunt, multo magis post perceptam mysteriorum communionem. Tu autem pane vitæ accepto, rem morte dignam facis, et non horrescis? nescis quam multa mala ex deliciis inducantur? risus intempestivus, incondita verba, scurrilitas perniciei plena, nugæ inutiles et alia quæ ne fas quidem est dicere. Et hæc facis postquam ad Christi mensam exceptus fuisti, illo die quo dignatus fuisti carnes ejus lingua tangere. Quisquis ergo sis, ne hæc fiant, expurga dexteram tuam, linguam, labia, quæ ingressui Christi vestibula fuere; et apposita mensa sensibili, ad illam mensam mentem intende, ad cœnam Dominicam, ad vigilias discipulorum illa sacra nocte; imo vero, si quis accurate examinaverit, præsentia nox sunt. Vigilemus ergo cum Domino, compungamur cum discipulis. Precum tempus est, non ebrietatis, semper quidem, maxime autem in die festo. Dies festus enim ideo institutus est, non ut turpiter agamus, non ut peccata accumulemus, sed ut quæ admissa fuere de medio tollamus. Et scio quidem me in cassum hæc dicere, sed non finem dicendi faciam. Etiamsi enim omnes non audieritis, sed non omnes repugnabitis; imo vero si omnes repugnetis, mihi quidem major merces, vobis autem gravius judicium. Ne igitur gravius eveniat, ideo finem dicendi non faciam : fortassis enim, fortassis ex frequenti monitione scopum attingam. Ideo obsecro, ut ne in judicium et damnum hoc faciamus, nutriamus Christum, potum ipsi demus, induamus illum : hæc illa mensa digna sunt. Audisti sacros hymnos? vidisti nuptias spirituales? exceptus fuisti ad mensam regiam? repletus es Spiritu sancto? choros egisti cum Seraphinis? socius fuisti supernarum potestatum? Ne tantam lætitiam abjicias, ne effundas thesaurum, ne inducas ebrietatem mœroris matrem, diaboli gaudium, mille mala parientem. Hinc enim est somnus morti similis, hinc sopores, morbi, oblivio, mortis imago. Sane vino ingurgitatus nolueris cum amico congredi; et Christum intus habens, quæso te, tantam audeas injicere temulentiam? At delicias amas? Ergo ideo ebrietati finem impone. Nam ego te in veris deliciis versari volo, quæ numquam marcescant. Quænam ergo sunt veræ deliciæ, quæ semper floreant? Ad prandium invita Christum, tua illi imperti, vel potius sua : hoc interminabilem habet et semper florentem voluptatem. At non hæc sensilia : statim enim cum apparuere evanescunt; et qui deliciis operam dedit, non meliore conditione erit, quam qui non deliciatus est; imo pejore erit. Nam ille quidem quasi in portu sedet; hic vero ceu torrentem quemdam et morborum obsidionem excepit, et ne hanc quidem ferre potest tempestatem. Ne hæc itaque contingant, moderationem sectemur. Ita enim et corpore bene valebimus, et animam in tuto collocabimus, et a præsentibus futurisque malis liberabimur : a quibus utinam omnes eruti, regnum consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et una Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXVIII.

28. *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat.*

1. Quid sibi volunt hæc verba, cum aliud sit hoc propositum argumentum? Hic mos est Paulo, ut jam prius dixi, non solum illa tractare quæ sibi proposita sunt, sed si quid aliud hæc tractanti inciderit, id quoque magno studio persequi; maxime cum de rebus admodum necessariis et urgentibus agitur. Etenim cum de iis qui nuptias contraxere ageretur, et incidit in sermonem de servis, fortiter et multis hanc

Digitized by Google

μετὰ τῶν πενήτων προσερχόμεθα τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ ταύτῃ· ἐξελθόντες δὲ ἔξω, οὐδὲ ἑωρακέναι δοκοῦμεν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ μεθύομεν καὶ πεινῶντας παρατρέχομεν· ἃ καὶ Κορίνθιοι τότε ἐνεκαλοῦντο; Καὶ πότε τοῦτο γίνεται; φησίν. Ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὅτε μάλιστα γίνεσθαι οὐκ ἐχρῆν. Καὶ γὰρ τότε μετὰ τὴν κοινωνίαν εὐθέως μέθη διαδέχεται, καὶ πενήτων ὑπεροψία· καὶ τοῦ αἵματος μεταλαβὼν, ὅτε νηστείας σοι καιρὸς καὶ νήψεως, παροινεῖς καὶ κωμάζεις. Κἂν μέν τι χρηστὸν τύχῃς ἠριστηκὼς, φυλάττεις σαυτὸν, ὥστε μὴ ἑτέρῳ ἐδέσματι πονηρῷ λυμήνασθαι τὸ πρότερον· πνεῦμα δὲ ἐστιαθεὶς, σατανικὴν ἐπεισάγεις τρυφήν. Ἐννόησον, ὅτε μετέλαβον οἱ ἀπόστολοι τῶν ἱερῶν δείπνων ἐκείνων, τί ἐποίησαν· οὐχὶ εἰς εὐχὰς ἐτράπησαν καὶ ὑμνῳδίας; οὐχὶ εἰς πανυχίδας ἱερὰς; οὐχὶ εἰς διδασκαλίαν τὴν μακρὰν ἐκείνην καὶ πολλῆς γέμουσαν φιλοσοφίας; τὰ γὰρ μεγάλα καὶ παράδοξα τότε αὐτοῖς διηγεῖτο καὶ παρήγγελλεν, ἀπελθόντος τοῦ Ἰούδα καλέσαι τοὺς μέλλοντας αὐτὸν σταυροῦν. Οὐκ ἤκουσας πῶς καὶ οἱ τρισχίλιοι οἱ τῆς κοινωνίας ἀπολαύοντες διατεντὸς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, οὐ μέθαις καὶ κώμοις; Σὺ δὲ πρὶν ἢ μὲν μεταλαβεῖν νηστεύεις, ἵνα ὁπωσδήποτε ἄξιος φανῇς τῆς κοινωνίας· ὅταν δὲ μεταλάβῃς, δέον σε ἐπιτεῖναι τὴν σωφροσύνην, πάντα ἀπολλύεις. Καίτοι γε οὐκ ἔστιν ἴσον πρὸ τούτου νήφειν, καὶ μετὰ ταῦτα· δεῖ μὲν γὰρ ἐν ἑκατέρῳ σωφρονεῖν, μάλιστα δὲ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νυμφίον· πρὸ τούτου μὲν, ἵνα ἄξιος γένῃ τοῦ λαβεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα, ἵνα μὴ ἀνάξιος φανῇς ὧν ἔλαβες. Τί οὖν, νηστεύειν δεῖ μετὰ τὸ λαβεῖν; Οὐ λέγω τοῦτο, οὐδὲ καταναγκάζω. Καλὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο· πλὴν οὐ βιάζομαι τοῦτο, ἀλλὰ παραινῶ μὴ τρυφᾶν εἰς ἀπληστίαν. Εἰ γὰρ οὐδέποτε χρὴ τρυφᾶν, καὶ τοῦτο ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπὼν, ὅτι *Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε*, πολλῷ μᾶλλον τότε τεθνήξεται. Εἰ δὲ γυναικὶ ἡ τρυφὴ θάνατος, πολλῷ μᾶλλον ἀνδρί· καὶ εἰ ἐν ἄλλῳ καιρῷ τοῦτο γινόμενον ἀπόλλυσι, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν. Σὺ δὲ ἄρτον ζωῆς λαβὼν, πρᾶγμα θανάτου ποιεῖς, καὶ οὐ φρίττεις; οὐκ οἶσθα ὅσα ἀπὸ τρυφῆς ἐπεισέρχεται κακά; γέλως ἄκαιρος, ῥήματα ἄτακτα, εὐτραπελία ὀλέθρου γέμουσα, φλυαρία ἀνόητος, τὰ ἄλλα ἃ μηδὲ εἰπεῖν καλόν. Καὶ ταῦτα τοιεῖς τραπέζης ἀπολαύσας Χριστοῦ, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἄψασθαι διὰ γλώττης τῶν σαρκῶν αὐτοῦ κατηξιώθης. Πᾶς οὖν, ἵνα ταῦτα μὴ γίνηται, καθάγνιζέ σου τὴν δεξιὰν, τὴν γλῶτταν, τὰ χείλη, ἅπερ ἐγένετο πρόθυρα τῇ ἐπιβάσει τοῦ Χριστοῦ· καὶ τράπεζαν παραθεὶς αἰσθητὴν, πρὸς ἐκείνην τὴν τράπεζαν τὸν νοῦν ἀνάτεινον, πρὸς τὸ δεῖπνον τὸ Κυριακὸν, πρὸς τὴν ἀγρυπνίαν τῶν μαθητῶν τὴν κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὴν [249] ἱεράν· μᾶλλον δὲ, εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ τὰ παρόντα νύξ. Γρηγορῶμεν τοίνυν μετὰ τοῦ Δεσπότου, κατανυγῶμεν μετὰ τῶν μαθητῶν. Εὐχῶν ὁ καιρὸς, οὐ μέθης, ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν ἑορτῇ. Ἑορτὴ γὰρ διὰ τοῦτο γίνεται, οὐχ ἵνα ἀσχημονῶμεν, οὐχ ἵνα ἁμαρτήματα συνάγωμεν, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ ὄντα ἀνέλωμεν. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι εἰκῇ ταῦτα λέγω, ἀλλ' οὐ παύσομαι λέγων. Κἂν γὰρ μὴ πάντες ὑπακούσητε, ἀλλ' οὐδὲ πάντες παρακούσεσθε, μᾶλλον δὲ, κἂν πάντες παρακούσητε, ἐμοὶ μὲν μείζων ὁ μισθὸς, ὑμῖν δὲ πλέον τὸ κρῖμα. Ἵν' οὖν μὴ γένηται πλέον, διὰ τοῦτο οὐ παύσομαι λέγων· ἴσως γὰρ, ἴσως τῇ συνεχείᾳ καθάψομαι. Διὸ παρακαλῶ, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα τοῦτο ποιῶμεν, θρέψωμεν τὸν Χριστὸν, ποτίσωμεν, ἐνδύσωμεν· ταῦτα τῆς τραπέζης ἐκείνης ἄξια. Ἤκουσας ὕμνων ἱερῶν; εἶδες γάμον πνευματικόν; ἀπέλαυσας τραπέζης βασιλικῆς; ἐνεπλήσθης Πνεύματος ἁγίου; συνεχόρευσας τοῖς Σεραφὶμ, κοινωνὸς ἐγένου τῶν ἄνω δυνάμεων; Μὴ ῥίψῃς χαρὰν τοσαύτην, μὴ ἐκχέῃς τὸν θησαυρὸν, μὴ ἐπεισαγάγῃς μέθην τὴν τῆς ἀθυμίας μητέρα, τὴν τοῦ διαβόλου χαρὰν, τὴν μυρία τίκτουσαν κακά. Καὶ γὰρ ὕπνος θανάτῳ ἐοικὼς ἐντεῦθεν καὶ καρηβαρίαι καὶ νόσοι καὶ λήθη καὶ νεκρότητος εἰκών. Εἶτα φίλῳ μὲν οὐκ ἂν ἔλοιο συντυχεῖν οἰνωμένος, τὸν δὲ Χριστὸν ἔνδον ἔχων τολμᾷς, εἰπέ μοι, τοσαύτην ἐπεμβαλεῖν μέθην; Ἀλλὰ τρυφῆς ἐρᾷς; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο παῦσαι μεθύων. Καὶ γὰρ ἐγώ σε βούλομαι τρυφᾶν, ἀλλὰ τὴν ὄντως τρυφὴν, τὴν οὐδέποτε μαραινομένην. Τίς οὖν ἡ ὄντως τρυφὴ καὶ διηνεκῶς ἀνθοῦσα; Κάλεσον ἐπ' ἄριστον τὸν Χριστὸν, μετάδος αὐτῷ τῶν σῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αὐτοῦ· τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ ἀκμάζουσαν διηνεκῶς. Ἀλλ' οὐ τὰ αἰσθητὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἐφάνη καὶ ἠφανίσθη, καὶ ὁ τρυφήσας οὐδὲν ἄμεινον διακείσεται τοῦ μὴ τρυφήσαντος, μᾶλλον δὲ χεῖρον. Ὁ μὲν γὰρ ὥσπερ ἐν λιμένι κάθηται, οὗτος δὲ χειμάρρουν τινὰ καὶ πολιορκίαν νοσημάτων ἐδέξατο, καὶ οὐδὲ ἐνεγκεῖν τὴν ζάλην ταύτην δύναται. Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα γένηται, τὴν συμμετρίαν διώκωμεν. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ σῶμα εὖ διακεισόμεθα, καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσομεν, καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἀπαλλαγησόμεθα κακῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπαλλαγέντας, τῆς βασιλείας ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

[250] ΟΜΙΛΙΑ ΚΗ'.

Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω.

α'. Τί βούλεται ταῦτα τὰ ῥήματα, ἑτέρας ὑποθέσεως τῆς προκειμένης οὔσης; Ἔθος τοῦτο τῷ Παύλῳ, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν ἔφθην εἰπὼν, μὴ μόνον ἐκεῖνα ἐργάζεσθαι, ἅπερ αὐτῷ προκείμενά ἐστιν, ἀλλὰ κἂν ἕτερος παρεμπέσῃ λόγος τῇ ὑποθέσει, καὶ τούτῳ μετὰ πολλῆς ἐπεξιέναι τῆς σπουδῆς, καὶ μάλιστα ὅταν περὶ σφόδρα ἀναγκαίων καὶ κατεπειγόντων ᾖ.

Digitized by Google

Καὶ γὰρ ὅτε τοῖς γεγαμηκόσι διελέγετο, καὶ ὁ τῶν οἰκετῶν αὐτῷ παρενέπεσε λόγος, σφόδρα γενναίως καὶ διὰ πολλῶν αὐτὸν κατεσκεύασε· καὶ ὅτε περὶ τοῦ μὴ δεῖν κρίνεσθαι ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἔλεγε, καὶ τότε εἰς τὴν περὶ πλεονεξίας ἐμπεσὼν νουθεσίαν, πολλὰ καὶ περὶ ταύτης διελέχθη τῆς ὑποθέσεως· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα πεποίηκεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ τῆς τῶν μυστηρίων ἐδεήθη μνήμης, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισεν ἐπεξελθεῖν τῇ ὑποθέσει· οὐδὲ γὰρ ἡ τυχοῦσα ἦν. Διὸ καὶ σφόδρα φοβερῶς περὶ αὐτῆς διελέχθη, τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν κατασκευάζων, τὸ μετὰ καθαροῦ προσιέναι συνειδότος αὐτοῖς. Ὅθεν οὐδὲ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις ἠρκέσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῦτα προστίθησι λέγων· *Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν*· ὃ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν· *Ἑαυτοὺς πειράζετε, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε*· οὐ καθάπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν νῦν, καιρῷ προσιόντες μᾶλλον, ἢ σπουδῇ γνώμης. Οὐ γὰρ ὅπως παρεσκευασμένοι καὶ τὰ κακὰ ἑαυτῶν ἐκκαθάραντες καὶ κατανύξεως πληρωθέντες προσέλθοιμεν σκοποῦμεν, ἀλλ' ὅπως ἐν ἑορταῖς, καὶ ἡνίκα ἂν ἅπαντες.

Ἀλλ' οὐχ οὕτως ὁ Παῦλος ἐκέλευσεν, ἀλλ' ἕνα καιρὸν οἶδε προσόδου καὶ κοινωνίας, τοῦ συνειδότος τὴν καθαρότητα. Εἰ γὰρ αἰσθητῆς οὐκ ἄν ποτε μεταλάβοιμεν τραπέζης πυρέττοντες καὶ χυμῶν γέμοντες πονηρῶν, ὥστε μὴ ἀπολέσθαι· πολλῷ μᾶλλον ταύτης ἅπτεσθαι ἡμῖν οὐ θέμις μετὰ ἐπιθυμιῶν ἀτόπων, αἳ πυρετῶν εἰσι χαλεπώτεραι. Ὅταν δὲ ἐπιθυμίας ἀτόπους εἴπω, καὶ τὰς τῶν σωμάτων λέγω καὶ τὰς τῶν χρημάτων καὶ τὰς τῆς ὀργῆς καὶ τὰς τῆς μνησικακίας, καὶ πάσας ἁπλῶς τὰς ἀτόπους. Καὶ δεῖ τὸν προσιόντα, πάντα ἐξαντλήσαντα ταῦτα, οὕτω τῆς καθαρᾶς ἐκείνης ἅπτεσθαι θυσίας, καὶ μήτε ῥᾳθύμως διακείμενον καὶ ταλαιπώρως, ἀναγκάζεσθαι διὰ τὴν ἑορτὴν προσιέναι, μήτε αὖ κατανυγέντα καὶ παρεσκευασμένον, κωλύεσθαι διὰ τὸ μὴ εἶναι ἑορτήν. Ἑορτὴ γὰρ ἔργων ἀγαθῶν ἐστιν ἐπίδειξις, καὶ ψυχῆς εὐλάβεια, καὶ πολιτείας ἀκρίβεια· κἂν ταῦτα ἔχῃς, διαπαντὸς ἑορτάζειν δυνήσῃ, καὶ διαπαντὸς προσιέναι. Διὰ τοῦτό φησι, *Δοκιμαζέτω δὲ ἑαυτὸν ἕκαστος*, καὶ τότε προσίτω. Καὶ οὐχ ἕτερον ἑτέρῳ κελεύει δοκιμάσαι [a], ἀλλ' αὐτὸν ἑαυτόν, ἀδημοσίευτον ποιῶν τὸ δικαστήριον, ἀμάρτυρον τὸν ἔλεγχον. *Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως*, [251] *τοῦ Κυρίου κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει.* Τί λέγεις; εἰπέ μοι· ἡ τοσούτων ἀγαθῶν αἰτία, καὶ ζωὴν βρύουσα [b] τράπεζα, αὕτη κρῖμα γίνεται; Οὐ παρὰ τὴν αὐτῆς φύσιν, φησίν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ προσιόντος προαίρεσιν. Ὥσπερ γὰρ ἡ παρουσία αὐτοῦ, ἡ τὰ μεγάλα ἐκείνα καὶ ἀπόῤῥητα κομίσασα ἡμῖν ἀγαθά, τοὺς μὴ δεξαμένους αὐτὴν μᾶλλον κατέκρινεν· οὕτω καὶ τὰ μυστήρια μείζονος ἐφόδια κολάσεως γίνεται τοῖς ἀναξίως μετέχουσι. Διὰ τί δὲ κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει; *Μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου.* Τουτέστι, Μὴ ἐξετάζων, μὴ ἐννοῶν, ὡς χρή, τὸ μέγεθος τῶν προκειμένων, μὴ λογιζόμενος τὸν ὄγκον τῆς δωρεᾶς. Εἰ γὰρ μάθοις ἀκριβῶς τίς ποτέ ἐστιν ὁ προκείμενος, καὶ τίς ὢν τίνι ἑαυτὸν δίδωσιν, οὐδενὸς ἑτέρου δεήσῃ λόγου, ἀλλ' ἀρκεῖ σοι τοῦτο εἰς ἅπασαν νῆψιν, εἰ μὴ σφόδρα εἴης ἀναπεπτωκώς. *Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.* Ἐνταῦθα λοιπὸν οὐκέτι ἀπὸ ἑτέρων τὰ παραδείγματα φέρει, ὥσπερ ἐπὶ τῶν εἰδωλοθύτων ἐποίησε, τὰς παλαιὰς διηγούμενος ἱστορίας καὶ τὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ πληγάς, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν Κορινθίων, ὅπερ καὶ πληκτικώτερον ἐποίει τὸν λόγον. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγε, *Κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει*, καὶ, *Ἔνοχός ἐστιν*, ἵνα μὴ δοκῇ ῥήματα λέγειν, καὶ ἔργα δείκνυσι καὶ μάρτυρας αὐτοὺς καλεῖ, ὅπερ μᾶλλον ἁπάντων ἀπειλῆσαι καθικνεῖται, τῷ δεῖξαι εἰς ἔργον τὴν ἀπειλὴν ἐξελθοῦσαν. Οὐ μὴν τούτοις ἠρκέσθη μόνοις, ἀλλ' ἀπὸ τούτων καὶ τὸν περὶ τῆς γεέννης εἰσήγαγε καὶ ἐπιστώσατο λόγον, ἀμφοτέρωθεν φοβῶν, καὶ ζητημα πανταχοῦ περιφερόμενον λύων. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ πρὸς ἀλλήλους ἀπορῶσι, πόθεν οἱ ἄωροι θάνατοι, πόθεν αἱ μακραὶ νόσοι, λέγει ὅτι ἐξ ἁμαρτημάτων πολλὰ τούτων τῶν ἀδοκήτων τὴν ὑπόθεσιν ἔχει.

β'. Τί οὖν οἱ ὑγιαίνοντες, φησὶ, διηνεκῶς, καὶ εἰς γῆρας ἐρχόμενοι λιπαρόν, οὐχ ἁμαρτάνουσι; Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; Πῶς οὖν, φησὶν, οὐ διδόασι δίκην; Ὅτι ἐκεῖ δώσουσι χαλεπωτέραν. Ἡμεῖς δὲ, εἰ ἐβουλόμεθα, οὐδ' ἂν ἐνταῦθα, οὐδ' ἂν ἐκεῖσε ἐδώκαμεν. *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν*, φησὶν, *οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Εἰ ἐκολάζομεν ἑαυτούς. Εἰ ἐτιμωρούμεθα, ἀλλὰ μόνον, Εἰ ἐπιγνῶναι τὰ ἁμαρτήματα ἐβουλήθημεν, εἰ καταδικάσαι ἑαυτοὺς, εἰ καταγνῶναι τῶν πεπλημμελημένων, ἀπελλάγημεν ἂν καὶ τῆς ἐνταῦθα καὶ τῆς ἐκεῖσε τιμωρίας. Ὁ γὰρ καταγνοὺς ἑαυτοῦ, διπλῇ τὸν Θεὸν ἐξιλεοῦται, καὶ τῷ ἐπιγνῶναι τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τῷ πρὸς τὸ μέλλον ὀκνηρότερος γίνεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο τὸ κοῦφον βουλόμεθα ποιεῖν, ὡς χρὴ ποιεῖν, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς μετὰ τῆς οἰκουμένης κολάζειν ἀνέχεται, ἀλλὰ καὶ οὕτω φείδεται, ἐνταῦθα δίκην ἀπαιτῶν, οὗ πρόσκαιρος ἡ τιμωρία καὶ πολλὴ ἡ παραμυθία· καὶ γὰρ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴ τὸ γινόμενον, καὶ χρηστὴ τῶν μελλόντων ἐλπὶς κουφίζουσα τὰ παρόντα. Ταῦτα δὲ λέγει, ὁμοῦ μὲν παραμυθούμενος τοὺς ἀῤῥώστους, ὁμοῦ δὲ τοὺς ἄλλους [252] σπουδαιοτέρους ποιῶν. Διό φησι· *Νυνὶ δὲ κρινόμενοι, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα.* Οὐκ εἶπε, Κολαζόμεθα, οὐκ εἶπε, Τιμωρούμεθα, ἀλλὰ, *Παιδευόμεθα*· νουθεσίας γὰρ μᾶλλόν ἐστιν ἡ κατάδικης τὸ γινόμενον, ἰατρείας ἢ τιμωρίας, διορθώσεως ἢ κολάσεως. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀπειλῇ τοῦ μελλόντος κοῦφον τὸ παρὸν ποιεῖ, λέγων· *Ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.* Εἶδες πῶς καὶ τὴν γέενναν ἐπέστησε, καὶ τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο δικαστήριον, καὶ ἀναγκαῖον ἔδειξε καὶ πάντως ἐσομένην τὴν ἐξέτασιν ἐκείνην καὶ τὴν τιμωρίαν; Εἰ γὰρ οἱ πιστοὶ καὶ τῷ Θεῷ περισπούδαστοι οὐκ ἀτιμωρητὶ διαφεύγουσιν ἐν οἷς ἂν πλημμελήσωσι, καὶ δῆλον ἐκ τῶν παρόντων, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἄπιστοι καὶ οἱ τὰ ἀνήκεστα καὶ ἀνίατα ἁμαρτόντες. *Ὥστε συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.* Ἔτι γὰρ ἀκμάζοντος αὐτοῖς τοῦ φόβου, καὶ τοῦ τρόμου μένοντος τοῦ τῆς γεέννης, βούλεται πάλιν τὴν ὑπὲρ τῶν πενήτων εἰσαγαγεῖν παραίνεσιν, δι' ἣν ἅπαντα ταῦτα εἴρηκε, δεικνὺς ὅτι τοῦτο μὴ ποιοῦντας ἀναξίως ἐστὶ μεταλαμβάνειν. Εἰ δὲ τὸ μὴ μεταδοῦναι τῶν ὄντων εἴργει τῆς τραπέζης ἐκείνης, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἁρπάζειν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὥστε συνερχόμενοι μετάδοτε τοῖς δεομένοις, ἀλλ' ὃ σεμνότερον ἦν, *Ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.* Τοῦτο γὰρ καὶ ἐκεῖνο κατεσκεύαζε καὶ ἠνίττετο, καὶ μετὰ τοῦ πρέποντος σχήματος τὴν παραίνεσιν εἰσήγαγεν. Εἶτα λοιπὸν ἐντρεπτικῶς· *Εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω.* Ἐπιτρέψας ἐκώλυσε, καὶ

[a] Reg., ἕκαστος, καὶ οὕτως ἐσθιέτω. Οὐχ ἕτερον... δοκιμάζειν. [b] Sic Reg. et Savil. in marg. Al. ζωῆς βρύουσα.

Digitized by Google

rem pertractavit : et cum dissereret et probaret non oportere in judiciis litigare, tunc incidens in admonitionem circa avaritiam, multa de hoc argumento protulit : id quod etiam hic facit. Quia enim semel opus fuerat, ut de mysteriis meminisset, necessarium putavit esse hoc persequi argumentum; neque enim levis momenti est; ideoque admodum terribiliter de illo disseruit, bonorum caput esse probans, ad ea cum pura conscientia accedere. Unde non contentus iis quæ prius dixerat, hæc quoque adjicit dicens, *Probet autem seipsum homo;* id quod etiam in secunda epistola dicit: *Vos ipsos tentate, vos ipsos probate;* non sicut nos nunc facimus, tempore conditionis potius moti, quam studio animi. Non enim id curamus, ut parati, a malis purgati et compunctione pleni accedamus, sed ut in diebus festis et cum omnes accedunt.

Conscientiæ puritas communicanti necessaria. — Verum non ita jussit Paulus; sed unum novit accedendi et communicandi opportunum tempus, conscientiæ nempe puritatem. Nam si hac sensili mensa numquam fruimur febri laborantes aut humoribus pleni, ut ne pereamus; multo minus hanc tangere nobis licet cum pravis concupiscentiis, quæ febri sunt graviores. Cum autem pravas dico concupiscentias, et corporum dico cupiditates et pecuniarum et iræ et injuriarum recordationis, et omnes, ut uno verbo dicam, quæ pravæ absurdæque sunt. Oportet autem accedentem, his omnibus exhaustis ac depositis, purum illud attingere sacrificium; neque segniter et misere affectum propter festum cogi ad accedendum; neque rursus compunctum et paratum prohiberi, eo quod non sit dies festus. Dies enim festus est bonorum operum exhibita copia, animi pietas, accuratum vitæ institutum : si hæc habeas, perpetuo festum agere poteris, et semper accedere. Ideo ait : *Probet autem seipsum unusquisque*, et tunc accedat. Nec præcipit ut alter alterum probet, sed ut quisque seipsum, judicium statuens quod non sit publicum, et probationem sine testibus. 29. *Qui enim manducat et bibit indigne, judicium Domini sibi manducat et bibit.* Quid, quæso, dicis? tot bonorum causa, vitamque profundens mensa, ipsa judicium efficitur? Non ex natura sua, inquit, sed ex ejus qui accedit arbitrio. Sicut enim præsentia ejus, quæ magna illa et ineffabilia nobis confert bona, eos qui non accipiunt magis condemnat : sic et mysteria ad majus supplicium viatica sunt iis qui indigne participant. Cur autem judicium sibi manducat? *Non dijudicans corpus Domini.* Id est, non examinans, non cogitans, ut oporteret, propositorum magnitudinem et doni excellentiam. Nam si accurate didiceris, quis sit ille qui prostat, et quis cum sit, cui dat seipsum, nullo alio opus habebis sermone; sed hoc tibi satis erit ad vigilantiam, nisi valde lapsus fueris. 30. *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi.* Hic jam non ab aliis fert exempla, ut fecit circa ea, quæ immolata erant idolis, veteres narrans historias, et plagas in solitudine acceptas, sed ab ipsis Corinthiis, id quod etiam vehementiorem reddebat sermonem. Quia enim dicebat. *Judicium sibi manducat;* et, *Reus est;* ne verba proferre videatur, facta adjicit, et testes illos advocat, id quod magis quam comminatio perstringit, minas proferens in opus exeuntes. Neque his tantum contentus, hinc sermonem de gehenna inducit fidemque facit; utrimque terrens, et quæstionem solvens, quæ ubique circumferebatur Quia enim multi inter se quærunt, undenam immaturæ mortes, unde diuturni morbi, dicit illo multa inexspectata peccatorum causa accidere.

2. Quid ergo, inquies, illi qui perpetuo bene valent, et ad vegetam perveniunt senectutem, annon ipsi peccant? Ecquis hoc dixerit? Quomodo ergo, inquies, non dant pœnas? Quia illic graviores daturi sunt. Nos autem si velimus, neque hic neque illic daturi sumus. 31. *Si enim nos ipsos judicaremus*, inquit, *non utique judicaremur.* Nec dixit, Si nos ipsos corriperemus et castigaremus; sed tantum si peccata agnoscere vellemus, si nos ipsos damnare et improbare mala opera, liberaremur et a præsenti et a futuro supplicio. Nam qui seipsum damnat, dupliciter Deum placat, et quod peccata agnoscat et quod in futuro sit ad peccandum tardior. Quia vero ne hoc quidem ita leve facere volumus, ut facere oporteret; ne sic quidem nos vult cum orbe terrarum punire, sed sic quoque parcit, hic pœnas repetens, ubi supplicium est temporaneum et magna consolatio : nam a peccatis liberatio est, et bona futurorum spes quæ præsentia leniat. Hæc porro dicit, simul infirmos consolans, et alios diligentiores reddens. Ideo ait : 32. *Nunc autem cum judicamur, a Domino corripimur.* Non dixit, Castigamur, non dixit, Supplicio afficimur, sed, *Corripimur :* nam quod fit magis est admonitionis quam damnationis, medicinæ quam supplicii, correctionis quam castigationis. Non hoc autem tantummodo, sed et comminatione majoris pœnæ leve reddit illud, dicens : *Ut non cum mundo damnemur.* Viden' quomodo et gehennam induxerit, et horribile illud tribunal, et necessario futuram ostenderit illam perquisitionem et punitionem? Nam si fideles et qui Deo curæ sunt, non impune fugient peccatorum pœnas, ut ex præsentibus palam est, multo minus infideles et qui gravia insanabiliaque scelera admittunt. 33. *Itaque, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectate.* Nam dum viget timor et gehennæ tremor perseverat, vult iterum pro pauperibus admonitionem inducere, cujus causa hæc omnia dixit, ostendens illos, si id non servent, indignos esse qui communicent. Quod si de facultatibus non elargiri, ab illa mensa arcet; multo magis rapere arceat. Nec dixit, Itaque convenientes date egenis; sed quod honestius erat, *Alter alterum exspectate.* Hoc enim illud quoque apparabat et subindicabat, ac congruenti modo admonitionem induxit. Deinde rursus pudorem inferens: 34. *Si quis autem esurit, domi manducet.* Permittendo impedivit etiam vehementius, quam si prohibuisset Ex ecclesia enim illum eduxit, et in domum remisit; hoc ritu illos vehementer perstringens atque tra-

Digitized by Google

ducens, quasi ventris servos, qui nec differre possent. Neque enim dixit, Si quis pauperes despicit; sed, *Si quis esurit*, quasi pueros famem non ferentes alloquens, tamquam bruta ventri servientia. Ridiculum enim fuisset, si ob esuriem domi manducassent. Sed et aliud terribilius subjunxit, dicens : *Ut non in judicium conveniatis*; ut non in castigationem, ut non in supplicium, dum ecclesiam contumelia afficitis, et fratrem in pudorem conjicitis. Nam ideo convenitis, inquit, ut vos mutuo diligatis, ut juvemini et juvetis : si vero contrarium fiat, melius esset si domi comederetis. Hoc autem dicebat, ut illos magis attraheret. Ideo enim damnum inde emergens ostendit, et culpam dixit esse non parvam ; atque omni ex parte deterruit, a mysteriis, ab infirmis, a mortuis, ab aliis supra dictis. Deinde alio quoque modo terret, dicens : *Cætera autem cum venero disponam* ; aut ad quædam alia, aut ad hoc ipsum. Quia enim verisimile est ipsos dixisse alias quoque causas, et non potuisse omnia per literas corrigi : Quæ admonui, inquit, interim servantur : si quid autem aliud dicendum habueritis, id usque ad adventum meum servetur ; aut de hac re loquens, ut dixi, aut de aliis quibusdam, quæ non admodum urgebant. Hoc autem facit, ut illos inde studiosiores reddat : nam de illius adventu solliciti, peccata emendaturi erant. Neque enim levis res erat, quod Paulus eo venturus esset ; idque ostendens dicebat : *Ac si non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam* (1. *Cor.* 4. 18) ; et alibi rursum, *Non tamquam in præsentia mea tantum, sed multo magis in absentia, cum timore et tremore vestram salutem operemini* (*Philipp.* 2. 12). Ideo non solum promisit se venturum esse, ne non crederent et negligentiores evaderent ; sed et necessariam addit adventus causam dicens, *Cætera cum venero disponam* ; ostendens cæterorum correctionem, etiamsi non omnino festinaret, ipsum istuc attracturam fuisse.

3. *Moralis exhortatio. Luctus immoderatus vitandus. Jobi patientia describitur.* — Hæc ergo audientes omnia, et pauperum magnam curam geramus, et ventrem moderemur, atque ab ebrietate liberemur, et mysteriis digne participare studeamus ; ea quæ passi fuerimus, non ægre feramus, neque in nobis, neque in aliis : verbi gratia cum immaturæ mortes accidunt, cum diuturni morbi. Hoc enim est liberatio a supplicio, hoc correctio, hoc admonitio optima. Quis hæc dicit? Qui Christum in se loquentem habebat. Attamen etiam post hæc mulieres multæ ita sensu destitutæ sunt, ut in luctus exsuperantia ipsos etiam infideles superent : et aliæ quidem a luctu quasi tenebris obrutæ hoc faciunt : aliæ vero ad ostentationem, et ut externorum criminationem vitent, quas omni venia privatas dico. Ut ne ille talis incuset, inquiunt, incuset Deus ; ut ne homines brutis amentiores nos damnent, lex Regis universorum conculcetur. Et quot fulminibus hæc digna non fuerint? Si post luctum te quispiam ad cœnam vocet, nemo est qui renuat, quia lex humana hoc præcipit ; Deo autem de non lugendo legem ferente, ita omnes contradicunt. Non cogitas Jobum, o mulier? non recordaris vocum ejus in calamitate amissorum filiorum, quæ sexcentis coronis sacrum illud caput redimierunt, et splendidius quam tubæ multæ deprædicarunt? non cogitas calamitatis magnitudinem, novum illud naufragium, ac novam miramque tragœdiam? Nam tu quidem unum perdidisti, aut alterum, aut tertium ; ille autem tam multos et tam multas. Et qui multos habebat liberos, repente orbus fuit ; neque paulatim viscera ejus consumebantur, sed, derepente fructus totus abripiebatur ; neque ex communi lege naturæ, neque cum ad senectutem pervenissent, sed immatura et violenta morte, omnes simul ; neque præsente illo, nec assidente, ut vel extremas voces audiens aliquam consolationem haberet de tam acerba morte ; sed præter omnem spem, cum nihil gestorum ipse sciret, simul omnes sunt obruti, fuitque illis domus et sepulcrum et laqueus. Neque immatura mors tantum, sed etiam multa cum illa erant quæ dolorem afferrent : ut quod omnes in flore juventutis essent, quod virtute præditi, quod amabiles, quod omnes simul, quod ex utroque sexu ne unus quidem reliquus sit ; quod non communi lege naturæ, quod post tantum damnum, quod cum nullius mali sibi conscius esset, nec illi peccatis essent obnoxii, hæc tamen paterentur. Horum singula per se possunt turbare ; cum autem una omnia concurrunt, cogita quanta fluctuum altitudo, quam ingens tempestas esset. Quodque majus est et ipso luctu deterius, quod nesciret unde talia obvenirent. Ideo, cum nullam afferre posset calamitatis causam, ad Dei placitum ascendit, et ait : *Dominus dedit*, *Dominus abstulit* : *sicut Domino placuit*, *ita factum est* ; *sit nomen Domini benedictum in sæcula* (*Job* 1. 21). Et hæc dixit, cum se in extremis positum videret, qui virtutem omnem sectatus fuerat ; scelestos autem homines et præstigiatores prospere agentes, deliciantes et gloriabundos undique. Neque dixit quidpiam eorum, quæ solent quidam infirmiores dicere : Ad hancne rem filios enutrivi, et cum accuratione omni educavi? ad eamne rem domum aperui prætereuntibus, ut post multos illos cursus pro egenis, pro nudis, pro pupillis susceptos, hanc mercedem excipiam? Sed horum loco illa verba protulit, omni sacrificio præstantiora, dicens : *Nudus egressus sum de utero matris meæ*, *et nudus revertar*. Quod si vestimenta disciderit, et comam totonderit, ne mireris : pater enim erat, et pater prolis amans, oportebatque naturæ commiserationem exhiberi, mentisque philosophiam. Quod si hoc non fecisset, forte quispiam putavisset hanc philosophiam ex stupore proficisci. Ideo et viscera ostendit, et pietatis accurationem, et dolens non eversus est ; sed etiam cum ulterius ejus certamen procederet, rursus aliis redimitur coronis ex verbis quæ uxori dixit : *Si bona suscepimus a Domino*, *mala non sustinebimus* (*Job* 2. 10) ? Nam uxor sola ipsi relicta est, sublatis omnibus, et filiis et prædiis et ipso cor-

Digitized by Google

σφοδρότερον ἢ εἰ ἀπηγόρευσε. Τῆς γὰρ ἐκκλησίας αὐτὸν ἐξήγαγε, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν παρέπεμψε, ταύτῃ καθαπτόμενος σφοδρῶς, καὶ κωμῳδῶν αὐτοὺς ὡς δούλους γαστρὸς καὶ ἀχαρτερήτους. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, *Εἴ τις ὑπερορᾷ τῶν πενήτων, ἀλλ', Εἴ τις πεινᾷ*, ὡς πρὸς παιδία δυσανασχετοῦντα διαλεγόμενος, ὡς πρὸς ἄλογα γαστρὶ δουλεύοντα. Καὶ γὰρ πολὺς ὁ γέλως, εἰ διὰ τὸ πεινῆν ἔμελλον οἴκοι ἐσθίειν. Ἀλλ' οὐκ ἠρκέσθη τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπήγαγεν ἕτερον φοβερώτερον, λέγων· *Ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε*· ἵνα μὴ εἰς κόλασιν, ἵνα μὴ εἰς τιμωρίαν, τὴν Ἐκκλησίαν ὑβρίζοντες, τὸν ἀδελφὸν καταισχύνοντες. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο συνέρχεσθε, φησὶν, ἵνα στέργητε ἀλλήλους, ἵνα ὠφελῆσθε, ἵνα ὠφελῆτε· εἰ δὲ τοὐναντίον γίνεται, βέλτιον ὑμᾶς οἴκοι σιτεῖσθαι. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ἵνα ἐφελκύσηται πλέον. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ βλάβος ἔδειξε τὸ ἐντεῦθεν, καὶ κρῖμα ἔφησεν εἶναι οὐ μικρὸν, καὶ πανταχόθεν ἐφόβησεν, ἀπὸ τῶν μυστηρίων, ἀπὸ τῶν ἀῤῥώστων, ἀπὸ τῶν τετελευτηκότων, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων. Εἶτα καὶ ἑτέρως πάλιν φοβεῖ, λέγων· *Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι*· ἢ εἰς ἑτέρά τινα, ἢ εἰς αὐτὸ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς λέγειν καὶ αἰτίας τινὰς, καὶ οὐκ ἐνῆν πάντα διὰ γραμμάτων κατορθοῦν, ἃ μὲν παρῆνεσα, φυλαττέσθω τέως, φησὶν· εἰ δέ τι ἕτερον ἔχοιτε λέγειν, ἐκεῖνο τῇ παρουσίᾳ τηρείσθω τῇ ἐμῇ· ἢ περὶ τούτου τοῦ *πράγματος* λέγων, ὡς ἔφην, ἢ περὶ ἑτέρων [253] τινῶν οὐ σφόδρα κατεπειγόντων. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, ἵνα κἀντεῦθεν σπουδαιοτέρους ἐργάσηται· μεριμνῶντες γὰρ αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, ἐμελλον διορθοῦν τὸ ἡμαρτημένον. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἦν ἡ Παύλου ἐπιδημία· καὶ τοῦτο δεικνὺς ἔλεγεν, *Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες*· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, *Μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε*. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἁπλῶς ἐπηγγείλατο ἥξειν, ἵνα μὴ ἀπιστήσωσι καὶ ῥᾳθυμότεροι γένωνται, ἀλλὰ καὶ αἰτίαν τίθησι τῇ ἐπιδημίᾳ ἀναγκαίαν, λέγων, ὅτι *Τὰ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι*· δεικνὺς ὅτι ἡ τῶν λιπόντων διόρθωσις, εἰ καὶ μὴ ἐσπουδάκει πάντως, αὐτὸν εἶλκεν ἐκεῖσε.

γ'. Ταῦτα τοίνυν ἀκούοντες ἅπαντα, καὶ τῶν πενήτων τολλὴν ποιώμεθα σπουδὴν, καὶ γαστρὸς κατέχωμεν, καὶ μέθης ἀπαλλαττώμεθα, καὶ τῶν μυστηρίων ἀξίως σπουδάζωμεν μεταλαμβάνειν, καὶ ἐφ' οἷς ἂν πάθωμεν, μὴ ἀλγῶμεν, μήτε ἐφ' ἑαυτοῖς, μήτε ἐφ' ἑτέροις· οἷον ὅταν οἱ ἄωροι γίνωνται θάνατοι, ὅταν ἀῤῥωστίαι μακραί. Τοῦτο γὰρ ἀπαλλαγὴ κολάσεως, τοῦτο διόρθωσις, τοῦτο νουθεσία ἀρίστη. Τίς ταῦτά φησιν; Ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα. Ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα οὕτω πολλαὶ τῶν γυναικῶν ἀναισθήτως διάκεινται, ὡς καὶ τοὺς ἀπίστους παρατρέχειν τῇ τοῦ πένθους ὑπερβολῇ· καὶ αἱ μὲν ὑπὸ τοῦ πάθους ἐσκοτωμέναι τοῦτο ποιοῦσιν, αἱ δὲ πρὸς ἐπίδειξιν καὶ ὑπὲρ τοῦ τὰ τῶν ἔξωθεν διαφεύγειν ἐγκλήματα, ἃς μάλιστα πάσης συγγνώμης ἀπεστερῆσθαί φημι. Ἵνα γὰρ μὴ ὁ δεῖνα ἐγκαλέσῃ, φησὶν, ἐγκαλείτω ὁ Θεός· ἵνα μὴ ἄνθρωποι τῶν ἀλόγων ἀνοητότεροι καταγνῶσιν, ὁ τοῦ βασιλέως τῶν ὅλων πατείσθω νόμος. Καὶ πόσων οὐκ ἄξια ταῦτα σκηπτῶν; Κἂν μὲν εἰς περίδειπνόν σέ τις καλέσῃ μετὰ τὸ πένθος, οὐδεὶς ὁ ἀντερῶν, ἐπειδὴ νόμος ἀνθρώπων ἐστὶν ὁ ταῦτα κελεύων· Θεοῦ δὲ νομοθετοῦντος μὴ πενθεῖν, οὕτω πάντες ἀντιφθέγγονται. Οὐκ ἐννοεῖς τὸν Ἰὼβ, ὃ τοῦτον. Διὰ τοῦτο ὥσπερ τι μέγιστον ὅπλον αὐτὴν ὦ γύναι; οὐκ ἀναμιμνήσκῃ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ τῶν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ τῶν παίδων, ἃ μυρίων στεφάνων μᾶλλον ἀνέδησε τὴν ἀγίαν κεφαλὴν ἐκείνην, καὶ σαλπίγγων πολλῶν λαμπρότερον ἀνεκήρυξεν; οὐ λογίζῃ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, καὶ τὸ καινὸν ἐκεῖνο ναυάγιον, καὶ τὴν ξένην καὶ παράδοξον τραγῳδίαν; Σὺ μὲν γὰρ ἴσως ἕνα ἀπώλεσας, ἢ δεύτερον, ἢ τρίτον· ἐκεῖνος δὲ τοσούτους καὶ τοσαύτας; καὶ ὁ πολύπαις ἐξαίφνης ἅπαις ἐγένετο, καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ σπλάγχνα ἀνηλίσκετο, ἀλλ' ἀθρόον ἅπας ὁ καρπὸς ἀνηρπάζετο· καὶ οὐδὲ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ οὐδὲ εἰς γῆρας ἐλθόντες, ἀλλὰ καὶ ὠρῳ καὶ βιαίῳ θανάτῳ, καὶ πάντες ὁμοῦ, καὶ οὐδὲ παρόντος οὐδὲ παρακαθημένου, ἵνα κἂν ἐσχάτων ἀκούσας ῥημάτων ἔχῃ τινὰ παραμυθίαν τῆς οὕτω πικρᾶς τελευτῆς, ἀλλὰ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν, καὶ μηδὲν τῶν γινομένων εἰδότος, ἀθρόον ἅπαντες κατεχώννυντο, καὶ ἡ οἰκία τάφος αὐτοῖς ἐγίνετο καὶ παγίς. Καὶ οὐκ [254] ἄωρος μόνον θάνατος, ἀλλὰ καὶ πολλὰ μετὰ τούτου τὰ λυποῦντα ἦν, οἷον τὸ ἐν ἀκμῇ πάντας εἶναι, τὸ ἐναρέτους πάντας, τὸ φιλικοὺς, τὸ πάντας ὁμοῦ, τὸ τῆς φύσεως ἑκατέρας μηδ' ἕνα παραλειφθῆναι, τὸ μὴ τῷ κοινῷ νόμῳ τῆς φύσεως, τὸ μετὰ τοσαύτην ζημίαν, τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα πονηρὸν μηδὲ ἐκείνους ταῦτα παθεῖν. Τούτων γὰρ ἕκαστον ἱκανὸν μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸ θορυβῆσαι· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ φαίνηται συντρέχοντα, ἐννόησον τῶν κυμάτων τὸ ὕψος, ὅση τοῦ χειμῶνος ἡ ὑπερβολή. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον καὶ τοῦ πένθους χεῖρον, ὅτι οὐδὲ ᾔδει τίνος ἕνεκεν ταῦτα ἐγίνετο. Διὰ δὴ τοῦτο, οὐκ ἔχων οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπιθεῖναι τῇ συμφορᾷ, ἐπὶ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀναβαίνει, καί φησιν· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας*. Καὶ ταῦτα ἔλεγεν, ἑαυτὸν μὲν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄντα ὁρῶν τὸν πᾶσαν ἐπελθόντα ἀρετὴν, πονηροὺς δὲ ἀνθρώπους καὶ γόητας εὐημεροῦντας, τρυφῶντας, κομῶντας πάντοθεν. Καὶ οὐκ εἶπεν οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον εἰκός τινας τῶν ἀσθενεστέρων εἰπεῖν· Ἐπὶ τούτοις ἔθρεψα τοὺς παῖδας, καὶ μετὰ ἀκριβείας ἤσκησα ἁπάσης; ἐπὶ τούτοις ἠνέῳξα τὴν οἰκίαν τοῖς παριοῦσιν, ἵνα μετὰ τοὺς πολλοὺς δρόμους ἐκείνους τοὺς ὑπὲρ τῶν δεομένων, τοὺς ὑπὲρ τῶν γυμνῶν, τοὺς ὑπὲρ τῶν ὀρφανῶν, ταύτας ἀπολάβω τὰς ἀμοιβάς; Ἀλλ' ἀντὶ τούτων τὰ πάσης θυσίας κρείττονα ῥήματα ἀνήνεγκεν ἐκεῖνα, λέγων· *Γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι*. Εἰ δὲ διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια, καὶ τὴν κόμην ἀπεκείρατο, μὴ θαυμάσῃς· πατὴρ γὰρ ἦν, καὶ πατὴρ φιλόστοργος, καὶ ἔδει καὶ τὴν τῆς φύσεως δειχθῆναι συμπάθειαν, καὶ τὴν τῆς γνώμης φιλοσοφίαν. Εἰ γὰρ μηδὲ τοῦτο ἐποίησε, τάχα καὶ ἀναισθησίας ἐνόμιζεν ἄν τις εἶναι τὴν φιλοσοφίαν ταύτην. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ σπλάγχνα δείκνυσι καὶ τῆς εὐσεβείας τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ἀλγήσας οὐ περιετράπη· ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προϊόντος αὐτῷ τοῦ ἀγῶνος, πάλιν ἑτέρους ἀναδεῖται στεφάνους ἐκ τῶν πρὸς τὴν γυναῖκα ῥημάτων, λέγων· *Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑπολσομεν*; Καὶ γὰρ ἡ γυνὴ μόνη λοιπὸν ὑπελείφθη, πάντων ἀφανισθέντων αὐτῷ, καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν κτημάτων καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, καὶ αὕτη πρὸς πεῖραν καὶ ἐπιβουλήν. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴν μετὰ τῶν τέκνων οὐκ ἠφάνισεν ὁ διάβολος, οὐδὲ ἧτησεν αὐτῆς τὴν σφαγὴν, ἐπειδὴ προσεδόκησεν μεγάλα αὐτῷ συντελεῖν πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ἁγίου

Digitized by Google

αὐτῷ κατέλιπεν. Εἰ γὰρ παραδείσου, φησὶ, δι' αὐτῆς ἐξέβαλον, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ κοπρίας ὑποσκελίσαι δυνήσομαι.

δ'. Καὶ θέα τὴν πανουργίαν. Οὐδὲ γὰρ τῶν βοῶν ἀπολλυμένων προσήγαγε τὸ μηχάνημα τοῦτο, οὐδὲ τῶν ὄνων, οὐδὲ τῶν καμήλων, ἀλλ' οὐδὲ τῆς οἰκίας κατενεχθείσης, οὐδὲ τῶν παίδων καταχωσθέντων, ἀλλὰ σιγᾷ[a] τέως καὶ ἡσυχάζειν ἐᾷ τὸν ἀθλητὴν ὁρῶν· [255] ὅτε δὲ τῶν σκωλήκων ἀνέβλυσεν ἡ πηγὴ, καὶ σηπόμενον τὸ δέρμα κατέῤῥει, καὶ δαπανώμεναι αἱ σάρκες ἐχῶρα πολλῆς γέμοντα δυσωδίας ἐποίουν, καὶ τηγάνων καὶ καμίνων καὶ πάσης φλογὸς ὀδυνηρότερον αὐτὸν ἡ τοῦ διαβόλου κατανήλισκε χεὶρ, θηρίου παντὸς χαλεπώτερον διατρώγουσα πάντοθεν καὶ κατεσθίουσα τὸ σῶμα, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ συμφορᾷ πολὺς προῆλθε χρόνος, τότε αὐτὴν προσάγει ἤδη τεταριχευμένῳ καὶ κατεργασθέντι. Εἰ γὰρ παρὰ τὰ προοίμια προσῆλθε τῆς συμφορᾶς, οὐδ' ἂν ἐκεῖνον εὗρεν οὕτως ἐκνενευρισμένον, οὐδ' ἂν αὕτη τὴν συμφορὰν ἔσχεν ἐξογκῶσαι οὕτω καὶ ἐπᾶραι τῷ λόγῳ· νυνὶ δὲ ὅτε αὐτὸν εἶδε διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου διῳῶντα ἀπαλλαγῆς, καὶ ἐπιθυμοῦντα τῆς τῶν ἐπικειμένων λύσεως, σφοδρῶς τότε προσέρχεται. Ὅτι γὰρ σφόδρα κατειργασμένος ἦν, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν λοιπὸν εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἐπεθύμει, ἄκουσον τί φησιν· [εἰ γὰρ δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθῆναι ἑτέρου, καὶ ποιήσαιμι τοῦτο.] Καὶ θέα μοι τὴν κακουργίαν τῆς γυναικὸς, πόθεν εὐθέως προοιμιάζεται· ἀπὸ τοῦ πλήθους τοῦ χρόνου, Μέχρι τίνος καρτερήσεις; λέγουσα. Εἰ δὲ πολλάκις καὶ πραγμάτων οὐκ ὄντων λόγοι μόνον ἴσχυσαν μαλάξαι, ἐννόησον τί τότε πάσχειν αὐτὸν εἰκὸς ἦν, μετὰ τῶν ῥημάτων τούτων καὶ τῶν πραγμάτων ὀδυνώντων αὐτόν. Καὶ τὸ δὴ πάντων χεῖρον, ὅτι καὶ γυνὴ ἡ ταῦτα λέγουσα ἦν, καὶ γυνὴ ἀναπεσοῦσα καὶ ἀπαγορεύουσα καὶ διὰ τοῦτο σπουδάζουσα καὶ αὐτὸν εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν. Πλὴν ἀλλ' ἵνα σαφέστερον ἴδωμεν τὸ μηχάνημα τὸ τῷ ἀδαμαντίνῳ τούτῳ προσαγόμενον τείχει, καὶ αὐτῶν ἀκούσωμεν τῶν ῥημάτων. Τίνα οὖν ταῦτά ἐστι; *Μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, Ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου;* Ἦλεγξε γάρ σου, φησὶ, τὰ ῥήματα ὁ χρόνος, μακρότερος μὲν γινόμενος, λύσιν δὲ οὐδεμίαν ἐμφαίνων. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐκ εἰς ἀπόγνωσιν αὐτὸν ἐμβάλλουσα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀνειδίζουσα καὶ κωμῳδοῦσα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐνοχλοῦσαν ἀεὶ παραμυθούμενος καὶ διακρουόμενος τοιαῦτα ἐφθέγγετο· Ἀνάμεινον ἔτι μικρὸν, καὶ ταχέως ἔσται τούτων τὸ τέλος. Ὀνειδίζουσα τοίνυν αὐτῷ, φησί· Μὴ καὶ νῦν τὸ αὐτὸ ἐρεῖς; πολὺς γὰρ ἤδη χρόνος παρέδραμε, καὶ τέλος τούτων οὐδὲν ἀνεφάνη. Καὶ θέα τὴν κακουργίαν· οὐδὲ γὰρ μέμνηται τῶν βοῶν, οὐ τῶν προβάτων, οὐδὲ τῶν καμήλων· ἤδει γὰρ οὐ σφόδρα αὐτὸν τούτοις δακνόμενον· ἀλλ' ἐπὶ τὴν φύσιν εὐθέως ἔρχεται, καὶ τῶν παίδων ἀναμιμνήσκει· ἐπ' αὐτοῖς γὰρ εἶδεν αὐτὸν καὶ τὴν ἐσθῆτα διαῤῥήξαντα, καὶ τὴν κόμην ἀποχειράμενον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀπώλετό σου τὰ παιδία, ἀλλὰ σφόδρα περιπαθῶς· *Ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς*· δι' ὃ καὶ τὰ παιδία ποθεινά. Εἰ γὰρ καὶ νῦν, ἀναστάσεως φανείσης, ἐντεῦθέν ἐστι τὰ παιδία ἐπέραστα ἀπὸ τοῦ τὴν [256] μνήμην τῶν ἀπελθόντων διατηρεῖν, πολλῷ μᾶλλον τότε. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἀρὰ ἐντεῦθεν γίνεται πικροτέρα. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ, Τὰ παιδία, ὁ ἐπαρώμενος εἶπεν, ἐξολοθρευθείη, ἀλλὰ, *Τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ ἀπὸ τῆς γῆς*· οἱ υἱοί σου καὶ αἱ θυγατέρες σου. Εἰποῦσα γὰρ, *Τὸ μνημόσυνον*, μετὰ ἀκριβείας πάλιν ἑκατέρας τῆς φύσεως μέμνηται· Εἰ δὲ σοὶ, φησὶν, οὐ μέλει τούτων, κἂν τὸ ἐμὸν σκόπει· *Τῆς ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡ τὸ πλέον ἐνεγκοῦσα ἠδίκημαι διὰ σὲ, καὶ τοὺς μὲν πόνους ὑπέστην, τῶν δὲ καρπῶν ἀπεστέρημαι. Καὶ ὅρα πῶς οὔτε τίθησι τὴν ζημίαν τῶν χρημάτων, οὔτε σιγᾷ αὐτὴν καὶ παρατρέχει, ἀλλ' ὡς ἐνῆν καὶ περιπαθῶς αὐτὴν ἀπαγγέλλει, οὕτως αἰνίττεται. Ὅταν γὰρ εἴπῃ, *Κἀγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου, οἰκίαν ἐξ οἰκίας περιερχομένη*, καὶ τὴν ζημίαν αἰνίττεται, καὶ πολλὴν τὴν προσπάθειαν δείκνυσι· καὶ γὰρ καὶ αἱ λέξεις αὗται ἱκαναὶ ἐπᾶραι τὴν συμφοράν· Ἐπὶ τὰς ἑτέρων ἔρχομαι θύρας, φησίν. Οὐδὲ γὰρ προσαιτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πλανῶμαι καὶ δουλεύω δουλείαν ξένην καὶ καινὴν, πανταχοῦ περιιοῦσα, καὶ τὰ σύμβολα τῆς συμφορᾶς περιφέρουσα, καὶ πάντας διδάσκουσα τὰ ἐμὰ κακά· ὃ πάντων ἐστὶν ἐλεεινότερον, τὸ οἰκίαν ἐξ οἰκίας ἀμείβειν. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῶν θρήνων, ἀλλ' ἐπήγαγε λέγουσα· *Προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσει, καὶ ἀναπαύσομαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν περιεχουσῶν με ὀδυνῶν, αἳ με νῦν συνέχουσιν.* Ὃ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ἡδὺ, φησὶ, τὸ τὴν ἀκτῖνα ὁρᾷν, τοῦτο ἐμοὶ βαρύ· ποθεινὸν δὲ ἡ νὺξ καὶ τὸ σκότος· αὕτη γάρ με ἀναπαύει τῶν ἰδρώτων μόνη, αὕτη μοι παραμυθία γίνεται τῶν κακῶν. Ἀλλ' *εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα.*

ε'. Εἶδες κἀνταῦθα τὴν κακουργίαν, πῶς οὐδὲ ἐναύτῃ τῇ συμβουλῇ εὐθέως εἰσήγαγε τὴν ὀλεθρίαν παραίνεσιν, ἀλλὰ διηγησαμένη πρῶτον ἐλεεινῶς τὰς συμφορὰς, καὶ ἐκτείνασα τὴν τραγῳδίαν, ἐν βραχεῖ τίθησι τὴν παραίνεσιν, καὶ οὐδὲ ἐμφαίνει σαφῶς αὐτὴν, ἀλλὰ συσκιάσασα ἐκείνην, τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ προτείνει τὴν μάλιστα ποθεινὴν, καὶ ἐπαγγέλλεται τελευτὴν, ὃ μάλιστα ἐπεθύμει; Καὶ σκόπει κἀντεῦθεν τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει τὸν πόθον τοῦ Ἰὼβ τὸν περὶ τὸν Θεὸν, οὐκ ἀφίησι τὴν γυναῖκα κατηγορῆσαι τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ὡς ἐχθρὰν εὐθέως ἀποστραφῇ. Διὰ τοῦτο αὐτοῦ μὲν οὐδαμοῦ μέμνηται, τὰ δὲ συμβάντα ἄνω καὶ κάτω στρέφει. Σὺ δὲ μετὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ γυνὴ ἦν ἡ ταῦτα συμβουλεύουσα, προστίθει, δεινὸς καταγωνιεῖσαι ῥήτωρ τοὺς μὴ προσέχοντας. Πολλοὶ γοῦν καὶ χωρὶς συμφορῶν ἀπὸ γυναικῶν συμβουλῆς κατηνέχθησαν μόνης. Τί οὖν ὁ μακάριος οὗτος, καὶ ἀδάμαντος στερρότερος; Βλέψας εἰς αὐτὴν πικρὸν, ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ πρὸ τῆς φωνῆς διεκρούσατο τὰ μηχανήματα. Ἐκείνη μὲν γὰρ προσεδόκησε δακρύων κινήσειν πηγάς· οὗτος δὲ λέοντος σφοδρότερος γέγονε, θυμοῦ πληρωθεὶς καὶ ἀγαναχτήσεως, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἔπασχεν, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ἐκείνη διαβολικῶς συνεβούλευσε, [257] καὶ τῷ βλέμματι τὸν θυμὸν ἐνδειξάμενος, μεμετρημένην ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν· καὶ γὰρ καὶ ἐν συμφοραῖς σώφρων ἦν. Καὶ τί φησιν; Ἵνα τί ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; Οὐχ οὕτω σε ἐπαίδευσα, φησὶν, οὐχ οὕτω σε ἔθρεψα· ὅθεν οὐδὲ ἐπιγινώσκει τὴν σύνοικον τὴν ἐμήν. Τὰ γὰρ ῥήματα ταῦτα ἀνοήτου γυναικὸς, καὶ παραπαιούσης ἡ συμβουλή. Εἶδες τομὴν σύμμετρον, καὶ πληγὴν ἱκανὴν διορθῶσαι τὸ

[a] *Legebatur* σιγᾶν.

Digitized by Google

pore, et ipsa ei ad tentationem et insidias relicta est. Ideoque illam non cum filiis sustulit diabolus, neque ipsius cædem expetiit, quia sperabat illam magnam sibi opem esse laturam ad insidias sancto huic viro parandas. Ideoque ipsam, tamquam maximum telum sibi opportunum reliquit. Si enim, inquit, hominem per illam ex paradiso ejeci, multo magis in sterquilinio potero supplantare.

4. Et vide calliditatem. Neque enim postquam boves perierant, hanc machinam adhibuit, neque post sublatos asinos vel camelos, nec post dejectam domum, neque post obrutos filios; sed interim silere et quietem agere sivit athletam videns; ubi autem vermium fons scaturivit, cum putrescens pellis diffluueret, et consumptæ carnes saniem emitterent, ac sartaginibus fornacibusque et quavis flamma gravior ipsum diaboli manus consumeret, quavis fera efferatior ipsi corpus undique consumens et devorans, cum in hac calamitate multum temporis insumptum fuisset, tunc uxorem ad illum adducit jam exsiccatum et confectum. Si enim initio calamitatis accessisset, neque ita illum enervatum reperisset, neque calamitatem adeo potuisset exaggerare ac verbis extollere : nunc autem ubi vidit illum ob temporis diuturnitatem liberationem sitire et malorum finem desiderare, tunc vehemens accedit. Quia enim valde confectus erat, neque respirare ultra poterat, sed et mori cupiebat, audi quid dicat :[Nam si mihi possem manum inferre, aut alium rogare, etiam hoc facerem (*a*).]Et vide mihi nequitiam mulieris, unde statim ordiatur : a diuturnitate temporis, dicens. *Quousque tolerabis* (*Job* 2. 9)? Si namque sæpe, etiam cum gravia non instarent negotia, verba solum emollire potuerunt; cogita quid verisimiliter ipse tunc patiebatur, cum et hæc verba et res ipse dolorem ipsi inferrent. Quodque omnium teterrimum erat, quod et uxor ejus hæc loqueretur, et uxor quæ conciderat et animum despondebat; ideoque studebat et ipsum in desperationem conjicere. Cæterum ut aperte videamus machinam in hunc murum adamantinum admotam, ipsa verba audiamus. Quænam illa sunt? *Quousque tolerabis dicens, Ecce præstolor adhuc modicum temporis spem salutis habens* (*Ibid. in Græco*)? Tua, inquit, verba refellit tempus, quod diuturnius factum, nullam exhibet solutionem. Hæc autem dicebat, non modo in desperationem ipsum conjiciens, sed exprobrans ei et traducens illum. Etenim ille molestiam creantem ipsam consolans, et ejus verba depellens, talia loquebatur : Exspecta adhuc paululum, et cito finis horum veniet. Illi ergo exprobrans dicit ipsa : An nunc quoque idipsum dices? multum enim temporis jam præteriit, et nullus horum finis visus est. Et vide nequitiam : non boum meminit, non ovium, non camelorum; sciebat enim illum non admodum hisce morderi; sed statim venit ad naturam, et filios in memoriam revocat : viderat enim ipsum amissis filiis vestem discidisse, et comam totondisse. Neque dixit, Filii tui periere, sed modo ad commiserationem composito : *Deletum est memoriale tuum de terra*, propter quod filii desiderabiles sunt. Etenim si etiam nunc, cum resurrectio futura creditur, hinc filii desiderabiles sunt, quod eorum qui decesserunt memoriam servent, multo magis tunc. Ideo hinc maledictio acerbior efficitur. Neque enim qui illic exsecratur dicit : Exterminentur filii, sed, *Memoriale ejus e terra* (*Job* 18. 17), nempe filii tui et filiæ tuæ. Cum dixisset enim, *Memoriale*, accurate rursus utrumque sexum memorat : Si autem hæc, inquit, non tibi curæ sunt, me saltem spectes : *Uteri mei dolores laboresque, quos frustra sum perpessa.* Id est, quæ majorem tuli dolorem, injuria propter te affecta sum : dolores subii, et fructibus sum privata. Et vide quomodo jacturam pecuniarum neque memoret, neque taceat vel prætercurrat, sed ut licebat illam miserabiliter tangere, ipsam subindicet. Cum enim dicit, *Et ego errabunda et serva, a loco in locum, et a domo in domum circumcursans*, et jacturam subindicat, et magnam exhibet commiserationem : nam ipsa verba possunt calamitatem amplificare : Ad aliorum, inquit, ostia venio. Neque enim solum mendico, sed etiam erro et servitutem subeo non exspectatam et novam, undique circumiens et calamitatis signa circumferens, omnesque mala mea docens; quod omnium miserrimum est, domum frequenter mutare. Neque hic lamentandi finem fecit, sed subjunxit dicens : *Exspectans solem quando occidet, et requiescam a laboribus meis et a doloribus qui me circumdant et detinent.* Quod enim aliis suave est, inquit, radium videre, hoc mihi grave; desiderabiles autem mihi sunt nox et tenebræ; hæ mihi a sudoribus quietem pariunt, hæ mihi sunt in malis consolatio. *Sed dic verbum contra Dominum, et morere.*

5. Vidistin' hic quoque nequitiam? quo pacto in consilio suo non statim induxerit perniciosam adhortationem, sed cum prius calamitates miserabiliter enarrasset, et tragœdiam extendisset, paucis verbis adhortationem ponit, neque clare illam indicat, sed subindicans illam, maxime desiderabilem ipsi proponit liberationem, et mortem denuntiat, quam summopere optabat? Et hinc quoque observa diaboli vafritiem et malitiam. Quia enim sciebat Jobi amorem erga Deum, non sinit mulierem Deum accusare, ne ille ut inimicam ipsam statim aversaretur. Ideo ejus nusquam meminit, sed quæ acciderant sus deque versat. Tu autem, cum iis quæ dicta sunt, adde mulierem fuisse quæ hoc dabat consilium, vehementem oratorem ad eos pellicien-dos qui non attendunt. Multi certe etiam absque calamitatibus a solo mulierum consilio dejecti fuerunt. Quid igitur hic vir beatus, et adamante fortior? Acriter illam intuitus, a solo aspectu, antequam vocem emitteret, machinas depulit. Illa enim sperabat se lacrymarum fontes moturam esse : hic vero leone

(*a*) Verba uncinis clausa, quæ desperantis esse videntur, in hodiernis exemplaribus non habentur. Possunt tamen alio sensu mitiore intelligi, nempe : Nam si liceret, si fas esset, si sine peccato possem mihi manum inferre, etc.

Digitized by Google

vehementior fuit, ira et indignatione plenus, non pro iis quæ patiebatur, sed propter consilia quæ diabolice ab illa data sunt; et ipso aspectu indignationem exhibens, moderata utitur increpatione : etenim etiam in calamitatibus moderatus erat. Et quid ait? *Cur sicut una ex insipientibus mulieribus loquuta es* (*Job* 2. 10)? Non sic te erudivi, inquit, non sic te educavi : unde nec consortem meam agnosco. Hæc quippe dicta sunt insanæ mulieris, et furentis consilium est. Viden' sectionem moderatam, plagam quæ posset morbum curare. Deinde post increpationem consilium rursus affert, quod possit illam consolari, et rationi valde consentaneum, dicens : *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Recordare enim, inquit, priorum illorum, et tecum reputa auctorem, et hæc fortiter feres. Vidistin' moderationem viri? Nec enim fortitudini suæ patientiam suam adscribit, sed ex rerum consequentia fuisse illam dicit. Pro quibusnam enim illa nobis dedit Deus? quam rependens remunerationem? Nullam; sed ex sóla benignitate sua : donum enim erat, non retributio; gratia, non remuneratio. Ergo hæc fortiter feramus. Hoc et viri et mulieres inscriptum dictum habeamus; hæc verba in mente insculpamus, et hæc et ea quæ præcedunt : et historiam malorum ejus, velut imaginem in mentem nostram inscribentes, jacturam dico pecuniarum, filios sublatos, corporis plagam, opprobria, irrisiones, uxoris machinas, diaboli insidias, omnes uno verbo justi calamitates, nobis in portum maximum apparemus : ut omnia fortiter et cum gratiarum actione ferentes, et in præsenti vita mœrorem omnem depellamus, et de hac benedictione mercedem referamus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et una Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIX.

CAP. 12. v. 1. *De spiritualibus autem, fratres, nolo vos ignorare.* 2. *Scitis autem quod cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.*

1. Hic totus locus valde obscurus est : obscuritatem vero parit ignoratio eorum quæ tunc contingebant, nunc autem non fiunt. Et cur nunc non fiunt? Ecce namque obscuritatis causa aliam nobis quæstionem peperit. Cur enim tunc fiebant, nunc vero secus? Sed hoc postea dicendum mittamus : interim vero quæ tunc fiebant recenseamus. Quid ergo tunc contingebat? Si quis baptizaretur, linguis statim loquebatur, et non linguis tantum, sed etiam multi prophetabant, quidam vero alias plures virtutes exhibebant. Quia enim ab idolis accedentes, cum nihil clare scirent, neque in antiquis Bibliis essent educati, baptizati statim Spiritum accipiebant, Spiritum vero non videbant, invisibilis cum sit; dabat gratia sensile quoddam argumentum illius operationis; aliusque Persica, alius Romana, alius Indica, alius alia lingua statim loquebatur : et hoc externis notum faciebat, Spiritum sanctum in ipso loquente esse. Ideo sic ipsum appellat dicens : *Unicuique autem manifestatio Spiritus datur ad utilitatem*, charismata seu dona vocans manifestationem Spiritus. Quia enim apostoli hoc primum signum acceperunt, fideles quoque acceperunt linguarum donum; neque hoc solum, sed et alia plurima. Nam et mortuos multi suscitabant, et dæmonas pellebant, et alia multa similia mirabiliter operabantur : donaque habebant alii quidem pauciora, alii vero plura. Magis autem quam alia omnia apud illos erat donum linguarum.

Spiritus sancti dona causa schismatis. — Et hæc causa schismatis illis fuit, non ex natura sua, sed ex ingrato accipientium animo. Nam qui majora habebant, efferebantur adversus eos qui minora possidebant : hi vero rursus dolebant, et iis qui majora haberent invidebant : idque in sequentibus ostendit ipse Paulus. Quia igitur hinc letalem accipiebant plagam, dum in eis caritas dissolveretur, multum studium ponit ut id corrigat. Contigit hoc etiam Romæ, sed non hoc modo. Quapropter etiam in Epistola ad Romanos illud movet quidem, sed adumbrate et breviter, sic dicens : *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, membra autem omnia non eamdem habent operationem : sic multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem invicem membra. Habentes autem dona secundum gratiam quæ data est nobis diversa; sive prophetiam, secundum proportionem fidei, sive ministerium, in ministrando, sive qui docet, in doctrina* (*Rom.* 12. 4. 7). Quod autem ille inde in arrogantiam inciderent, id in principio subindicavit ita dicens : *Dico autem vobis per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, unicuique ut Deus distribuit mensuram fidei* (*Ibid.* v. 3). Itaque cum illis (neque enim magnus erat morbus dissidii et arrogantiæ) sic disseruit : hic vero cum multo studio; nam morbus valde invalescebat. At non hoc tantum illos conturbabat, sed multi erant istic divinantes, quod urbs illa Græcorum moribus addicta esset, et cum aliis hoc quoque illos supplantabat et turbabat. Quapropter orditur statuens quid interesset discriminis divinationem inter et prophetiam. Propterea etiam discretiones spirituum acceperunt, ut discernerent et scirent, quis loqueretur per mundum spiritum, quis per immundum. Quia enim ex ipsa re non poterat dictorum demonstratio præberi (prophetia enim non in tempore quo profertur, sed in tempore eventus pronuntiatæ rei, veritatis suæ argumentum præbet); neque facile erat illam internoscere, dicereque quis propheta, quis mendax esset (etenim cum scelestus et immundus sit diabolus, in prophetas sese injiciebat, falsos inducens prophetas, ut qui et ipsi futura

Digitized by Google

νόσημα; Εἶτα μετὰ τὴν ἐπίπληξιν καὶ συμβουλὴν εἰσάγει πάλιν ἀρκοῦσαν αὐτὴν παραμυθήσασθαι καὶ πολὺ τὸ εὔλογον ἔχουσαν, λέγων· *Εἰ τὰ ἀγαθὰ δεξάμεθα παρὰ Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν;* Ἀναμνήσθητι γὰρ, φησὶ, τῶν προτέρων ἐκείνων, καὶ λογίζου τὸν αἴτιον, καὶ οἴσεις καὶ ταῦτα γενναίως. Εἶδες μετριοφροσύνην ἀνδρός; Οὐδὲ γὰρ τῇ ἀνδρείᾳ αὐτοῦ λογίζεται τὴν ὑπομονὴν, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας αὐτὴν εἶναί φησιν. Ἀντὶ τίνων γὰρ ἐκεῖνα ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεός; ποίαν ἐκτινοῦς ἀμοιβήν; Οὐδεμίαν· ἀλλ' ἐξ ἀγαθότητος μόνης· δωρεὰ γὰρ ἦν, οὐκ ἀμοιβὴ, καὶ χάρις, οὐκ ἀντίδοσις. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα φέρωμεν γενναίως. Τοῦτον καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες τὸν λόγον ἀνάγραπτον ἔχωμεν, καὶ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγκολάψωμεν τῇ διανοίᾳ, καὶ ταῦτα καὶ τὰ πρὸ τούτων· καὶ τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ τῶν παθημάτων· καθάπερ εἰκόνα ἐπὶ τῆς διανοίας ὑπογράψαντες, τὴν ζημίαν λέγω τῶν χρημάτων, τὴν ἀφαίρεσιν τῶν παίδων, τὴν πληγὴν τοῦ σώματος, τὰ ὀνείδη, τὰς χλευασίας, τὰς τῆς γυναικὸς μηχανὰς, τὴν τοῦ διαβόλου ἐπιβουλὴν, πάντα ἁπλῶς μετὰ ἀκριβείας τὰ πάθη τοῦ δικαίου, λιμένα κατασκευάσωμεν μέγιστον ἡμῖν· ἵνα πάντα γενναίως καὶ εὐχαρίστως φέροντες, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ πᾶσαν ἀποκρουσώμεθα ἀθυμίαν, καὶ τοὺς περὶ τῆς εὐφημίας ταύτης ἀπολάβωμεν μισθοὺς, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] *Legebatur* μαθητῶν, *ridicule.*

ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ'.

Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοὶ, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. Οἴδατε ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.

α'. Τοῦτο ἅπαν τὸ χωρίον σφόδρα ἐστὶν ἀσαφές· τὴν δὲ ἀσάφειαν ἡ τῶν πραγμάτων ἄγνοιά τε καὶ ἔλλειψις ποιεῖ τῶν τότε μὲν συμβαινόντων, νῦν δὲ οὐ γινομένων. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ γίνεται νῦν; Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡ αἰτία πάλιν τῆς ἀσαφείας ἕτερον ἡμῖν ζήτημα ἔτεκε. Τί δήποτε γὰρ τότε μὲν ἐγίνετο, νῦν δὲ οὐκέτι; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς αὖθις ἀναβαλλώμεθα [a], τέως δὲ τὰ συμβαίνοντα τότε λέγωμεν. Τί οὖν τότε συνέβαινεν; Εἴ τις ἐβαπτίσατο, γλώσσαις εὐθέως ἐλάλει, καὶ οὐ γλώσσαις μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ προεφήτευον, [258] τινὲς δὲ καὶ ἑτέρας πλείους δυνάμεις ἐπεδείκνυντο. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰδώλων προσιόντες, οὐδὲν εἰδότες σαφῶς, οὐδὲ ταῖς παλαιαῖς ἐντραφέντες βίβλοις, βαπτισθέντες εὐθέως Πνεῦμα ἐλάμβανον, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐχ ὁρῶν· ἀόρατον γάρ ἐστιν· αἰσθητόν τινα ἔλεγχον ἐδίδου τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἡ χάρις· καὶ ὁ μὲν τῇ Περσῶν, ὁ δὲ τῇ Ῥωμαίων, ὁ δὲ τῇ Ἰνδῶν, ὁ δὲ ἑτέρᾳ τινὶ τοιαύτῃ εὐθέως ἐφθέγγετο γλώσσῃ· καὶ τοῦτο ἐφανέρου τοῖς ἔξωθεν, ὅτι Πνεῦμά ἐστιν ἐν αὐτῷ τῷ φθεγγομένῳ. Διὸ καὶ οὕτως αὐτὸ καλεῖ λέγων· *Ἑκάστῳ δὲ ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον*· τὰ χαρίσματα φανέρωσιν Πνεύματος ὀνομάζων. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ ἀπόστολοι τοῦτο πρῶτον σημεῖον ἔλαβον, καὶ οἱ πιστοὶ τοῦτο ἐλάμβανον τὸ τῶν γλωσσῶν, καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πλείω. Καὶ γὰρ καὶ νεκροὺς ἤγειρον πολλοὶ, καὶ δαίμονας ἤλαυνον, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐθαυματούργουν· καὶ χαρίσματα δὲ εἶχον, οἱ μὲν ἐλάττονα, οἱ δὲ πλείω. Πλέον δὲ πάντων τὸ τῶν γλωσσῶν ἦν παρ' αὐτοῖς χάριαμα.

Καὶ τοῦτο αἴτιον σχίσματος αὐτοῖς ἐγένετο, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν εἰληφότων. Οἵ τε γὰρ τὰ μείζονα ἔχοντες ἐπῄροντο κατὰ τῶν τὰ ἐλάττονα κεκτημένων· οὗτοι δ' αὖ πάλιν ἦλγουν, καὶ τοῖς τὰ μείζονα ἔχουσιν ἐφθόνουν. Καὶ τοῦτο προῶν δείκνυσιν αὐτὸς ὁ Παῦλος. Ἐπεὶ οὖν ἐντεῦθεν καιρίαν ἐλάμβανον πληγὴν, διαλυομένης αὐτοῖς τῆς ἀγάπης, πολλὴν σπουδὴν ποιεῖται, ὥστε αὐτὸ διορθῶσαι. Συνέβη μὲν γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἀλλ' οὐχ οὕτω· διόπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ κινεῖ μὲν αὐτὸ, συνεσκιασμένως δὲ καὶ ἐν βραχεῖ, λέγων οὕτω· *Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν· οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη. Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ.* Ὅτι δὲ καὶ ἐκεῖνοι εἰς ἀπόνοιαν ἐντεῦθεν ἐνέπιπτον, ἀρχόμενος ἠνίξατο τοῦτο, οὕτως εἰπών· *Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.* Ἐκεῖνοις μὲν οὖν (οὐδὲ γὰρ πολὺ τὸ νόσημα ἦν τῆς διαστάσεως καὶ ἀπονοίας) οὕτω διείλεκται· ἐνταῦθα δὲ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· καὶ γὰρ σφοδρὰ τοῦ πάθους ἦν ἡ νομή. Καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον αὐτοὺς ἐθορύβει, ἀλλὰ καὶ μάντεις ἦσαν αὐτόθι πολλοὶ, ἅτε Ἑλληνικώτερον τῆς πόλεως διακειμένης, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο αὐτοὺς ὑπεσκέλιζε καὶ ἐτάραττε. Διὸ καὶ ἀρχόμενος, πρῶτον τὸ μέσον μαντείας καὶ προφητείας τίθησι. Διὰ τοῦτο καὶ διακρίσεις ἔλαβον πνευμάτων, ὥστε διακρίνειν καὶ εἰδέναι, τίς μὲν ὁ [259] πνεύματι φθεγγόμενος καθαρῷ, τίς δὲ ὁ ἀκαθάρτῳ. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτόθεν οὐκ ἦν παρασχεῖν τῶν λεγομένων τὴν ἀπόδειξιν (προφητεία γὰρ οὐκ ἐν τῷ καιρῷ, ᾧ λέγεται, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκβάσεως παρέχεται τῆς οἰκείας ἀληθείας τὸν ἔλεγχον)· καὶ οὐκ ἦν εὔκολον αὐτὴν διαγνῶναι, καὶ τίς μὲν πρα-

[a] Alii, ἀναβαλλόμεθα.

Digitized by Google

φητεύων, τίς δὲ ὁ ψευδόμενος (καὶ γὰρ μιαρὸς ὢν ὁ διάβολος ἐπεισῆλθε τοῖς προφητεύουσι, ψευδοπροφήτας εἰσάγων ὡς δῆθεν τὰ μέλλοντα προλέγοντας καὶ αὐτούς)· εἶτα ἐπειδὴ τέως ἀνεύθυνα ἦν τὰ λεγόμενα, οὕπω τῶν πραγμάτων ἐκβάντων περὶ ὧν προελέγετο, καὶ ῥᾳδίως παρεκρούετο (τὸν γὰρ ψευδόμενον καὶ τὸν ἀληθεύοντα τὸ τέλος ἤλεγχεν)· ἵνα δὴ μηδὲ πρὸ τοῦ τέλους ἀπατῶνται οἱ ἀκροαταί, δίδωσιν αὐτοῖς σημεῖον, ὃ καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως ἐδείκνυ τοῦτον κἀκεῖνον· καὶ ἐντεῦθεν λαβὼν ἀκολουθίαν καὶ ἀρχὴν, οὕτω καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν χαρισμάτων ἐκβαίνει λόγον, καὶ τὴν φιλονεικίαν διορθοῦται τὴν καὶ ἐντεῦθεν γινομένην. Τέως μέντοι τοῦ περὶ τῶν μάντεων ἄρχεται λόγου οὕτω λέγων· *Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί*· πνευματικὰ τὰ σημεῖα καλῶν, ὅτι ταῦτα ἔργα τοῦ Πνεύματος μόνου, οὐδὲν ἀνθρωπίνης ἐπεισφερούσης σπουδῆς εἰς τὸ τὰ τοιαῦτα θαυματουργεῖν. Καὶ μέλλων περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι, πρότερον, ὅπερ ἔφην, τῆς μαντείας τὴν διαφορὰν καὶ τῆς προφητείας τίθησιν, οὕτω λέγων· *Οἶδατε ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἐν τοῖς εἰδώλοις [a], φησὶν, εἴποτε κατεσχέθη τις ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου καὶ ἐμαντεύετο, ὥσπερ ἀπαγόμενος, οὕτως εἵλκετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος, οὐδὲν εἰδὼς ὧν λέγει. Τοῦτο γὰρ μάντεως ἴδιον, τὸ ἐξεστηκέναι, τὸ ἀνάγκην ὑπομένειν, τὸ ὠθεῖσθαι, τὸ ἕλκεσθαι, τὸ σύρεσθαι ὥσπερ μαινόμενον. Ὁ δὲ προφήτης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ διανοίας νηφούσης, καὶ σωφρονούσης καταστάσεως, καὶ εἰδὼς ἃ φθέγγεται, φησὶν ἅπαντα. Ὥστε καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως κάντεῦθεν γνώριζε τὸν μάντιν καὶ τὸν προφήτην. Καὶ σκόπει πῶς ἀνύποπτον ποιεῖ τὸν λόγον· αὐτοὺς μάρτυρας καλεῖ τοὺς ἐν τῇ πείρᾳ τοῦ πράγματος γενομένους. Ὅτι γὰρ οὐ ψεύδομαι, φησὶν, οὐδὲ ἁπλῶς διασύρω τὰ τῶν ἐθνῶν, ὡς ἐχθρὸς πλάττων, αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρήσατε· καὶ γὰρ οἴδατε ὅτε Ἕλληνες ἦτε, πῶς ἀπήγεσθε ἑλκόμενοι τότε. Εἰ δέ τις καὶ τούτους ὡς πιστοὺς ὑπόπτους εἶναι φαίη, φέρε καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν τοῦτο ὑμῖν ποιήσω φανερόν. Ἄκουσον γοῦν Πλάτωνος λέγοντος οὕτως· Ὥσπερ οἱ χρησμῳδοὶ καὶ οἱ θεομάντεις λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσιν. Ἄκουσον γοῦν καὶ ἑτέρου ποιητοῦ τὰ αὐτὰ ἐνδεικνυμένου. Ἐπειδὴ γὰρ τελεταῖς τισι καὶ μαγγανείαις κατέδησε δαίμονά τις εἰς ἄνθρωπον, καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος, καὶ μαντευόμενος ἐρρίπτειτο καὶ ἐσπαράττετο, καὶ ἐνεγκεῖν τοῦ δαίμονος τὴν ὁρμὴν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' [260] ἔμελλε διασπώμενος οὕτως ἀπόλλυσθαι, τοῖς τὰ τοιαῦτα μαγγανεύουσί φησι·

Λύσατε λοιπὸν, ἄρακτα βροτὸς θεὸν οὐκέτι χω-
[ρεῖ·

καὶ πάλιν,

Λύσατέ μοι στεφάνους, καί μευ πόδας ὕδατι
[λευκῷ
Ῥάγατε, καὶ γραμμὰς ἀπαλείψατε, καί γε μο-
[λοῖμι.

Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα (καὶ γὰρ ἔστι πολλῷ πλείονα εἰπεῖν), ἀμφότερα ταῦτα ἡμῖν ἐνδείκνυται, καὶ τὴν ἀνάγκην ἣ κατεχόμενοι δουλεύουσιν οἱ δαίμονες, καὶ τὴν βίαν ἣν ὑπομένοντες οἱ καθάπαξ ἑαυτοὺς ἐκδόντες αὐτοῖς, καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐξίστανται φρενῶν. Καὶ ἡ Πυθία δέ· ἀναγκάζομαι γὰρ καὶ ἑτέραν αὐτῶν ἀσχημοσύνην ἐκπομπεῦσαι νῦν, ἣν καλὸν μὲν ἦν παρελθεῖν διὰ τὸ ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι τὰ τοιαῦτα λέγειν· ὥστε δὲ σαφέστερον αὐτῶν μαθεῖν τὴν αἰσχύνην [b], ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵνα κἀντεῦθεν μάθητε τὴν παράνοιαν, καὶ τὸν πολὺν γέλωτα τῶν τοῖς μάντεσι κεχρημένων· λέγεται τοίνυν αὕτη ἡ Πυθία γυνή τις οὖσα ἐπικαθῆσθαι τῷ τρίποδί ποτε τοῦ Ἀπόλλωνος, διαιροῦσα τὰ σκέλη· εἶθ' οὕτω πνεῦμα πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν αὐτῆς διαδυόμενον μορίων πληροῦν τὴν γυναῖκα τῆς μανίας, καὶ ταύτην τὰς τρίχας λύουσαν λοιπὸν ἐκβακχεύεσθαί τε, καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφιέναι, καὶ οὕτως ἐν παροινίᾳ γενομένην τὰ τῆς μανίας φθέγγεσθαι ῥήματα. Οἶδα ὅτι ἠσχύνθητε καὶ ἠρυθριάσατε ταῦτα ἀκούσαντες· ἀλλ' ἐκεῖνοι καὶ μέγα φρονοῦσι καὶ διὰ τὴν ἀσχημοσύνην καὶ διὰ τὴν μανίαν ταύτην.

β'. Ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ Παῦλος ἅπαντα ἀνακινῶν ἔλεγεν· *Οἶδατε, ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.* Καὶ ἐπειδὴ πρὸς εἰδότας διελέγετο, οὐ τίθησι πάντα μετὰ ἀκριβείας, μὴ βουλόμενος αὐτοῖς ἐνοχλεῖν, ἀλλ' ἀναμνήσας μόνον καὶ εἰς ἔννοιαν ἁπάντων αὐτοὺς ἀγαγὼν, ἀπαλλάττεται ταχέως, πρὸς τὸ προκείμενον ἐπειγόμενος. Τί δέ ἐστι, *Πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα;* Οὗτοι οἱ μάντεις πρὸς ἐκεῖνα ἦγοντο ἑλκόμενοι. Εἰ δὲ αὐτὰ ἄφωνα, πῶς ἐκείνοις ἐκέχρηντο [c]; τίνος δὲ ἕνεκεν τοῖς ξοάνοις αὐτοὺς προσῆγεν ὁ δαίμων ὡς αἰχμαλώτους καὶ δεσμίους; Ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν πλάνην πιθανὴν ἐργαζόμενος. Ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ ὁ λίθος ἄφωνος εἶναι, ἐσπούδαζεν τοῖς εἰδώλοις προσηγορεῖν τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα τὰ αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιγράφηται. Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα. Ἀλλ' οὐκ ἔθηκε τὰ ἡμέτερα, τὰ τῶν [261] προφητῶν λέγω· καὶ γὰρ δῆλα ἦν αὐτοῖς ἅπαντα, καὶ ἐν αὐτοῖς προεφήτευον, ὡς αὐτοῖς πρέπον ἦν, μετὰ συνέσεως καὶ ἐλευθερίας ἁπάσης. Διά τοι τοῦτο καὶ τοῦ εἰπεῖν καὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν ἦσαν κύριοι· οὐ γὰρ ἀνάγκῃ κατείχοντο, ἀλλ' ἐξουσίᾳ ἦσαν τετιμημένοι. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰωνᾶς ἔφυγε, διὰ τοῦτο καὶ Ἰεζεκιὴλ ἀνεβάλλετο, διὰ τοῦτο καὶ Ἱερεμίας παρῃτεῖτο. Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μετὰ ἀνάγκης αὐτοὺς ὤθει, ἀλλὰ συμβουλεύων, παραινῶν, ἀπειλῶν, οὐ σκοτῶν τὴν διάνοιαν. Δαίμονος μὲν γὰρ ἴδιον, τὸ θόρυβον καὶ μανίαν ποιεῖν καὶ πολὺν τὸν ζόφον, Θεοῦ δὲ, τὸ φωτίζειν καὶ μετὰ συνέσεως διδάσκειν τὰ δέοντα. Πρώτη μὲν οὖν διαφορὰ αὕτη μάντεως καὶ προφήτου· δευτέρα δὲ ἑτέρα, ἣν ἐφεξῆς τίθησι, λέγων· *Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν.* Εἶτα καὶ ἑτέρα· *Καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Ὅταν ἴδῃς, φησὶν, τινὰ μὴ φθεγγόμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἢ καὶ ἀναθεματίζοντα, μάντις ἐστί. Πάλιν, ὅταν ἴδῃς ἕτερον μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα φθεγγόμενον, νόησον ὅτι πνευματικός ἐστι. Τί οὖν, φησὶ, περὶ τῶν κατηχουμένων

[a] Savil. putat legendum εἰδωλείοις.

[b] Savil. ad marginem habet ἀσχημοσύνην, quæ lectio melior videtur. [c] Ἐκέχρητο. Editi. Savil. cum Duæo putat legendum ἐκέχρηντο.

Digitized by Google

prædicerent) : deinde quia de iis, quæ dicebantur, non poterat ratio reddi, cum res quæ prædictæ fuerant nondum evenissent, et facile confutabatur (mendacem enim et veracem finis comprobat) : ne ante finem auditores deciperentur, dat illis signum, quod etiam ante eventum hunc et illum indicaret : et hinc accepta consequentia et principio, sic in sermonem de charismatibus transit, et contentionem inde subortam corrigit. Interim vero de divinatoribus loquens sic orditur : *De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres;* spiritualia vocans signa, quia illa Spiritus solius sunt opera, humano studio nihil afferente ad talia miracula patranda. Et de illis disputaturus, prius, ut dixi, divinationem inter et prophetiam differentiam ponit, sic dicens : *Scitis quod cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* Id est : In idolis, inquit, si quis abreptus esset a spiritu immundo, et vaticinaretur, quasi abductus sic ille trahebatur a spiritu victus, nihil sciens eorum quæ dicebat. Hoc enim divinatori proprium est, ut mente exeedat, vim patiatur, pellatur, trahatur, quasi furens. Propheta vero non sic, sed cum vigili mente, cum temperanti constitutione, illa sciens quæ dicit, omnia loquitur. Itaque etiam ante eventum hinc internosce vatem et prophetam. Et vide quam non suspectum proferat sermonem : ipsos vocat testes, qui rei experientiam fecerint. Quod enim non mentiar, inquit, neque temere ea quæ gentium sunt traducam, fingens tamquam inimicus, vos ipsi mihi feratis testimonium : etenim ipsi scitis quomodo, cum essetis Græci, tracti abduceremini. Quod si quis hos, utpote fideles, suspectos esse dixerit; age, etiam ab externis hoc vobis manifestum reddam. Audi ergo Platonem sic loquentem : Quemadmodum divinatores et vates multa quidem et pulchra dicunt; eorum vero quæ proferunt nihil sciunt (*a*). Audi alium quoque poetam eadem ipsa indicantem. Postquam quibusdam initiationibus et præstigiis dæmonem quis homini alligaverat, ille vero vaticinabatur, dumque vaticinaretur ille, raptabatur et discerpebatur, ac dæmonis impetum ferre non poterat, sed sic raptatus periturus erat; iis qui talibus præstigiis dabant operam dicit :

Solvite demum : regem deum mortalis non ultra capit;

et rursum :

Solvite serta mihi, atque pedes aspergite lympha munda,
Et expunganlur mihi lineæ, ut adesse possim (*b*).

Hæc enim et similia (nam longe plura dici possent) utraque nobis ostendunt et necessitatem qua serviunt qui detinentur dæmones, et vim quam sustinentes ii qui semel se ipsis dediderunt, et a naturali sua mente excedunt. Pythia vero (cogor enim aliam quoque eorum turpitudinem traducere, quam bonum quidem esset prætermittere, quod indecorum nobis sit talia proferre; ut autem illorum dedecus clarius evadat, necessarium est dicere; ut hinc discatis amentiam, et ridicula gesta eorum qui vatibus illis utuntur) : dicitur ergo Pythia mulier insidere tripodi Apollinis (*a*), divaricatis cruribus : deinde malum inferne emitti spiritum, et per genitales ejus partes subeuntem, furore mulierem replere, et hanc deinceps passis capillis debacchari et spumam ex ore emittere; et sic temulentam illam furoris verba proferre. Scio vos pudore affectos erubescere hæc audientes : verum illi altum sapiunt ob turpitudinem et insaniam tantam.

1. Cum consolationem præbuisset ex eo quod gratuitum esset donum, ex eo quod omnia ex uno eodemque Spiritu acciperent, ex eo quod ad utilitatem darentur, ex eo quod per minora manifestatio fieret : ad hæc etiam cum os eorum obstruxisset ex eo quod oporteat potestati Spiritus cedere ; *Hæc enim omnia*, inquit, *operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult ;* quare non licet curiose inquirere : ex alio rursus illos consolatur communi exemplo : et ad naturam ipsam confugit, ut facere solet. Nam quando disserebat de coma virorum ac mulierum, post alia hinc quoque illos erudivit, dicens : *Annon ipsa natura vos docet, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi ; mulier autem si comam nutriat, ipsi est gloria* (*1. Cor.* 11. 14. 15) ? Et cum de idolothytis dicebat, prohibens illa tangere, etiam ab externis exemplis sermonem texit, Olympica certamina memorans et dicens : *Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit bravium* (*Ibid.* 9. 24) : atque a pastoribus, militibus et agricolis illa ipsa probans. Ideo hic quoque commune exemplum in medium affert, quo admodum contendit ut ostendat neminem minus quam alios habere, id quod mirabile fuisset et probatu difficile, tamenque simpliciores posset recreare : de iis quæ ad corpus spectant dico. Pusillanimem namque et minus habentem nihil ita consolatur et ad non dolendum inducit, ut cum discit se non minus habere. Quapropter id ille probans, sic loquitur : *Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa.* Vidistin' accuratam intelligentiam ? Idipsum et unum et multa esse ostendit. Ideo subjungit, in proposito magis instans : *Omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum sunt corpus.* Non dixit, Cum sint multa, unius sunt corporis ; sed, Hoc ipsum unum multa sunt, et illa multa membra hoc unum est. Si ergo multa unum sunt, et unum multa, ubi est differentia ? ubinam id quod excedit ? ubi quod minus est ? *Omnia* enim, inquit, *unum sunt*, et non modo unum, sed etiam magis proprie examinata, secundum quod corpus sunt, inveniuntur omnia esse unum. Quando autem per partes, tunc differentia est, et differentia illa in omnibus similiter. Nullum enim eorum per se potest corpus efficere, sed pari modo singula deficiunt ad corpus efformandum, et opus est conjunctione. Cum enim multa unum efficiuntur, tunc est unum corpus. Ideoque id ipsum subindicans dicebat : *Omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum est corpus.* Neque dixit, Quæ excedunt et quæ minora sunt, sed, *Cum sint multa*, quod commune omnibus est. Et quomodo fieri potest ut sint unum ? Quando ejecta membrorum differentia, corpus examinaveris. Quod enim est oculus, hoc et pes est, secundum id quod membrum sunt et corpus efficiunt : nulla enim hic differentia est. Neque dicere possis hoc membrum per se corpus facere, illud non item : omnia enim hac in re paria sunt, quia omnia unum sunt corpus.

Ecclesia corpori humano comparatur. — Hoc cum dixisset, et clare ex omnium calculo demonstrasset, subjunxit, *Ita et Christus.* Et cum oportuisset dicere, Ita et Ecclesia ; hoc enim consequens erat : hoc quidem non dixit, sed illius loco Christum ponit, in altum extollens orationem, et auditorem magis pudore afficiens. Hoc autem vult significare : Ita et Christi corpus, quod est Ecclesia. Sicut enim et corpus et caput unus sunt homo, ita et Ecclesiam et Christum unum esse dixit. Ideo Christum pro Ecclesia posuit, corpus ejus sic vocans. Sicut ergo, inquit, corpus nostrum unum est, etiamsi ex multis constituatur : ita et in Ecclesia omnes unum sumus. Etiamsi enim illa ex multis membris constat, sed illa multa unum fiunt corpus. Cum ergo recreasset et erexisset ab hoc communi exemplo eum qui videbatur minor fieri, rursus communem dimittit consuetudinem, et ad aliud pergit spirituale caput, majorem afferens consolationem, quod ostendat magnam in honore æqualitatem. Quodnam illud est ? 13. *Etenim in uno Spiritu*, inquit, *omnes nos in unum corpus baptisati*

Digitized by Google

sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi. Id est : quod effecit ut unum corpus simus, et nos regeneravit, unus est Spiritus : non enim in alio hic, in alio ille baptizatus est spiritu. Non modo autem qui nos baptizat unus est, sed et unum est in quo baptizavit ; id est, propter quod baptizavit. Non enim ut diversa fierent corpora, sed ut omnes unius corporis accuratam conjunctionem mutuo servemus, baptizati sumus ; hoc est, ut omnes unum corpus simus, in hoc baptizati sumus.

2. Itaque et qui construxit corpus, unus est, et id ad quod constructum est, unum est. Nec dixit, Ut simus ejusdem corporis ; sed, Ut unum corpus omnes simus : semper enim studet verbis majorem emphasin exprimentibus uti. Et bene dixit, *Omnes sumus*, seipsum adjiciens. Neque enim ergo apostolus plus quam tu quid habeo : etenim tu corpus es sicut et ego, ego, sicut tu, et omnes idipsum habemus caput, et eodem partu nati sumus : idcirco idem corpus sumus. Et quid dico, inquit, Judæos ? Nam et Græcos a nobis tantum dissitos, ad id ipsum corpus redegit. Quare cum dixisset, *Nos omnes*, non hic substitit ; sed subjunxit : *Sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi.* Quod si cum antea adeo remoti essemus, juncti sumus et unum effecti ; multo magis postquam unum facti sumus, non debemus dolere et mœstitia affici : neque enim locum habet differentia. Nam si Græcos seu gentiles et Judæos iisdem dignatus est, necnon servos et liberos ; quomodo postquam id dignatus est, disjunxerit, quando majorem et accuratiorem ex donis conjunctionem efficere dignatus est ? *Et omnes uno Spiritu potati sumus.* 14. *Nam et corpus non est unum membrum, sed multa.* Id est, ad eamdem venimus mysteriorum initiationem, eadem fruimur mensa. Et cur non dixit : Eodem corpore nutrimur, et eodem sanguine potamur ? Quia cum Spiritum dixit, utrumque significavit et sanguinem et corpus : per utrumque enim uno Spiritu potamur. Mihi autem videtur nunc dicere illum Spiritus adventum, qui a baptismate et ante mysteria nobis accedit. Dixit autem, *Potati sumus*, quia dictionis metaphora valde opportuna ipsi est ad præsens argumentum : ut si de plantis et de paradiso diceret, Ab eodem fonte omnes arbores irrigantur, et ab eadem aqua : ita et in præsenti, Eodem Spiritu potati sumus omnes, eamdem percepimus gratiam. Si ergo unus Spiritus nos conjunxit, et nos omnes in unum corpus compegit ; hoc enim significat illud, *In unum corpus baptizati sumus ;* et unam mensam largitus est, et eamdem omnibus irrigationem ; hoc enim sibi vult illud, *Uno Spiritu potati sumus ;* et tanto intervallo dissitos junxit ; et multa tunc fiunt corpus, quando facta fuerunt unum : cur mihi differentiam sus deque versas ? Si autem dixeris, Multa sunt membra et diversa : discas hoc ipsum esse admirabile, et hanc corporis esse excellentiam, quando multa et diversa unum efficiunt. Quod si multa non essent, non ita mirabile et inexspectatum esset unum esse corpus ; imo ne esset quidem corpus. Sed hoc quidem postremo ponit : interim vero ad ipsa membra pergit, ita loquens : 15. *Si dixerit pes, Non sum manus, non sum de corpore ; num idcirco non est de corpore ?* 16. *Et si dixerit auris, Non sum oculus, non sum de corpore ; num idcirco non est de corpore ?* Nam si quod alius minus haberet, alius excederet, id non sineret esse de corpore, universum tolleretur. Ne itaque dixeris, Non sum corpus, quia sum minor : etenim pes minorem tenet ordinem, sed est ex corpore. Nam ex corpore esse vel non esse, non inde fit quod alius in hoc loco, alius in alio positus sit ; hoc enim loci tantum facit differentiam ; sed ex eo quod sit conjunctus vel non conjunctus : nam esse vel non esse corpus ex eo fit, quod vel conjunctum vel non conjunctum sit. Tu vero mihi prudentiam perpende, quomodo ipsa verba apposite membris nostris accommodet. Nam ut superius dicebat, *Hæc transfiguravi in me et Apollo :* sic et hoc loco, ut non molestum, sed acceptum redderet sermonem, membra loquentia inducit ; ut cum audirent naturam sibi respondentem, ab ipsa experientia convicti et a communi calculo, nihil ultra contradicere valerent. Nam sive hoc ipsum, inquit, dicatis, sive murmuretis, non potestis extra corpus esse. Quemadmodum enim lex naturæ, sic et multo magis gratiæ virtus omnia custodit et conservat. Et vide quomodo caverit ne quid superfluum esset, non de membris omnibus orando tractans, sed de duobus tantum, iisque extremis. Etenim omnium pretiosissimum posuit, oculum ; et omnium vilissimum pedes. Neque inducit pedem cum oculo loquentem, sed cum manu quæ est paulo altior ; auditum autem cum oculis. Quia enim non iis qui nos longe superant, sed iis qui paulo altiores sunt, solemus invidere ; ideo et ipse sic facit comparationem. 17. *Si totum corpus oculus, ubi auditus ? si totum auditus, ubi odoratus ?* Quia enim cum in membrorum incidisset differentiam, et dixisset pedes, manus, oculos et aures, illos in cogitationem minoris vel majoris induxit ; vide quomodo rursum illos consolatur, ostendens ita consentaneum esse, et quod multi sint et diversi, hoc maxime facit ut corpus sit. Quod si unum essent omnes, non essent corpus : ideoque ait : 19. *Si essent omnia unum membrum, ubi corpus ?* Sed hoc quidem postea dicit ; hic vero quid majus ostendit, nempe quod non solum non possit esse corpus, sed ne esse quidem cæteros sensus. Nam *Si auditus totum esset, ubi odoratus ?* inquit.

3. Deinde quia sic quoque turbabantur, quod superius fecit, id etiam nunc facit. Sicut enim ibi per utilitatem consolatus, demum os valide obstruxit dicens, *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult :* sic et hoc loco etiam ratiocinia proferens, queis ostendit ad utilitatem sic omnia facta esse, rursus totum ad Dei voluntatem reducit dicens : 18. *Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corporibus sicut voluit.* Quemadmodum de Spiritu dixit, *Prout vult :* sic et hoc loco, *Sicut voluit.* Ne ergo ultra curiosius causam inquiras, cur sic, cur non sic. Etiamsi enim mille dicta

Digitized by Google

οὗτος, ἐν ἄλλῳ δὲ ὁ ἕτερος ἐβαπτίσθη πνεύματι. Οὐ μόνον δὲ τὸ βαπτίσαν ἡμᾶς ἕν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὃ ἐβάπτισεν, τουτέστιν, ἐφ' ᾧ ἐβάπτισεν, ἕν. Οὐ γὰρ ἵνα διάφορα γένηται σώματα, ἀλλ' ἵνα πάντες τὴν ἑνὸς σώματος ἀκρίβειαν πρὸς ἀλλήλους διασώζωμεν, ἐβαπτίσθημεν· τουτέστιν, ἵνα πάντες ἓν σῶμα ὦμεν, εἰς τοῦτο ἐβαπτίσθημεν.

β'. Ὥστε καὶ ὁ κατασκευάσας, εἷς, καὶ εἰς ὃ κατεσκεύασεν, ἕν. Καὶ οὐκ εἶπε, Τοῦ αὐτοῦ σώματος ἵνα γενώμεθα, ἀλλ', Ἵνα ἓν σῶμα πάντες· ἀεὶ γὰρ φιλονεικεῖ τὰς ἐμφαντικωτέρας λέξεις τιθέναι. Καὶ καλῶς εἶπε, *Πάντες ἡμεῖς*, καὶ ἑαυτὸν προστιθείς. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ὁ ἀπόστολος σοῦ τι πλέον ἔχω κατὰ τοῦτο, φησί· καὶ γὰρ σὺ σῶμα εἶ καθάπερ ἐγώ, καὶ ἐγὼ καθάπερ σύ, καὶ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἔχομεν κεφαλήν, καὶ τὰς αὐτὰς ἐλύσαμεν ὠδῖνας· διὸ καὶ τὸ αὐτὸ σῶμά ἐσμεν. Καὶ τί λέγω, φησίν, Ἰουδαίους; τοὺς γὰρ τοσοῦτον ἀφεστηκότας ἡμῶν Ἕλληνας εἰς ἑνὸς σώματος ἀκρίβειαν ἤγαγε. Διὸ εἰπών, *Ἡμεῖς πάντες*, οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι*. Εἰ δὲ περὶ τούτου τοσοῦτον ἀφεστηκότες ἡνώθημεν καὶ ἐγενόμεθα ἕν, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὸ γενέσθαι ἕν, οὐκ ἂν εἴημεν δίκαιοι λυπεῖσθαι καὶ ἀθυμεῖν· οὐδὲ γὰρ ἔχει χώραν ἡ διαφορά. Εἰ γὰρ Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους τῶν αὐτῶν ἠξίωσε, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους, πῶς μετὰ τὸ ἀξιῶσαι διίστησιν, ὅτε πλείονα ἐκ τῆς τῶν χαρισμάτων χορηγίας τῆς ἑνώσεως τὴν ἀκρίβειαν ἐχαρίσατο; *Καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά.* Τουτέστι, πρὸς τὴν αὐτὴν ἠλθομεν μυσταγωγίαν, τῆς αὐτῆς ἀπολαύομεν τραπέζης. Καὶ διὰ τί μὴ εἶπε, Τὸ αὐτὸ σῶμα τρεφόμεθα, καὶ τὸ αὐτὸ αἷμα πίνομεν; Ὅτι Πνεῦμα εἶπων, ἀμφότερα ἐδήλωσε καὶ τὸ αἷμα καὶ τὴν σάρκα· [271] δι' ἀμφοτέρων γὰρ ἓν πνεῦμα ποτιζόμεθα. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ νῦν ἐκείνην λέγειν τοῦ Πνεύματος τὴν ἐπιφοίτησιν, τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος καὶ πρὸ τῶν μυστηρίων ἐγγινομένην ἡμῖν. *Ἐποτίσθημεν* δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ ἡ μεταφορὰ τῆς λέξεως σφόδρα ἁρμόδιος αὐτῷ πρὸς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν· ὡς ἂν εἰ ἐπὶ φυτῶν καὶ παραδείσου ἔλεγεν, ὅτι Ἀπὸ τῆς αὐτῆς πηγῆς πάντα τὰ δένδρα ἄρδεται, ὅτι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὕδατος· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, Τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐπίομεν ἅπαντες, τῆς αὐτῆς ἀπελαύσαμεν χάριτος, φησίν. Εἰ τοίνυν καὶ ἓν Πνεῦμα ἡμᾶς κατεσκεύασε, καὶ εἰς ἓν σῶμα ἅπαντας ἡμᾶς συνήγαγε· τοῦτο γάρ ἐστιν, *Εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν*· καὶ μίαν τράπεζαν ἐχαρίσατο, καὶ τὴν αὐτὴν ἀρδείαν ἅπασιν ἔδωκε· τοῦτο γάρ ἐστιν, *Εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν*· καὶ τοσοῦτον διεστῶτας ἤγαγε, καὶ τὰ πολλὰ τότε γίνεται σῶμα, ὅταν γένηται ἓν· τί μοι τὴν διαφορὰν ἄνω καὶ κάτω στρέφεις; Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι Πολλά ἐστι τὰ μέλη καὶ διάφορα, μάθε ὅτι αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστόν, καὶ τοῦ σώματος τὸ ἐξαίρετον, ὅταν τὰ πολλὰ καὶ διάφορα ἓν ποιῇ· εἰ δὲ μὴ ἦν πολλά, οὐχ οὕτω θαυμαστὸν ἦν καὶ παράδοξον τὸ, ἓν εἶναι σῶμα· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν ἦν σῶμα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον τίθησι· τέως δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ μέλη χωρεῖ, λέγων οὕτως· *Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ χεὶρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;* Εἰ γὰρ τὸ τὸν μὲν ἠλαττῶσθαι, τὸν δὲ περέχειν, οὔκ ἀφίησιν εἶναι ἐκ τοῦ σώματος, τὸ πᾶν ἀνῄρηται. Μὴ τοίνυν εἴπῃς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ σῶμα, ἐπειδὴ ἐλάττων εἰμί· καὶ γὰρ ὁ ποῦς τὴν ἐλάττονα τάξιν ἔχει, ἀλλὰ τοῦ σώματός ἐστι. Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ σώματος εἶναι καὶ μὴ εἶναι, οὐκ ἀπὸ τοῦ τὸν μὲν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, τὸν δὲ ἐν τῷδε κεῖσθαι· τοῦτο γὰρ τόπου ποιεῖ διαφοράν· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ συνῆφθαι ἢ ἀπέχεσθαι· τὸ γὰρ εἶναι ἢ μὴ εἶναι σῶμα, ἐκ τοῦ ἡνῶσθαι ἢ μὴ ἡνῶσθαι γίνεται. Σὺ δέ μοι σκόπει τὴν σύνεσιν, πῶς αὐτῶν τὰ ῥήματα τοῖς μέλεσι περιτίθησι τοῖς ἡμετέροις. Ὥσπερ γὰρ ἀνωτέρω ἔλεγε, *Ταῦτα μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ*, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ὥστε ἀνεπαχθῆ ποιῆσαι τὸν λόγον καὶ εὐπαράδεκτον, τὰ μέλη εἰσάγει φθεγγόμενα· ἵν', ὅταν ἀκούσωσι τῆς φύσεως αὐτοῖς ἀποκρινομένης, ἀπὸ τῆς πείρας αὐτῆς ἐλεγχόμενοι καὶ τῆς κοινῆς ψήφου, μηδὲν λοιπὸν ἀντιλέγειν ἔχωσι[a]. Κἂν γὰρ λέγητε, φησί, τοῦτο αὐτό, κἂν γογγύζητε, οὐ δύνασθε ἐκτὸς εἶναι τοῦ σώματος. Ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς φύσεως νόμος, οὕτω καὶ πολλῷ πλέον ἡ τῆς χάριτος δύναμις φυλάττει πάντα καὶ διατηρεῖ. Καὶ ὅρα πῶς ἐφύλαξε τὸ ἀπέριττον, οὐκ ἐπὶ πάντων τῶν μελῶν τὸν λόγον γυμνάζων, ἀλλ' ἐπὶ δύο μόνων, καὶ τούτων τῶν ἄκρων. Καὶ γὰρ τὸ πάντων τιμιώτερον τέθεικε, τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ πάντων εὐτελέστερον, τοὺς πόδας. Καὶ οὐ ποιεῖ τὸν πόδα τῷ ὀφθαλμῷ διαλεγόμενον, [272] ἀλλὰ τῇ ὀλίγον ἀναβεβηκυίᾳ χειρὶ, τὴν δὲ ἀκοὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ τοῖς σφόδρα ὑπερέχουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀλίγον ἀναβεβηκόσι φθονεῖν, εἰώθαμεν, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς οὕτω ποιεῖται τὴν σύγκρισιν. *Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις;* Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν τῶν μελῶν ἐμπεσὼν διαφορὰν, καὶ εἰπὼν πόδας καὶ χεῖρας καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα, εἰς ἔννοιαν αὐτοὺς τῆς ἐλαττώσεως καὶ τῆς ὑπεροχῆς ἤγαγεν· ὅρα πῶς πάλιν αὐτοὺς παραμυθεῖται, δεικνὺς ὅτι οὕτω συμφέρον ἦν, καὶ τὸ πολλοὺς εἶναι καὶ διαφόρους, τοῦτο μάλιστα ποιεῖ σῶμα εἶναι. Εἰ δὲ ἓν ἦσαν οἱ πάντες, οὐκ ἦσαν σῶμα· διό φησιν, *Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα;* Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον λέγει· ἐνταῦθα δέ τι καὶ πλέον δείκνυσιν, ὅτι οὐ μόνον σῶμά εἶναι οὐκ ἐγχωρεῖ, ἀλλ' οὐδὲ εἶναι τοὺς λοιπούς. *Εἰ ὅλον γὰρ ἦν ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις;* φησίν.

γ'. Εἶτα ἐπειδὴ ἔτι καὶ οὕτως ἐθορυβοῦντο· ὅπερ ἀνωτέρω ἐποίησε, καὶ νῦν τοῦτο ποιεῖ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ διὰ τοῦ συμφέροντος παρακαλέσας, ὕστερον καὶ ἐπεστόμισε σφοδρῶς, εἰπών· *Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα λογισμοὺς θεὶς, καθ' οὓς ἔδειξε συμφέρον ὂν οὕτω γενέσθαι πάντα, πάλιν ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν ἀνάγει τὸ πᾶν λέγων· *Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι καθὼς ἠθέλησεν.* Ὥσπερ περὶ τοῦ Πνεύματος εἶπε, *Καθὼς βούλεται*, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Καθὼς ἠθέλησε*. Μὴ τοίνυν ἐξέταζε λοιπὸν τὴν αἰτίαν, διὰ τί οὕτω, καὶ διὰ τί οὐχ οὕτω. Κἂν γὰρ μυρίους λόγους ἔχωμεν εἰπεῖν, οὐχ οὕτω δυνησόμεθα δεῖξαι ὅτι καλῶς, ὡς ὅταν εἴπωμεν, ὅτι ὡς ὁ ἀριστοτέχνης ἠθέλησεν, οὕτω γέγονεν· ὡς γὰρ συμφέρον ἐστὶν, οὕτω βούλεται. Εἰ δὲ ἐν τῷ σώματι τούτῳ οὐ περιεργαζόμεθα τὰ μέλη, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ ὅρα αὐτοῦ τὴν σύνεσιν· οὐ γὰρ τὴν ἀπὸ

[a] Hic desinit codex Regius.

Digitized by Google

σης φύσεως τίθησι διαφοράν, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῆς θέσεως τῶν τόπων. *Νυνὶ* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησε.* Καὶ καλῶς εἶπεν, *Ἕκαστον*, ἐπὶ πάντων τὸ λυσιτελὲς ἐνδεικνύμενος. Οὐ γὰρ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο μὲν αὐτὸς ἔταξεν, ἐκεῖνο δὲ οὐχί· ἀλλὰ ἕκαστον κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, οὕτω κεῖται. Ὥστε καὶ τῷ ποδὶ συμφέρει τὸ οὕτω τετάχθαι, οὐχὶ τῇ κεφαλῇ μόνον· κἂν ἀνταλλάξῃ τὴν τάξιν, καὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἀφεὶς, ἐφ' ἑτέραν ἔλθῃ, κἂν ἐπὶ μείζονα δοκῇ ἐληλυθέναι, τὸ πᾶν ἀπώλεσε καὶ διέφθειρε· τῆς τε γὰρ οἰκείας ἐκπίπτει, καὶ τῆς ἑτέρας οὐκ ἐπιτυγχάνει. *Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; Νυνὶ δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα.* Ἐπιστομίσας γὰρ αὐτοὺς ἱκανῶς ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ διατάξεως, πάλιν λογισμοὺς τίθησι· καὶ οὔτε τοῦτο ἀεὶ ποιεῖ οὔτε, ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐναλλάττων [273] ποικίλλει τὸν λόγον. Ὁ τε γὰρ ἐπιστομίζων μόνον, τὸν ἀκροατὴν, θορυβεῖ· ὅ τε δὲ ἐθίζων αὐτὸν πάντων αἰτίας ἀπαιτεῖν, εἰς τὸν τῆς πίστεως αὐτὸν παραβλάπτει λόγον. Διὰ δὴ τοῦτο κἀκεῖνο συνεχῶς ὁ Παῦλος ποιεῖ, ἵνα καὶ πιστεύσωσι καὶ μὴ θορυβῶνται· καὶ μετὰ τὸ ἐπιστομίσαι πάλιν καὶ λόγον παρέχει. Καὶ σκόπει τὴν φιλονεικίαν, καὶ τὴν περιουσίαν τῆς νίκης. Ἀφ' ὧν γὰρ ἐνόμιζον οὐκ εἶναι ἰσότιμοι τῷ πολλὴν ἐν αὐτοῖς εἶναι τὴν διαφοράν, ἀπὸ τούτων δείκνυσιν, ὅτι δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἰσότιμοι. Πῶς; ἐγὼ λέγω. *Εἰ ἦν τὰ πάντα*, φησὶν, *ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα;* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Εἰ μὴ ἦν ἐν ὑμῖν πολλὴ ἡ διαφορὰ, οὐκ ἂν ἦτε σῶμα· σῶμα δὲ οὐκ ὄντες, οὐκ ἂν ἦτε ἕν· ἓν δὲ οὐκ ὄντες, οὐκ ἂν ἦτε ἰσότιμοι. Ὥστε οὖν εἰ πάντες ἰσότιμοι ἦτε, οὐκ ἂν ἦτε σῶμα· οὐκ ὄντες δὲ σῶμα, οὐκ ἂν ἦτε ἕν· οὐκ ὄντες δὲ ἕν, πῶς ἂν ἦτε ἰσότιμοι; Νῦν μέντοι, ἐπειδὴ οὐκ ἐστὲ πάντες ἕν τι χάρισμα ἔχοντες, διὰ τοῦτο σῶμά ἐστε· σῶμα δὲ ὄντες, πάντες ἐστὲ ἕν, καὶ οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρετε κατὰ τὸ σῶμα εἶναι. Ὥστε ἡ διαφορὰ αὕτη μάλιστά ἐστιν ἡ ποιοῦσα τὴν ἰσοτιμίαν· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Νῦν δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα.* Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες καὶ ἡμεῖς πᾶσαν βασκανίαν ἐκβάλωμεν, καὶ μήτε τοῖς μείζονα χαρίσματα ἔχουσι φθονῶμεν, μήτε καταφρονῶμεν τῶν τὰ ἐλάττονα κεκτημένων· οὕτω γὰρ ὁ Θεὸς ἠθέλησε. Μὴ τοίνυν ἀντιτασσώμεθα. Εἰ δὲ ἔξι θορυβῇ, ἐννόησον ὅτι τὸ σὸν ἔργον οὐ δύναται ἐκεῖνος πολλάκις ἀνύειν. Ὥστε κἂν ἐλάττων ᾖς, τούτῳ πλεονεκτεῖς· κἂν μείζων ἐκεῖνος ᾖ, ἐλαττοῦται ἐν τούτῳ, καὶ οὕτως ἰσότης γίνεται. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ τὰ μικρὰ οὐ μικρὰ δοκεῖ συντελεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεγάλοις λυμαίνεται πολλάκις, ὅταν ἀποστῇ. Τί γὰρ τριχῶν εὐτελέστερον ἐν τῷ σώματι; ἀλλὰ τὰς εὐτελεῖς ταύτας ἂν ἀνέλῃς ἀπὸ τῶν ὀφρύων καὶ τῶν βλεφάρων, ὅλην ἠφάνισας τῆς ὄψεως τὴν ὥραν, καὶ ὀφθαλμὸς οὐκέτι ὁμοίως φανεῖται καλός· καίτοι γε περὶ τὸ τυχόν ἐστιν ἡ ζημία, ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω πᾶσα διεφθάρη ἡ εὐμορφία· οὐκ εὐμορφία δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολὺ τῆς χρείας τῶν ὀφθαλμῶν. Τῶν γὰρ μελῶν ἡμῶν ἕκαστον καὶ ἰδίαν ἐνέργειαν ἔχει καὶ κοινὴν, καὶ κάλλος ὁμοίως καὶ ἴδιον καὶ κοινόν ἐστιν ἐν ἡμῖν· καὶ δοκεῖ μὲν διηρῆσθαι ταῦτα, συμπέπλεκται δὲ ἀκριβῶς, καὶ θατέρου διαφθαρέντος καὶ τὸ ἕτερον συναπόλλυται. Σκόπει δέ· ἑστῶσαν ὀφθαλμοὶ λάμποντες, καὶ παρειὰ μειδιῶσα, καὶ χεῖλος ἐρυθρὸν, καὶ ῥὶς εὐθεῖα, καὶ ὀφρὺς ἐκτεταμένη· ἀλλ' ὅμως κἂν τὸ τυχὸν ἐκ τούτων λυμήνῃ, τῷ κοινῷ πάντων ἐλυμήνω κάλλει, καὶ πάντα κατηφείας μεστὰ, καὶ πάντα αἰσχρὰ φανεῖται τὰ πρὸ τούτου καλά. Ἂν γὰρ τὸ ἄκρον μόνον τῆς ῥινὸς συντρίψῃς, πάντων πολλὴν κατέχεας τὴν ἀμορφίαν, καίτοι γε ἑνὸς μέλους ἐστὶν ἡ πήρωσις· καὶ ἐπὶ χειρὸς ὁμοίως, ἂν ἑνὸς δακτύλου τὸν ὄνυχα ἐξέλῃς, τὸ αὐτὸ γινόμενον ὄψει.

[274] δ'. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ ἐνεργείας βουληθείης τὸ αὐτὸ συμβαῖνον ἰδεῖν, ἄνελε δάκτυλον ἕνα, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀργοτέρους ὄψει, καὶ οὐκέτι τὰ αὐτῶν ποιοῦντας ὁμοίως. Ἐπεὶ οὖν κοινὸν αἶσχος ἡ τοῦ μέλους ζημία, καὶ κοινὸν κάλλος ἡ σωτηρία, μὴ ἐπαιρώμεθα μηδὲ ἐπεμβαίνωμεν τοῖς πλησίον. Διὰ γὰρ ἐκεῖνο τὸ μικρὸν μέλος καὶ τὸ μέγα ἐστὶ καλὸν καὶ ὡραῖον, καὶ διὰ τῶν βλεφαρίδων ὀφθαλμὸς καλλωπίζεται. Ὥστε ἑαυτῷ πολεμεῖ ὁ τῷ ἀδελφῷ πολεμῶν· οὐ γὰρ μέχρις ἐκείνου τὰ τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὐ μικρὰν ὑποστήσεται ζημίαν. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γίνηται, ὡς ἑαυτῶν, οὕτω καὶ τῶν πλησίον φροντίζωμεν, καὶ ταύτην τὴν εἰκόνα τοῦ σώματος καὶ νῦν ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν μεταγάγωμεν, καὶ προνοῶμεν ἁπάντων ὡς μελῶν οἰκείων. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μέλη πολλὰ καὶ διάφορα· καὶ τὰ μὲν τιμιώτερα, τὰ δὲ καταδεέστερα· οἷόν εἰσι παρθένων χοροὶ, εἰσὶ χηρῶν σύλλογοι, εἰσὶ τῶν ἐν γάμῳ σώφρονι λαμπόντων φρατρίαι, καὶ πολλοὶ τῆς ἀρετῆς οἱ βαθμοί. Καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης πάλιν ὁμοίως· ὁ μὲν γὰρ τὰ πάντα ἐκένωσεν, οἱ δὲ τῆς αὐταρκείας ἐπιμελοῦνται μόνης, καὶ πλέον τῆς χρείας οὐδὲν ζητοῦσιν, οἱ δὲ ἐκ τοῦ περισσεύματος ἐδωκαν· ἀλλ' ὅμως οὗτοι πάντες ἀλλήλους κοσμοῦσι, κἂν ἐξουθενήσῃ τὸν ἐλάττονα ὁ μείζων, ἑαυτὸν τὰ μέγιστα ἔβλαψεν. Ἡ τε γὰρ παρθένος ἂν ὑβρίσῃ τὴν ἔγγαμον, οὐ μικρὸν ὑπετέμετο τοῦ μισθοῦ· ὅ τε τὰ πάντα κενώσας, ἂν ὀνειδίσῃ τῷ μὴ τοῦτο πεποιηκότι, πολὺ τῶν αὐτοῦ πόνων ἐκένωσε.

Καὶ τί λέγω παρθένους καὶ χήρας καὶ ἀκτήμονας ἄνδρας; Τί γὰρ τῶν προσαιτούντων εὐτελέστερον; ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτοι χρείαν πληροῦσι μεγίστην ἐν Ἐκκλησίᾳ, προσηλωμένοι ταῖς θύραις τοῦ ναοῦ, καὶ κόσμον παρέχοντες μέγιστον, καὶ τούτων ἄνευ οὐκ ἂν ἀπαρτισθείη τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας. Ὅπερ οὖν καὶ οἱ ἀπόστολοι συνιδόντες ἐξαρχῆς ἐνομοτέθησαν, ὥσπερ τὰ ἄλλα πάντα, οὕτω καὶ τὸ χήρας εἶναι· καὶ τοσαύτην ἐποιήσαντο περὶ τὸ πρᾶγμα σπουδὴν, ὡς καὶ διακόνους αὐταῖς ἐπιστῆσαι ἑπτά. Ὥσπερ γὰρ ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ παρθένους καὶ ἐγκρατευομένους ἀριθμῷ, τὰ μέλη τῆς Ἐκκλησίας καταλέγων, οὕτω καὶ χήρας. Οὐδὲ γὰρ τὴν τυχοῦσαν χρείαν αὗται πληροῦσι. Σὺ μὲν γὰρ ὅτε βούλει, παραγέγονας· αὗται δὲ καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα ψάλλουσι καὶ πάρεισιν, οὐ τῆς ἐλεημοσύνης ἕνεκεν μόνης τοῦτο ποιοῦσαι· ἐπεὶ, εἰ τοῦτο ἐβούλοντο, ἐξῆν

Digitized by Google

proferenda habuerimus, non sic poterimus ostendere recte factum esse, ut cum dicimus : Ut optimus artifex voluit, ita factum est : nam sic ille vult ut expedit. Si autem in hoc corpore de membris non curiose inquirimus, multo magis in Ecclesia. Et vide illius prudentiam : non enim illam ponit differentiam quæ ex natura est, neque illam quæ est ex operatione, sed eam quæ est a situ locorum : *Nunc* enim *posuit*, inquit, *Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.* Et recte dixit, *Unumquodque*, in omnibus utilitatem ostendens. Neque enim dicere possis, illum hoc quidem posuisse, illud vero minime, sed unumquodque secundum voluntatem ipsius situm est. Itaque et pedi utile sit sic collatum esse, non capiti tantum ; et sive ordinem mutaverit, sive proprio relicto loco, in alium transierit, sive in majorem venisse videatur, totum perdidit et corrupit : nam proprium locum perdidit, et alium non assequitur. *Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus?* 20. *Nunc autem multa quidem membra, unum vero corpus.* Cum enim eis satis os obstruxisset a Dei dispositione, rursus ratiocinia ponit ; neque semper hoc facit, neque illud, sed commutans variat orationem. Qui enim os obturat tantum, auditorem turbat ; quique illum assuefacit ad omnium causas exquirendas, in oratione de fide ipsum lædit. Idcirco hoc Paulus frequenter facit, ut et credant et non turbentur ; et postquam ora obstruit, dat etiam rationem. Et vide contentionem et plenam victoriam. Ex quibus putabant se non esse honore pares, quod multa in ipsis esset differentia, ex iisdem ostendit illos propter hoc ipsum honore pares esse ; quomodo autem, ego dicam. *Si essent*, inquit, *omnia unum membrum, ubi corpus?* Id est, Si non esset, inquit, in vobis multa differentia, non essetis corpus : si corpus non essetis, neque unum essetis : si unum non essetis, neque pares essetis. Itaque si pares essetis, non essetis corpus : si corpus non essetis, non essetis unum : si unum non essetis, quomodo honore pares essetis ? Nunc vero, quia non omnes idem donum habetis, ideo corpus estis : corpus vero cum sitis, omnes unum estis, et nihil alter ab altero differtis, secundum id, quod corpus estis. Itaque illa maxime differentia est, quæ facit honoris paritatem : ideoque subjunxit, *Nunc autem multa quidem membra, unum vero corpus.* Hæc itaque nos quoque cogitantes, omnem pellamus invidiam, neque illis invideamus qui majora habent charismata, neque despiciamus eos qui minora possident : ita enim Deus voluit. Ne itaque obsistamus. Si vero adhuc turbaris, cogita illum sæpe non posse opus tuum implere. Quamobrem, etiamsi minor fueris, in hoc illum superas ; etiamsi major ille sit, in hoc superatur, et sic æqualitas efficitur. Etenim in corpore quoque, quæ parva sunt, non parva videntur exsequi, sed et magna sæpe labefactant, cum abscedunt. Quid enim in corpore pilis vilius ? sed si illos viles abstuleris a superciliis, omnem faciei formam delevisti, et oculus non ultra tam pulcher apparebit : quamquam leve est detrimentum, attamen sic omnis forma periit ; non forma tantum, sed et oculorum usus multum læditur. Singula enim membra nostra propriam et communem habent operationem ; et pulchritudo etiam et propria et communis est in nobis : et videntur quidem illa divisa esse, suntque tamen accurate connexa, ac si alterum perierit, alterum quoque simul interit. Animadverte autem : sint oculi lucentes, gena subridens, labium rubicundum, nasus rectus, supercilium extensum : attamen si illorum quodpiam vel tantillum labefactaveris, communem omnium pulchritudinem labefactasti, et turpia omnia apparebunt, quæ antea pulchra erant. Nam si vel extremum nasum contriveris, in omnia simul multam infudisti deformitatem, etiamsi unius membri sit mutilatio : et in manu etiam, si unius digiti unguem abstuleris, idipsum fieri videbis.

4. Si autem idipsum in operatione videre velis, tolle digitum unum et reliquos otiosiores videbis, neque suo ultra similiter munere fungentes. Quoniam igitur unius membri jactura communis est turpitudo, ejusque conservatio communis pulchritudo, ne extollamur neque insultemus proximis. Nam propter illud exiguum membrum, illud quod magnum est, pulchrum est et formosum, et per palpebras ornatur oculus. Se impugnat ergo, qui fratrem impugnat : non enim ad illum solum pertingit damnum, sed et ipse non parvum detrimenti subibit. Ne hoc itaque fiat, ut nosmetipsos sic proximos curemus, et hanc corporis imaginem nunc et in Ecclesiam transferamus, et omnium providentiam geramus ut propriorum membrorum. Nam et in Ecclesia membra sunt multa et diversa, alia quidem honorabilia, alia inferiora ; ut sunt virginum chori, viduarum cœtus : sunt etiam eorum qui in casto connubio fulgeant sodalitia, multique sunt virtutis gradus. Similiterque rursum in eleemosyna : alius enim omnia effudit et erogavit, alii autem solo tantum victu contenti sunt, et non plus quærunt quam necessaria, alii ex superfluo erogant. Attamen hi omnes sese mutuo exornant ; et si minorem major despiciat, seipsum maxime lædit. Virgo quoque si connubio junctam contumelia afficiat, non parum ex mercede sua decidit. Si is qui omnia elargitus est, exprobret ei qui idipsum non fecit, ex laboribus suis multum evacuavit.

Viduæ in Ecclesia. — Et quid virgines dico, viduas, et viros qui nihil possident? quid enim vilius iis qui emendicant? attamen illi usum maximum in Ecclesia implent, ostiis templi hærentes et ornatum maximum afferentes : absque illis enim perfecta non esset plenitudo Ecclesiæ. Quod cum initio viderent apostoli, legem statuerunt, ut circa alia omnia, sic et ut viduæ essent ; et in ea re tantum studii posuerunt, ut ipsis diaconos septem præficerent. Quemadmodum enim episcopos, presbyteros, diaconos, virgines et continentes enumero, cum Ecclesiæ membra recenseo : sic et viduas. Neque enim illæ levi funguntur munere. Nam tu quidem quando vis, ades ; illæ vero die nocteque psallunt et adsunt, non

Digitized by Google

eleemosynæ tantum causa hæc agentes; si enim hoc vellent, liceret per forum incedere, et in angiportis mendicare; sed non modica moventur pietate. Vide ergo in quanta paupertatis fornace versentur. Blasphemantes apud illas numquam audieris, neque indigne ferentes, quod tamen ex divitibus multæ faciunt. Et illarum quædam esurientes sæpe dormierunt; aliæ autem a frigore assidue vexantur, et tamen in gratiarum actione et glorificatione degunt. Si obolum dederis, gratias agunt, et mille bona danti apprecantur; si nihil dederis, non ægre ferunt, sed sic quoque benedicunt et diligunt, diurno fruentes victu. Nempe etiamsi nolint, inquies, id ferre illas necesse est. Cur? queso; qua de causa hoc acerbum protulisti verbum? annon sunt turpes artes, quæ etiam senibus et viris et mulieribus lucrum afferre possint? si vitam honestam curare nollent, annon poterant inde cum magna ali rerum copia? non vides quot quantique sint istius ætatis lenones et libidinis ministri, et alia quædam hujusmodi munia exercentes, qui aluntur et in deliciis vivunt? At hi minime, sed malunt fame perire potius, quam vitam suam deturpare, et salutem suam prodere; sedentque toto die pharmacum tibi salutis apparantes. Non enim medicus manum extendens et ferrum immittens vulnerum putredinem æque exscindit ut pauper dexteram extendens et eleemosynam accipiens, aufert vulnerum tumores: quodque mirabile est, sine ullo dolore hanc optimam illi exercent medicinam. Ac non minus quam nos qui populo præsumus et vos ad utilia hortamur, ille qui ante fores ecclesiæ sedet per silentium et aspectum vos alloquitur. Nos enim hæc vobis quotidie insonantes dicimus: Ne altum sapias, o homo: repente transit et fluxa est hominum natura; juventus ad senium festinat, forma ad deformitatem, robur ad infirmitatem, honor ad contemptum, sanitas in infirmitatem incidit, gloria in vilitatem, divitiæ in paupertatem: fluento vehementi res nostræ similes sunt, quod numquam vult consistere, sed ad declive festinat.

5. Hæc quoque, imo plura per aspectum illi consulunt, et per experientiam ipsam, quæ est manifestior admonitio. Quam multi ex iis, qui foris sedent, in juventute floruerunt, magna patrarunt? quam multi ex his deformibus et corporis fortitudine et forma multos superarunt? Sed ne fidem negetis, neu rideatis: nam innumeris hujusmodi exemplis plena est vita. Nam si multi viles et abjecti homines sæpe reges sunt effecti, quid mirum si ex magnis et gloriosis viles et inglorii sunt effecti? nam illud certe longe mirabilius est; hoc vero postremum sæpissime contingit. Quapropter non oportet fidem non adhibere, si in artibus, in militia et in pecuniarum copia quidam eorum floruerint; imo miserari convenit illos cum affectu multo, et quique debemus timere ne similia patiamur. Etenim nos quoque homines sumus, et huic celeri subjecti mutationi. Sed fortassis ex improbis quispiam, qui irridere solent, ea quæ dicta sunt carpet, nosque omnino traducet dicens: Quousque non cessabis pauperes et egenos semper in orationem inducere, et calamitates nobis prædicere, paupertatem prænuntiare, id curans ut nos mendicos efficias? Non curans ut vos mendicos efficiam, o homo, hæc dico, sed vobis cæli divitias aperire studens. Nam qui apud bene valentem ægrotos memorat, illorumque dolores enarrat, non ut illum ægrotum reddat hoc dicit, sed ut in sanitate conservet, et eorum quæ aliis acciderunt timore hujus incuriam exscindat. Terribilis vobis paupertas videtur esse, ac vel ipso nomine horrenda. Ideo namque pauperes sumus, quia paupertatem timemus, etiamsi mille talenta habeamus. Non enim is qui nihil habet pauper est, sed is qui paupertatem exhorrescit: quoniam et in calamitatibus non eos, qui innumera patiuntur mala, deploramus et miseros existimamus, sed eos qui illa ferre nesciant, etiamsi modica sint. Contra vero is, qui illa scit patienter ferre, et coronis et laudibus dignus est. Et quod hoc ita se habeat, in certaminibus quosnam laudamus? eosne qui multum verberantur, nec dolent, sed erecto collo perstant; an eos qui post primas plagas fugiunt? annon illos quidem coronamus, tamquam fortes magnique animi, hos autem irridemus, ut ignavos et timidos? Sic ergo et in hujus vitæ rebus faciamus: eum qui facile omnia sustinet coronemus, ut et illum fortem in omni certamine virum; hunc vero timidum et ad aspera trementem defleamus, qui antequam plagam accipiat, præ formidine exstinguitur. Etenim in certaminibus si quis antequam manus extollat, adversarium videns dexteram extendentem, fugiat antequam plagam accipiat, ridiculus erit, ut enervatus et mollis et in his laboribus imperitus. Ut etiam accidit iis qui paupertatem timent, et ne ejus quidem exspectationem ferre possunt. Non ergo nos vos miseros reddimus, sed vos ipsi id facitis. Quomodo enim non tibi deinceps illudet diabolus, quem ante plagam minas tantum conspicientem, videt formidantem atque trementem? Imo vero cum tu hoc putes esse minas, non erit illi opus ut te percutiat; sed sinens te possidere divitias, ex timore ne auferantur te cera molliorem reddet. Ea enim sumus natura, ut ita dicam, ut ea quæ pertimescimus, postquam ea perpessi sumus, non ita terribilia existimemus, ut ante quam experimentum faceremus. Ut ne ergo hanc virtutem obtineas, in summo te detinet timore, atque ante experimentum ex paupertatis metu te quasi ceram liquefacit. Nam talis homo cera quavis mollior est, et miseriorem quam Cainus vitam ducit, pro iis quæ possidet timens, et de iis quæ non habet dolens: et pro iis quæ habet rursum tremens, utpote fugitivas et ingratas intus retinens divitias, atque variis absurdisque obsessus affectibus. Etenim cupiditas absurda, timor varius, angor animi, et tremor undique avaros exagitant: similesque sunt naviculæ undique a contrariis ventis agitatæ, et fluctus multos sustinenti. Et quanto melius esset hujusmodi hominem decedere, quam perpetuam ferre tempestatem? Nam et Caino tolerabilius erat mori, quam perpetuo tremere.

Digitized by Google

κατὰ τὴν ἀγορὰν βαδίζειν, καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς προσαιτεῖν· ἀλλ' ἔχουσί τι καὶ εὐλαβείας οὐ μικρόν. Ὅρα γοῦν ἐν ὅσῃ καμίνῳ πενίας εἰσί. Καὶ βλασφημουσῶν οὐκ ἂν ποτε αὐτῶν ἀκούσῃς, οὐδὲ ἀποδυσπετουσῶν, ἅπερ πολλαὶ τῶν πλουτούντων [a] ποιοῦσιν. Καὶ αἱ μὲν αὐτῶν πεινῶσαι ἐκοιμήθησαν πολλάκις, αἱ δὲ καὶ διηνεκῶς ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ πηγνύμεναι διατελοῦσι, καὶ ὅμως ἐν εὐχαριστίᾳ καὶ δοξολογίᾳ διάγουσι. Κἂν ὁβολὸν δῷς, εὐχαριστοῦσι καὶ ἐπεύχονται μυρία τῷ δεδωκότι· κἂν μηδὲν δῷς, οὐ δυσχεραίνουσιν, ἀλλὰ καὶ οὕτως εὐλογοῦσι καὶ ἀγαπῶσι, τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἀπολαύουσαι. Κἂν γὰρ [275] μὴ βούλωνται, φησὶν, ἀνάγκη φέρειν αὐτάς. Διὰ τί; εἰπέ μοι· τίνος ἕνεκεν τὸ πικρὸν τοῦτο ἐφθέγξω ῥῆμα; οὐκ εἰσὶ τέχναι αἰσχραὶ, καὶ τοῖς γεγηρακόσι κέρδος ἔχουσαι καὶ ταῖς γεγηρακυίαις; οὐκ ἠδύναντο, εἴπερ βούλοιτο τοῦ ζῆν ἐπιεικῶς ἀμελεῖν, κἀκεῖθεν μετὰ πολλῆς ἀποτρέφεσθαι τῆς περιουσίας; οὐχ ὁρᾷς πόσοι τῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ μαστροποὶ καὶ προαγωγοὶ γινόμενοι, καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἄττα διακονούμενοι, καὶ τρέφονται καὶ τρυφῶσιν; Ἀλλ' οὐχ οὗτοι, ἀλλ' αἱροῦνται λιμῷ διαφθείρεσθαι μᾶλλον, ἢ καταισχῦναι τὴν ἑαυτῶν ζωὴν καὶ προδοῦναι τὴν σωτηρίαν· καὶ κάθηνται δι' ἡμέρας ὅλης φάρμακόν σοι κατασκευάζοντες σωτηρίας. Οὐ γὰρ οὕτως ἰατρὸς, χεῖρα ἐκτείνων καὶ σιδήριον ἐπάγων, ἐκτέμνει τὰ σεσηπότα τῶν τραυμάτων, ὡς πένης, δεξιὰν ἐκτείνων καὶ ἐλεημοσύνην λαμβάνων, περιαιρεῖ τῶν τραυμάτων τοὺς μώλωπας. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι χωρὶς ἀλγηδόνος καὶ ὀδύνης τὴν καλὴν ταύτην ἐργάζονται ἰατρείαν. Καὶ ἡμῶν τῶν τοῦ λαοῦ προκαθημένων καὶ παραινούντων ὑμῖν τὰ συμφέροντα οὐκ ἔλαττον ἐκεῖνος διαλέγεται ὁ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας καθήμενος διὰ τῆς σιγῆς καὶ τῆς ὄψεως. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ταῦτα καθ' ἑκάστην ὑμῖν ἐνηχοῦμεν τὴν ἡμέραν, λέγοντες· Μὴ μέγα φρόνει, ὦ ἄνθρωπε, ὀξύῤῥοπον καὶ εὐμετάπτωτον τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἡ νεότης πρὸς γῆρας ἐπείγεται, τὸ κάλλος πρὸς ἀμορφίαν, ἡ ἰσχὺς πρὸς ἀσθένειαν, ἡ τιμὴ πρὸς καταφρόνησιν, ἡ ὑγιεία πρὸς ἀῤῥωστίαν μεταπίπτει, ἡ δόξα πρὸς εὐτέλειαν, ὁ πλοῦτος πρὸς πενίαν· ῥεύματι σφοδρῷ τὰ ἡμέτερα ἔοικεν οὐδαμοῦ ἵστασθαι βουλομένῳ, ἀλλ' ἐπειγομένῳ πρὸς τὸ κάταντες.

ε'. Τὰ αὐτὰ καὶ ἐκεῖνοι, καὶ πλείονα τούτων διὰ τῆς ὄψεως συμβουλεύουσι, καὶ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, ἥτις καὶ σαφεστέρα ἐστὶ παραίνεσις. Πόσοι γοῦν τῶν ἓξ καθημένων νῦν ἥκμασαν ἐν νεότητι, καὶ μεγάλα εἰργάσαντο; πόσοι τῶν εἰδεχθῶν τούτων καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ἰσχύι καὶ τῇ τῆς ὄψεως ὥρᾳ πολλοὺς παρῆλασαν; Ἀλλὰ μὴ ἀπιστεῖτε, μηδὲ χλευάζετε· καὶ γὰρ μυρίων γέμει τοιούτων ὑποδειγμάτων ὁ βίος. Εἰ γὰρ βασιλεῖς ἐξ εὐτελῶν καὶ ταπεινῶν πολλοὶ πολλάκις ἐγένοντο, τί θαυμαστὸν, καὶ ἐκ μεγάλων καὶ ἐνδόξων ταπεινοὶ καὶ εὐτελεῖς κατέστησαν; καὶ γὰρ τὸ πολλῷ παραδοξότερον ἐκεῖνό ἐστι· τοῦτο δὲ τῶν ἀεὶ συμβαινόντων. Ὥστε οὐ χρὴ διαπιστεῖν, εἴ τινες τούτων καὶ ἐν τέχναις καὶ ἐν στρατείαις ἤνθησαν καὶ ἐν χρημάτων περιουσίαις, ἀλλὰ καὶ ἐλεεῖν αὐτοὺς μετὰ πολλῆς τῆς συμπαθείας, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν δεδοικέναι, μή ποτε καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ πάθωμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποι, καὶ ὑπὸ τὴν ὀξύῤῥοπον ταύτην κείμεθα μεταβολήν. Ἀλλ' ἴσως τῶν ἀγνωμόνων τις καὶ σκώπτειν εἰωθότων καὶ ἐπισκήψει τοῖς εἰρημένοις, καὶ κωμῳδήσει πάντως ἡμᾶς λέγων· Μέχρι τίνος οὐ παύσῃ πένητας ἀεὶ καὶ πτωχοὺς ἐν τοῖς λόγοις εἰσάγων, καὶ συμφορὰς ἡμῖν προφητεύων, καὶ πενίαν προαναφωνῶν, καὶ πτωχοὺς ποιῆσαι σπουδάζων; Οὐ [276] πτωχοὺς ὑμᾶς σπουδάζων ποιῆσαι, ἄνθρωπε, ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸν πλοῦτον ὑμῖν ἀνοῖξαι σπεύδων. Ἐπεὶ καὶ πρὸς τὸν ὑγιαίνοντα ὁ τῶν ἀῤῥωστούντων μεμνημένος καὶ τὰς ἐκείνων διηγούμενος ὀδύνας, οὐχ ἵνα ἐπίνοσον ποιήσῃ, λέγει, ἀλλ' ἵνα ἐπὶ τῆς ὑγιείας διατηρήσῃ, τῷ φόβῳ τῶν ἐκείνοις συμβαινόντων τὴν τούτου ῥᾳθυμίαν ἐκκόπτων. Φοβερὸν ὑμῖν ἡ πενία εἶναι δοκεῖ, καὶ φρικτὸν καὶ μέχρι προσηγορίας αὐτῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο πένητές ἐσμεν, ὅτι πενίαν δεδοίκαμεν, κἂν μύρια ἔχωμεν τάλαντα. Οὐ γὰρ ὁ μηδὲν ἔχων, πένης, ἀλλ' ὁ πενίαν φρίττων· ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς συμφοραῖς οὐ τοὺς τὰ μεγάλα πάσχοντας κακὰ δακρύομεν καὶ ἀθλίους ἡγούμεθα, ἀλλὰ τοὺς οὐκ εἰδότας αὐτὰ φέρειν, κἂν μικρὰ τύχῃ ὄντα· ὡς ὅ γε φέρειν εἰδὼς καὶ ἐπαίνων ἄξιος καὶ στεφάνων. Καὶ ὅτι τοῦτο τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐν τοῖς ἀγῶσι τίνας ἐπαινοῦμεν; τοὺς πολλὰ τυπτομένους καὶ μὴ ἀλγοῦντας, ἀλλ' ὑψηλὸν τὸν αὐχένα ἔχοντας, ἢ τοὺς ἀπὸ τῶν πρώτων φεύγοντας πληγῶν; οὐχὶ ἐκείνους μὲν καὶ στεφανοῦμεν, ὡς ἀνδρείους καὶ γενναίους, τούτους δὲ καὶ γελῶμεν, ὡς ἀνάνδρους καὶ δειλούς; Οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ βίου πραγμάτων ποιῶμεν· τὸν μὲν εὐκόλως ἅπαντα φέροντα στεφανώσωμεν, καθάπερ ἐκεῖνον τὸν γενναῖον παγκρατιαστήν· τοῦτον δὲ δακρύσωμεν τὸν δεδοικότα καὶ τρέμοντα τὰ δεινὰ, καὶ πρὶν ἢ δέξασθαι πληγὴν ἀποτεθνηκότα τῷ δέει. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγώνων εἴ τις, πρὶν ἢ χεῖρας ἀνᾶραι, τὸν ἀντίπαλον ἰδὼν τὴν δεξιὰν τείνοντα μόνον ἀποφύγοι, κἂν μὴ δέξηται πληγὴν, καταγέλαστος ἔσται, ὡς ἄτονος [b] καὶ μαλακὸς καὶ πόνων ἄπειρος τοιούτων· οἷον καὶ ἐπὶ τούτων συμβαίνει τῶν πενίαν δεδοικότων, καὶ οὐδὲ τὴν προσδοκίαν αὐτῆς ἐνεγκεῖν δυναμένων. Οὐκ ἄρα ἡμεῖς ποιοῦμεν ὑμᾶς ἀθλίους, ἀλλ' ὑμεῖς ἑαυτούς. Πῶς γὰρ οὐ καταπαίξεταί σου λοιπὸν ὁ διάβολος, καὶ πρὸ τῆς πληγῆς τὴν ἀπειλὴν ὁρῶν δεδοικότα καὶ τρέμοντα; Μᾶλλον δὲ, ὅταν ἀπειλὴν τοῦτο νομίζῃς, οὐ δεήσεται λοιπὸν οὐδὲ πλῆξαι, ἀλλ' ἀφεὶς ἔχειν τὸν πλοῦτον, τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀφαιρέσεως κηροῦ παντὸς μαλακώτερόν σε ἐργάσεται. Καὶ γὰρ πεφύκαμεν, ὡς εἰπεῖν, ἅπερ δεδοίκαμεν, μετὰ τὸ παθεῖν οὐχ οὕτω νομίζειν εἶναι φοβερὰ, ὥσπερ ἔμπροσθεν καὶ πρὸ τῆς πείρας. Ἵν' οὖν μηδὲ ταύτην κτήσῃ τὴν ἀρετὴν, ἐν ἀκμάζοντί σε κατέχει φόβῳ, πρὸ τῆς πείρας τῷ φόβῳ τῆς πενίας ὥσπερ κηρὸν πυρὶ κατατήκων. Καὶ γὰρ κηροῦ παντὸς μαλακώτερος ὁ τοιοῦτος, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κάϊν ἀθλιώτερον βίον ζῶν, ὑπὲρ μὲν ὧν πλεονεκτεῖ δεδοικὼς, ὑπὲρ δὲ ὧν οὐκ ἔχει ἀλγῶν· καὶ ὑπὲρ ὧν ἔχει τρέμων πάλιν, ἅτε δραπέτην ἀγώμονα κατέχων ἔνδον τὸν πλοῦτον, καὶ ποικίλοις τισὶ καὶ ἀτόποις πολιορκούμενος πάθεσι. Καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἄτοπος καὶ φόβος πολυειδὴς καὶ ἀγωνία καὶ τρόμος πανταχόθεν αὐτοὺς χειμάζουσι· καὶ ἔοικασι πλοίῳ πάντοθεν ἐναντίοις ἀνέμοις ἐλαυνομένῳ, [277] καὶ πολλὰς ὑπομένοντι τὰς τρικυμίας. Καὶ πόσῳ βέλτιον τὸν τοιοῦτον ἀπελθεῖν, ἢ διηνεκῆ φέρειν χειμῶνα; ἐπεὶ καὶ τὸν Κάϊν ἀνεκτότερον ἦν ἀποθανεῖν, ἢ διαπαντὸς τρέμειν.

[a] Legendum videtur, τῶν πλουτουσῶν, nisi subintelligatur τῶν πλουτούντων γυναῖκες.

[b] Alii, ὡς ἄτολμος, non male.

Digitized by Google

Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς ταῦτα πάσχωμεν, καταγελάσωμεν τῆς τοῦ διαβόλου μηχανῆς, διαῤῥήξωμεν αὐτοῦ τὰ σχοινία, διακόψωμεν τοῦ χαλεποῦ δόρατος τὴν αἰχμὴν, καὶ πᾶσαν ἐφοδον ἀποτειχίσωμεν. Ἂν γὰρ χρημάτων καταγελάσῃς, οὐκ ἔχει ποῦ πλήξαι, οὐκ ἔχει πόθεν ἐπιλάβηται· τὴν γὰρ ῥίζαν ἀνέσπασας τῶν κακῶν· ῥίζης δὲ οὐκ οὔσης, οὐδὲ καρπὸς βλαστήσει πονηρός. Ταῦτα λέγωμεν μὲν ἀεὶ, καὶ λέγοντες οὐ παυώμεθα· εἰ δέ τι λέγοντες ἀνύομεν, ἡ ἡμέρα δείξει ἐκείνη ἡ ἐν πυρὶ ἀποκαλυπτομένη, ἡ τὸ ἑκάστου ἔργον δοκιμάζουσα, ἡ τὰς λαμπάδας δεικνύουσα τὰς λαμπρὰς καὶ τὰς οὐ τοιαύτας. Τότε καὶ ὁ ἔχων τὸ ἔλαιον, καὶ ὁ μὴ ἔχων, δῆλος ἔσται. Ἀλλὰ μηδένα γένοιτο τότε εὑρεθῆναι ταύτης ἔρημον τῆς παραμυθίας, ἀλλὰ πάντας δαψιλῆ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιφερομένους, καὶ φαιδρὰς ἔχοντας τὰς λαμπάδας, συνεισελθεῖν τῷ νυμφίῳ· ὡς οὐδὲν τῆς φωνῆς ἐκείνης φοβερώτερον καὶ ὀδυνηρότερον, ἢν οἱ χωρὶς ἐλεημοσύνης δαψιλοῦς ἀπιόντες τότε ἀκούσονται τοῦ νυμφίου λέγοντος, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*. Ἀλλὰ μήποτε ταύτης ἀκούσαιμεν τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῆς ἡδίστης ἐκείνης καὶ ποθεινοτάτης, *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Οὕτω γὰρ καὶ τὸν μακάριον ζησόμεθα βίον, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαυσόμεθα πάντων τῶν καὶ νοῦν ὑπερβαινόντων ἀνθρώπινον· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΑ'.

Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω.

α. Καταστείλας τῶν ἐλαττόνων τὸν φθόνον, καὶ τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν ἐξελὼν, ἣν εἰκὸς ἔχειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ μειζόνων ἑτέρους κατηξιῶσθαι χαρισμάτων, ταπεινοῖ καὶ τούτων τὸν τῦφον τῶν τὰ μείζονα εἰληφότων χαρίσματα· ποιήσας μὲν αὐτὸ καὶ ἐν οἷς πρὸς ἐκείνους διελέγετο (τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι χάρισμά ἐστι, καὶ οὐ κατόρθωμα, τοῦτο ἐμφαίνοντος ἦν)· νυνὶ δὲ αὐτὸ καὶ σφοδρότερον πάλιν ποιεῖ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένων εἰκόνος. Ἀπὸ γὰρ τοῦ σώματος λοιπὸν καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἑνότητος ἐπ' αὐτὴν τῶν μελῶν χωρεῖ τὴν σύγκρισιν· ὃ μάλιστα ἐζήτουν ἐκεῖνοι μαθεῖν· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς παραμυθήσασθαι τὸ πάντας ἓν σῶμα εἶναι, ὡς τὸ μαθεῖν ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς, οἷς εἶχον, οὐδὲν μέγα ἠλαττοῦντο. Καί φησιν· *Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ* [278] *κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω*. Εἰ γὰρ καὶ ἔλαττον τὸ χάρισμα, ἀλλ' ἀναγκαῖον· καὶ ὥσπερ οὐκ ὄντος ἐκείνου πολλὰ ἐμποδίζεται, οὕτω καὶ τούτου χωρὶς χωλεύει τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐκ ἐρεῖ, ἀλλ' ὅτι, *Οὐ δύναται εἰπεῖν*. Ὥστε κἂν θέλῃ, κἂν λέγῃ, οὐκ ἐνδέχεται, οὐδὲ ἔχει τὸ πρᾶγμα τὴν φύσιν. Διὰ τοῦτο λαβὼν ἑκάτερα τὰ ἄκρα, ἐν αὐτοῖς γυμνάζει τὸν λόγον, πρῶτον μὲν ἐπὶ χειρὸς καὶ ὀφθαλμοῦ, δεύτερον δὲ ἐπὶ κεφαλῆς καὶ ποδῶν, αὔξων τὸ παράδειγμα. Τί γὰρ ποδὸς εὐτελέστερον, ἢ τί κεφαλῆς τιμιώτερον καὶ ἀναγκαιότερον; τοῦτο γὰρ μάλιστά ἐστιν ἄνθρωπος, ἡ κεφαλή. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν αὐτάρκης, οὐδὲ τὰ πάντα αὐτὴ δύναιτ' ἂν ἀνύειν· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, περιττῶς ἡμῖν οἱ πόδες προσέκειντο. Καὶ οὐδὲ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν ὑπερβολὴν ζητεῖ· ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, οὐ μέχρι τοῦ ἴσου φιλονεικῶν, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προβαίνων. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι· καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν*[a]· *καὶ τὰ σχήμονα ἡμῶν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει*· παντα χοῦ τὴν τοῦ σώματος προσθήκην τιθεὶς, καὶ ταύτῃ κἀκεῖνον παραμυθούμενος καὶ τοῦτον καταστέλλων. Οὐ γὰρ τοῦτο λέγω, φησὶν, ὅτι οὐ μόνον χρείαν ἔχει τὰ μείζονα τῶν ἐλαττόνων, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴν χρείαν ἔχει. Εἴ τι γὰρ ἀσθενὲς ἐν ἡμῖν, εἴ τι ἄτιμον, τοῦτο καὶ ἀναγκαῖον καὶ τιμῆς ἀπολαύει μείζονος. Καὶ καλῶς εἶπε, *Τὰ δοκοῦντα*, καὶ, *Ἃ δοκοῦμεν*, δεικνὺς ὅτι οὐ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας ἡ ψῆφος. Οὐδὲν γὰρ ἐν ἡμῖν ἄτιμον· Θεοῦ γὰρ ἔργον ἐστί. Τί γὰρ τῶν μορίων τῶν γεννητικῶν ἀτιμότερον ἐν ἡμῖν εἶναι δοκεῖ; Ἀλλ' ὅμως πλείονος ἀπολαύει τιμῆς· καὶ οἱ σφόδρα πένητες κἂν τὸ λοιπὸν γυμνὸν ἔχωσι σῶμα, οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ἐκεῖνα τὰ μέλη δεῖξαι γυμνά. Καίτοι γε οὐκ αὐτῶν τῶν ἀτίμων ἡ τάξις, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ἄλλων καταφρονεῖσθαι ἔδει. Καὶ γὰρ ἐν οἰκείᾳ ὁ ἠτιμωμένος οἰκέτης οὐ μόνον οὐκ ἀπολαύει πλείονος θεραπείας, ἀλλ' οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦται. Ὥστε εἰ καὶ τοῦτο ἄτιμον ἦν, οὐ μόνον μειζόνων ἀπολαύειν οὐκ ἔδει, ἀλλ' οὐδὲ τῶν αὐτῶν· νυνὶ δὲ πλείονος ἀπολαύει τιμῆς, καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐργασαμένης. Τοῖς μὲν γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ μὴ δεῖσθαι ἔδωκε· τοῖς δὲ, ἐπειδὴ ἐν τῇ φύσει οὐκ ἔδωκεν, ἡμᾶς παρέχειν ἠνάγκασεν. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἄτιμα· ἐπεὶ καὶ τὰ ζῶα ἐν τῇ φύσει τὸ ἀνενδεὲς ἔχει, καὶ οὔτε ἱματίων δεῖται, οὔτε ὑποδημάτων, οὔτε ὀρόφου, τὰ πλείονα αὐτῶν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀτιμότερον αὐτῶν τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον, ἐπειδὴ πάντων δεῖται τούτων. Καὶ γὰρ εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ αὐτῇ τῇ φύσει τιμιά τε καὶ ἀναγκαῖά ἐστιν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἠνίξατο, οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας [279] ἐπιμελείας καὶ τοῦ πλείονος ἀπολαύειν τιμῆς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως αὐτοῖς ψηφισάμενος. Διὸ, ὅταν μὲν ἀσθενῆ λέγῃ καὶ ἄτιμα, *Τὰ δοκοῦντα* λέγει· ὅταν δὲ ἀναγκαῖα, οὐκέτι προστίθησι, *Τὰ δοκοῦντα*, ἀλλ' αὐτὸς ἀποφαίνεται λέγων, ὅτι ἀναγκαῖά ἐστι· καὶ μάλα εἰκότως. Καὶ γὰρ πρὸς παιδοποιίαν καὶ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν διαδοχὴν χρήσιμα. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ νομοθέται Ῥωμαίων τοὺς ταῦτα ἀκρωτηριάζοντας τὰ μέλη καὶ ποιοῦντας εὐνούχους κολάζουσιν, ἅτε τῷ κοινῷ γένει λυμαινομένους, καὶ αὐτῇ ἐπηρεάζοντας τῇ φύσει. Ἀλλ' ἀπόλοιντο οἱ ἀκόλαστοι, οἱ τοῦ Θεοῦ τὰ δημιουργήματα διαβάλλοντες. Ὥσπερ γὰρ τῷ οἴνῳ πολλοὶ διὰ τοὺς μεθύοντας κατηράσαντο, καὶ τῇ φύσει τῶν γυναικῶν διὰ τὰς μοιχευομένας· οὕτω καὶ τὰ μέλη ταῦτα αἰσχρὰ εἶναι ἐνόμισαν διὰ τοὺς οὐκ εἰς δέον αὐτοῖς χρωμένους. Ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν· οὐ γὰρ τῇ φύσει τοῦ πράγματος ἡ ἁμαρτία συγκεκλήρωται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προαιρέσεως τίκτεται τοῦ τολμῶντος τὸ πλημμέλημα.

[a] Marg. Savil., ἐντίθεμεν.

Digitized by Google

Pecunias spernendæ. — Ne ergo nos quoque talis patiamur, diaboli machinas irrideamus, ejus funes frangamus, dirumpamus gravis lanceæ cuspidem, et omnem ei aditum intercludamus. Si enim pecunias irriseris, non habet quo te percutiat, non habet unde apprehendat : nam radicem evulsisti malorum ; radice vero sublata, neque malus germinabit fructus. Hæc semper dicamus, et finem dicendi non faciamus : an vero dicentes aliquid proficiamus, dies ille ostendet, qui in igne revelabitur, qui uniuscujusque opus explorabit, qui lampadas ostendet lucentes et eas quæ tales non sunt. Tunc manifestus erit is qui oleum habet, et is qui non habet. Sed faxit Deus ut nullus tunc reperiatur tali vacuus consolatione ; sed ut omnes largam benignitatem efferant, et claras habentes lampadas, una cum sponso intrent. Illa certe voce nihil terribilius, nihil asperius est, quam tunc audituri sunt ii, qui sine larga eleemosyna hinc demigrarunt, dicente sponso, *Nescio vos* (*Matth.* 25. 12). Absit autem ut hanc audiamus vocem, sed suavissimam illam et summe expetendam : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (*Ibid. v.* 34). Sic enim beatam ducemus vitam, et omnibus fruemur bonis, quæ mentem humanam exsuperant : quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXXI.

Cap. 12. v. 21. *Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo ; aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii.*

1. Postquam minorum invidiam represserat, illorumque mœrorem abstulerat, quem concepisse illos verisimile erat ex eo, quod alii majoribus donis dignati fuissent, horum fastum deprimit, qui majora dona acceperant. Cumque hoc fecisset, quando cum illis disserebat (dicere enim, illud esse donum gratuitum, et non bonum opus, hoc aperte significabat) : nunc autem idipsum vehementius facit, in eadem manens imagine : a corpore enim et ab ejusdem unitate, ad ipsam membrorum comparationem procedit : quod ipsi maxime discere optabant ; quia ad illos consolandos non aptum erat illud, quod omnes unum corpus essent ; quam cum discerent, se in iis quæ habebant non admodum inferiores esse. Et ait : *Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo ; aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii.* Nam etsi donum sit minus, at necessarium est : et sicut absque illo multa sunt impedimenta, ita etiam sine hoc plenitudo Ecclesiæ claudicat. Neque dixit, Non dicet, sed, *Non potest dicere ;* ita ut, etiamsi voluerit, etiamsi dixerit, non valeat, neque res eam habeat naturam. Ideo duo extrema assumens, in iis sermonem exercet : primo quidem de manu et oculo, secundo autem de capite et pede, exemplum amplificans. Quid enim pede vilius ? aut quid capite præstantius et magis necessarium ? hoc enim maxime homo est, nempe caput. Attamen non est sibi sufficiens, neque omnia perficere possit. Nam si hoc esset, supervacanee nobis pedes adjecti essent. Neque tamen hic substitit, sed et aliam quærit hyperbolen, id quod semper facit, non usque ad æqualitatem contendens, sed etiam ulterius progrediens. Ideoque subjungit dicens : 22. *Sed multo magis quæ videntur membra corporis inferiora esse, necessariora sunt :* 23. *et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, iis honorem abundantiorem circumdamus : et quæ inhoneziora sunt nostra, abundantiorem honestatem habent ;* hique accessionem corporis ponens, et hac ratione tum quoque consolans et hunc comprimens. Non enim hoc dico, inquit, quod majora minoribus opus habeant, sed etiam quod multum opus habeant. Si quid enim infirmum in nobis est, si quid inhonestum, hoc et necessarium est, et majori fruitur honore. Ac recte dixit, *Quæ videntur*, et, *Quæ putamus ;* ostendens non ex natura rerum, sed ex multorum calculo sententiam ferri. Nihil in nobis ignobile : Dei namque opus est. Quid enim partibus genitalibus in nobis videtur inhonestius esse ? Attamen majorem assequuntur honorem : et qui admodum pauperes sunt, etiamsi reliquum corpus nudum habeant, numquam patiantur hasce partes nudas ostendere. Atqui non est hic ordo inhonestorum, sed magis oporteret despici, quam alia. Etenim domi servus qui est ignominia affectus, non modo non fruitur majori cura, sed nec iisdem, queis alii, dignus censetur. Itaque si hoc inhonestum esset, non modo majoribus frui non oporteret, sed neque iisdem : nunc autem majori fruuntur honore, et hoc Dei sapientiæ opus est. Nam illis quidem in natura dedit ut non egerent ; his autem, quoniam in natura non dedit, ut nos præberemus coegit. Sed non propterea inhonesta sunt : quandoquidem et animalia ex natura sua nulla re egent, non vestibus, non calceis, nec tecto, plurima saltem ; sed non ideo corpus nostrum est illorum corpore ignobilius, quia his omnibus indiget. Nam si quis accurate examinaverit, ipsa etiam natura sunt honesta et necessaria : quod etiam ipse subindicavit, non a cura nostra, nec quod majori fruantur honore ; sed ex natura rerum ipsis calculum ferens. Idcirco, cum infirma dicit et inhonesta, *Quæ videntur*, adjicit ; cum autem necessaria dicit, non ultra adjicit, Quæ videntur ; sed ipse sententiam fert dicens esse necessaria ; et jure quidem. Nam ad liberorum procreationem et ad successionem generis nostri utilia sunt. Quamobrem et legislatores Romanorum eos, qui hæc membra excidunt et eunuchos faciunt, puniunt, ut qui commune genus perimant, ipsique naturæ damnum inferant. Sed pereant impudici, qui Dei opera in culpam vocant. Sicut enim vino multi ob temulentos maledixerunt, sic et sexui mulierum ob adulteria : sic hæc membra turpia esse putarunt, ob malum quorumdam usum.

Digitized by Google

Sed non oportuit : non enim naturæ rei attributum est peccatum, sed voluntati ejus qui hoc scelus aggredi audet. Quidam autem ea quæ sunt infirma, inhonesta, et necessaria, et majori fruuntur honore, a Paulo de oculis existimant dicta fuisse, qui vi minores, usu autem cæteris præstant; inhonestiora autem pedes : nam eorum quoque multa geritur providentia.

2. Deinde, ne aliam rursus hyperbolem faceret, ait: 24. *Honesta autem nostra nullius egent.* Ne quis enim diceret : Ecqua hæc ratio ? honesta despicere et inhonestioribus advigilare ? Non despicientes hoc facimus, inquit, sed quia hæc cura non egent. Et vide quantum encomium paucis efferens transcurrerit, hoc opportune et utiliter faciens. Neque hoc contentus, causam etiam adjicit dicens : *Sed Deus temperavit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem*, 25. *ut non sit schisma in corpore.* Si autem temperavit, non sivit apparere id quod erat inhonestius. Etenim quod contemperatur sive miscetur, fit unum, nec apparet quid antea esset : nam ne quidem contemperatum fuisse dixerimus. Et vide quam frequenter defectus prætercurrat dicens, *Ei cui deerat.* Non dixit, Inhonesto vel turpi, sed, *Ei cui deerat.* Cui deerat ; quomodo ? Secundum naturam. *Ei majorem dans honorem.* Et quare ? Ut non esset schisma in corpore. Quia enim immensa consolatione fruentes, dolebant tamen, ut qui minora accepissent, ostendit eos magis fuisse honoratos : *Ei cui deerat*, inquit, *abundantiorem tribuendo honorem.* Deinde autem rationem subjungit, ostendens quod opportune effecisset, ut et illi deesset, et magis eum honoraret. Quæ illa ratio ? *Ne sit*, inquit, *schisma in corpore.* Nec dixit, In membris, sed, *In corpore.* Etenim multa futura erat exsuperantia, si alia quidem et ex natura et nostra providentia curarentur, alia autem neutrum haberent; sed ab invicem exscissa fuissent, ut quæ ferre non possent conjunctionem : abscissis autem his, cætera quoque damnum accepissent. Vidistin' quomodo ostendit necessario majorem ei qui deficit dari honorem ? Si enim hoc factum non fuisset, communis omnium pernicies fuisset, inquit. Nam si nos illorum non magnam gessissemus curam, nocumenta accepissent cum a natura auxilium non haberent, et ex hoc nocumento perlissent; si periissent, corpus discidissent; scisso corpore, cætera etiam quæ sunt his longe majora periissent. Viden' horum curæ illorum quoque providentiam esse conjunctam ? Non enim ita in propria natura habent quod sint, ut in corpore habent quod sint unum. Ideo si corpus quidem pereat, nullum ipsis lucrum ex singulorum sanitate ; sed sive oculus maneat, sive nasus, quod suum est servans, ligamine soluto, nulla postea hinc erit utilitas. Quod si hoc manente, illa nocumentum accipiant, et gestantur et ad sanitatem cito redeunt. Sed dixerit fortasse quispiam : Hoc quidem in corpore rationem habet, quod id cui desunt quædam majorem accipiat honorem ; apud homines vero quomodo hoc cernatur ? In hominibus certe maxime id accidere videas. Etenim ii qui circa undecimam horam venerunt, primi mercedem accepere ; et ovis errans pastori suasit ut nonaginta novem alias relinqueret, et ad ipsam accurreret et ut reperta gestaretur, nec abigeretur ; et filius prodigus plus honoris accepit, quam is qui se recte gesserat ; et latro ante apostolos coronatus et celebratus est. In talentis quoque idipsum factum videas. Nam qui talenta quinque acceperat, et qui duo acceperat, eadem mercede dignati sunt ; et ipse quod duo accepisset ex magna factum est providentia. Nam si quinque ipsi concredita fuissent, cum non posset illa augere, ex toto excidisset; cum autem duo accepisset, cum ea quæ penes se erant implesset, eodem dignatus est præmio quo is, qui cum quinque operatus fuerat, et eo illum superavit, quod a minoribus laboribus easdem consequutus sit coronas. Atqui ipse quoque homo erat, ut et ille qui accepit quinque : attamen non tam accurate cum illo rationes exigit Dominus, neque cogit illum ut tanta faciat, quanta conservus ejus ; neque dicit, Cur non potes quinque conficere ? quod merito dixisset ; sed et ipsum coronavit. Hæc ergo cum sciatis, ne insultetis majores minoribus, ne vos ipsos ante illos lædatis ; illis enim abscissis, totum perit corpus. Quid enim aliud est corpus, quam multa membra ? sicut et ipse ait, *Corpus non est unum membrum, sed multa.* Si igitur hoc est corpus, sollicite curemus ut plura maneant plura ; ita ut, si hoc non servetur, letale accipiatur vulnus. Quapropter ille non hoc solum exigit, ut ne ab aliis abscindamur, sed etiam ut admodum conjuncti maneamus. Cum dixisset enim, *Ut non sit schisma in corpore ;* non hoc contentus fuit, sed subjunxit: *Ut in ipsum pro invicem sollicita sint membra ;* alteram hanc quoque causam afferens, cur minora majorem assequantur honorem. Non tantum enim, ut non ab invicem separentur, sic dispensavit Deus, sed etiam ut multa esset caritas et concordia. Nam si singulis opus est proximi saluti advigilare, ne mihi minus et magis dixeris : hic enim non est plus et minus. Manente namque corpore, potest differentia videri ; pereunte autem, non item : peribit vero, nisi minora maneant.

3. Si ergo magna peribunt parvis abscissis, similiter debent hæc magna parvorum perinde atque sua curam gerere : cum horum enim salute manent etiam majora. Itaque etiamsi millies dixeris, membrum esse inglorium et minus ; sed nisi æque provideas, ut pro te ipso, sed ut minus illud negligas, damnum in te transibit. Idcirco non dixit. Ut pro invicem tantum sollicita sint membra, sed adjecit, *Ut de eodem pro se invicem sollicita sint membra ;* id est, simili et eadem, qua magnus, parvus quoque fruatur providentia. Ne itaque dixeris, Ille plebeius est, sed cogita illum esse membrum corporis, quod totum continet : ac quemadmodum oculus, ita et hic facit ut corpus sit corpus. Ubi enim corpus ædificatur, nullus quidpiam habet amplius, quam proximus. Neque enim hoc corpus facit, ut sit illud quidem majus, hoc vero minus, sed quod multa sint et diversa. Sicut

Digitized by Google

Τινὲς δὲ τὰ ἀσθενέστερα καὶ ἄτιμα καὶ ἀναγκαῖα καὶ τιμῆς ἀπολαύοντα πλείονος περὶ ὀφθαλμῶν καὶ ποδῶν εἰρῆσθαι τῷ Παύλῳ νομίζουσι, καὶ ἀσθενέστερα καὶ ἀναγκαῖα τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγειν, ὅτι ἐλαττούμενοι τῇ δυνάμει, πλεονεκτοῦσι τῇ χρείᾳ, τὰ δὲ ἀτιμότερα τοὺς πόδας· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι πολλῆς ἀπολαύουσι προνοίας.

β'. Εἶτα ἵνα μὴ πάλιν ἄλλην ὑπερβολὴν ἐργάση..., φησί· *Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει.* Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, Καὶ ποῖος οὗτος λόγος; τῶν μὲν τιμίων καταφρονεῖν, τοῖς δὲ ἀτιμοτέροις προσεδρεύειν; οὐχὶ καταφρονοῦντες τοῦτο ποιοῦμεν, φησὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὰ οὐ δεῖται. Καὶ ὅρα ἠκίκον ἐγκώμιον ἐν βραχεῖ θεὶς παρέδραμε, συμφερόντως τοῦτο καὶ χρησίμως ποιῶν. Καὶ οὐδὲ ἀρκεῖται τούτῳ, ἀλλὰ καὶ αἰτίαν προστίθησι λέγων· *Ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν, ἵνα μὴ σχίσμα ᾖ ἐν τῷ σώματι.* Εἰ δὲ συνεκέρασεν, οὐκ ἀφῆκε τὸ ἀτιμότερον φαίνεσθαι· τὸ γὰρ κιρνώμενον ἓν γίνεται, καὶ οὐ φαίνεται τί πρὸ τούτου ἦν· ἐπεὶ οὐδὲ ἂν κεκρᾶσθαι αὐτὸ φαίημεν ἄν. Καὶ ὅρα πῶς συνεχῶς τὰ ἐλαττώματα παρατρέχει λέγων, *τῷ ὑστεροῦντι.* Οὐκ εἶπε, τῷ ἀτίμῳ, τῷ ἀσχήμονι, ἀλλὰ, *τῷ ὑστεροῦντι.* Ὑστεροῦντι, πῶς; Κατὰ φύσιν. *Περισσοτέραν δοὺς τιμήν.* Καὶ διὰ τί; Ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι. Ἐπειδὴ γὰρ μυρίας παραμυθίας ἀπολαύοντες ἤλγουν ὅμως, ἅτε ἐλάττονα λαβόντες, δείκνυσιν ὅτι μᾶλλον ἐτιμήθησαν· *Τῷ γὰρ ὑστεροῦντι,* φησὶ, *περισσοτέραν δοὺς τιμήν.* Εἶτα καὶ τὸν λόγον ἐπάγει, δεικνὺς ὅτι συμφερόντως καὶ ὑστερεῖν ἐποίησε, καὶ μειζόνως ἐτίμησε. Τίς δὲ ὁ λόγος; *Ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα,* φησὶν, *ἐν τῷ σώματι.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐν τοῖς μέλεσιν, ἀλλ', *Ἐν τῷ σώματι.* Καὶ γὰρ [280] πολλὴ ἐμελλεν ἡ πλεονεξία εἶναι, εἰ τὰ μὲν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐθεραπεύετο προνοίας, τὰ δὲ οὐδὲ ἐτέρωθεν· καὶ ἀπεσχίσθη ἂν ἀλλήλων, οὐ δυνάμενα φέρειν τὸν σύνδεσμον· ἀποσχισθέντων δὲ τούτων, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐγίνετο βλάβη. Εἶδες πῶς ἔδειξεν ἀναγκαίως μείζονα τῷ ὑστεροῦντι δεδομένην τιμήν; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γέγονε, κοινὴ πάντων ἂν ἡ λύμη ἐγεγόνει, φησί. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πολλῆς ταῦτα παρ' ὑμῶν ἀπέλαυσε προνοίας, ἐπηρεάσθη ἂν μὴ ἔχοντα τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως βοήθειαν· ἐπηρεασθέντα δὲ, ἀπώλετο ἄν· ἀπολόμενα δὲ, ἔσχισεν ἂν τὸ σῶμα· σχισθέντος δὲ τοῦ σώματος, καὶ τὰ λοιπὰ ἂν ἀπώλετο τὰ πολλῷ μείζονα τούτων. Ὁρᾷς ὅτι καὶ τῆς ἐκείνων προνοίας ἔχεται ἡ τούτων ἐπιμέλεια; Οὐ γὰρ οὕτως ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει τὸ εἶναι ἔχουσιν, ὡς ἐν τῷ σώματι εἶναι ἕν. Διὰ δὴ τοῦτο, ἂν μὲν τὸ σῶμα ἀπόληται, οὐδὲν αὐτοῖς κέρδος τῆς καθ' ἕκαστον ὑγιείας· ἀλλ' ἂν τε ὀφθαλμὸς μένῃ, ἄν τε ῥὶς διατηροῦσα τὸ οἰκεῖον, τοῦ συνδέσμου λυθέντος, ὄφελος οὐδὲν ἔσται λοιπόν· ἂν δὲ, τούτου μένοντος, ἐκεῖνα βλαβῇ, καὶ διαβαστάζεται καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐπάνειτι ταχέως. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· Τοῦτο μὲν ἐν τῷ σώματι λόγον ἔχει, ὅτι τὸ ὑστεροῦν περισσοτέραν λαβε τιμήν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων πῶς ἂν τοῦτο ἀνείη; Ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων μὲν οὖν μάλιστα ἴδοις ν τοῦτο συμβαῖνον. Καὶ γὰρ οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ραν, πρῶτοι τὸν μισθὸν ἔλαβον· καὶ τὸ πλανηθὲν ρόβατον ἔπεισε τὸν ποιμένα τὰ ἐνενηκονταεννέα καλιπεῖν, καὶ ἐπ' αὐτὸ δραμεῖν, καὶ εὑρηθὲν ἐβαστάετο, οὐκ ἠλαύνετο· καὶ ὁ ἄσωτος υἱὸς πλείονος τοῦ ὀδοκιμηκότος τῆς τιμῆς ἀπέλαυσε· καὶ ὁ λῃστὴς ρὸ τῶν ἀποστόλων ἐστεφανοῦτο καὶ ἀνεκηρύτετο. Καὶ ἐπὶ τῶν ταλάντων δὲ τοῦτο ἴδοις ἂν γινόμενον. Καὶ γὰρ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν καὶ ὁ τὰ δύο, τῶν αὐτῶν ἠξιώθησαν, καὶ αὐτῷ τῷ τὰ δύο λαβεῖν πολλῆς ἀπέλαυσε μᾶλλον τῆς προνοίας. Εἰ γὰρ τὰ πέντε ἐνεχειρίσθη, μὴ δυνάμενος, τοῦ παντὸς ἂν ἐξέπεσε· δεξάμενος δὲ τὰ δύο, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πληρώσας, τῶν αὐτῶν ἠξιώθη τῷ τὰ πέντε ἐργασαμένῳ, τοσούτῳ πλεονεκτήσας, ὅσῳ ἀπ' ἐλαττόνων πόνων τῶν αὐτῶν ἐπέτυχε στεφάνων. Καίτοι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ἦν, ὥσπερ ὁ τὰ πέντε· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν πρὸς αὐτὸν ὁ Δεσπότης ἀκριβολογεῖται, οὐδὲ ἀναγκάζει τὰ αὐτὰ ποιεῖν [a] τῷ συνδούλῳ, οὐδὲ λέγει, Διά τί μὴ δύνασαι τὰ πέντε ἐργάσασθαι; δικαίως ἂν εἶπών· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐστεφάνωσε. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ ἐπεμβαίνετε τοῖς ἐλάττοσιν οἱ μείζους, ἵνα μὴ πρὸ ἐκείνων ἑαυτοὺς βλάψητε· ἀποσχιζομένων γὰρ αὐτῶν, τὸ πᾶν διαφθείρεται σῶμα. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ σῶμα, ἢ τὸ πολλὰ εἶναι μέλη; καθὼς καὶ αὐτός φησιν, ὅτι [281] *Τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά.* Εἰ τοίνυν τοῦτό ἐστι σῶμα, φρονπίζωμεν τοῦ τὰ πολλὰ μένειν πολλά· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτο διασώζηται, περὶ τὰ καίρια ἡ πληγὴ γίνεται. Διὸ καὶ αὐτὸς οὐ τοῦτο μόνον ἀπαιτεῖ, τὸ μὴ ἀποσχίζεσθαι ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ τὸ σφόδρα συνῆφθαι. Εἰπὼν γοῦν, *Ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι,* οὐκ ἠρκέσθη τούτῳ, ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Ἵνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη·* ἑτέραν καὶ ταύτην αἰτίαν προστιθεὶς τοῦ τὰ ἐλάττονα πλείονος ἀπολαύειν τιμῆς. Οὐ γὰρ ἵνα μὴ ἀποσχίζηται μόνον ἀλλήλων, οὕτως ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀγάπη ᾖ πολλὴ καὶ ὁμόνοια. Εἰ γὰρ ἐν τῇ τοῦ πλησίον σωτηρίᾳ τὸ εἶναι ἑκάστῳ, μή μοι τὸ ἔλαττον καὶ τὸ πλέον εἴπῃς· ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔστι πλέον καὶ ἔλαττον. Μένοντος γὰρ τοῦ σώματος, δυνατὸν καὶ τὴν διαφορὰν ἰδεῖν· ἀπολλυμένου δὲ, οὐκέτι· ἀπολεῖται δὲ, ἂν μὴ καὶ τὰ ἐλάττονα μένῃ.

γ'. Εἰ τοίνυν καὶ τὰ μεγάλα ἀπολεῖται τῶν μικρῶν ἀπορραγέντων, ὁμοίως ὀφείλει ταῦτα τῶν μικρῶν φροντίζειν, καὶ οὕτως ὡς ἑαυτῶν, ἅτε ἐν τῇ τούτων σωτηρίᾳ καὶ τῶν μειζόνων μενόντων. Ὥστε κἂν μυριάκις λέγῃς, ὅτι ἄτιμον τὸ μέλος καὶ ἔλαττον, ἀλλ' ἐὰν μὴ ὁμοίως προνοῇς, ὡς καὶ σαυτοῦ, ἀλλ' ὡς ἐλάττονος ἀμελῇς, ἡ βλάβη εἰς σὲ διαβήσεται. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἵνα ὑπὲρ ἀλλήλων μόνον μεριμνῶσι τὰ μέλη, ἀλλὰ προσέθηκεν, *Ἵνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι,* τουτέστιν, ὁμοίας καὶ τῆς αὐτῆς τῷ μεγάλῳ καὶ ὁ μικρὸς ἀπολαύῃ προνοίας. Μὴ τοίνυν εἴπῃς, ὅτι Ὁ δεῖνα ὁ τυχών ἐστιν, ἀλλ' ἐννόησον ὅτι μέλος ἐστὶν ἐκείνου τοῦ σώματος τοῦ τὸ πᾶν συγκρατοῦντος· καὶ ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς, οὕτω καὶ οὗτος ποιεῖ σῶμα εἶναι τὸ σῶμα. Ἔνθα γὰρ ἂν τὸ σῶμα οἰκοδομῆται, οὐδεὶς οὐδὲν τοῦ πλησίον ἔχει πλέον. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ποιεῖ σῶμα, τὸ εἶναι τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δὲ ἔλαττον, ἀλλὰ τὸ πολλὰ εἶναι καὶ διάφορα. Ὥσπερ γὰρ σὺ, ἐπειδὴ μείζων εἶ, τὸ σῶμα συνέστησας, οὕτω καὶ οὗτος, ἐπειδὴ ἐλάττων. Ὥστε ἡ ἐλάττωσις αὐτοῦ, ὅταν δέῃ τὸ σῶμα οἰκοδομεῖν, ἰσότιμός σοι γίνεται εἰς τὸν καλὸν τοῦτον ἔρανον· τὸ γὰρ αὐτό σοι δύναται· καὶ δῆλον ἐκεῖθεν. Μὴ ἔστω ἔλαττόν τι καὶ μεῖζον μέλος, μηδὲ τίμιον καὶ ἀτιμότερον, ἀλλ' ἔστω πάντα ὀφθαλμός, ἢ πάντα κεφαλή· οὐκ ἀπολεῖται τὸ σῶμα; Παντί που δῆλον.

[a] Sic legit interpres vetus, et sic habet Savil. in margine, melius quam Editi, τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

Digitized by Google

Πάλιν ἂν πάντα ἐλάττονα ᾖ, τὸ αὐτὸ συμβήσεται· ὥστε καὶ ταύτῃ ἰσοῦται τὰ ἐλάττω. Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ πλέον εἰπεῖν, ἵνα μένῃ σῶμα, ἐλάττων ἐστὶν ὁ ἐλάττων· ὥστε διὰ σέ ἐστιν ἐλάττων, ἵνα σὺ μένῃς μέγας ὤν. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτὴν ἀπαιτεῖ παρὰ πάντων πρόνοιαν· καὶ εἰπών, *Ἵνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη*, ἑρμηνεύει τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν, λέγων· *Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη*. Διὰ γὰρ τοῦτο, φησὶ, καὶ τὴν πρόνοιαν κοινὴν ἐποίησεν, ἐν τοσαύτῃ [282] διαφορᾷ κατασκευάσας ἕνωσιν, ἵνα καὶ τῶν ἀποβαινόντων πολλὴ ἡ κοινωνία ᾖ. Εἰ γὰρ ἡ τοῦ πλησίον πρόνοια σωτηρία κοινὴ ἐστιν, ἀνάγκη καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀθυμίαν εἶναι κοινήν. Τρία φησὶν ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ· τὸ μὴ σχίζεσθαι, ἀλλ' ἡνῶσθαι μετὰ ἀκριβείας, τὸ προνοεῖν ὁμοίως ἀλλήλων, τὸ κοινὰ τὰ συμβαίνοντα ἡγεῖσθαι. Καὶ ἀνωτέρω μέν φησιν, ὅτι περισσοτέραν ἔδωκε τιμὴν τῷ ὑστεροῦντι διὰ τὸ δεῖσθαι, δεικνὺς ὅτι αὐτὸ τὸ ἠλαττῶσθαι μεῖζονος τιμῆς πρόξενον γέγονεν· ἐνταῦθα δὲ καὶ κατὰ τὸν τῆς προνοίας ἐξισοῖ λόγον αὐτὰ τῆς ὑπ' ἀλλήλων γινομένης. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μεῖζονος ἐποίησεν ἀπολαῦσαι τιμῆς, φησὶν, ἵνα μὴ ἐλάττονος ἀπολαύῃ προνοίας. Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβαινόντων χρηστῶν καὶ λυπηρῶν ἀλλήλοις συνδέδεται τὰ μέλη. Καὶ γὰρ τῇ πτέρνῃ πολλάκις προσπαγείσης ἀκάνθης, ὅλον τὸ σῶμα αἰσθάνεται, καὶ μεριμνᾷ, καὶ νῶτος κάμπτεται, καὶ γαστὴρ καὶ μηροὶ συντέλλονται, καὶ χεῖρες, καθάπερ δορυφόροι καὶ ὑπηρέται προϊόντες, ἀνέλκουσι τὸ παγὲν, καὶ κεφαλὴ ἐπικύπτει, καὶ ὀφθαλμοὶ μετὰ πολλῆς ὁρῶσι τῆς φροντίδος. Ὥστε εἰ καὶ ἕλαττον ἔχει τῷ μὴ δύνασθαι ἀνελθεῖν ὁ ποῦς, ἀλλὰ τῷ τὴν κεφαλὴν καταγαγεῖν τὸ ἴσον ἔσχε, καὶ τῆς αὐτῆς ἀπέλαυσε τιμῆς, καὶ μάλιστα ὅταν μὴ χάριτι καταφέρωσιν αὐτὴν οἱ πόδες, ἀλλ' ὀφειλῇ. Ὥστε εἰ τῷ τιμιωτέρα εἶναι πλεονεκτεῖ, τῷ καὶ τοιαύτη οὖσα τῷ ἐλάττονι τὴν τιμὴν ὀφείλειν καὶ τὴν κηδεμονίαν, καὶ τῷ[a] ὁμοίως ὡσαύτως συναλγεῖν ἰσότητα δείκνυσι πολλήν. Τί γὰρ πτέρνης εὐτελέστερον; τί δὲ κεφαλῆς τιμιώτερον; Ἀλλὰ τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο βαδίζει τὸ μέλος, καὶ πάντα μεθ' ἑαυτῆς συγκινεῖ. Πάλιν ἂν ὀφθαλμοί τι πάθωσι, πάντα ἀλγεῖ, καὶ πάντα ἐν ἀργίᾳ, καὶ οὔτε πόδες βαδίζουσιν, οὔτε χεῖρες ἐργάζονται, οὔτε γαστὴρ ἀπολαύει τῶν εἰωθότων· καίτοι τὸ πάθος τῶν ὀφθαλμῶν ἐστι. Τί τήκεις τὴν γαστέρα; τί κατέχεις τοὺς πόδας; τί δεσμεῖς τὰς χεῖρας; Ὅτι ἐκείνοις συνδέδεται, καὶ ἀῤῥήτως τὸ πᾶν πάσχει σῶμα. Εἰ γὰρ μὴ συνέπασχεν, οὐδ' ἂν ἠνέσχετο κοινωνεῖν τῆς προνοίας. Διόπερ εἰπὼν, *Ἵνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη*, ἐπήγαγεν· *Εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ πῶς συγχαίρει, φησί; Στεφανοῦται ἡ κεφαλὴ, καὶ ἅπας ὁ ἄνθρωπος δοξάζεται· λέγει τὸ στόμα, καὶ γελῶσιν ὀφθαλμοὶ καὶ εὐφραίνονται· καίτοι οὐ τοῦ κάλλους τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ τῆς γλώττης ἡ εὐδοκίμησις. Πάλιν ὀφθαλμῶν καλῶν φαινομένων, ἡ πᾶσα γυνὴ καλλωπίζεται· ὥσπερ οὖν καὶ οὗτοι, καὶ ῥινὸς εὐθείας καὶ αὐχένος ὀρθοῦ καὶ ἑτέρων μελῶν ἐγκωμιαζομένων, γεγήθασι καὶ φαιδροὶ γίνονται, καὶ δακρύουσι πάλιν μετὰ πολλῆς τῆς ἀῤῥιλείας ἐν ταῖς ὀδύναις αὐτῶν καὶ ταῖς συμφοραῖς, κἂν ἀσινεῖς αὐτοὶ διαμένωσι.

[283] δ'. Ταῦτ' οὖν ἅπαντες ἐννοήσαντες, μιμησώμεθα τὴν ἀγάπην τῶν μελῶν τούτων, μηδὲ τἀναντία ποιῶμεν, ἐπεμβαίνοντες τοῖς τοῦ πλησίον κακοῖς, καὶ φθονοῦντες τοῖς τοῦ πλησίον ἀγαθοῖς· μαινομένων γὰρ τοῦτο καὶ ἐξεστηκότων. Καὶ γὰρ ὁ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξορύττων, παραφροσύνης μέγιστον δεῖγμα ἐξήνεγκε· καὶ ὁ τὴν χεῖρα κατεσθίων, λαμπρᾶς μανίας παρέχεται ἔλεγχον. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν μελῶν τοῦτο, καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ὁμοίως γινόμενον παραφροσύνης περιτίθησι δόξαν, καὶ βλάβην οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπάγει. Ἕως μὲν γὰρ ἂν ἐκεῖνος λάμπῃ, καὶ ἡ σὴ εὐμορφία φαίνεται· καὶ ὅλον καλλωπίζεται τὸ σῶμα· οὐδὲ γὰρ εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ κάλλος περιίστησιν, ἀλλὰ καὶ σοὶ δίδωσι σεμνύνεσθαι· ἂν δὲ κατασβέσῃς αὐτὸν, ὅλῳ τῷ σώματι κοινὸν τὸ σκότος εἰργάσω, καὶ πᾶσι τοῖς μέλεσι τὴν συμφορὰν ἐπήγαγες· ὥσπερ οὖν ἐὰν διατηρῇς λάμποντα, ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι τὴν ὥραν διατηρεῖς. Οὐδεὶς γάρ φησιν, ὅτι Καλὸς ὁ ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ τί; Καλὴ ἡ δεῖνα· ἂν δὲ καὶ αὐτὸς ἐπαινῇται, μετὰ τὸ κοινὸν ἐγκώμιον ἐπαινεῖται. Οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συμβαίνει· ἂν γὰρ ὥσί τινες οἱ εὐδοκιμοῦντες, τὸ κοινὸν καρποῦται τὴν εὐφημίαν. Οἱ γὰρ ἐχθροὶ οὐ διαιροῦσι τὰ ἐγκώμια, ἀλλὰ συνάπτουσι. Κἂν ᾖ τις ἐν τῷ λέγειν λάμπων, οὐκ αὐτὸν ἐγκωμιάζουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἅπασαν. Οὐδὲ γάρ φασιν ὅτι θαυμαστὸς ὁ δεῖνα μόνον, ἀλλὰ τί; θαυμαστὸν ἔχουσι διδάσκαλον οἱ Χριστιανοί· καὶ κοινὸν τὸ κτῆμα ποιοῦσιν. Εἶτα Ἕλληνες μὲν συνάπτουσι, σὺ δὲ διαιρεῖς, καὶ πολεμεῖς τῷ σαυτοῦ σώματι καὶ κατὰ τῶν οἰκείων ἵστασαι μελῶν; Οὐκ οἶσθα, ὅτι τοῦτο πάντα ἀνατρέπει; καὶ γὰρ καὶ *Βασιλεία*, φησὶν, *ἐφ' ἑαυτὴν μερισθεῖσα οὐ σταθήσεται*.

Οὐδὲν δὲ οὕτω μερίζει καὶ διίστησιν, ὡς φθόνος καὶ βασκανία, τὸ χαλεπὸν τοῦτο νόσημα, καὶ πάσης ἀπεστερημένον συγγνώμης, καὶ τῆς τῶν κακῶν ῥίζης κατά τι χαλεπώτερον. Ὁ μὲν γὰρ φιλάργυρος τότε ἥδεται, ὅταν αὐτὸς λάβῃ· ὁ δὲ βάσκανος τότε ἥδεται, ὅταν ἕτερος μὴ λάβῃ, οὐχ ὅταν αὐτὸς λάβῃ· εὐεργεσίαν γὰρ οἰκείαν νομίζει τὴν ἑτέρων κακοπραγίαν, οὐ τὴν οἰκείαν εὐημερίαν, κοινός τις ἐχθρὸς τῆς τῶν ἀνθρώπων περιερχόμενος φύσεως, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη τύπτων, οὗ τί γένοιτ' ἂν μανικώτερον; Ὁ δαίμων φθονεῖ μὲν, ἀλλ' ἀνθρώποις, δαίμονι δὲ οὐδενί· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν, ἀνθρώπους φθονεῖς, καὶ πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἵστασαι καὶ ὁμογενὲς, ὅπερ οὐδὲ ὁ δαίμων ποιεῖ. Καὶ ποίας τεύξῃ συγγνώμης, ποίας δὲ ἀπολογίας, ὅταν ἴδῃς ἀδελφὸν εὐημεροῦντα τρέμων καὶ ὠχριῶν, στεφανοῦσθαι δέον καὶ χαίρειν καὶ ἀγάλλεσθαι; Εἰ δὲ καὶ ζηλοῦν ἐθέλεις, οὐ κωλύω· ζήλωσον, ἀλλ' ἵνα κατ' ἐκεῖνον γένῃ τὸν εὐδοκιμοῦντα· μὴ ἵνα αὐτὸν καταβιβάσῃς, ἀλλ' ἵνα πρὸς

[a] *Legebatur* καὶ τό.

Digitized by Google

enim tu, quia major es, corpus constituis : ita et hic, quia minor. Itaque pusillitas ejus, cum corpus ædificare oportet, par tibi honore fit ad hanc pulchram collectionem ; idipsum enim potest quod tu : id quod inde palam est. Non sit vel minus vel majus membrum, nec honestum et minus honestum, sed sint omnia oculus, aut omnia caput : annon peribit corpus illud ? Id cuivis manifestum est. Rursus si omnia sint minora, idipsum eveniet. Itaque in hoc etiam minora sunt æqualia. Si vero oporteat quid amplius dicere, ut maneat corpus, minor est is qui minor : itaque propter te minor est, ut tu magnus maneas. Ideo eamdem exigit ab omnibus providentiam ; et cum dixisset, *Ut de eodem pro se invicem sollicita sint membra*, hoc rursus interpretatur dicens : 26. *Et sive quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra : sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.* Ideo enim, inquit, providentiam communem fecit, in tanta differentia unitatem constituens, ut eorum etiam quæ contingunt magna esset communio. Nam si quæ geritur erga proximum providentia, communis est salus, necesse est et gloriam et mœrorem communem esse. Tria igitur hic requirit, non discindi, sed accurate junctos esse ; providentiam mutuam similiter geri ; ea quæ accidunt communia reputari. Et superius quidem dicit, quod abundantiorem dederit honorem ei cui deest, eo quod egeat ; ostendens, quod defectus ipse majorem conciliet honorem : hic autem illos exæquat secundum quod alii aliorum mutuam providentiam gerere debent. Ideo namque curavit ut majori fruerentur honore, inquit, ut ne minori cura et providentia *fruantur*. Non hinc autem solum, sed etiam ex bonis et tristibus quæ accidunt, membra colligantur. Et *enim* plantæ pedis sæpe infixa spina, totum corpus sensu et sollicitudine afficitur, et dorsum flectitur, et venter et femora comprimuntur, et manus tamquam satellites et ministri procedentes, quod infixum est extrahunt, et caput inclinatur, oculique cum cura et sollicitudine magna respiciunt. Ita ut etiamsi pes minus habeat, quod non possit ascendere ; attamen quod caput deduxerit, par ipsi est, et eodem fruitur honore ; maxime vero quod pedes deducant ipsum non per gratiam, sed per debitum. Itaque, si quod honoratius sit superet, ex eo quod tale cum sit, inferiori debeat honorem et sollicitudinem, et quod cum ipso doleat, hinc æqualitatem multam probat. Quid enim est planta pedis vilius ? quid capite pretiosius ? Sed hoc vadit ad illud membrum, et omnia secum commovet. Rursum si oculi quid patiantur, omnia dolent, et omnia in otio sunt ; et neque pedes gradiuntur, neque manus operantur, neque venter solitis rebus fruitur : atqui infirmitas est oculorum. Cur ventrem liquefacis ? cur pedes retines ? cur manus ligas ? Quoniam illis es alligatus, et ineffabili modo corpus totum patitur. Nisi enim compateretur, non sustinuisset esse socium curæ et providentiæ. Ideo cum dixisset, *Ut in idipsum pro se invicem sollicita sint membra*, subjunxit : *Sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra : sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.* Et quomodo congaudent, inquies ? Coronatur caput, et totus homo glorificatur : quamquam os dicit, et rident oculi et lætantur : non est oculorum pulchritudo, sed linguæ facundia. Rursus, si pulchri appareant oculi, tota mulier ornatur : sicut etiam oculi, si rectus nasus, collum rectum, et alia membra laudentur, lætantur et præ gaudio gestiunt ; ac rursum lacrymantur in doloribus et calamitatibus eorum, etiamsi ipsi illæsi maneant.

4. Hæc ergo omnes cogitantes, imitemur horum membrorum dilectionem, neque contraria faciamus, malis proximi insultantes, et ejus bonis invidentes : furentium enim hoc est et eorum qui in excessu mentis sunt. Etenim qui effodit oculum, maximum profert amentiæ signum : et qui manum exedit, apertæ insaniæ argumentum præbet. Si autem hoc in membris, in fratribus similiter admissum insipientiæ famam affert, et non leve detrimentum inducit. Nam quamdiu ille resplendet, tua quoque forma apparet, et corpus totum ornatur ; neque enim ad se solum pulchritudinem adducit, sed et tibi gloriandi locum præbet : si autem illum exstinguas, toti corpori communes tenebras effecisti, et omnibus membris induxisti calamitatem ; ut ex contrario, si splendentem conserves, totius corporis formam conservas. Nemo enim dicit, Pulcher est oculus, sed quid ? Formosa est illa. si autem et ipse laudetur, post commune encomium laudatur. Sic et in Ecclesia contingit. Si enim quidam sint, qui bona fama gaudeant, totum corpus laudis fructum percipit. Inimici namque encomia non distinguunt, sed conjungunt. Et si quis dicendi facundia valeat, non illum solum encomiis celebrant, sed et totam Ecclesiam. Neque enim dicunt tantum, Ille mirabilis est, sed quid ? Mirabilem doctorem Christiani habent : et communem faciunt possessionem. Atqui Græci quidem conjungunt, tu vero dividis, et cum tuo corpore pugnas tuisque membris adversaris ? Nescis, hoc omnia subvertere ? nam *Regnum*, inquit, *in seipsum divisum non stabit* (*Marc.* 12. 25).

Nihil ita dissidia parit ut invidia. —Nihil autem ita dividit et separat, ut invidia et livor, hic gravis morbus, qui omni venia privatur, et malorum radice secundum quid gravior est. Avarus enim tunc lætatur, cum acceperit ; invidus vero tunc gaudet, cum alius non acceperit, non cum ipse acceperit : beneficium namque suum putat aliorum adversitatem, non propriam felicitatem, communis quispiam hostis humanæ naturæ circumiens, et Christi membra percutiens : quo quid furiosius fuerit ? Dæmon invidet quidem, sed hominibus, dæmonum vero nulli : tu vero homo cum sis, hominibus invides, et adversus contribulem et congenerem insurgis, quod neque dæmon facit. Ecquam excusationem et defensionem habebis ? cum videris fratrem prospere agentem, contremiscis et palles, cum oporteret te coronare, lætari et exsultare. Si autem velis eum æmulari, non impedio : æmulare, sed ut illi, laudem sibi conciliant, similis

Digitized by Google

sis; non ut illum dejicias, sed ut ad idem culmen pervenias, ut eamdem virtutem exhibeas. Hæc bona est æmulatio, imitari, non impugnare, non dolere de alienis bonis, sed morderi de propriis malis : cui rei contrarium facit invidia; nam propria negligens mala, de alienis bonis tabescit. Pauper enim non ita a paupertate sua mordetur, quam a proximi copiis : quo quid gravius fuerit? Ille quippe in hoc, ut jam dixi, avaro etiam pejor est : ille enim cum quid acceperit, gaudet; hic vero, cum alius non acceperit, lætatur. Quamobrem, obsecro, hanc malam relinquentes viam et ad zelum bonum mutati (nam talis zelus vehemens est et igne vehementior), magna inde percipiatis bona. Sic et Paulus Judæos ad fidem deducebat, dicens : *Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis* (*Rom.* 11. 14). Nam qui ita æmulatur ut ille volebat, non tabescit cum viderit alium in bona existimatione esse, sed quando viderit se non id assequi. Invidus vero non sic, sed cum alium prospere agentem viderit, veluti quidam fucus est, qui alienos labores labefactat; et numquam ipse surgere tentat, flens vero cum alium surgentem videt, et omnia facit ut illum dejiciat. Cuinam quis hunc morbum comparaverit? Mihi autem hoc perinde esse videtur ac si quis piger asinus et pinguedine gravis cum equo volucri conjunctus, neque ipse surgere velit, et pondere carnium ipsum conetur detrahere. Nam et hic, ut ipse a profundo somno liberetur, nihil nec cogitat nec curat; nihil vero non agit, ut eum qui in cælum advolat supplantet et dejiciat, accuratus diaboli imitator factus. Nam et ille videns hominem in paradiso, non ipse studuit mutari, sed illum ejicere ex paradiso : et rursus videns illum in cælo sedentem, et alios illo festinantes, idipsum meditatur, eos qui illo pergunt supplantans, et hinc majorem sibi congerens fornacem. Ubique enim hoc contingit; nam is cui invidetur, si vigilet, splendidior evadit; invidus vero plura sibi mala accumulat. Sic et Joseph illustris effectus est; sic Aaron sacerdos : nam invidorum insidiæ effecerunt ut Deus semel et bis eamdem ferret sententiam, et ut virga germinaret. Sic et Jacob multa rerum copia abundavit, aliisque omnibus. Sic invidi in mille se malis complicarunt. Quæ omnia scientes, fugiamus hujusmodi zelum. Cur enim, quæso, invides? quia spiritualem gratiam frater accepit? Et a quo, quæso, accepit? nonne a Deo? Ergo contra illum inimicitiam suscipe, qui donum contulit. Viden' quo malum serpit, et qualem colophonem peccatorum inducit, et quantum suffodit supplicii barathrum? Fugiamus ergo, dilecti, hoc vitium, neque invideamus, ac pro invidis precemur, nihilque non agamus, ut morbum illorum exstinguamus. Sed ne eadem quæ insani illi patiamur, qui volentes pœnas ab illis exigere, omnia faciunt ut flammam sibi accendant. At ne ita nos, sed deflcamus illos et lamentemur. Ipsi enim sunt qui læduntur, vermem habentes perpetuum cor ipsorum arrodentem, et veneni congregant fontem omni felle amariorem. Rogemus ergo benignum Deum, ut et illis morbum immutet, et nos ne umquam in hunc incidamus. Nam inaccessum est cælum ei qui hac tabe laborat, et ante cælum hæc vita non vitalis est. Neque enim lignum et lanam insidens tinea ita rodere solet, ut invidiæ febris ossa invidorum corrodit, et animæ temperantiam labefactat. Ut igitur et nos et alios ab innumeris eruamus malis, expellamus a nobis hanc malam febrim quavis tabe deteriorem; ut spirituali suscepto robore, et præsens certamen perficiamus, et futuras consequamur coronas: quas utinam nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXII.

Cap. 12. v. 27. *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte.*

1. Ne quis enim diceret, Quid ad nos exemplum corporis? illud enim naturæ servit, nostra vero recte facta liberi arbitrii sunt : id ad actiones nostras adducens, et ostendens nos ex animi sententia debere eamdem concordiam habere, quam ipsa membra ex natura, dicit : *Vos autem estis corpus Christi.* Si autem non oportet corpus nostrum dissidere, multo magis non oportet Christi corpus, et eo magis, quo gratia potentior est natura. *Et membra ex parte.* Neque enim corpus sumus tantum, sed et membra sumus. Nam de his ambobus superius disputavit, multos in unum colligens, et ostendens omnes unum secundum imaginem corporis factos esse, et hoc unum per multa constitui, atque in multis esse, et multa ex eo contineri et posse multa esse. Quid est autem illud, *Ex parte?* Quantum ad vos attinet et quantum consentaneum est, esse partem ex vobis ædificatam. Quia enim dixit, *Corpus*, totum autem erat corpus, non Corinthiorum Ecclesia, sed quæ ubique terrarum erat; ideo dixit, *Ex parte*; id est, quia Ecclesia vestra pars est ejus quæ ubique terrarum est Ecclesiæ, et corporis, quod per omnes Ecclesias constituitur : ita ut non solum inter vos, sed etiam cum tota Ecclesia, quæ est in orbe, pacem habere debeatis; si quidem estis justi, si membra totius corporis. 28. *Et quos quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, deinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.* Quod enim superius dixi, hoc nunc facit : quia altum sapiebant de linguis, illam rem semper ultimam ponit. Nam illud primum et secundum non sine causa ponit, sed præmittens id quod pretiosius est, et quod est inferius ostendens. Ideo apostolos præmisit, qui charismata seu dona omnia in se habebant. Et non dixit, Quos posuit Deus in Ecclesia apostolos, sim-

Digitized by Google

τὴν αὐτὴν φθάσῃς κορυφὴν, ἵνα τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἐπιδείξῃ. Τοῦτο ζῆλος καλὸς, τὸ μιμεῖσθαι καὶ μὴ πολεμεῖν, τὸ μὴ ἀλγεῖν ἐπὶ τοῖς ἑτέρων ἀγαθοῖς, ἀλλὰ δάκνεσθαι ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κακοῖς· οὗ τὸ ἐναντίον ὁ φθόνος ποιεῖ· τῶν γὰρ οἰκείων κακῶν ἀμελῶν, ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις τήκεται καλοῖς. Καὶ γὰρ ὁ πένης οὐχ [284] οὕτω τῇ οἰκείᾳ δάκνεται πενίᾳ, ὡς τῇ τοῦ πλησίον εὐπορίᾳ, οὗ τί γένοιτ' ἂν χαλεπώτερον; Οὗτος γὰρ κατὰ τοῦτο, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, καὶ τοῦ πλεονέκτου χείρων· ὁ μὲν γὰρ ὅταν αὐτός τι λάβῃ, χαίρει· ὁ δὲ, ὅταν ἕτερος μὴ λάβῃ, τότε εὐφραίνεται. Διὸ παρακαλῶ τὴν πονηρὰν ταύτην ἀφέντας ὁδὸν, καὶ μεταβαλόντας πρὸς ζῆλον καλὸν (καὶ γὰρ ἐστι σφοδρὸν καὶ πυρὸς παντὸς θερμότερον ὁ ζῆλος ὁ τοιοῦτος), μεγάλα ἐντεῦθεν καρπώσασθαι ἀγαθά. Οὕτω καὶ Παῦλος τοὺς ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τὴν πίστιν ἐχειραγώγει, λέγων· *Εἴ πως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν.* Ὁ γὰρ οὕτω ζηλῶν, ὡς ἐκεῖνος ἐβούλετο, οὐ τήκεται ὅταν τὸν ἕτερον εὐδοκιμοῦντα ἴδῃ, ἀλλ' ὅταν ἑαυτὸν ἀπολιμπανόμενον. Ὁ δὲ φθονερὸς οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὅταν ἕτερον εὖ πράττοντα ἴδῃ· καὶ καθάπερ κηφὴν τίς ἐστι τοῖς ἀλλοτρίοις λυμαινόμενος πόνοις, καὶ αὐτὸς μὲν οὐδέποτε ἀναστῆναι σπουδάζων, δακρύων δὲ ὅταν ἕτερον ἀναστάντα ἴδῃ, καὶ πάντα ποιῶν ὥστε αὐτὸν καταβαλεῖν. Τίνι οὖν ἂν τις τοῦτο παραβάλοι τὸ πάθος; Ὁμοιον εἶναί μοι δοκεῖ τοῦτο, οἷον ἂν εἰ νωθὴς ὄνος καὶ πολυσαρκίᾳ βεβαρημένος ἵππῳ πτηνῷ συνεζευγμένος, μήτε αὐτὸς διανίστασθαι βούλοιτο, καὶ ἐκεῖνον τῷ βάρει τῶν σαρκῶν καθέλκειν ἐπιχειροίη. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος, ὅπως μὲν αὐτὸς ἀπαλλαγείη τοῦ βαθέος ὕπνου τούτου, οὐδὲν οὔτε ἐννοεῖ, οὔτε σπουδάζει· πάντα δὲ ποιεῖ ὥστε τὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ἱπτάμενον ὑποσκελίσαι καὶ καταβαλεῖν, ἀκριβὴς τοῦ διαβόλου ζηλωτὴς γινόμενος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁρῶν τὸν ἄνθρωπον ἐν παραδείσῳ, οὐκ αὐτὸς ἐσπούδαζε μεταβαλέσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐκβαλεῖν τοῦ παραδείσου· καὶ πάλιν ἰδὼν αὐτὸν ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπειγομένους ἐκεῖ, τῆς αὐτῆς ἔχεται μελέτης, τοὺς ἐκεῖ σπεύδοντας ὑποσκελίζων, καὶ πλείονα ἐντεῦθεν ἑαυτῷ σωρεύων τὴν κάμινον. Καὶ γὰρ ἀπανταχοῦ τοῦτο συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ φθονούμενος ἂν νήφῃ, λαμπρότερος γίνεται· ὁ δὲ βασκαίνων πλείονα ἑαυτῷ συνάγει κακά. Οὕτω καὶ ὁ Ἰωσὴφ ἐγένετο λαμπρός· οὕτως Ἀαρὼν ὁ ἱερεύς· ἡ γὰρ τῶν φθονούντων ἐπιβουλὴ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ψηφίσασθαι αὐτὸν[a] τὸν Θεὸν ἐποίησε, καὶ τὴν ῥάβδον βλαστῆσαι παρεσκεύασεν. Οὕτως ὁ Ἰακὼβ τῆς πολλῆς εὐπορίας ἀπέλαυσε, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Οὕτως οἱ βασκαίνοντες μυρίοις ἑαυτοὺς περιέπειραν κακοῖς. Ἅπερ εἰδότες ἅπαντα, φύγωμεν τὸν τοιοῦτον ζῆλον. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, φθονεῖς; ὅτι χάριν ἔλαβε πνευματικὴν ὁ ἀδελφός; Καὶ παρὰ τίνος; ἔλαβεν; εἰπέ μοι· οὐ παρὰ τοῦ Θεοῦ; Οὐκοῦν πρὸς ἐκεῖνον τὴν ἀπέχθειαν ἀναδέχῃ τὸν δεδωκότα τὴν δωρεάν. Εἶδες ποῖ τὸ κακὸν ἕρπει, καὶ οἷον τὸν κολοφῶνα τῶν ἁμαρτημάτων ἐπάγει, καὶ ὅσον ἀνορύττει βάραθρον τιμωρίας; Φεύγωμεν τοίνυν τοῦτο τὸ πάθος[b], ἀγαπητοὶ, καὶ μήτε φθονῶμεν, ἀλλὰ καὶ τῶν φθονούντων ὑπερευχώμεθα, καὶ πάντα ποιῶμεν ὥστε αὐτῶν κατασβέσαι τὸ πάθος. Ἀλλὰ μὴ τὰ τῶν ἀνιάτων πάσχωμεν, οἱ, βουλόμενοι δίκην αὐτοὺς ἀπαιτῆσαι, πάντα ποιοῦσιν ὥστε αὐτῶν ἀνάψαι τὴν φλόγα. Ἀλλὰ μὴ ἡμεῖς οὕτως, ἀλλὰ δακρύωμεν αὐτοὺς καὶ θρηνῶμεν. Αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ [285] ἠδικημένοι, σκώληκα ἔχοντες διηνεκῆ διατρώγοντα αὐτῶν τὴν καρδίαν, καὶ πηγὴν ἰοῦ συνάγοντες πάσης χολῆς πικροτέραν. Παρακαλῶμεν τοίνυν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν καὶ ἐκείνοις τὸ πάθος μεταβαλεῖν, καὶ ἡμᾶς μήποτε ἐμπεσεῖν τῷ νοσήματι. Καὶ γὰρ ἄβατος ὁ οὐρανὸς τῷ ταύτην ἔχοντι τὴν τηκεδόνα· καὶ πρὸ τοῦ οὐρανοῦ δὲ καὶ ὁ παρὼν βίος ἀβίωτος. Οὐδὲ γὰρ οὕτω ξύλον καὶ ἔριον σὴς ἐγκαθήμενος καὶ σκώληξ διατρώγειν εἴωθεν, ὡς ὁ τῆς βασκανίας πυρετὸς αὐτὰ κατεσθίει τὰ ὀστᾶ τῶν βασκαινόντων, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν σωφροσύνην λυμαίνεται. Ἵν' οὖν καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους τῶν μυρίων ἀπαλλάξωμεν κακῶν, ἀπελάσωμεν τὸν πονηρὸν τοῦτον ἐξ ἡμῶν πυρετὸν, τὸν πάσης τηκεδόνος χαλεπώτερον· ἵνα πνευματικὴν ἀναλαβόντες ἰσχὺν, καὶ τὸν παρόντα διανύσωμεν ἀγῶνα, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν στεφάνων· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. in marg., ψηφίσασθαι αὐτῷ, forte melius.
[b] *Aberant verba*, τοῦτο τὸ πάθος.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΒ'.

Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους[a].

α'. Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, Τί πρὸς ἡμᾶς τοῦ σώματος τὸ ὑπόδειγμα; ἐκεῖνο μὲν γὰρ φύσει δουλεύει, τὰ δὲ ἡμέτερα προαιρέσεώς ἐστι κατορθώματα· προάγων[b] αὐτὸ τοῖς καθ' ἡμᾶς πράγμασι, καὶ δεικνὺς ὅτι τοσαύτην ἀπὸ γνώμης ὀφείλομεν ἔχειν ὁμόνοιαν, ὅσην ἀπὸ φύσεως ἐκεῖνα, φησὶν, *Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ.* Εἰ δὲ τὸ ἡμέτερον οὐ δεῖ στασιάζειν σῶμα, πολλῷ μᾶλλον τὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ φύσεως χάρις δυνατωτέρα. *Καὶ μέλη ἐκ μέρους.* Οὐ γὰρ δὴ σῶμα μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ μέλη ἐσμέν. Περὶ γὰρ ἀμφοτέρων τούτων ἀνωτέρω διελέχθη, τοὺς πολλοὺς εἰς ἓν συνάγων, καὶ δεικνὺς ἅπαντας ἕν τι κατὰ τὴν τοῦ σώματος εἰκόνα γινομένους, καὶ τὸ ἓν τοῦτο διὰ τῶν πολλῶν συνιστάμενον, καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς ὄν, καὶ τὰ πολλὰ ἐκ τούτου συνεχόμενα καὶ δυνάμενα εἶναι πολλά. Τί δέ ἐστι τὸ, *Ἐκ μέρους*; Τό γε εἰς ὑμᾶς ἥκον, καὶ ὅσον εἰκὸς ἐξ ὑμῶν οἰκοδομηθῆναι μέρος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Σῶμα*, τὸ δὲ πᾶν σῶμα ἦν, οὐχὶ ἡ παρὰ Κορινθίοις Ἐκκλησία, ἀλλ' ἡ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, διὰ τοῦτο ἔφησεν, *Ἐκ μέρους*· τουτέστιν, ὅτι Ἡ Ἐκκλησία ἡ παρ' ὑμῖν μέρος ἐστὶ τῆς πανταχοῦ κειμένης Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ σώματος τοῦ διὰ πασῶν συνισταμένου τῶν Ἐκκλησιῶν· ὥστε οὐχὶ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαν εἰρηνεύειν ἂν εἴητε δίκαιοι, εἴ γε παντός ἐστε μέλη τοῦ σώματος. *Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους,* [286] *δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, ἔπειτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν.* Ὅπερ

[a] Interpres Vulgatæ qui vertit, *et membra de membro*, egit, καὶ μέλη ἐκ μέλους. Sed eodem redit sententia.
[b] Savil. legendum suspicatur προσάγων.

Digitized by Google

γὰρ ἔφθην εἰπών, τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ· ἐπειδὴ μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ ταῖς γλώτταις, ἔσχατον αὐτὸ τίθησι πανταχοῦ. Τὸ γὰρ πρῶτον ἐνταῦθα καὶ δεύτερον οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν, ἀλλὰ προτάττων τὸ προτιμότερον, καὶ τὸ καταδεέστερον δεικνύς. Διὸ καὶ τοὺς ἀποστόλους προῦθηκεν, οἱ πάντα ἐν ἑαυτοῖς εἶχον τὰ χαρίσματα. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀποστόλους, ἁπλῶς, ἢ προφήτας, ἀλλὰ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον τίθησι, τὸ αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ εἶπον, ἐμφαίνων. *Δεύτερον προφήτας.* Προεφήτευον γὰρ, ὡς αἱ θυγατέρες Φιλίππου, ὡς ὁ Ἄγαβος, ὡς αὐτοὶ οὗτοι οἱ παρὰ Κορινθίοις, περὶ ὧν φησι, *Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν.* Καὶ Τιμοθέῳ δὲ γράφων ἔλεγε, *Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας.*

Καὶ πολλῷ πλείους τότε ἦσαν, ἢ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς. Οὐ γὰρ εἰς δέκα καὶ εἴκοσι καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν περιεστήκει τὸ χάρισμα, ἀλλ' ἐξεχεῖτο δαψιλῶς ἡ χάρις αὕτη, καὶ ἑκάστη Ἐκκλησία πολλοὺς εἶχε τοὺς προφητεύοντας. Εἰ δέ φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου*, περὶ ἐκείνων φησὶ τῶν προφητῶν τῶν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ προαναφωνησάντων. *Τρίτον διδασκάλους.* Ὁ μὲν γὰρ προφητεύων, πάντα ἀπὸ τοῦ Πνεύματος φθέγγεται· ὁ δὲ διδάσκων, ἔστιν ὅπου καὶ ἐξ οἰκείας διανοίας διαλέγεται. Διὸ καὶ ἔλεγεν, *Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα δὲ οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ.* Ὁ δὲ Πνεύματι πάντα φθεγγόμενος, οὐ κοπιᾷ· διὰ δὴ τοῦτο καὶ μετὰ τὸν προφήτην αὐτὸν τέθεικεν· ὅτι τὸ μὲν ὅλον ἐστὶ χάρισμα, τὸ δὲ καὶ ἀνθρώπινος πόνος. Καὶ γὰρ καὶ οἰκοθεν πολλὰ φθέγγεται, συμβαίνοντα μέντοι ταῖς θείαις Γραφαῖς. *Ἔπειτα δυνάμεις, ἔπειτα χαρίσματα ἰαμάτων.* Ὁρᾷς πῶς πάλιν διαιρεῖ τὰ ἰάματα ἀπὸ τῆς δυνάμεως, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἐποίησεν; ἡ γὰρ δύναμις πλέον τῆς ἰάσεως. Ὁ μὲν γὰρ δύναμιν ἔχων, καὶ κολάζει καὶ ἰᾶται· ὁ δὲ χάρισμα ἰαμάτων, θεραπεύει μόνον. Καὶ ὅρα πῶς ἁρίστη κέχρηται τῇ τάξει, τὴν προφητείαν τῶν δυνάμεων καὶ τῶν ἰαμάτων προτιθείς. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ, ἔνθα ἔλεγεν, ὅτι *Τῷ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, καὶ ἄλλῳ λόγος γνώσεως*, οὐ κατὰ τάξιν τιθεὶς ἔλεγεν, ἀλλ' ἀδιαφόρως· ἐνταῦθα μέντοι προτίθησι καὶ ὑποτάττει. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὴν προφητείαν προτίθησιν; Ὅτι καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ταύτην ἔχει τὸ πρᾶγμα τὴν τάξιν. Ὅτε γοῦν ὁ Ἡσαΐας πρὸς Ἰουδαίους διελέγετο, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως παρεῖχεν ἀπόδειξιν, καὶ τῆς τῶν δαιμόνων εὐτελείας τὸν ἔλεγχον παρῆγεν εἰς μέσον, καὶ τοῦτο τῆς θειότητος αὐτοῦ ἔφησεν εἶναι δεῖγμα μέγιστον, τὸ λέγειν τὰ μέλλοντα. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ τοσαῦτα σημεῖα ποιήσας, οὐ μικρὸν τοῦτό φησιν αὐτοῦ τῆς θειότητος εἶναι σημεῖον· καὶ [287] ἐπιλέγει συνεχῶς, *Ταῦτα δὲ εἴρηκα ὑμῖν, ἵν' ὅταν γένηται, πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι.* Ἀλλὰ προφητείας μὲν εἰκότως τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων δεύτερα· διὰ τί δὲ καὶ διδασκαλίας; Ὅτι οὐκ ἔστιν ἴσον, λόγον καταγγέλλειν κηρύγματος καὶ σπείρειν τὴν εὐσέβειαν εἰς τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς, καὶ δυνάμεις ποιεῖν· ἐπεὶ καὶ αὗται δι' ἐκεῖνον γίνονται.

β'. Ὅταν οὖν τις καὶ λόγῳ παιδεύῃ καὶ βίῳ, πάντων ἐστὶ μείζων. Διδασκάλους γὰρ τούτους φησὶ, τοὺς καὶ τοῖς ἔργοις διδάσκοντας καὶ τῷ λόγῳ παιδεύοντας. Τοῦτο γοῦν καὶ τοὺς ἀποστόλους, ἀποστόλους εἶναι ἐποίησε. Κἀκεῖνα μὲν καὶ ἕτεροί τινες οὐ πολλοῦ ἄξιοι παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰλήφασιν, ὡς ἐκεῖνοι· οἱ εἰρηκότες, *Κύριε οὐχὶ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν;* καὶ μετὰ ταῦτα ἀκούσαντες, *Οὐδέποτε ἔγνων· ὑμᾶς πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν·* τὸν δὲ τῆς διδασκαλίας λόγον τὸν διπλοῦν τοῦτον, τὸν διὰ τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων, οὐκ ἂν ἀναδέξαιτό τις πονηρὸς ἄνθρωπος. Εἰ δὲ τοὺς προφήτας προτίθησι, μὴ θαυμάσῃς· οὐ γὰρ ἁπλῶς προφήτας λέγει, ἀλλὰ τοὺς διὰ τῆς προφητείας καὶ διδάσκοντας καὶ εἰς τὸ κοινῇ συμφέρον ἅπαντα λέγοντας· ὅπερ προῶν σαφέστερον ἡμῖν ποιεῖ. *Ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις.* Τί ἐστιν, *Ἀντιλήψεις;* Ὥστε ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν. Τοῦτο οὖν χάρισμα; εἰπέ μοι. Μάλιστα μὲν καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς, τὸ προστατικὸν εἶναι, τὸ πράγματα οἰκονομεῖν πνευματικά· ἄλλως τε δὲ πολλὰ καὶ τῶν ἡμετέρων κατορθωμάτων χαρίσματα καλεῖ, οὐκ ἀναπίπτειν ἡμᾶς βουλόμενος, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι πανταχοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ δεόμεθα βοηθείας, καὶ παρασκευάζων εὐχαρίστους εἶναι, καὶ προθυμοτέρους ταύτῃ ποιῶν καὶ διεγείρων αὐτῶν τὰ φρονήματα. *Γένη γλωσσῶν.* Εἶδες ποῦ τέθεικε τοῦτο τὸ χάρισμα, καὶ πῶς πανταχοῦ τὴν ἐσχάτην αὐτῷ νέμει τάξιν; Εἶτα ἐπειδὴ πάλιν ἐκ τοῦ καταλόγου τούτου πολλὴν εἶδεν διαφοράν, καὶ τὸ νόσημα ἐκεῖνο διήγειρε τὸ τῶν ἐλάττονα ἐχόντων χαρίσματα· λοιπὸν μετὰ πολλῆς αὐτοῖς ἐπιπηδᾷ τῆς σφοδρότητος, διὰ τὸ πολλὰς αὐτὰς παρασχεῖν τὰς ἀποδείξεις τοῦ μὴ σφόδρα ἐλαττοῦσθαι αὐτούς. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν ταῦτα ἀκούσαντας αὐτοὺς λέγειν· Καὶ διὰ τί μὴ πάντες ἀπόστολοι ἐγενόμεθα; ἀνωτέρω μὲν παρακλητικωτέρῳ λόγῳ κέχρηται, διὰ πολλῶν ἀποδεικνὺς ἀναγκαίως τοῦτο γινόμενον, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος εἰκόνος· *Τὸ γὰρ σῶμα*, φησὶν, *οὐκ ἔστιν ἓν μέλος·* καὶ πάλιν, *Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα;* Καὶ ἀπὸ τοῦ συμφερόντως δεδόσθαι, *Ἑκάστῳ γὰρ*, φησὶν, *ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον·* καὶ ἀπὸ τοῦ πάντας ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἀρύεσθαι τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ χάρισμα εἶναι τὸ διδόμενον, ἀλλὰ μὴ ὀφειλήν· *Διαιρέσεις γὰρ, φησὶ, χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα·* ἀπὸ τοῦ φανέρωσιν ὁμοίως γίνεσθαι διὰ πάντων τοῦ Πνεύματος, *Ἑκάστῳ γὰρ ἡ φανέρωσις*, φησὶ, *δίδοται διὰ τοῦ Πνεύματος·* καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Πνεύματι [288] καὶ τῷ Θεῷ ταῦτα τετυπῶσθαι, *Πάντα γὰρ ταῦτα*, φησὶν, *ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται·* καὶ πάλιν, *Ἔθετο ὁ Θεὸς τὰ μέλη ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησε·* καὶ ἀπὸ τοῦ ἀναγκαῖα εἶναι καὶ τὰ ἐλάττονα, *Τὰ γὰρ δοκοῦντα*, φησὶν, *ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστιν* ἀπὸ τοῦ [a] ὁμοίως ἀναγκαῖα εἶναι, ἐν τῷ ὁμοίως τὸ σῶμα κατασκευάζειν τοῖς μείζοσι, *Τὸ γὰρ σῶμα*, φησὶν, *οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά·* ἀπὸ τοῦ καὶ τὰ μείζονα τῶν ἐλαττόνων δεῖσθαι, *Οὐ δύναται γὰρ*, φησὶν, *εἰπεῖν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω·* ἀπὸ τοῦ καὶ πλείονος ταῦτα ἀπολαύειν τιμῆς, *Τῷ γὰρ ὑστεροῦντι*, φησὶ, *περισσοτέραν ἔδωκε τιμήν·* ἀπὸ τοῦ κοινὴν αὐτῶν εἶναι τὴν φροντίδα καὶ ἴσην, *Τὸ γὰρ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι πάντα τὰ μέλη·* καὶ ἀπὸ τοῦ μίαν εἶναι τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀλγηδόνα αὐτῶν ἁπάντων, *Εἴτε γὰρ πάσχει*, φησὶν, *ἓν μέλος συμπάσχει πάντα τὰ*

[a] A. καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ μόνον, ἀναγκαῖα, ἀλλὰ καὶ ἓν ἀπὸ τοῦ μὴ ἓν πάλιν τὸ σῶμα κατασκευάζειν, ἀλλὰ πολλά· τὸ γὰρ σῶμα. B. post ἀναγκαῖα εἶναι, inserit haec, ἓν ἀπὸ τοῦ.

Digitized by Google

pliciter, aut prophetas ; sed primum et secundum et tertium ponit ; hoc ipsum quod dixi significans *Secundo prophetas*. Prophetabant enim, ut filiæ Philippi, ut Agabus, ut isti ipsi qui erant apud Corinthios, de quibus dicit, *Prophetæ duo aut tres loquantur* (1. *Cor.* 14. 29). Et ad Timotheum scribens dicebat : *Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiam* (1. *Tim.* 4. 14).

Plures prophetæ erant in Ecclesia Christi, quam in lege veteri. — Ac longe plures tunc erant prophetæ, quam in Veteri Testamento. Neque enim ad decem et viginti et quinquaginta et centum redactum erat prophetiæ donum ; sed hæc gratia ubertim effundebatur, et singulæ Ecclesiæ multos habebant qui prophetabant. Quod si Christus dicat, *Lex et prophetæ usque ad Joannem* (*Matth.* 11. 13), de illis dixit prophetis, qui ejus adventum prædixerunt. *Tertio doctores*. Nam qui prophetat, omnia a Spiritu loquitur : qui docet autem, aliquando ex propria mente disserit. Ideo dicebat : *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime autem qui laborant in verbo et doctrina* (1. *Tim.* 5. 17). Qui autem Spiritu omnia loquitur, non laborat ; ideoque post prophetam illum posuit ; quoniam illud quidem totum est donum, hoc autem etiam humanus labor. Etenim ex se quoque multa loquitur, quæ tamen cum divinis Scripturis consonant. *Deinde virtutes, deinde gratias curationum*. Viden' quomodo rursum distinguit curationes a virtute, quod etiam antea fecit ? virtus enim majus quidpiam est, quam curatio. Nam qui virtutem habet, et castigat et curat : qui vero gratiam curationum habet, morbos tantum curat. Et vide quam optimo usus sit ordine, cum prophetiam ante virtutes et curationes posuit. Superius enim ubi dicebat : *Alii quidem per Spiritum datus est sermo sapientiæ, et alii sermo scientiæ ;* non ordine poneus dicebat, sed indiscriminatim ; hic autem et præponit et subjicit. Cur ergo prophetiam præponit ? Quia etiam in Veteri Testamento talem ordinem illa habet. Cum enim Isaias Judæos alloqueretur, et virtutis Dei demonstrationem præberet, vilitatis dæmonum argumentum in medium adduxit : et hoc divinitatis ejus dixit esse indicium maximum, quod futura prædiceret. Christus vero qui tot miracula patrarat, non parvum hoc dicit esse divinitatis suæ signum ; et frequenter sic sermonem concludit : *Hæc autem dixi vobis, ut cum facta fuerint, credatis quia ego sum* (*Joan.* 13. 19). Sed prophetiæ jure postponuntur gratiæ curationum : cur vero etiam doctrinæ ? Quia non par res est, verbum prædicationis annuntiare et piam religionem seminare in auditorum animis, atque virtutes facere ; quoniam ipsæ propter illud fiunt.

2. Cum ergo quis et verbo et vitæ exemplo erudit, major est omnibus. Illos enim dicit doctores, qui etiam operibus docent et verbo erudiunt. Hoc igitur etiam apostolos esse fecit apostolos. Et illa quidem alii nonnulli non magni pretii initio habuerunt, ut ii qui dicebant, *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et virtutes multas fecimus ?* et postea audierunt, *Numquam novi vos ; discedite a me qui operamini iniquitatem* (*Matth.* 7. 22. 23) : doctrinæ autem verbum duplex illud, quod per opera et per verba exhibetur, malus homo numquam susceperit. Quod si prophetas præponat, ne mireris : non enim simpliciter prophetas dicit, sed eos qui per prophetiam et docuerunt et in communem utilitatem omnia dixerunt · quod in sequentibus manifestius nobis declarat : *Opitulationes, gubernationes*. Quid est, *Opitulationes ?* Ut infirmi protegantur. Hoccine quæso est charisma ? Sane quidem hoc ex Dei dono est protegere, et res dispensare spirituales : alioquin etiam multa a nobis præclare gesta charismata vocat, nolens ut concidamus, sed ostendens nos semper auxilio Dei indigere, et nos instituens ut grati animi simus, sicque alacriores reddens, illorumque sensus excitans. *Genera linguarum*. Vidistin' ubi hoc donum posuerit, et quomodo ubique ultimum illi tribuat ordinem ? Deinde, quia ex hoc catalogo multam ostendit differentiam, et illum excitavit morbum eorum qui minora habebant charismata ; demum cum vehementia magna illos aggreditur, dum iis multa præbet argumenta, quod non in multo minorem ordinem redacti sint. Quia enim verisimile erat illos hæc audientes dicere : Et cur non omnes apostoli facti sumus ? superius quidem magis consolatoria oratione usus est, multis ostendens sic necessario factum esse, etiam ab imagine corporis : *Corpus* enim, inquit, *non est unum membrum :* et rursum, *Si autem essent omnia unum membrum, ubi corpus ?* et quod utiliter data sint : *Unicuique* enim, inquit, *manifestatio Spiritus datur ad utilitatem ;* et ex eo quod omnes ex eodem Spiritu audiant, et quod charisma donum sit, sed non debitum : *Divisiones* enim, inquit, *gratiarum sunt, idem vero Spiritus ;* et quod manifestatio Spiritus per omnia fiat : *Unicuique* enim, inquit, *manifestatio datur per Spiritum ;* et ex eo quod prout videtur Spiritui et Deo hæc figurata sint : *Hæc* enim *omnia*, inquit, *operatur unus et idem Spiritus, dividens singulis prout vult ;* et, *Posuit Deus membra unumquodque eorum in corpore sicut voluit :* et quod necessaria sint etiam minora : *Quæ* enim *videntur*, inquit, *infirmiora esse, necessaria sunt ;* ex eo quod similiter necessaria sint, in eo quod corpus perinde construant atque ea quæ majora sunt : *Corpus enim*, inquit, *non est unum membrum, sed multa ;* ex eo quod majora minoribus opus habeant : *Non potest* enim, inquit, *caput dicere pedibus, Vestra opera non egeo ;* ex eo quod majori hæc fruantur honore : *Ei autem cui deest*, inquit, *abundantiorem dedit honorem ;* ex eo quod communem et parem curam habeant : *In id ipsum* enim *sunt inter se invicem sollicita omnia membra ;* et ex eo quod sit una gloria et unus dolor ipsorum omnium : *Sive patitur*, inquit, *unum membrum, compatiuntur omnia membra ; sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra*. Superius igitur per hæc consolatus est ; hic autem vehementer et increpantis more verbo utitur. Nam, ut dixi,

Digitized by Google

neque semper consolari, neque semper os obstruere oportet. Ideo et ipse, quia multis illos consolatus erat, vehementer deinceps illos insectatur, dicens: 29. *Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetæ? numquid omnes gratiam habent curationum?* Neque consistit in primo vel secundo charismate, sed pergit usque ad postrema; aut hoc dicens, Non possunt omnes esse omnia; quemadmodum illic dicit: *Si omnia essent unum membrum, ubi corpus?* vel aliud quidpiam hinc postea apparans ad consolationis verbum. Quale illud? Quod ostendat de minoribus perinde atque de majoribus contendi, eo quod neque hæc omnibus data fuerint. Quid enim, inquit, doles, quod non habeas gratiam curationum? cogita id quod tu habes, etiamsi sit minus, sæpe non habere eum qui majus quidpiam habet. Ideo ait: 30. *Numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?* Quemadmodum enim magna non omnibus dedit Deus, sed aliis hoc, aliis illud: sic et in minoribus fecit, quæ nec omnibus proposuit. Illud autem fecit, multam inde concordiam et caritatem ædificans, ut unusquisque proximo opus habens, cum fratre congregetur. Hoc in artibus quoque dispensavit, hoc in elementis, hoc in plantis et in membris nostris et in omnibus.

3. Deinde opportunissimam adjicit consolationem, quæ possit recreare ac sedare dolentem animam. Quænam illa est? 31. *Æmulamini*, inquit, *charismata meliora. Et adhuc excellentiorem vobis viam demonstro.* Hoc autem dicens subindicavit illos in causa fuisse quod minora acceperint, et penes illos esse, si velint, majora accipere. Cum enim dicit, *Æmulamini*, ab illis studium exigit et desiderium circa res spirituales. Neque dixit, Majora, sed, *Meliora;* id est, utiliora, quæ conferant. Hoc autem vult significare: Manete charismata desiderantes, et ostendo vobis charismatum viam. Non enim dixit, Charisma, sed, *Viam*, ut magis extollat id quod est dicturus. Neque enim unum vel duo vel tria charismata ostendo vobis, sed viam unam ad hæc omnia ducentem; nec modo viam, sed etiam cum hyperbole, et omnibus una propositam. Non sicut charismata his hæc, aliis illa, sed non omnia omnibus dantur; ita et hoc; sed universale donum est. Ideoque omnes ad hoc vocat: nam ait, *Æmulamini charismata meliora: et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro;* caritatem dicens erga proximum. Deinde sermonem de illa aggressurus et encomium hujus præclare facti, primum facta cum illa comparatione, hæc de medio tollit, ostendens ea nihil esse sine illa, admodumque prudenter. Nam si statim de caritate disseruisset, et postquam dixerat, *Viam vobis demonstro*, subjunxisset, Hæc autem est caritas, et non per comparationem orationem produxisset; dictum quidam subsannassent, rei vim non clare scientes, sed adhuc ad hæc inhiantes. Quapropter non statim illam revelat; sed cum primo auditoris animum per promissionem extulisset, ac dixisset, *Excellentiorem viam vobis demonstro*, et in desiderium induxisset; neque sic statim in illam ingreditur, sed augens adhuc desiderium illud, de his ipsis prius disserit, et ostendit, si illa non sit, ea nihil esse; in maximam illos necessitatem inducens se mutuo diligendi, quoniam ex eo quod illa neglecta fuisset, causa hinc omnium malorum erat. Quamobrem vel inde merito magna illa appareat; si quidem charismata non modo illos non conciliarunt et congregarunt, sed etiam conjunctos separarunt: hæc vero illos, qui per charismata disjuncti fuerant, per seipsam conciliatura et unum corpus effectura est. Sed non statim hoc dicit, verum quod maxime illi desiderabant, hoc ponit; nempe quod res ipsa charisma sit, et ad charismata omnia via excellens. Quapropter etiamsi non eo quod debeas, velis fratrem diligere, ex eo quod majus accipias signum et copiosum charisma, caritatem suscipe. Et vide undenam incipiat: primum ab eo quod mirabile videbatur et magnum apud illos esse, a linguis nempe: et charisma in medium adducens, non tantum illud posuit quantum ipsi habebant, sed longe majus. Neque enim dixit, Si linguis loquar, sed, (*Cap.* 13) 1. *Si linguis hominum loquar.* Quid significat illud, *Hominum?* Omnium per orbem gentium. Neque tamen hac hyperbole contentus fuit, sed aliam longe majorem ponit, subjungens ac dicens, *Et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum æs sonans aut cymbalum tinniens.* Viden' quonam usque elatum charisma, quonam usque demiserit ipsum et projecerit? Neque enim solum dixit, Nihil sum, sed *Factus sum æs sonans*, insensibile quid et inanimatum. Quomodo autem æs sonans? Vocem quidem emittens, sed frustra et temere, ad nullum usum. Præterquam enim quod nihil perficio, molestiam creare videor et molestus esse multis. Viden' quomodo is qui caritatis expers est, inanimatis et insensilibus sit similis? Linguam autem angelorum hic dicit, non corpus angelis tribuens, sed hoc vult significare: Etiamsi ita loquar, ut angeli solent inter se colloqui, sine caritate nihil sum; imo onerosus et molestus. Sic enim alibi quoque cum dicit: *Ipsi flectetur omne genu cœlestium, terrestrium et infernorum* (*Philipp.* 2. 10); non genua et ossa angelis attribuens hæc dicit; absit; sed et intensam et grandem adorationem per illum quo apud nos fit modum subindicare vult. Sic et hoc loco linguam vocavit, non carnis organum significans, sed illorum mutuum colloquium noto apud nos modo adumbrare voluit. Deinde ut acceptior fiat oratio, non ad linguas usque consistit, sed ad reliqua pergit charismata, omniaque, si illa absit, dejiciens, tunc ejus depingit imaginem: et quoniam amplificare vult orationem, a minoribus incipiens, ad majora ascendit. Quod enim, quando eorum indicavit ordinem, postremum posuit, nempe donum linguarum, hoc nunc primum numerat, paulatim, ut dixi, ad majora ascendens. Nam cum de linguis dixisset, ad prophetiam mox transit, et ait: 2. *Et si habuero prophetiam;* et hanc rursum cum hyperbole. Sicut enim ibi linguas non posuit, sed hominum omnium linguas, et progressus etiam angelorum, et tunc ostendit hoc charisma nihil esse sine

Digitized by Google

μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. Ἀνωτέρω μὲν οὖν παρεκάλεσε διὰ τούτων· ἐνταῦθα δὲ καταφορικῶς καὶ ἐπιτιμητικῶς κέχρηται τῷ λόγῳ λοιπόν. Ὅπερ γὰρ ἔφην, οὔτε ἀεὶ παρακαλεῖν, οὔτε ἐπιστομίζειν ἀεὶ χρή. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ διὰ πολλῶν αὐτοὺς παρεκάλεσε, σφοδρῶς λοιπὸν ἐπιτίθεται, λέγων· *Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων;* Καὶ οὐχ ἵσταται μέχρι τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου χαρίσματος, ἀλλὰ μέχρις ἐσχάτων πρόεισιν· ἢ τοῦτο λέγων, ὅτι Οὐ δυνατὸν πάντας εἶναι πάντα· ὥσπερ ἐκεῖ φησιν, *Εἰ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα;* ἢ καὶ ἕτερόν τι μετὰ τούτων κατασκευάζων εἰς παραμυθίας λόγον πάλιν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Τὸ δεῖξαι καὶ τὰ ἐλάττονα ὁμοίως τοῖς μείζοσι περιμάχητα ἐκ τοῦ μηδὲ ταῦτα ἁπλῶς πᾶσι δεδόσθαι. Τί γὰρ, φησὶν, ἀλγεῖς, ὅτι οὐκ ἔχεις χαρίσματα ἰαμάτων; ἐννόησον ὅτι ὅπερ ἔχεις σὺ, κἂν ἔλαττον ᾖ, πολλάκις ὁ τὸ μεῖζον ἔχων, οὐκ ἔχει. Διὰ τοῦτό φησι· *Μὴ πάντες γλώσσαις λαλοῦσι; μὴ πάντες διερμηνεύουσιν;* Ὥσπερ γὰρ τὰ μεγάλα οὐ πᾶσιν ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς πάντα, ἀλλὰ τοῖς μὲν τοῦτο, τοῖς δὲ ἐκεῖνο· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων ἐποίησεν, οὐδὲ ταῦτα πᾶσι προθείς. Ἐποίησε δὲ τοῦτο, πολλὴν ἐκ τούτου τὴν συμφωνίαν καὶ τὴν ἀγάπην οἰκοδομῶν, ἵνα ἕκαστος τοῦ πλησίον δεόμενος συνάγηται πρὸς τὸν ἀδελφόν. Τοῦτο καὶ ἐν ταῖς τέχναις ᾠκονόμησε, τοῦτο καὶ ἐν τοῖς στοιχείοις, τοῦτο καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς καὶ ἐν τοῖς μέλεσι τοῖς ἡμετέροις καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς.

γ'. Εἶτα ἐπάγει λοιπὸν τὴν κυριωτάτην παραμυθίαν, καὶ ἱκανὴν αὐτοὺς ἀνακτήσασθαι καὶ ἀναπαῦσαι τὴν ὀδυνωμένην ψυχήν. Τίς δὲ αὕτη ἐστί; *Ζηλοῦτε,* φησὶ, *τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν δείκνυμι ὑμῖν.* Τοῦτο δὲ εἰπὼν ἠρέμα ἠνίξατο αἰτίους ὄντας τοῦ τὰ ἐλάττονα λαμβάνειν, καὶ κυρίους, εἰ βούλοιντο, τοῦ τὰ μείζονα λαβεῖν. Ὅταν γὰρ εἴπῃ, [289] *Ζηλοῦτε,* τὴν παρ' ἐκείνων σπουδὴν ἀπαιτεῖ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν περὶ τὰ πνευματικά. Καὶ οὐκ εἶπε, Τὰ μείζονα, ἀλλὰ, *Τὰ κρείττονα,* τουτέστι, τὰ χρησιμώτερα, τὰ συμφέροντα. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Μένετε ἐπιθυμοῦντες χαρισμάτων, καὶ δείκνυμι ὁδὸν χαρισμάτων* ὑμῖν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Χάρισμα, ἀλλ' *Ὁδὸν,* ἵνα μειζόνως ἐπάρῃ τοῦτο, ὃ μέλλει λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἓν καὶ δύο καὶ τρία χαρίσματα δείκνυμι ὑμῖν, ἀλλ' ὁδὸν μίαν τὴν ἐπὶ πάντα ταῦτα φέρουσαν· καὶ οὐχ ἁπλῶς ὁδὸν, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ κοινῇ πᾶσι προκειμένην. Οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ χαρίσματα τοῖς μὲν ταῦτα, τοῖς δὲ ἐκεῖνα, ἀλλ' οὐ πᾶσι πάντα δέδοται, οὕτω καὶ τοῦτο· ἀλλὰ καθολικὸν δῶρόν ἐστι. Διὸ καὶ πάντας εἰς τοῦτο καλεῖ· *Ζηλοῦτε* γὰρ, φησὶ, *τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα· καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν δείκνυμι ὑμῖν·* τὴν ἀγάπην λέγων τὴν πρὸς τὸν πλησίον. Εἶτα μέλλων ἐμβαίνειν εἰς τὸν περὶ αὐτῆς λόγον καὶ τὸ ἐγκώμιον τοῦ κατορθώματος τούτου, πρῶτον καθαιρεῖ ταῦτα τῇ πρὸς ἐκείνην συγκρίσει, οὐδὲν ὄντα δεικνὺς ταύτης χωρὶς, σφόδρα συνετῶς. Εἰ γὰρ εὐθέως περὶ ἀγάπης διελέχθη, καὶ εἰπὼν, *Ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι,* ἐπῆγαγεν, Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ μὴ κατὰ σύγκρισιν τὸν λόγον προήγαγε· κἂν ἐμυκτήρισάν τινες τὸ λεχθὲν, οὐκ εἰδότες σαφῶς τοῦ πράγματος τὴν ἰσχὺν, ἀλλ' ἔτι πρὸς ταῦτα κεχηνότες. Διόπερ οὐκ εὐθέως αὐτὴν ἀνακαλύπτει, ἀλλὰ πρῶτον τῇ ἐπαγγελίᾳ τὸν ἀκροατὴν ἐπάρας, καὶ εἰπὼν, *Καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν δείκνυμι ὑμῖν,* καὶ εἰς ἐπιθυμίαν αὐτὸν ἀγαγὼν, οὐδὲ οὕτως εὐθέως εἰς αὐτὴν ἐμβαίνει, ἀλλ' αὖξων ἔτι καὶ ἐπιτείνων αὐτῶν τὴν ἐπιθυμίαν, περὶ τούτων αὐτῶν διαλέγεται πρῶτον, καὶ δείκνυσιν ἐκείνης οὐκ οὔσης, οὐδὲν ὄντα, εἰς μεγίστην αὐτοὺς ἀνάγκην τοῦ φιλεῖν ἀλλήλους καθιστάς· ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ ταύτην ἠμελῆσθαι ἡ αἰτία τῶν κακῶν ἁπάντων ἦν. Ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο εἰκότως ἂν μεγάλη φανείη, εἴ γε τὰ μὲν χαρίσματα οὐ μόνον αὐτοὺς οὐ συνήγαγεν, ἀλλὰ καὶ ἠνωμένους διέστησεν· αὕτη δὲ τοὺς δι' ἐκείνων διαστάντας δι' ἑαυτῆς μέλλοι συνάγειν καὶ ποιεῖν σῶμα ἕν. Ἀλλ' οὐ λέγει τοῦτο εὐθέως, ἀλλ' ὃ μάλιστα ἐπόθουν, τοῦτο τίθησιν· οἷον ὅτι χάρισμα τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ τῶν χαρισμάτων ἁπάντων ὁδὸς μεθ' ὑπερβολῆς. Ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὸ ὀφείλειν βούλει τὸν ἀδελφὸν ἀγαπᾷν, διὰ τὸ κρεῖττονος ἐπιλαμβάνεσθαι σημείου καὶ χαρίσματος δαψιλοῦς κατάδεξαι τὴν ἀγάπην. Καὶ ὅρα πόθεν ἄρχεται· πρῶτον ἀπὸ τοῦ θαυμαστοῦ δοκοῦντος εἶναι παρ' αὐτοῖς καὶ μεγάλου, τῶν γλωσσῶν· καὶ ἀγαγὼν εἰς μέσον τὸ χάρισμα, οὐ τοσοῦτον τίθησιν, ὅσον εἶχον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐὰν γλώσσαις λαλῶ, ἀλλ' *Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ.* Τί ἐστι, *Τῶν ἀνθρώπων;* Πάντων τῶν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν. Καὶ οὐδὲ ταύτῃ ἠρκέσθη τῇ ὑπερβολῇ, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν πολλῷ μείζονα τίθησιν, ἐπάγων καὶ λέγων, *Καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ* [290] *ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.* Εἶδες ποῦ τὸ χάρισμα ἐπάρας, ποῦ καθεῖλεν αὐτὸ καὶ κατέῤῥιψεν; Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι Οὐδέν εἰμι, ἀλλ' ὅτι *Γέγονα χαλκὸς ἠχῶν,* ἀναίσθητόν τι καὶ ἄψυχον. Πῶς δὲ χαλκὸς ἠχῶν; Φωνὴν μὲν ἀφιείς, εἰκὴ δὲ καὶ μάτην, καὶ εἰς οὐδὲν δέον. Πρὸς γὰρ τῷ μηδὲν ἀνύειν καὶ παρενοχλεῖν δοκῶ καὶ φορτικός τις εἶναι καὶ ἐπαχθὴς τοῖς πολλοῖς· ὁρᾷς πῶς ὁ ἀγάπης ἀπεστερημένος τοῖς ἀψύχοις προσέοικε καὶ ἀναισθήτοις; Γλῶτταν δὲ ἀγγέλων ἐνταῦθά φησιν, οὐχὶ σῶμα περιτιθεὶς ἀγγέλοις, ἀλλ' ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Κἂν οὕτω φθέγγωμαι, ὡς ἀγγέλοις νόμος πρὸς ἀλλήλους διαλέγεσθαι, ταύτης ἄνευ οὐδέν εἰμι, ἀλλὰ καὶ ἐπαχθὴς καὶ φορτικός. Οὕτω γοῦν καὶ ἀλλαχοῦ ὅταν λέγῃ, ὅτι *Αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων,* οὐ γόνατα καὶ ὀστᾶ περιτιθεὶς τοῖς ἀγγέλοις ταῦτα λέγει, ἄπαγε, ἀλλὰ τὴν ἐπιτεταμένην προσκύνησιν διὰ τοῦ παρ' ἡμῖν σχήματος αἰνίξασθαι βούλεται. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα γλῶσσαν ἐκάλεσεν, οὐ σαρκὸς ὄργανον δηλῶν, ἀλλὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ὁμιλίαν τῷ γνωρίμῳ παρ' ἡμῖν τρόπῳ αἰνίξασθαι βουλόμενος. Εἶτα ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὸν λόγον, οὐ μέχρι τῶν γλωσσῶν ἵσταται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ πρόεισι χαρίσματα, καὶ πάντα τῇ αὐτῆς ἀπουσίᾳ καθελὼν, τότε αὐτῆς ὑπογράφει τὴν εἰκόνα· καὶ ἐπειδὴ αὔξησιν ποιῆσαι προῄρηται τοῦ λόγου, ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἀρχόμενος ἄνεισιν ἐπὶ τὰ μείζω. Ὅπερ γὰρ, ἡνίκα τὴν τάξιν αὐτῶν ἐνέφηνεν, ὕστερον τέθεικε τὸ τῶν γλωσσῶν, τοῦτο πρῶτον ἀριθμεῖ νῦν κατὰ μικρὸν, ὅπερ ἔφην, ἐπὶ τὰ μείζονα ἀναβαίνων. Εἰπὼν γὰρ περὶ τῶν γλωσσῶν, ἐπὶ τὴν προφητείαν εὐθέως ἐκβαίνει, καί φησι· *Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν·* καὶ ταύτην πάλιν μεθ' ὑπερβολῆς. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ οὐ γλώσσας ἔθηκεν, ἀλλὰ τὰς πάντων τῶν ἀνθρώπων γλώσσας, καὶ προῖὼν τὰς τῶν ἀγγέλων, καὶ τότε ἔδειξεν οὐδὲν ὂν τὸ χάρισμα ἀγάπης

* Vetus interpres, qui vertit, *fontem donorum*, legit πηγὴν χαρισμάτων.

Digitized by Google

χωρὶς· οὕτω καὶ ἐνταῦθα οὐ τὴν προφητείαν τίθησι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑψηλοτάτην προφητείαν. Εἰπὼν γὰρ, *Ἐὰν ἔχω προφητείαν*, ἐπήγαγε· *Καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν*· μετ' ἐπιτάσεως τιθεὶς καὶ τοῦτο τὸ χάρισμα.

δ'. Εἶτα μετὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ χαρίσματα προβαίνει. Καὶ ἵνα μὴ τὸ καθ' ἕκαστον αὐτῶν λέγων δοκῇ πάλιν ἐνοχλεῖν, τὴν μητέρα καὶ πηγὴν ἁπάντων τίθησι, καὶ αὐτὴν πάλιν μεθ' ὑπερβολῆς, οὕτω λέγων· *Καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν*. Καὶ οὐδὲ ἠρκέσθη τούτῳ, ἀλλὰ καὶ, ὅπερ ὡς μέγιστον εἶπεν ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦτο προσέθηκεν εἰπών· *Ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι*. Καὶ σκόπει πῶς πάλιν κάνταῦθα καθαιρεῖ τῶν γλωσσῶν τὸ ἄξίωμα. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς προφητείας δείκνυσι πολὺ τὸ κέρδος τὸ ἀπ' αὐτῆς, τὸ εἰδέναι τὰ μυστήρια καὶ τὴν γνῶσιν ἔχειν ἅπασαν, καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως ἔργον οὐ μικρὸν, τὸ τὰ ὄρη μεθιστάνειν· ἐπὶ δὲ τῶν γλωσσῶν αὐτὸ μόνον εἰπὼν [291] τὸ χάρισμα, ἀνεχώρησε. Σὺ δέ μοι κἀκεῖνο σκόπει, πῶς ἐν βραχεῖ πάντα περιέλαβε τὰ χαρίσματα, προφητείαν εἰπὼν καὶ πίστιν· ἡ γὰρ ἐν λόγοις, ἡ ἐν ἔργοις ἐστὶ τὰ θαύματα. Καὶ πῶς ὁ Χριστός φησιν, Ἐλάχιστον μέρος τῆς πίστεως εἶναι τὸ δύνασθαι ὄρος μεταστῆσαι (ὡς γὰρ ἐλάχιστον λέγων, οὕτως ἔθηκεν εἰπὼν, *Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι, καὶ μεταβήσεται*)· ὁ δὲ Παῦλος πᾶσαν τὴν πίστιν ταύτην εἶναί φησι; Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ἐπειδὴ μέγα ἦν τοῦτο, τὸ ὄρος μεταστῆσαι, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοῦ ἐμνημόνευσεν, οὐχ ὡς τοῦτο μόνης δυναμένης πάσης τῆς πίστεως, ἀλλὰ ἐπειδὴ τοῦτο μέγα εἶναι ἐδόκει τοῖς παχυτέροις διὰ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, κἀντεῦθεν ἐπαίρει τὸ προκείμενον. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· *Ἐὰν ἔχω πᾶσαν* τὴν πίστιν, καὶ ἐὰν δύνωμαι ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι· *Καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι*. Βαβαὶ τῆς ὑπερβολῆς! καὶ γὰρ καὶ ταῦτα μετὰ προσθήκης ἑτέρας τίθησιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐὰν δῶ τοῖς πένησι τὴν ἡμίσειαν μοῖραν τῶν ὄντων, ἢ τὰς δύο ἢ τὰς τρεῖς μοίρας, ἀλλ' *Ἐὰν πάντα μου τὰ ὑπάρχοντά*. Καὶ οὐκ εἶπε, Δῶ, ἀλλὰ, Ψωμίσω, ὡς προσκεῖσθαι τῇ δαπάνῃ καὶ τὴν διακονίαν τὴν μετ' ἐπιμελείας ἀπάσης. *Καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι*. Οὐκ εἶπεν, Ἐὰν ἀποθάνω, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μεθ' ὑπερβολῆς· τὸν γὰρ πάντων χαλεπώτερον θάνατον θεὶς, τὸ ζῶντα κατακαῆναι· καὶ τοῦτον χωρὶς ἀγάπης οὐδὲν μέγα ἔφησεν εἶναι. Ἐπήγαγε γοῦν, *Οὐδὲν ὠφελοῦμαι*. Ἀλλ' οὐδέπω τὴν πᾶσαν ὑπερβολὴν ἔδειξα, ἕως ἂν τοῦ Χριστοῦ τὰς μαρτυρίας τὰς περὶ ἐλεημοσύνης καὶ θανάτου εἰρημένας εἰς μέσον ἀγάγω. Τίνες οὖν εἰσιν αἱ μαρτυρίαι; Τῷ πλουσίῳ φησὶν, *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι*· καὶ περὶ ἀγάπης δὲ διαλεγόμενος τῆς εἰς τὸν πλησίον φησὶ, *Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ*. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτο πάντων μέγιστόν ἐστιν. Ἀλλ' ἐγὼ λέγω, φησὶν ὁ Παῦλος, κἂν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ θῶμεν αὐτὴν, καὶ μηδὲ ἁπλῶς θῶμεν, ἀλλ' ὥστε καὶ ἐμπρησθῆναι (τοῦτο γάρ ἐστιν, *Ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι*), οὐ μέγα ἔσται κέρδος ἡμῖν τὸν πλησίον οὐκ ἀγαπῶσι.

Τὸ μὲν οὖν λέγειν τὰ χαρίσματα *οὐδὲν μέγα ὠφελεῖν* ἀγάπης ἀπούσης, θαυμαστὸν οὐδέν· ἐπεὶ καὶ τοῦ βίου δεύτερά ἐστι τὰ χαρίσματα. Πολλοὶ γοῦν χαρίσματα ἐπιδειξάμενοι, ἐπειδὴ φαῦλοι γεγόνασιν, ἐκλάσθησαν, ὡς ἐκεῖνοι οἱ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προφητεύσαντες καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐκβαλόντες καὶ δυνάμεις πολλὰς ποιήσαντες, ὡς Ἰούδας ὁ προδότης· ἕτεροι δὲ βίον παρασχόμενοι πιστοὶ καθαρὸν, οὐδενὸς ἐδεήθησαν ἑτέρου πρὸς τὸ σωθῆναι. Τὸ μὲν οὖν τὰ χαρίσματα, ὅπερ ἔφην, δεῖσθαι ταύτης, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ καὶ βίον ἠκριβωμένον [292] μηδὲν ἰσχύειν ταύτης ἄνευ, τοῦτό ἐστι τὸ τὴν ὑπερβολὴν ἐμφαίνον καὶ πολλὴν ποιοῦν τὴν ἀπορίαν, καὶ μάλιστα ὅταν ὁ Χριστὸς ἀμφοτέροις τούτοις τὰ μεγάλα φαίνηται ψηφιζόμενος, τῇ τε ἀκτημοσύνῃ, λέγω, καὶ τοῖς τοῦ μαρτυρίου κινδύνοις. Καὶ γὰρ τῷ πλουσίῳ φησὶν, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι*· καὶ τοῖς μαθηταῖς περὶ μαρτυρίου διαλεγόμενος ἔλεγεν, *Ὃς ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν*· καὶ, *Ὃς ἐὰν ὁμολογήσῃ με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Καὶ γὰρ πολὺς ὁ τοῦ κατορθώματος τούτου πόνος καὶ αὐτὴν σχεδὸν ὑπερβαίνων τὴν φύσιν· καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ καταξιωθέντες τῶν στεφάνων τούτων καλῶς· λόγος γὰρ οὐδεὶς αὐτὸ παραστῆσαι δυνήσεται· οὕτω γενναίας τὸ πρᾶγμά ἐστι ψυχῆς, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς θαυμαστόν.

ε'. Ἀλλ' ὅμως τὸ θαυμαστὸν τοῦτο οὐδὲν μέγα ἔφησεν ὠφελεῖν ἀγάπης χωρὶς ὁ Παῦλος, κἂν τὴν ἀκτημοσύνην συνεζευγμένην ἔχῃ. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εἴρηκε; Τοῦτο ἤδη δεῖξαι πειράσομαι, πρότερον ἐκεῖνο ζητήσας, πῶς ὁ τὰ ὑπάρχοντα ψωμίζων πάντα δύναται μὴ ἔχειν ἀγάπην. Τὸν μὲν γὰρ ἕτοιμον ὄντα καῆναι καὶ τὰ χαρίσματα ἔχοντα ἐγχωρεῖ ἴσως καὶ μὴ ἀγαπᾶσαι· ὁ δὲ μὴ μόνον δοὺς τὰ ὑπάρχοντα, ἀλλὰ καὶ ψωμίζων, πῶς οὐκ ἀγαπᾷ; Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ἢ ὅτι τὸ οὐκ ὂν ὡς ὂν ὑπέθετο, ὅπερ ἀεὶ φιλεῖ ποιεῖν, ὅταν ὑπερβολὴν παραστῆσαι βουληθῇ· ὡς ὅταν Γαλάταις γράφων λέγῃ· *Ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω*. Καίτοι οὔτε αὐτὸς, οὔτε ἄγγελος ἔρελλε τοῦτο ποιεῖν· ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μηδ' ὅλως ἐσόμενον τέθεικε. Καὶ πάλιν ὅταν Ῥωμαίοις ἐπιστέλλῃ καὶ λέγῃ, *Οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις δυνήσονται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ*· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἔμελλον ποιεῖν ἄγγελοι, ἀλλὰ κἀνταῦθα τὸ μὴ ὂν ὑποτίθεται, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἑξῆς λέγων· *Οὔτε κτίσις ἑτέρα*. Καίτοιγε ἑτέρα οὐκ ἔστι κτίσις· πᾶσαν γὰρ αὐτὴν περιέλαβε, καὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω πάντα εἰπών· ἀλλ' ὅμως κἀνταῦθα τὸ μὴ ὂν καθ' ὑπόθεσιν τίθησιν, ὥστε δεῖξαι τὸν μεθ' ὑπερβολῆς αὐτοῦ πόθον· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ λέγων, ὅτι *Κἂν πάντα τις δῷ, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχῃ, οὐδὲν ὠφελεῖται*. Ἢ τοῦτο οὖν ἐστιν εἰπεῖν, ἢ ὅτι βούλεται τοὺς παρέχοντας καὶ συγκεκολλῆσθαι τοῖς λαμβάνουσι, καὶ μὴ ἁπλῶς διδόναι ἀσυμπαθῶς, ἀλλ' ἐλεοῦντας καὶ κατακαμπτομένους, ἐπικλωμένους καὶ συναλγοῦντας τοῖς δεομένοις. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἐλεημοσύνη παρὰ τοῦ Θεοῦ νενομοθέτηται. Καὶ γὰρ ἠδύνατο τοὺς πένητας διατρέφειν ὁ Θεὸς καὶ χωρὶς τούτου, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγάπην συνδήσῃ·

Digitized by Google

caritate : sic et hoc loco non prophetiam ponit tantum, sed summam etiam prophetiam. Cum dixisset enim, *Si habuero prophetiam*, subjunxit : *Et noverim mysteria omnia et omnem scientiam ;* cum emphasi et intentione hoc etiam charisma ponens.

4. Deinde ad reliqua charismata progreditur. Et ne singula enumerans videatur rursum molestus esse, matrem et fontem omnium ponit, et ipsam rursus cum hyperbole, sic dicens : *Et si habuero omnem fidem.* Neque satis habuit hoc dixisse, sed etiam illud, quod ut maximum Christus dixit, id etiam adjecit : *Ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum.* Perpende autem quomodo hic rursus linguarum dignitatem dejiciat. Prophetiæ namque multum ostendit lucrum, quod sciat mysteria et omnem habeat scientiam ; fidei autem opus non parvum, quod montes transferat : de linguis vero ipsum solum charisma indicans, recedit. Tu mihi illud quoque considera, quomodo paucis omnia complexus sit charismata, prophetiam dicens et fidem : aut enim in verbis aut in operibus signa sunt. Sed quomodo Christus dixit, minimam esse fidei partem, posse montem transferre ? nam ut minimum significans, ita posuit dicens : *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Transi, et transibit* (*Matth.* 17. 19) : Paulus vero dicit hanc omnem fidem esse ? Quid ergo dicendum ? Quoniam magnum illud erat, montem transferre, ideo illud memoravit ; non quasi hoc sola posset tota fides, sed quia hoc magnum crassioribus videbatur esse ob molem corporis, hinc quoque rem propositam amplificat. Hoc autem vult significare : Si habuero omnem fidem, et si possim montes transferre, caritatem autem non habuero, nihil sum. 3. *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Papæ, quanta hyperbole ! Etenim hæc ponit cum alio additamento. Non enim dixit : Si dedero pauperibus dimidiam facultatum mearum partem, aut duas vel tres partes ; sed, *Si omnes facultates meas.* Neque dixit, Dedero, sed, *Distribuero in cibos ;* ita ut cum impensa etiam ministerium et operam adjiciat, cum accuratione omni. *Et si dedero corpus meum, ita ut ardeam.* Non dixit, Si moriar ; sed hoc etiam cum hyperbole : omnium enim gravissima morte posita, nempe vivum comburi, eam etiam sine caritate nihil magnum esse dixit. Subjunxit itaque, *Nihil mihi prodest.* Sed nondum totam hyperbolen ostendi, donec Christi testimonia circa eleemosynam et mortem in medium adduxero. Quænam ergo sunt testimonia ? Diviti dixit, *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me* (*Matth.* 19. 21) ; et de caritate erga proximum disserens ait : *Majorem hac caritatem nemo habet, ut quis ponat animam suam pro amicis suis* (*Joan.* 15. 13). Unde palam est etiam apud Deum hoc omnium maximum esse. At ego dico, inquit Paulus, etiamsi pro Deo ponamus illam, neque solum ponamus, sed ita ut comburamur (hoc enim sibi vult, illud, *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam*), non magnum erit lucrum nobis, si proximum non diligamus.

Charismata seu dona nihil prosunt sine bona vita. — Itaque dicere charismata non multum prodesse, caritate absente, nihil mirum : nam in vita quoque inferiora sunt charismata. Multi namque qui charismata exhibuere, quia improbi fuerunt, pœnas dederunt : ut illi qui in nomine ejus prophetaverant, dæmonia multa ejecerant, et virtutes multas fecerant ; ut Judas proditor : alii autem fideles, qui vitam duxerant puram, nullo alio opus habuere ad salutem obtinendam. Quod ergo charismata, ut dixi, illa egeant, nihil mirum : quod autem vita accurata et pura nihil possit sine illa, hoc certe magnam effert hyperbolen, et multam parit difficultatem ; cum maxime Christus his ambobus magna decernere videatur ; nempe facultatum abdicationi, et periculis martyrii. Nam diviti ait, ut jam dixi : *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me ;* et discipulis de martyrio disserens dicebat : *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam ;* et, *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis* (*Matth.* 16. 25. *et* 10. 32). Nam hujus præclaræ gestæ rei labor magnus est, et ipsam fere superat naturam : et hoc probe sciunt ii, qui hisce coronis digni fuere : nullus enim sermo id exprimere possit ; ita generosæ nempe animæ facinus est, et supra modum admirandum.

5. Attamen illud admirandum non multum prodesse sine caritate dicit Paulus, etiamsi depositas facultates simul junctas habeat. Cur ergo sic loquutus est ? Hoc jam ostendere conabor, cum primo illud quæsierim, quomodo is qui facultates omnes in cibos distribuit, possit esse sine caritate. Ille enim, qui paratus est ad corporis combustionem, licet charismata habeat, fieri fortasse potest ut non diligat : sed ille qui non modo facultates dat, sed etiam in cibos distribuit, quomodo non diligit ? Quid ergo dicendum ? Vel quod id quod non erat, ac si esset, supposuerit, quod semper facere solet, cum hyperbolem quamdam vult proferre ; ut cum Galatis scribens dixit : *Si nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam id quod accepistis, anathema sit* (*Gal.* 1. 8). Atqui neque ipse, neque angelus id facturus erat ; sed ut ostenderet rei excellentiam, id quod numquam futurum erat posuit. Et rursum cum Romanis scribit et dicit, *Neque angeli, neque principatus, neque virtutes poterunt nos separare a caritate Dei* (*Rom.* 8. 39) : neque enim id facturi erant angeli ; sed hic etiam id supponit, quod non exsistit ; sicut etiam id quod sequitur, *Neque creatura alia.* Neque alia creatura : omnia enim ipse comprehendit, quæ supra et quæ infra sunt, cum omnia dicit ; sed hic etiam id quod non est exsistere supponit, ut ostendat cum hyperbole desiderium suum : id quod etiam hic facit dicens, *Si omnia quis dederit, caritatem autem non habuerit, nihil ipsi prodest.* Aut hoc igitur est dicendum, aut quod velit eos qui ero-

Digitized by Google

gant conjunctos et conglutinatos esse accipientibus, nec simpliciter dare sine ulla commiseratione, sed miserentes, inflexos, fractos, et cum egenis dolentes. Ideo namque eleemosyna a Deo lege constituta est. Nam poterat Deus sine ullo alio pauperes alere; sed ut nos in caritate conjungeret, et ut erga alios invicem incenderemur, ipsos jussit a nobis ali. Ideo alibi quoque dicit : *Sermo bonus melior, quam donum* : et, *Ecce sermo supra donum bonus* (*Eccli.* 18. 16. 17). Ipseque ait, *Misericordiam volo, et non sacrificium* (*Matth.* 9. 18). Quia enim mos est, illos amare qui beneficio afficiuntur, et eos qui bono afficiuntur erga beneficos bene affectos esse, vinculum amicitiæ faciens, hoc lege præcepit. Sed quod quæritur est, quomodo, Christo hæc ambo perfectionis esse declarante, hic illa sine caritate imperfecta esse dicat. Non ipsi contradicens, absit; sed admodum cum illo consonans. Nam diviti non modo dixit, *Vende omnia quæ habes et da pauperibus;* sed subjunxit, *Et veni sequere me.* Ex iis vero qui sequuntur illum, nihil ita discipulum Christi comprobat, ut amor proximi. *In hoc* enim *cognoscent omnes*, inquit, *quod discipuli mei estis, si diligatis invicem* (*Joan.* 13. 35). Et cum dicit, *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam;* et, *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in cœlis est* (*Matth.* 10. 39 *et* 32); non hoc dicit, quod hæc non fiant propter caritatem, sed mercedem his laboribus repositam indicat. Nam quod cum martyrio hoc quoque requirat, alibi hoc valde subindicavit, sic dicens : *Calicem quidem meum bibetis, et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini* (*Matth.* 20. 23); id est, martyrium sustinebitis, pro me occidemini; *sedere autem ad dexteram vel sinistram meum;* non quod quidam sedeant ad dexteram vel ad sinistram ejus, sed supremam sedem et honorem dicens; *non est meum dare*, inquit, *sed quibus paratum est.* Deinde ostendens quibus paratum sit, ipsis advocatis, dicit : *Qui voluerit in vobis esse primus, sit omnium vestrum minister* (*Ibid. v.* 26), humilitatem significans et caritatem. Caritatem vero summam requirit. Ideo neque ibi substitit, sed subjunxit : *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis* (*Ibid. v.* 28); ostendens sic amare oportere, ut etiam mors ferenda sit pro dilectis : hoc enim maxime est ipsum diligere. Ideo etiam Petro dicit : *Si amas me, pasce oves meas* (*Joan.* 13. 19). Et ut discatis quantum sit illud et quam præclare gestum, ipsam caritatem verbo describamus, quandoquidem ipsa re nusquam illam conspicimus; et cogitemus, quod si illa ubique abundanter esset, quanta hinc bona orirentur. Neque enim legibus neque judiciis opus esset, neque suppliciis, neque ullo alio hujusmodi. Nam si omnes diligerent et diligerentur, nemo cuiquam fecisset injuriam; sed cædes, pugnæ, bella, seditiones, rapinæ, avaritia, omniaque mala, procul abscessissent, et ad nomen usque ignoratum vitium fuisset. Signa autem hoc non effecerint, sed ad vanam gloriam et arrogantiam extollunt eos qui non attendunt.

6. *Caritas ab omni pernicie libera.* — Quodque mirum in caritate, cætera quidem bona habent adjuncta mala; verbi gratia, qui facultates non habet, ea de causa sæpe inflatur; qui dicendi peritus est, gloriæ cupiditate laborat; humilis propter hoc in conscientia sua altum sapit : caritas autem ab hujusmodi omni pernicie libera est : nam contra dilectum numquam quis extollatur. Nec mihi posueris unum qui diligat, sed omnes similiter, et tunc ejus virtutem videbis : imo potius, si placet, primo unum dilectum et unum amantem pone; amantem scilicet ut par est diligere. Nam terram tamquam cælum incolet, ubique tranquillitate fruens, et innumeras sibi nectens coronas. Qui enim talis est, et invidia et ira et livore arrogantiaque, vana gloria et mala concupiscentia, omnique absurdo amore atque morbo puram servabit animam suam. Quemadmodum enim sibi ipsi nemo quidpiam mali intulerit, ita neque hic proximis. Talis vero cum sit, cum ipso stabit Gabriele, in terra gradiens. Et qui caritatem quidem habet, talis est : qui vero signa facit, et perfectam habet scientiam sine caritate; etiamsi mille mortuos suscitaverit, nihil magnum lucrabitur, ab omnibus abruptus et cum nemine conservorum se commisceri patiens. Ideo Christus perfectæ in ipsum caritatis signum dixit esse proximum diligere. Nam ait : *Si diligis me, Petre, plus his, pasce oves meas.* Vidistin' quo pacto hinc rursum subindicaverit, quod hoc sit majus martyrio? Etenim si filium quis haberet dilectum, et pro quo etiam animam dare paratus esset; deinde quispiam patrem amaret, filio autem nullo modo animam adhiberet, patrem admodum irritaret, neque sensum caperet illius in se amoris, eo quod filium contemneret. Quod si in patre et filio hoc contingit, multo magis in Deo et hominibus : amantior enim Deus est, quam patres omnes. Propterea cum dixisset : *Primum et magnum mandatum : Diliges Dominum Deum tuum*, subjunxit : *Secundum autem*, nec siluit, sed adjecit, *Simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum* (*Matth.* 22. 38. 39). Et vide quomodo cum eadem fere hyperbole hoc exigat. De Deo namque dicit, *Ex toto corde tuo;* de proximo autem tuo, *Sicut teipsum;* quod perinde est atque illud, *Ex toto corde tuo.* Etenim si accurate hoc servaretur, non servus, non liber esset; non princeps, non subditus; non dives, non pauper; non parvus, non magnus; non diabolus umquam cognitus fuisset : non dico, hic, sed etiamsi alius talis, etiamsi centum, etiamsi innumeri tales essent, nihil potuissent, illa exsistente. Ignis enim injectionem potius fœnum tulisset, quam flammam caritatis diabolus. Hæc muro fortior est, hæc adamante firmior; et si quam aliam dixeris fortiorem materiam, omnia superat caritatis firmitas. Hanc nec divitiæ, nec paupertas vincit; imo potius non esset paupertas, non nimia divitiarum copia, si caritas esset, sed ea solum quæ ex utrisque sunt bona. Etenim ex illis copiam decerperemus, ex hac

Digitized by Google

σῃ, καὶ ἵνα διαθερμαινώμεθα πρὸς ἀλλήλους, παρ' ἡμῶν αὐτοὺς ἐκέλευσε τρέφεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Κρείσσων λόγος ἀγαθὸς, ἢ δόσις· καὶ, Ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθός.* Καὶ αὐτός φησιν, *Ἔλεον* [293] *θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος τούς τε εὐεργετουμένους φιλεῖν, τούς τε εὖ πάσχοντας πρὸς τοὺς εὐεργετοῦντας οἰκειότερον διακεῖσθαι, σύνδεσμον φιλίας ποιῶν, τοῦτο ἐνομοθέτησεν. Ἀλλὰ τὸ ζητούμενον ἐκεῖνό ἐστι, πῶς, τοῦ Χριστοῦ ἀμφότερα ταῦτα τελειότητος εἶναι φήσαντος, οὗτος χωρὶς ἀγάπης ἀτελῆ ταῦτα εἶναί φησιν. Οὐκ ἀντιφθεγγόμενος αὐτῷ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτῷ συνᾴδων. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλουσίου οὐχ ἁπλῶς εἶπε. *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, ἀλλ'* ἐπήγαγε, *Καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.* Ἡ δὲ ἀκολούθησις αὐτοῦ οὐδένα οὕτω μαθητὴν ἀποδείκνυσι τοῦ Χριστοῦ, ὡς τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾷν. *Ἐν γὰρ τούτῳ γνώσονται πάντες,* φησὶν, *ὅτι μαθηταί μού ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Καὶ ὅταν δὲ λέγῃ, *Ὃς ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν·* καὶ, *Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς·* οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐ δι' ἀγάπην, ἀλλὰ τὸν μισθὸν τὸν ἀποκείμενον τοῖς πόνοις τούτοις δηλοῖ· ἐπεὶ ὅτι μετὰ τοῦ μαρτυρίου καὶ τοῦτο ζητεῖ, ἀλλαχοῦ σφόδρα αὐτὸ ἠνίξατο, οὕτως εἰπών· *Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε·* τουτέστι, Μαρτυρήσετε, σφαγήσεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· *τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων,* οὐχ ὡς τινων καθημένων ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, ἀλλὰ τὴν ἀνωτάτω λέγων προεδρίαν τε καὶ τιμὴν, *οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι,* φησὶν, *ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.* Εἶτα δεικνὺς τίσιν ἡτοίμασται, καλέσας αὐτοὺς, φησίν· *Ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων ὑμῶν διάκονος·* ταπεινοφροσύνην δηλῶν καὶ ἀγάπην. Ἀγάπην δὲ ἐπιτεταμένην ἀπαιτεῖ. Διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη, ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Ὥσπερ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν·* δεικνὺς ὅτι οὕτω δεῖ φιλεῖν, ὡς καὶ σφάττεσθαι ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων· τοῦτο γὰρ μάλιστα αὐτόν ἐστι φιλεῖν. Διὸ καὶ τῷ Πέτρῳ φησὶν, *Εἰ φιλεῖς με, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Καὶ ἵνα μάθητε ὅσον ἐστὶ τὸ κατόρθωμα, ὑπογράψωμεν αὐτὴν τῷ λόγῳ, ἐπειδὴ τοῖς πράγμασιν αὐτὴν οὐχ ὁρῶμέν που φαινομένην, καὶ ἐννοήσωμεν, ὡς εἰ πανταχοῦ μετὰ δαψιλείας ἦν αὕτη, πόσα ἂν ἐγένετο ἀγαθά. Οὔτε γὰρ νόμων οὔτε δικαστηρίων ἔδει, οὐ κολάσεων, οὐ τιμωριῶν, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδενός. Εἰ γὰρ ἅπαντες ἠγάπων καὶ ἠγαπῶντο, οὐδὲν ἂν [a] ἠδίκησεν οὐδείς, ἀλλὰ καὶ φόνοι καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι καὶ στάσεις καὶ ἁρπαγαὶ καὶ πλεονεξίαι καὶ πάντα ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνει τὰ πονηρὰ, καὶ μέχρις ὀνόματος ἂν ἠγνοήθη ἡ κακία. Τὰ μέντοι σημεῖα οὐκ ἂν τοῦτο εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ εἰς κενοδοξίαν ἐπαίρει τοὺς μὴ προσέχοντας καὶ ἀπόνοιαν.

ς'. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν τῆς ἀγάπης, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἀγαθὰ ἔχει παρεζευγμένα τὰ κακά· οἷον ὁ ἐκτήμων φυσᾶται πολλάκις διὰ τοῦτο, ὁ λέγειν εἰδὼς καὶ [294] δοξομανίαν νοσεῖ, ὁ ταπεινόφρων δι' αὐτὸ τοῦτο πολλάκις κατὰ τὸ συνειδὸς μέγα φρονεῖ· ἡ δὲ ἐγάπη πάσης τῆς τοιαύτης ἀπήλλακται λύμης· κατὰ γὰρ τοῦ ἀγαπωμένου οὐκ ἄν τις ἐπαρθείη ποτέ. Καὶ μή μοι θῇς ἕνα ἀγαπῶντα, ἀλλὰ πάντας ὁμοίως, καὶ τότε αὐτῆς ὄψει τὴν ἀρετήν· μᾶλλον δὲ, εἰ βούλει, πρῶτον ἕνα ἀγαπώμενον καὶ ἕνα φιλοῦντα τίθει, φιλοῦντα μέντοι, ὡς φιλεῖν ἄξιον. Τὴν γὰρ γῆν οὕτως ὡς τὸν οὐρανὸν οἰκήσει, πανταχοῦ γαλήνης ἀπολαύων, καὶ μυρίους ἑαυτῷ πλέκων στεφάνους. Ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ φθόνου καὶ ὀργῆς καὶ βασκανίας καὶ ἀπονοίας καὶ κενοδοξίας καὶ πονηρᾶς ἐπιθυμίας καὶ παντὸς ἔρωτος ἀτόπου καὶ παντὸς νοσήματος καθαρεύουσαν διατηρήσει τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Ὥσπερ γὰρ ἑαυτὸν οὐκ ἄν τις ἐργάσαιτό τι κακὸν, οὕτως οὐδὲ τοὺς πλησίον οὗτος. Τοιοῦτος δὲ ὢν, μετ' αὐτοῦ στήσεται τοῦ Γαβριὴλ ἐπὶ τῆς γῆς βαδίζων. Καὶ ὁ μὲν ἀγάπην ἔχων τοιοῦτος· ὁ δὲ σημεῖα ποιῶν, καὶ γνῶσιν ἔχων ἀπηρτισμένην, ταύτης ἄνευ, κἂν μυρίους ἐγείρῃ νεκροὺς, οὐδὲν μέγα ὀνήσει, πάντων ἀπερρηγμένος καὶ οὐδενὶ τῶν συνδούλων ἀναμιγνύναι ἑαυτὸν ἀνεχόμενος. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τῆς εἰς αὐτὸν ἀκριβοῦς ἀγάπης σημεῖον ἔφησεν εἶναι, τὸ τὸν πλησίον φιλεῖν. *Εἰ γὰρ φιλεῖς με,* φησὶν, *ὦ Πέτρε, τούτων πλέον, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Εἶδες πῶς καὶ ἐντεῦθεν πάλιν ἠνίξατο, ὅτι μαρτυρίου μεῖζον τοῦτο, Καὶ γὰρ εἰ παῖδά τις εἶχεν ἀγαπητὸν, καὶ ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ψυχὴν ἂν ἐπέδωκεν, εἶτά τις τὸν μὲν πατέρα ἐφίλει, τῷ δὲ παιδὶ μηδ' ὅλως προσεῖχε, σφόδρα ἂν παρώξυνε τὸν πατέρα, καὶ οὐκ ἂν ἤσθετο τῆς οἰκείας ἀγάπης διὰ τὴν τοῦ παιδὸς ὑπεροψίαν. Εἰ δὲ ἐπὶ πατρὸς καὶ παιδὸς τοῦτο συμβαίνει, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ γὰρ πατέρων ἁπάντων ἐστὶ φιλοστοργότερος ὁ Θεός. Διὰ δὴ τοῦτο εἰπὼν, *Πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολὴ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου,* ἐπήγαγε, *Δευτέρα δὲ,* καὶ οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλὰ προσέθηκεν, *Ὁμοία αὐτῆς, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Καὶ ὅρα πῶς μετὰ τῆς αὐτῆς σχεδὸν ὑπερβολῆς ἀπαιτεῖ καὶ ταύτην. Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ φησιν, *Ἐξ ὅλης καρδίας σου·* περὶ δὲ τοῦ πλησίον σου, *Ὡς ἑαυτόν,* ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ, *Ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου.* Καὶ γὰρ εἰ μετὰ ἀκριβείας τοῦτο ἐφυλάττετο, οὐ δοῦλος, οὐκ ἐλεύθερος ἦν, οὐκ ἄρχων, οὐκ ἀρχόμενος, οὐ πλούσιος, οὐ πένης, οὐ μικρὸς, οὐ μέγας, οὐ διάβολος ἂν ἐγνώσθη ποτέ· οὐ λέγω, Οὗτος, ἀλλ' εἰ καὶ ἕτερος τοιοῦτος, μᾶλλον δὲ εἰ καὶ ἑκατὸν, καὶ μυρίοι τοιοῦτοι ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἴσχυσαν ἐκείνης οὔσης. Μᾶλλον γὰρ χόρτος ἤνεγκε πυρὸς ἐπαγωγὴν, ἢ φλόγα ἀγάπης ὁ διάβολος. Αὕτη τείχους ἰσχυροτέρα, αὕτη ἀδάμαντος στερροτέρα· κἂν ἑτέραν ταύτης ἰσχυροτέραν εἴπῃς ὕλην, πάντα ὑπερβάλλει τῆς ἀγάπης ἡ στερρότης. Ταύτην οὐ πλοῦτος, οὐ πενία νικᾷ· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν ἦν πενία, οὐκ [295] ἀμετρία πλούτου, εἰ ἀγάπη ἦν, ἀλλὰ τὰ ἐξ ἑκατέρων ἀγαθὰ μόνον. Καὶ γὰρ τὴν ἐξ ἐκείνου ἀφθονίαν ἐκαρπωσάμεθα ἄν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀμεριμνίαν· καὶ οὔτε τοῦ πλούτου τὰς φροντίδας, οὔτε τῆς πενίας τὸ δέος ὑπεμείναμεν ἄν. Καὶ τί λέγω τὰ ἐξ αὐτῆς κέρδη; Αὐτὸ γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ φιλεῖν ἐννόησον ἡλίκον ἐστὶ, πόσην φέρει τὴν εὐφροσύνην, ἐν πόσῃ καθίστησι χάριτι τὴν ψυχὴν, ὃ μάλιστα αὐτῆς ἐστιν ἐξαίρετον. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς ἀρετῆς μέρη συνεζευγμένον ἔχει τὸν πόνον, οἷον νηστεία, σωφροσύνη, ἀγρυπνία, βασκανίαν, ἐπιθυμίαν, ὑπεροψίαν· ἡ δὲ ἀγάπη μετὰ τοῦ κέρδους πολλὴν ἔχει καὶ τὴν ἡδονὴν, καὶ πόνον οὐδένα· καὶ καθάπερ μέλιττα ἀγαθὴ, τὰ πανταχόθεν συνάγουσα ἀγαθὰ, εἰς τὴν τοῦ φιλοῦντος κατατίθεται ψυχήν. Κἂν δουλεύῃ τις, ἡδίω τῆς ἐλευθερίας ἀποφαίνει τὴν δουλείαν. Ὁ γὰρ φιλῶν οὐχ οὕτως ἐπιτάττων.

[a] Vetus interpres legit οὐδένα ἄν, editi οὐδὲν ἄν.

Digitized by Google

ὡς ἐπιταττόμενος χαίρει, καίτοι γε τὸ ἐπιτάττειν ἡδύ· ἀλλὰ μετατίθησιν αὕτη τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ πάντα ἐν χερσὶν ἔχουσα παραγίνεται τὰ ἀγαθὰ, πάσης μητρὸς ἠπιωτέρα, πάσης βασιλίδος εὐπορωτέρα, καὶ τὰ ἐπίπονα κοῦφα ποιεῖ καὶ ῥᾷστα, τὴν μὲν ἀρετὴν εὔκολον, τὴν δὲ κακίαν πικροτάτην ἡμῖν ἀποφαίνουσα. Σκόπει δέ· Τὸ δαπανᾷν λυπηρὸν εἶναι δοκεῖ καὶ ποιεῖ αὐτὸ αὕτη ἡδύ· τὸ λαμβάνειν τὰ ἑτέρων ἡδὺ, καὶ οὐκ ἀφίησιν αὐτὸ φαίνεσθαι ἡδὺ, ἀλλὰ φεύγειν ὡς μοχθηρὸν παρασκευάζει. Πάλιν τὸ κακῶς λέγειν, γλυκὺ πᾶσιν εἶναι δοκεῖ· αὕτη τοῦτο μὲν μικρὸν ἀποφαίνει, τὸ δὲ καλῶς λέγειν, ἡδύ· οὐδὲν γὰρ οὕτως, ὡς τὸν φιλούμενον ἐγκωμιάζειν, ἡμῖν ἡδύ. Πάλιν ὁ θυμὸς ἔχει τινὰ ἡδονὴν, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκέτι, ἀλλὰ πάντα αὐτοῦ τὰ νεῦρα ἀνῄρηται· κἂν λυπήσῃ τὸν φιλοῦντα ὁ ἀγαπώμενος, θυμὸς μὲν οὐδαμοῦ φαίνεται, δάκρυα δὲ καὶ παρακλήσεις, καὶ ἱκετηρίαι· τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ παροξυνθῆναι. Κἂν ἴδῃ ἁμαρτάνοντα, πενθεῖ καὶ ὀδυνᾶται· ἀλλὰ καὶ ἡ ὀδύνη αὕτη ἡδονὴν φέρει. Τῆς γὰρ ἀγάπης καὶ τὰ δάκρυα καὶ ἡ λύπη γέλωτος παντὸς ἡδίω καὶ χαρᾶς. Οὐχ οὕτω γοῦν ἀναπαύονται οἱ γελῶντες, ὡς οἱ ὑπὲρ φίλων κλαίοντες· κἂν ἀπιστῇς, ἐπίσχες αὐτῶν τὰ δάκρυα, καὶ ὡς τὰ ἀνήκεστα παθόντες, οὕτω δυσχεραίνουσιν. Ἀλλ' ἡδονὴν ἔχει, φησὶν, ἄτοπον τὸ φιλεῖν. Ἄπαγε, καὶ εὐφήμει, ἄνθρωπε· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδονῆς καθαρεύει τοιαύτης, ὡς ἀγάπη γνησία.

ζ'. Μὴ γάρ μοι ταύτην εἴπῃς τὴν δημώδη καὶ ἀγοραῖον, καὶ νόσον μᾶλλον ἢ ἀγάπην οὖσαν, ἀλλὰ ταύτην ἣν ὁ Παῦλος ἐπιζητεῖ, τὴν τὸ συμφέρον τῶν ἀγαπωμένων σκοποῦσαν, καὶ ὄψει ὅτι πατέρων οὗτοι φιλοστοργότεροι. Καὶ ὥσπερ οἱ χρήματα φιλοῦντες οὐκ ἂν ἕλοιντο δαπανῆσαι χρήματα, ἀλλ' ἥδιον ἂν ἐν στενοχωρίᾳ γενέσθαι, ἢ ἐκεῖνα ἰδεῖν ἐλαττούμενα· οὕτω καὶ ὁ πρός τινα ἡδέως ἔχων, μυρία ἂν ἕλοιτο παθεῖν, ἢ τὸν ἀγαπώμενον καταβλαπτόμενον ἰδεῖν. Πῶς οὖν, φησὶ, τὸν Ἰωσὴφ ἡ Αἰγυπτία φιλοῦσα, καθυβρίσαι ἠθέλησεν; Ὅτι ταύτην ἐφίλει τὴν ἀγάπην τὴν [296] διαβολικήν. Ὁ μέντοι Ἰωσὴφ οὐ ταύτην, ἀλλ' ἣν ὁ Παῦλος ζητεῖ. Ἐννόησον οὖν ὅσης ἀγάπης αὐτοῦ τὰ ῥήματα ἦν, καὶ τὰ πράγματα ἃ ἐκείνη ἔλεγε· Καθύβρισόν με καὶ ποίησον μοιχαλίδα, καὶ τὸν ἄνδρα ἀδίκησον, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνάτρεψον ἅπασαν, καὶ σαυτὸν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἔκβαλε παῤῥησίας· ἅπερ οὐ μόνον ἐκεῖνον, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτὴν φιλούσης ἦν. Οὗτος δὲ ἐπειδὴ γνησίως ἐφίλει, τούτων πάντων ἀπῆγε. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι αὐτῆς ἐκήδετο, ἐκ τῆς παραινέσεως αὐτὸ κατάμαθε. Οὐ γὰρ ἀπώσατο μόνον αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ παραίνεσιν εἰσήγαγε πᾶσαν δυναμένην σβέσαι πυράν. *Εἰ γὰρ ὁ κύριός μου*, φησὶν, *οὐ γινώσκει δι' ἐμὲ οὐδὲν τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ*. Εὐθέως αὐτὴν ἀνέμνησε τοῦ ἀνδρὸς, ἵνα ἐντρέψῃ. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ ἀνήρ σου, ἀλλ' *Ὁ κύριός μου*, ὃ μᾶλλον ἱκανὸν ἦν αὐτὴν κατασχεῖν, καὶ πεῖσαι ἐννοῆσαι τίς οὖσα τίνος ἐρᾷ, ὅτι δέσποινα οὖσα, δούλου. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος κύριος, καὶ σὺ κυρία. Αἰσχύνθητι τοίνυν τὴν πρὸς τὸν δοῦλον ὁμιλίαν, καὶ ἐννόησον τίνος οὖσα γυνὴ, τίνι βούλει συμπλακῆναι, καὶ περὶ τίνα ἀχάριστος γίνῃ καὶ ἀγνώμων, καὶ ὅτι ἐγὼ πλείονα αὐτῷ ἀπονέμω εὔνοιαν. Καὶ ὅρα πῶς ἐπαίρει αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν τῶν ὑψηλῶν ἐννοῆσαι ἠδύνατο ἡ βάρβαρος ἐκείνη καὶ ἀκόλαστος, ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτὴν ἐντρέπει λέγων· *Οὐ γινώσκει δι' ἐμὲ οὐδὲν* τουτέστιν, Εὐεργετεῖ με μεγάλα, καὶ οὐ δύναμαι τὸν προστάτην ἐν τοῖς κυρίοις πλῆξαι. Ἐμὲ δεύτερον ἐποίησε δεσπότην τῆς οἰκίας, καὶ, *Οὐδεὶς ὑπεξῄρηταί μου, πλὴν σοῦ*. Ἐνταῦθα ἐπαίρει αὐτῆς τὸ φρόνημα, ἵνα κἂν οὕτως αἰσχυνθῆναι παρασκευάσῃ, καὶ δείξῃ μεγάλην οὖσαν τὴν τιμήν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἐπήγαγεν ὄνομα ἱκανὸν αὐτὴν κατασχεῖν, λέγων· *Διὰ τό σε γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, καὶ πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο;* Ἀλλὰ τί λέγεις; ὅτι οὐ πάρεστιν ὁ ἀνὴρ, οὐδὲ οἶδεν ὅτι ἀδικεῖται; Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐπόψεται. Ἀλλ' οὐκ ἐκέρδανεν οὐδὲν ἀπὸ τῆς συμβουλῆς ἐκείνη, ἀλλ' ἐπεστράτευσε αὐτόν. Τὴν γὰρ οἰκείαν μανίαν πληρῶσαι βουλομένη, οὐ φιλοῦσα τὸν Ἰωσὴφ, ταῦτα ἔπραττε· καὶ δῆλον ἐξ ὧν μετὰ ταῦτα ἐποίησε. Καὶ γὰρ δικαστήριον καθίζει, καὶ κατηγορίαν εἰσάγει, καὶ τὰ ψευδῆ καταμαρτυρεῖ, καὶ ἐκδίδωσι θηρίῳ τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλει· μᾶλλον δὲ, τό γε αὐτῆς μέρος, καὶ ἀνεῖλεν· οὕτω τὸν δικαστὴν καθώπλισε. Τί οὖν; ἆρα καὶ Ἰωσὴφ τοιοῦτος; Τοὐναντίον μὲν οὖν ἅπαν· οὔτε γὰρ ἀντεῖπεν, οὔτε κατηγόρησε τῆς γυναικός. Ἠπιστήθη γὰρ ἄν, φησί. Καὶ μὴν σφόδρα ἐφιλεῖτο, καὶ δῆλον οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους. Εἰ γὰρ μὴ σφόδρα αὐτὸν βάρβαρος ἐκεῖνος ἐφίλει, κἂν ἀπέκτεινε σιγῶντα καὶ οὐδὲν ἀντιλέγοντα. Καὶ γὰρ Αἰγύπτιος ἦν, καὶ ἄρχων, καὶ περὶ εὐνὴν ἠδικημένος, [297] ὡς ἐνόμιζε, καὶ παρὰ οἰκέτου, καὶ οἰκέτου τοιαῦτα εὐεργετηθέντος. Ἀλλ' ἐνίκησε ταῦτα πάντα ὁ πόθος καὶ ἡ χάρις, ἣν ὁ Θεὸς αὐτοῦ κατέχεε. Μετὰ δὲ τῆς χάριτος καὶ τῆς ἀγάπης ταύτης καὶ τεκμήρια εἶχεν οὐ μικρὰ, εἰ δικαιολογεῖσθαι ἐβούλετο, αὐτὰ τὰ ἱμάτια. Εἰ γὰρ αὐτὴ ἦν ἡ βιασθεῖσα, τὸν χιτῶνα αὐτῆς περιερῥῆχθαι ἔδει, τὴν ὄψιν κατεσπαράχθαι, οὐ τὰ ἐκείνου κατέχειν ἱμάτια. *Ἀλλ' ἤκουσε*, φησὶν, *ὅτι ὕψωσα τὴν φωνὴν, καὶ κατέλιπων τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀπῆλθε*. Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ ἀπέδυσας; τί γὰρ παθοῦση βίαν ἀγαπητὸν ἦν; Τὸ ἀπαλλαγῆναι τοῦ ἐνοχλοῦντος. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα δείξαι δυνήσομαι αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν ἀγάπην. Καὶ γὰρ ὅτε εἰς ἀνάγκην ἐνέπεσε τοῦ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς ἐκεῖ διατριβῆς, οὐδὲ τότε ἐξεῖπε τὸ δρᾶμα, ἀλλὰ τί φησι; *Καὶ ἐγὼ οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλὰ κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων* καὶ οὐδαμοῦ μέμνηται τῆς μοιχαλίδος, οὐδὲ καλλωπίζεται ἐπὶ τῷ πράγματι, ὃ πᾶς τις οὖν ἂν ἔπαθεν, εἰ καὶ μὴ φιλοτιμίας ἕνεκεν, ἀλλ' ὥστε μὴ δόξαι πονηρᾶς ἕνεκεν αἰτίας εἰς τὸ οἴκημα ἐμβεβλῆσθαι ἐκεῖνο. Εἰ γὰρ καὶ ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι, οὐδὲ οὕτως ἀπέχονται τοῦ ταῦτα ἐγκαλεῖν, καίτοι γε αἰσχύνην τοῦ πράγματος φέροντος, πῶς οὐκ ἄξιον θαυμάσαι ἐκείνον, ὅτι καὶ καθαρὸς ὢν οὐκ εἶπε τὸν ἔρωτα τῆς γυ-

Digitized by Google

vero libertatem a curis, ac neque divitiarum sollicitudines, neque paupertatis metum sustineremus. Ecquid dico de lucris ex illa partis? Ipsa quoque in se dilectio, quanta sit considera, quantam ferat lætitiam, in quanta gratia constituat animam : quod quidem in illa eximium est. Aliæ namque virtutis partes conjunctum habent laborem ; verbi gratia, jejunium, temperantia, vigiliæ, invidiam, concupiscentiam, contemptum : caritas autem cum lucro multam habet etiam voluptatem, et laborem nullum : et sicut bona apis, undique bona colligens, illa deponit in anima ejus qui diligit. Etiamsi quis serviat, libertate suaviorem exhibet servitutem. Qui enim amat non ita gaudet cum imperat, ut cum imperatur, etiamsi imperare sit jucundum ; sed ipsa rerum naturam transmutat, advenitque in manu bona omnia habens, quavis matre blandior, quavis regina locupletior : quæque laboriosa sunt, levia et facilia reddit, virtutem facilem, nequitiam acerbissimam nobis exhibens. Animadverte autem : impendere videtur molestum esse, et hoc illa dulce reddit ; aliena accipere jucundum, et non sinit illud jucundum apparere, sed ut pravum fugere suadet. Rursus maledicere suave omnibus videtur esse ; ipsa autem illud amarum esse declarat, et benedicere dulce : nihil enim nobis ita suave est, ut laudare eum quem amamus. Rursus ira aliquam habet voluptatem ; at hic nequaquam, sed omnes ejus nervi sublati sunt : etiamsi is qui diligitur diligenti se molestiam crearit, ira nusquam apparet, sed lacrymæ, adhortationes et supplicationes : tantum abest ut exasperetur. Etiamsi videat peccantem, luget et dolet; sed dolor ille voluptatem affert. Caritatis enim lacrymæ et dolor risu sunt omni et gaudio suaviores. Non adeo igitur quiescunt ii qui rident, ut ii qui pro amicis plorant : et si id non credis, reprime illorum lacrymas, et ac si gravissima paterentur, ita ægre ferunt. At amare, inquies, absurdam habet voluptatem. Absit, bona verba, o homo : nihil enim ita purum est ut caritas genuina.

etiam ego dico; sed quia per alienum suum invenitur. Miles enim, nisi bellum gerat pro iis qui ipsum nutriunt, non habet qui hoc ipsi ministret : hic vero rursus, nisi militem alat, non habet qui se defendat. Vidistin' caritatem ubique extensam et omnia administrantem ? Sed ne defatigeris donec hanc auream catenam didiceris. Cum dixisset enim, *Non quærit quæ sua sunt*, dicit rursus bona quæ inde nascuntur. Quænam illa ? *Non irritatur, non cogitat malum.* Vide rursum eam non solum in vitium imperare, sed etiam non sinere ut ejus imperium consistat. Non enim dixit, Irritatur quidem, sed superat ; sed, Non irritatur; neque dixit, Non operatur malum, sed, Ne cogitat quidem. Nihil enim mali non modo non apparat, sed ne suspicatur quidem adversus eum qui diligitur. Quomodo ergo operata fuerit, aut quomodo irritetur, quæ ne suspicionem quidem malam suspicere velit, unde fons est amoris ? 6. *Non gaudet super iniquitate.* Hoc est, non ipsi placet quod alii male patiantur : neque hoc tantum, sed quod longe majus est, *Congaudet autem veritati* (*Rom.* 12. 15). Gratulatur, inquit, iis, qui bene rem gerunt; id quod dicit Paulus : *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus.* Hinc non æmulatur, hinc non inflatur : etenim aliena bona sua esse existimat. Viden' quomodo caritas alumnum suum paulatim angelum faciat ? Cum enim iræ expers sit, ab invidia purus, et ab omni tyrannico vitio liber, cogita illum ab humana natura abductum, ad ipsam angelorum impassibilitatem appulisse. Attamen non his contentus est, sed quid etiam his majus dicendum habet : nam quæ fortiora sunt postremo ponit. Quapropter dicit : *Omnia sufert.* A patientia, a mansuetudine; sive contumeliæ sint, sive plagæ, sive mors, sive quidvis aliud. Et hoc rursus ex beato Davide perspici potest. Quid enim molestius est, quam videre filium insurgentem et tyrannidem affectantem paternumque sanguinem sitientem ? Sed et hoc tulit beatus ille; neque ita sustinuit acerbum verbum emittere contra parricidam, sed cum alia omnia belli ducibus commisisset, pro illius salute mandata dabat; firmum enim erat caritatis fundamentum. Ideoque omnia suffert; et hinc quidem ejus virtutem subindicat, bonitatem autem per ea quæ sequuntur : nam ait, *Omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet.* Quid est, *Omnia sperat ?* De bonis quibuscumque, inquit, dilecti sui non desperat ; sed etiamsi ille malus sit, permanet illum corrigens, providens, curam gerens. *Omnia credit.* Non solum enim sperat, inquit, sed etiam credit, ex eo quod valde amet : etiamsi hæc bona non secundum spem succedant, sed etiamsi ille molestior sit, ea etiam fert. *Omnia* enim *sustinet*, inquit. 8. *Caritas numquam excidit.* Vidistin' quando coronidem imposuerit, et quod in hoc dono magis eximium sit ? Quid enim sibi vult, *Non excidit ?* Non discinditur, non dissolvitur ferendo : amat enim omnia. Nam qui amat, numquam odisse possit, quidquid factum fuerit : hoc quippe est maximum ipsius bonum. Talis erat Paulus : ideoque dicebat, *Si quo modo provocem ad æmulandum carnem meam* (*Rom.* 11. 14), et sperans mansit. Et Timotheum hortabatur dicens : *Servum autem Domini non oportet pugnare, sed mansuetum esse ad omnes, in modestia erudientem eos qui resistunt veritati, an forte det illis Deus cognitionem veritatis* (2. *Tim.* 2. 24. 25). Quid ergo, inquies, si inimici sint et gentiles, annon odisse oportuit ? Odisse quidem, non illos, sed dogma; non hominem, sed malum opus, corruptum animum. Homo namque est opus Dei, error autem opus diaboli. Ne ergo misceas ea quæ Dei sunt, et quæ diaboli. Nam Judæi erant et blasphemi et persequutores et contumeliosi, innumeraque de Christo dicebant mala : ergone illos oderat Paulus, qui maxime omnium Christum amabat ? Nequaquam, imo et amabat, et omnia pro ipsis agebat : et nunc quidem dicit, *Voluntas quidem et deprecatio mea ad Deum fit pro illis ad salutem* (*Rom.* 10. 1); nunc autem, *Optabam anathema esse a Christo pro ipsis* (*Rom.* 9. 3). Sic et Ezechiel videns eos occidi dicebat : *Hei mihi, Domine, deles tu eos qui sunt reliqui ex Israel* (*Ezech.* 9. 8) ? et Moyses : *Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte* (*Exod.* 32. 31). Quid ergo dicit David ? *Eos qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam : perfecto odio oderam illos* (*Psal.* 138. 21. 22). Atqui non omnia, quæ a Davide in Psalmis dicta sunt, ex persona Davidis sunt dicta : etenim hic ipse dicit, *Tabernaculum fixi cum tabernaculis Cedar;* et, *Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus* (*Psal.* 119. 5. *et* 136. 1); neque vero vidit Babylonem, neque tabernacula Cedar : alioquin etiam nunc major a nobis exigitur philosophia. Quamobrem, rogantibus discipulis ut demitteretur ignis, ut tempore Eliæ, *Nescitis*, inquit Christus, *cujus spiritus estis* (*Luc.* 9. 55).

5. Tunc enim non impietatem modo, sed etiam impios ipsos odisse jubebantur, ne amicitia occasio ipsis esset iniquitatis; ideoque cognationes abscidit et commixtiones, et undique illos muniebat. Nunc autem, quia ad majorem nos duxit philosophiam et excelsiores posuit, quam ut damno hinc affici possemus, et admittere eos et consolari jubet. Neque enim nobis ab illis damnum, sed illis a nobis utilitas provenit. Quid ergo dicit ? Non oportet odisse, sed misereri. Si enim oderis, quomodo errantem facile convertes ? quomodo orabis pro infideli ? Nam quod orare oporteat, audi quid dicat Paulus : *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus* (1. *Tim.* 2. 1. 2). Quod autem tunc non omnes fideles essent, cuivis manifestum est. Et rursum, *Pro regibus, et iis qui in dignitate constituti sunt.* Quod porro hi impii essent et iniqui, hoc item perspicuum est. Deinde causam quoque orationis dicens, subjungit : *Hoc enim bonum est et acceptum in conspectu Salvatoris nostri Dei, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire* (*Ibid. v.* 3. 4). Ideo si gentilem mulierem invenerit cum fideli habitantem, non solvit conjugium : quamquam quid est mulieri viro conjunctius ? *Erunt* enim *duo in carne una* (*Gen.* 2. 24) : magnaque est illic animorum conjunctio et fervens

Digitized by Google

amor. Si autem impios et iniquos odio habituri simus, ultra progressi etiam peccatores odio habebimus, et sic ulterius procedens, a multis fratribus discinderis, imo ab omnibus : nemo enim, nemo certe sine peccato est. Nam si oporteat Dei inimicos odisse, non solum impios, sed etiam peccatores odio habere oportet : et sic erimus feris deteriores, omnes aversantes, arrogantia inflati, sicut ille Pharisæus. At non ita jussit Paulus, sed quomodo? *Monete incompositos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes* (1. *Thess.* 5. 14). Quid ergo, inquies, cum dicit: *Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum illo* (2. *Thess.* 3. 14)? Vere quidem hoc de fratribus dictum est; at non absolute, sed cum mansuetudine. Ne enim reseces ea quæ sequuntur, sed et ea quæ sunt postea adjicias. Nam cum dixisset, *Ne commisceamini*, subjunxit : *Et nolite quasi inimicum existimare, sed admonete ut fratrem* (*Ibid. v.* 15).

Opus diaboli est alterum ab altero divellere. Caritas omnia superat. — Viden' quomodo malum opus jubet odisse, non hominem? Nam opus diaboli est nos alterum ab altero divellere : et valde curabat ille caritatem de medio tollere, ut correctionis viam secaret, detineretque illum quidem in errore, te autem in inimicitia, deindeque arceret eum a via salutis. Quando enim medicus odit ægrotum et ab illo fugit, et ægrotus medicum aversatur, quandonam hic convalescet, cum neque hic illum advocet, neque ille ipsum adeat? Cur ergo, quæso, aversaris et fugis illum? an quia est impius? At ideo oportet illum adire et curare, ut ægrotum ad valetudinem revoces. Quod si incurabili morbo laborat, sed tu jussus es quod in te est facere : nam et Judas incurabili morbo laborabat, nec tamen destitit Deus illum curare. Ne itaque tu quoque defatigeris. Nam etiamsi, magno adhibito studio, ipsum ab impietate non liberes, ac si liberasses mercedem accipies, et efficies ut ipse mansuetudinem tuam admiretur; sicque ad Deum tota hæc gloria transibit. Etiamsi enim miracula patres, etiamsi quidvis aliud facias, numquam te ita admirabuntur gentiles, ut cum te viderint mitem, mansuetum, suavesque mores exhibentem. Non est autem hoc modicum virtutis opus : multi enim tandem a malo liberabuntur. Nihil enim ita potest attrahere, ut caritas. Nam propter illa quidem te æmulabuntur, propter signa dico et miracula; propter hoc autem et admirabuntur et amabunt : te autem amantes, veritatem ultra progressi amplectentur. Si vero non statim fiat fidelis, ne mireris, neque urgeas, neque omnia simul quæras; sed sine illum interim laudare, amare, et sic ulterius procedens veniet. Et ut clare discas quantum hoc sit, audi quomodo etiam Paulus infidelem judicem adions sese purget : nam ait, *Beatum me existimo, cum apud te sim me in judicio defensurus* (*Act.* 26. 2). Hæc autem dicebat, non assentans ei, absit, sed ut eum mansuetudine lucraretur. Et ex parte lucratus est, et judicem cepit, qui hactenus crimini obnoxius putabatur, et victoriam ejus is ipse qui captus est splendida voce præsentibus omnibus confitebatur dicens : *Parum abest quin mihi persuadeas ut fiam Christianus* (*Act.* 26. 28).

6. Quid ergo Paulus? Magis expandit sagenam et ait: *Optarem ego, non solum te, sed etiam omnes qui adsunt, hoc esse quod ego sum, exceptis his vinculis* (*Ib. v.* 29). Quid dicis, o Paule, *Exceptis vinculis?* et quænam tibi de cætero fiducia, si eorum te pudeat et ea fugias, et hoc tanto præsente populo? annon in epistolis tuis hac de re ubique gloriaris, et te vinctum appellas, hancque catenam ubique nobis quasi diadema circumfers? quid ergo nunc factum est, ut vincula depreceris? Non ipse deprecor, inquit, neque me pudet, sed illorum infirmitati me attempero; nondum enim possunt suscipere meam gloriationem. Didici autem a Domino meo, non immittendam esse partem panni rudis in pannum veterem (*Matth.* 9. 16) : ideo sic loquutus sum. Nam male apud illos audit dogma nostrum, et crux illis invisa est. Si ergo vincula quoque adjiciam, majus odium erit. Ideo hæc sustuli, ut illud esset acceptum. Etenim contumeliosum illis videtur esse vinculis constringi, quia eam, quæ apud nos est, gloriam nondum degustarunt. Oportet igitur sese attemperare. Nam cum didicerint philosophari, tunc scient etiam hujus ferri pulchritudinem et splendorem qui ex vinculis oritur. Cum aliis namque disserens, hanc rem gratiam vocat dicens, *Datum est nobis a Deo non modo ut in ipsum credamus, sed etiam ut pro illo patiamur* (*Philipp.* 1. 29) : tunc autem hoc unum optandum erat, ut crucem audientes non pudore afficerentur. Propterea ultra progreditur. Non enim si quis in regiam aliquem introducat, antequam vestibula quæ foris sunt aspexerit, cogit illum ut ea quæ intus sunt observet : sic enim nec mirabilia illa apparerent, nisi quis intra positus, omnia didicerit. Sic itaque et nos cum ethnicis disseramus cum attemperatione, cum caritate. Hæc quippe magna est magistra, quæ possit et ab errore abducere, et mores componere, atque ad philosophiam viam sternere, exque lapidibus homines facere. Et si vis ejus virtutem ediscere, adduc mihi virum timidum et qui vel strepitum formidet et umbras timeat; sitque iracundus, asper, et fera magis quam homo, salax et libidinosus, nullo non vitio affectus; et trade illum in manus caritatis, et in hoc gymnasium induc; et cito videbis timidum illum ac meticulosum, fortem effectum et magni animi, omniaque facile audentem. Quod autem mirabile est, hæc non mutata ejus natura fiunt, sed in ipsa timida anima suam caritas ostendit virtutem; et perinde fit atque si quis ensem plumbeum, non ferreum effectum, sed manentem in plumbi natura, efficiat ut eadem quæ ferrum operetur. Animum autem adhibe : Jacob sine fuco erat, domi habitans et laborum periculorumque expers, vitam quamdam agens remissam et liberam, et sicut virgo in thalamo, sic intus sedens, ut plurimum domum servare cogebatur, a fori tumultu et ab omnibus hujusmodi liber, semper autem in quiete et in tranquillitate manens. Quid igitur? Postquam illum

Digitized by Google

ἀποῤῥαγήσῃ τῶν πλειόνων, μᾶλλον δὲ πάντων· οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἁμαρτίας χωρίς. Εἰ γὰρ δεῖ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ μισεῖν, οὐχὶ ἀσεβεῖς δεῖ μισεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλούς· καὶ οὕτως ἐσόμεθα θηρίων χείρους, πάντας ἀποστρεφόμενοι, καὶ ἀπονοίᾳ φυσώμενοι, καθάπερ ὁ Φαρισαῖος ἐκεῖνος. Ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτως ἐκέλευσεν, ἀλλὰ πῶς; *Νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.* Τί οὖν φησιν, ὅταν λέγῃ, *Εἴ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ;* Μάλιστα μὲν περὶ ἀδελφῶν τοῦτο εἴρηται, πλὴν οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ ἡμερότητος. Μὴ γὰρ δὴ περικόψῃς τὰ ἑξῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα προστίθει. Καὶ γὰρ εἰπὼν, *Μὴ συναναμίγνυσθε*, ἐπήγαγε, *Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.*

Ὁρᾷς πῶς τὸ ἔργον μισεῖν τὸ φαῦλον, οὐχὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκέλευσε; Καὶ γὰρ ἔργον τοῦ διαβόλου τὸ διασπᾶν ἡμᾶς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ σφόδρα ἐσπούδακεν ἀνελεῖν τὴν ἀγάπην, ἵνα ἐκκόψῃ τῆς διορθώσεως τὴν ὁδὸν, καὶ κατάσχῃ ἐκεῖνον μὲν ἐν πλάνῃ, σὲ δὲ ἐν ἀπεχθείᾳ, εἶθ' οὕτως ἀποτειχίσῃ τῆς ἐκείνου σωτηρίας τὴν ὁδόν. Ὅταν γὰρ καὶ ὁ ἰατρὸς μισῇ τὸν κάμνοντα καὶ φεύγῃ, καὶ ὁ κάμνων τὸν ἰατρὸν ἀποστρέφηται, πότε ἀναστήσεται ὁ νοσῶν, ὅταν μήτε ἐκεῖνος πρὸς αὐτὸν καλῇ, μήτε οὗτος πρὸς αὐτὸν ἀπίῃ; Τίνος δὲ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ ἀποστρέφῃ καὶ φεύγεις αὐτόν; ὅτι ἀσεβής ἐστιν; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο δεῖ προσίεσθαι καὶ θεραπεύειν, ἵνα ἀναστήσῃς νοσοῦντα. Εἰ δὲ ἀνίατα νοσεῖ, ἀλλὰ σὺ τὸ σαυτοῦ ποιεῖν ἐκελεύσθης· ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰούδας ἀνίατα ἐνόσει, καὶ οὐ *διέλιπεν* ὁ Θεὸς αὐτὸν θεραπεύων. Μὴ τοίνυν μηδὲ σὺ ἀποκάμῃς. Κἂν γὰρ πολλὰ σπουδάσας μὴ ἀπαλλάξῃς τῆς ἀσεβείας αὐτὸν, ὅμως καὶ τοῦ ἀπαλλάξαντος λήψῃ τὸν μισθὸν, καὶ παρασκευάσεις αὐτὸν θαυμάζειν σου τὴν ἡμερότητα, καὶ οὕτως εἰς τὸν Θεὸν ἡ δόξα ἅπασα αὕτη διαβήσεται. Κἂν γὰρ θαύματα ποιῇς, κἂν νεκροὺς ἐγείρῃς, κἂν ὁτιοῦν ἐργάσῃ, οὐδέποτέ σε οὕτω θαυμάσονται Ἕλληνες, ὡς ὅταν ἴδωσι πρᾶον καὶ [307] ἥμερον καὶ γλυκὺν παρεχόμενον τρόπον. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο κατόρθωμα· πολλοὶ γὰρ καὶ τέλεον ἀπαλλαγήσονται τοῦ κακοῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπισπάσασθαι δύναται, ὡς ἀγάπη. Ἐπ' ἐκείνοις μὲν γάρ σε καὶ ζηλοτυπήσουσι, τοῖς σημείοις, λέγω, καὶ θαύμασιν, ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ θαυμάσονται καὶ φιλήσουσι· φιλοῦντες δὲ καὶ τῆς ἀληθείας ἐπιλήψονται ὁδῷ προβαίνοντες. Εἰ δὲ οὐκ εὐθέως γίνεται πιστὸς, μὴ θαύμαζε μηδὲ ἐπείγου μηδὲ ἅπαντα ὁμοῦ ζήτει, ἀλλ' ἔασον αὐτὸν τέως ἐπαινεῖν, φιλεῖν, καὶ εἰς τοῦτο ὁδῷ προῒὼν ἥξει. Καὶ ἵνα μάθῃς σαφῶς ἡλίκον τοῦτό ἐστιν, ἄκουσον πῶς καὶ Παῦλος πρὸς δικαστὴν εἰσιὼν ἄπιστον ἀπελογεῖτο. *Μακάριον γάρ*, φησὶν, *ἥγημαι ἐμαυτὸν, μέλλων ἐπὶ σοῦ κρίνεσθαι.* Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ κολακεύων αὐτὸν, ἄπαγε, ἀλλὰ διὰ τῆς ἡμερότητος κερδᾶναι βουλόμενος. Καὶ ἐκ μέρους ἐκέρδανε, καὶ τὸν δικαστὴν εἶλεν ὁ τέως κατάδικος εἶναι νομιζόμενος, καὶ τὴν νίκην αὐτὸς ὁ χειρωθεὶς ὁμολογεῖ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ παρόντων ἁπάντων λέγων, *Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι.*

ς'. Τί οὖν ὁ Παῦλος; Ἐπὶ πλέον ἁπλοῖ τὴν σαγήνην, καί φησιν· *Εὐξαίμην ἂν ἐγὼ οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρόντας ἅπαντας τοῦτο γενέσθαι ὅπερ ἐγὼ, χωρὶς τῶν δεσμῶν τούτων.* Τί λέγεις, ὦ Παῦλε, *Χωρὶς τῶν δεσμῶν;* καὶ ποῖα σοι λοιπὸν παῤῥησία, εἰ ταῦτα αἰσχύνῃ καὶ φεύγεις, καὶ ταῦτα ἐπὶ δήμου τοσούτου; οὐ πανταχοῦ τῶν ἐπιστολῶν ἐπὶ τῷ πράγματι τούτῳ καυχᾶσαι, καὶ δέσμιον σεαυτὸν καλεῖς, καὶ τὴν ἅλυσιν ταύτην ἡμῖν ἀντὶ διαδήματος πανταχοῦ περιφέρεις; τί τοίνυν γέγονε νῦν, ὅτι ἀπεύχῃ τὰ δεσμά; Οὐκ αὐτὸς ἀπεύχομαι, φησὶν, οὐδὲ αἰσχύνομαι, ἀλλ' ἐκείνων τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνω· οὕπω γὰρ χωροῦσιν δέξασθαι τὸ καύχημα τὸ ἐμόν. Ἔμαθον δὲ παρὰ τοῦ Δεσπότου μου μὴ ἐπιβάλλειν ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· διὰ τοῦτο οὕτως εἶπον. Καὶ γὰρ διαβέβληνται τέως πρὸς τὸ δόγμα τὸ ἡμέτερον, καὶ πρὸς τὸν σταυρὸν ἀπεχθῶς ἔχουσιν. Ἂν τοίνυν καὶ τὰ δεσμὰ προσθῶ, μεῖζον τὸ μῖσος γίνεται. Διὰ τοῦτο ἀνεῖλον ταῦτα, ἵνα ἐκεῖνο εὐπαράδεκτον γένηται. Καὶ γὰρ ἐπονείδιστον αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ δεδέσθαι, ἐπεὶ μηδέπω τῆς παρ' ἡμῖν ἐγεύσαντο δόξης. Δεῖ τοίνυν συγκαταβαίνειν. Ὅταν γὰρ μάθωσι φιλοσοφεῖν, τότε εἴσονται καὶ τοῦ σιδήρου τούτου τὸ κάλλος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν δεσμῶν περιφάνειαν. Ἄλλοις γοῦν διαλεγόμενος, καὶ χάριν τὸ πρᾶγμα καλεῖ λέγων, ὅτι *Ἐδόθη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν·* τὸ δὲ τέως ἀγαπητὸν ἦν τὸ τὸν σταυρὸν τοὺς ἀκούοντας μὴ ἐπαισχυνθῆναι. Διὰ τοῦτο ὁδῷ πρόεισιν. Οὐδὲ γὰρ εἰς βασιλειά τις εἰσάγων τινὰ, πρὶν ἢ τὰ προπύλαια θεάσασθαι ἔξω ἑστῶτα, ἀναγκάζει κατοπτεύειν τὰ ἔνδον· οὕτω γὰρ οὐδὲ θαυμαστὰ φανεῖται, ἂν μή τις ἔνδον γενόμενος, ἅπαντα καταμάθοι. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡμεῖς τοῖς Ἑλλήνων παισὶ πρασβάλωμεν, μετὰ [308] συγκαταβάσεως, μετὰ ἀγάπης. Μεγάλη γὰρ αὕτη διδάσκαλος, καὶ ἱκανὴ καὶ πλάνης ἀπαγαγεῖν, καὶ τρόπον μεταῤῥυθμίσαι, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν χειραγωγῆσαι, καὶ ἀπὸ λίθων ἀνθρώπους ἐργάσασθαι. Καὶ εἰ βούλει μαθεῖν αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἄγε μοι ἄνδρα δεινὸν καὶ ψοφοδεῆ καὶ τὰς σκιὰς τρέμοντα, καὶ ὀργίλον καὶ τραχὺν καὶ θηρίου μᾶλλον ἢ ἀνθρώπου, καὶ λάγνον καὶ ἀσελγῆ, καὶ πᾶσαν ἔχοντα κακίαν, καὶ παράδος αὐτὸν ταῖς τῆς ἀγάπης χερσὶ, καὶ εἰς τὸ γυμνάσιον εἰσάγαγε τοῦτο, καὶ ὄψει ταχέως τὸν δεινὸν ἐκεῖνον καὶ ἄτολμον, ἀνδρεῖον καὶ μεγαλόψυχον γινόμενον καὶ πάντα τολμῶντα ῥᾳδίως. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐ τῆς φύσεως αὐτῷ μεταβληθείσης ταῦτα γίνεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ δεινῇ ψυχῇ τὴν ἑαυτῆς ἐνδείκνυσιν δύναμιν ἡ ἀγάπη· καὶ ταυτὸν γίνεται, οἷον ἂν εἴ τις μάχαιραν μολιβδίνην, οὐ σιδηρᾶν ποιήσας, ἀλλὰ μένουσαν ἐπὶ τῆς τοῦ μολίβδου φύσεως, τὰ σιδήρου ἐργάζεσθαι παρασκευάσῃ. Σκόπει δέ· Ὁ Ἰακὼβ ἄπλαστος ἦν, οἰκῶν οἰκίαν, καὶ πόνων ἀμελέτητος καὶ κινδύνων, ἀνειμένον τινὰ βίον ζῶν καὶ ἐλεύθερον, καὶ καθάπερ παρθένος ἐν θαλάμῳ, οὕτω καὶ οὗτος ἔνδον καθήμενος τὰ πλείονα οἰκουρεῖν ἠναγκάζετο, ἀγορᾶς μὲν καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀγορᾶς θορύβων καὶ πάντων τοιούτων ἀπηλλαγμένος, διαπαντὸς δὲ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἡσυχίᾳ μένων. Τί οὖν; Ἐπειδὴ αὐτὸν ὁ πυρσὸς τῆς ἀγάπης ἀνῆψε, τὸν ἄπλαστον τοῦτον καὶ οἰκοῦντα οἰκίαν ὅρα πῶς ἐποίησε καρτερικὸν καὶ φιλόπονον. Καὶ ταῦτα μὴ παρ' ἐμοῦ, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἄκουε τοῦ πατριάρχου. Ἐγκαλῶν γὰρ τῷ κηδεστῇ, φησὶ, *Ταῦτά μοι εἴκοσιν ἔτη ἐγὼ εἰμι μετὰ σοῦ.* Καὶ πῶς τὰ εἴκοσιν ἔτη ἐγένου; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθει, *Συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀῤῥιστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ*

Digitized by Google

τῶν ὀφθαλμῶν μου. Ταῦτα ὁ ἅπλαστος καὶ οἰκῶν οἰκίαν καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ζῶν. Ὅτι δὲ καὶ δειλὸς ἦν, δῆλον ἐξ ὧν τὸν Ἡσαῦ προσδοκῶν ὄψεσθαι, ἐτεθνήκει τῷ δέει. Ἀλλ' ὅρα πῶς πάλιν οὗτος ὁ δειλὸς λέοντος θρασύτερος ὑπὸ τῆς ἀγάπης γέγονε. Καθάπερ γάρ τινα πρόβαλον ἑαυτὸν πρὸ τῶν ἄλλων τάξας ἁπάντων, ἕτοιμος ἦν τὸν ἄγριον ἐκεῖνον καὶ φόνου πνέοντα, καθὼς ᾤετο, δέξασθαι πρῶτος, καὶ ἐν τῷ οἰκείῳ σώματι ταῖς γυναιξὶ τὴν ἀσφάλειαν κατασκευάσαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐδεδοίκει καὶ ἔφριττε, πρῶτος ἰδεῖν ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἐπεθύμει. Τοῦ γὰρ φόβου τούτου δυνατώτερος ἦν ὁ τῶν γυναικῶν πόθος. Εἶδες πῶς δειλὸς ὤν, τολμητὴς γέγονεν ἀθρόον, οὐ τὴν ἕξιν μεταβαλών, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης κρατυνθείς; Ὅτι γὰρ καὶ μετὰ ταῦτα δειλὸς ἦν, δῆλον ἐξ ὧν τόπους ἐκ τόπων ἀμείβει. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω κατηγορίαν εἶναι τοῦ δικαίου τὰ εἰρημένα. Οὐ γὰρ τὸ δειλὸν εἶναι, ἔγκλημα· φῦτο γὰρ φύσεως· ἀλλὰ τὸ διὰ δειλίαν τι ποιεῖν τῶν μὴ προσηκόντων. Ἔστι γὰρ καὶ δειλὸν ὄντα τῇ φύσει, ἀνδρεῖον γενέσθαι ὑπὸ τῆς εὐλαβείας. Τί δὲ ὁ Μωυσῆς; οὐχὶ ἕνα Αἰγύπτιον φοβηθεὶς ἔφυγε, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν μετέστη; Ἀλλ' ὅμως ὁ φυγὰς οὗτος, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἀπειλὴν οὐκ ἐνεγκών, ἐπειδὴ ἐγεύσατο τοῦ μέλιτος [309] τῆς ἀγάπης, καλῶς καὶ μηδενὸς καταναγκάζοντος συναπολέσθαι τοῖς ἀγαπωμένοις ἠπείγετο. *Εἰ μὲν γὰρ ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν*, φησίν, *ἄφες· εἰ δὲ μή, κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ἧς ἔγραψας.* Ὅτι δὲ καὶ τὸν θρασὺν ἐπιεικῆ, καὶ τὸν ἀσελγῆ σώφρονα ποιεῖ τὸ φιλεῖν, οὐδὲ παραδειγμάτων ἡμῖν ἐνταῦθα χρεία λοιπόν· πᾶσι γὰρ τοῦτο δῆλον· κἂν θηρίου παντός τις ἀγριώτερος ᾖ, προβάτου παντὸς ἡμερώτερος ἀπὸ τοῦ φιλεῖν γίνεται. Τί γὰρ τοῦ Σαοὺλ ἀγριώτερον ἦν καὶ μανικώτερον; Ἀλλ' ἡνίκα τὸν ἐχθρὸν ἀπέλυσεν ἡ θυγάτηρ, οὐδὲ ῥῆμα πρὸς αὐτὴν ἐξέβαλε πικρόν· καὶ ὁ τοὺς ἱερέας ἅπαντας κατασφάξας διὰ τὸν Δαυὶδ, τὴν θυγατέρα ὁρῶν ἐκ τῆς οἰκίας αὐτὸν ἀφεῖσαν, οὐδὲ μέχρι λόγου πρὸς αὐτὴν ἠγανάκτησε, καὶ ταῦτα ἀπάτης τοσαύτης ἐπ' αὐτὸν συντεθείσης· δυνατωτέρῳ γὰρ χαλινῷ τῷ τῆς ἀγάπης κατείχετο. Ὥσπερ δὲ ἐπιεικεῖς, οὕτω καὶ σώφρονας οἶδεν αὕτη ποιεῖν· κἂν τὴν ἑαυτοῦ τις ἀγαπᾷ γυναῖκα οὕτως, ὡς ἀγαπᾷν δεῖ, κἂν μυριάκις ἀσελγὴς ᾖ, οὐκ ἀνέξεται ἑτέραν ἰδεῖν διὰ τὸν πρὸς ἐκείνην πόθον. *Κραταιὰ* γάρ, φησίν, *ὡς θάνατος ἡ ἀγάπη.* Ὥστε οὐδαμόθεν ἄλλοθεν τὸ ἀσελγαίνειν γίνεται, ἢ ἐκ τοῦ μὴ φιλεῖν. Ἐπεὶ οὖν δημιουργὸς ἀρετῆς ἁπάσης ἡ ἀγάπη, μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης ἐν ταῖς ἑαυτῶν καταφυτεύσωμεν αὐτὴν ψυχαῖς, ἵν' ἡμῖν πολλὰ κομίσῃ τὰ ἀγαθά, καὶ βρύοντα αὐτῆς δεηνεκῶς τὸν καρπὸν ἔχωμεν, τὸν ἀεὶ τεθηλότα καὶ οὐδέποτε μαραινόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΔ'.

Εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε γλῶσσαι παύσονται, εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται.

α'. Δείξας τῆς ἀγάπης τὴν ὑπεροχὴν ἐκ τοῦ καὶ τὰ χαρίσματα καὶ τὰ τοῦ βίου κατορθώματα αὐτῆς δεῖσθαι, ἐκ τοῦ τὰς ἀρετὰς αὐτῆς ἀριθμῆσαι πάσας, καὶ φιλοσοφίας ἀκριβοῦς ὑπόθεσιν ἀποφῆναι, ἐξ ἑτέρου πάλιν τρίτου κεφαλαίου δείκνυσιν αὐτῆς τὴν ἀξίαν. Καὶ ταῦτα ποιεῖ τούς τε ἠλαττῶσθαι δοκοῦντας πεῖσαι θέλων, ὅτι ἔξεστιν αὐτοῖς τὸ κεφάλαιον τῶν σημείων ἔχειν, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔξουσι τῶν ἐχόντων τὰ χαρίσματα, εἰ ταύτην ἔχοιεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον· καὶ τοὺς ἔχοντας τὰ μεγάλα χαρίσματα πάλιν καὶ ἐντεῦθεν ἐπαιρομένους, ταπεινῶσαι σπουδάζων, καὶ δεῖξαι μηδὲν ἔχοντας, ἐὰν μὴ ταύτην ἔχωσιν. Οὕτω γὰρ ἐμελλόν τε ἀλλήλους ἀγαπᾷν, βασκανίας τε καὶ ἀπονοίας ἐντεῦθεν ἀναιρουμένης, ἀγαπῶντές τε πάλιν πορρώτερω ταῦτα ἐξώριζον τὰ πάθη· *Ἡ γὰρ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ, οὐ φυσιοῦται.* Ὥστε πανταχόθεν τεῖχος αὐτοῖς ἀῤῥαγὲς περιέβαλε, [310] καὶ πολύπλοκον ὁμόνοιαν ἀναιροῦσάν τε τὰ νοσήματα ἅπαντα, καὶ ἐντεῦθεν πάλιν ἰσχυροτέραν γινομένην. Διὰ τοῦτο καὶ μυρίους ἐκίνησε λογισμοὺς τοὺς δυναμένους αὐτῶν παραμυθήσασθαι τὴν ἀθυμίαν. Καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα δίδωσι, φησὶ, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον δίδωσι, καὶ ὡς βούλεται διαιρεῖ, καὶ χαριζόμενον, οὐκ ὀφεῖλον διαιρεῖ. Κἂν μικρὸν λάβῃς, ὁμοίως εἰς τὸ σῶμα τελεῖς, καὶ πολλῆς καὶ οὕτως ἀπολαύεις τιμῆς· καὶ ὁ τὸ μεῖζον ἔχων, σοῦ τοῦ τὸ ἔλαττον ἔχοντος δεῖται· καὶ ὅτι τὸ μέγιστον χάρισμα καὶ ἡ καθ' ὑπερβολὴν ὁδός ἐστιν ἡ ἀγάπη.

Ταῦτα δὲ ἔλεγε, διπλῇ περισφίγγων αὐτοὺς ἀλλήλοις, τῷ τε μὴ νομίζειν ἠλαττῶσθαι ταύτης παρούσης, καὶ τῷ ἐπιδραμόντας αὐτῇ καὶ ἑλόντας, μηδὲν πάσχειν λοιπὸν ἀνθρώπινον, καὶ ὡς τὴν ῥίζαν ἔχοντας τῶν χαρισμάτων, καὶ ὡς οὐκέτι δυναμένους, οὐδὲ εἰ μηδὲν εἶχον, φιλονεικεῖν. Ὁ γὰρ ἀλοὺς ἅπαξ ὑπὸ τῆς ἀγάπης, φιλονεικίας ἀπήλλακται. Διὸ καὶ δεικνὺς αὐτοῖς, ὅσα ἐντεῦθεν καρπώσονται τὰ ἀγαθὰ, τοὺς καρποὺς αὐτῆς ὑπέγραψε, διὰ τῶν ἐγκωμίων αὐτῆς τὰ ἐκείνων νοσήματα καταστέλλων. Καὶ γὰρ τῶν εἰρημένων ἕκαστον φάρμακον ἱκανὸν ἦν τοῖς ἐκείνων τραύμασιν ἀρκέσαι. Διὸ καὶ ἔλεγε, *Μακροθυμεῖ*, πρὸς τοὺς ἀλλήλοις φιλονεικοῦντας· *Χρηστεύεται*, πρὸς τοὺς διεστῶτας καὶ ὑπούλους· *Οὐ ζηλοῖ*, πρὸς τοὺς βασκαίνοντας τοῖς ὑπερέχουσιν· *Οὐ περπερεύεται*, πρὸς τοὺς διασπασθέντας· *Οὐ φυσιοῦται*, πρὸς τοὺς καταλαζονευομένους αὐτῶν· *Οὐκ ἀσχημονεῖ*, πρὸς τοὺς οὐκ ὀφείλοντας[a] συγκαταβαίνειν· *Οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς*, πρὸς τοὺς ὑπερορῶντας τῶν λοιπῶν· *Οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν*, πρὸς τοὺς ὑβριζομένους· *Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ*, πρὸς τοὺς βασκαίνοντας πάλιν· *Πάντα στέγει*, πρὸς τοὺς ἐπιβουλευομένους· *Πάντα ἐλπίζει*, πρὸς τοὺς ἀπογινώσκοντας· *Πάντα ὑπομένει, οὐδέποτε ἐκπίπτει*, πρὸς τοὺς εὐκόλως διϊσταμένους. Ἐπεὶ οὖν πανταχόθεν αὐτὴν μεγάλην ἔδειξε μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης, πάλιν ἐξ ἑτέρου κεφαλαίου μεγίστου τοῦτο ποιεῖ,

[a] Legendum putat Savilius οὐ θέλοντας, et sic legit vetus interpres.

Digitized by Google

fax amoris accendit, vide quomodo simplicem illum et domum incolentem, fortem et laboriosum reddiderit : et hoc non a me, sed ab ipso patriarcha audi. Socerum enim incusans, ait : *Hos viginti annos tecum ego sum* (*Gen.* 31. 38. 40). Et quomodo fuisti hos viginti annos? nam et hoc quoque adjecit : *Adustus æstu diei et frigore noctis, et abscessit somnus ab oculis meis.* Hæc ille sine fuco, qui domi habitabat ac remissam ducebat vitam. Quod autem timidus esset, palam est ex eo quod, cum se Esaü visurum exspectaret, metu morerctur. Sed vide rursum quomodo ille timidus leone audacior ex amore factus sit. Nam velut quidam propugnator ante alios omnes positus, paratus erat ferocem illum et cædem spirantem, ut existimabat, primus excipere, et in corpore suo mulieribus securitatem apparare, et eum quem timuerat et formidaverat, primus instructa acie videre cupiebat. Hoc quippe timore fortior erat uxorum amor. Viden' quomodo, timidus cum esset, audax subito factus sit, non mutato habitu, sed ab amore roboratus? Nam quod etiam postea timidus esset, palam est ex eo, quod locum ex loco mutaret. Sed nemo putet ea, quæ dicta sunt, justi esse accusationem. Non enim timidum esse culpa est : nam hoc est naturæ; sed ex timore aliquid contra officium patrare. Potest enim quis natura timidus, a pietate fortis et magni animi effici. Quid autem Moyses? annon Ægyptium unum timens fugit, et in exsilium ivit? Attamen ille fugitivus, qui viri unius minas non tulerat, postquam gustavit mel caritatis, pulchre ac nemine cogente, ut una cum dilectis periret festinabat. *Si* enim, inquit, *dimittis illis peccatum, dimitte; sin minus, et me dele de libro tuo, quem scripsisti* (*Exod.* 32. 31). Quod autem amor et trucem mansuetum, et libidinosum castum efficiat, non hic ultra exemplis nobis opus; id enim omnibus palam est : etiamsi fera quavis immanior quis fuerit, ove mansuetior ex amore efficitur. Nam quid Saüle immanius et furiosius erat? Sed quando filia ejus inimicum solvit, ne verbum quidem amarum contra illam emisit : et qui sacerdotes omnes penitus interfecerat propter Davidem, filiam videns quæ ex domo illum emiserat, ne verbo quidem tenus adversus illam indignatus est, etiamsi fraus illa adversum se adornata fuisset : potentiore namque amoris freno detinebatur. Ut autem mansuetos, ita et temperantes solet caritas facere : si quis enim uxorem suam amat, ut amare oportet, quantumvis natura sit libidinosus, numquam aliam videbit, suæ amore ductus : nam ait, *Fortis est ut mors dilectio* (*Cant.* 8. 6). Itaque non aliunde quis libidinosus est, quam quod non amet. Quoniam igitur omnis virtutis opifex est caritas, cum accuratione omni illam in animis nostris inseramus, ut nobis multa conferat bona, et uberem ejus fructum perpetuo decerpamus, semper virentem, qui numquam marcescat. Sic enim æterna consequemur bona : quæ utinam nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXIV.

CAP. 13. v. 8. *Sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.*

1. Cum caritatis excellentiam ostendisset, ex eo quod et charismata et ea quæ in vita præclare gerantur ea indigeant; ex eo quod ejus omnes virtutes numeraverit, et perfectæ philosophiæ fundamentum esse probarit; ex alio rursus tertioque capite ejus extendit dignitatem. Et hoc facit, tum ut illis qui diminuti esse videbantur persuadeat licere ipsis siquorum etiam caput seu facultatem habere, nihilque minus obtinere quam ii qui charismata habent, si eam habeant, imo multo majus; tum etiam ut eos qui majora charismata haberent indeque extollerentur, hinc deprimat, et ostendat eos nihil habere, si hanc obtineant. Ita enim sese et mutuo dilecturi erant, invidia et arrogantia sic de medio sublatis, rursus sese mutuo diligentes, hæc vitia procul fugabant : nam *Caritas non æmulatur, non inflatur.* Quæ muro illos undique firmissimo cinxit, et multitudici concordia, quæ morbos omnes tolleret et hinc ipsis fortior evaderet. Ideoque innumerabiles agerit rationes, quæ possent ipsorum dolorem consolari. Nam idem dat Spiritus, inquit, et ad utilitatem dat, et ut vult dividit, et gratis dans, non accipiens, dividit. Etiamsi vero parum acceperis, similiter ex corpore es, et multo sic etiam frueris honore : ac qui majus habet, te qui minus habes indiget : et maximum charisma, excellentiorque via est caritas.

Caritas omnia tollit mala. — Hæc porrò dicebat, duplici vinculo stringens illos invicem; et quod putarent se non minus habere illa præsente, et quod ad illam accurrentes illamque obtinentes, nihil ultra humanum paterentur, tum quia radicem charismatum haberent, tum quia non ultra possent, etiam si nihil haberent, contendere. Nam qui semel a caritate captus est, a contentione liber est. Quamobrem ostendens, quanta inde bona decerpturi sint, fructus ejus descripsit, per illius encomia morbos illorum reprimens. Etenim quæ dicta sunt singula, pharmacum erant quod sufficeret ad illorum curanda vulnera. Ideoque dicebat, *Patiens est*, adversus eos qui inter se contendunt; *Benigna est*, adversus eos qui dissident et occulto feruntur odio; *Non æmulatur*, contra eos qui invident plus habentibus; *Non agit perperam*, adversus eos qui disjuncti sunt; *Non inflatur*, contra eos qui in alios extolluntur; *Non indecore agit*, contra eos qui nolunt se attemperare; *Non quærit quæ sua sunt*, adversus eos qui cæteros despiciunt; *Non irritatur, non cogitat malum*, adversus eos qui contumeliam inferunt; *Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati*, rursus adversus invidos; *Omnia suffert*, adversus eos qui insidias parant; *Omnia sperat*, adversus eos qui desperant; *Omnia*

Digitized by Google

sustinet, numquam excidit, contra eos qui facile dissident. Quia igitur illam undique magnam exhibuit cum hyperbole omni, rursus ex alio capite hoc facit, per comparationem aliam ejus dignitatem extollens, et sic dicens. *Sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt.* Si enim hæc utraque propter fidem inducta sunt, hac ubique terrarum dispersa, jam superfluus illorum usus fuerit. Sed mutua illa dilectio non cessabit, imo magis crescet, et hic et in futuro, tuncque magis quam nunc. Hic enim multa sunt quæ caritatem emolliant et minuant, peeuniæ, negotia, morbi corporum, ægritudines animæ; illic vero nihil horum aderit. Sed quod prophetiæ et linguæ cessent, mirum non est; quod autem scientia destruatur, hoc certe quæstionem movet: nam et hoc adjecit dicens, *Sive scientia destruetur.* Quid ergo? in ignorantia tunc victuri sumus? Absit: nam tunc maxime augenda scientia est; ideoque dicebat: *Tunc cognoscam sicut et cognitus sum* (1. *Cor.* 13. 12). Propterea, ne perinde atque prophetiam et linguas hanc cessaturam esse putares, cum dixisset, *Sive scientia destruetur*, non tacuit, sed modum destructionis subjunxit, cito addens illud: 9. *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus.* 10. *Cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est.* Non ergo scientia destruitur, sed illa ex parte tantum scientia: non enim solum tot tantaque sciemus, sed etiam multo plura. Ut autem illud exemplo palam faciam: nunc scimus Deum ubique esse, sed quomodo, nescimus: quod ex nihilo omnia fecerit scimus, modum autem ignoramus: quod ex Virgine natus sit, quomodo autem, non item. Tunc autem quid amplius et clarius de his cognoscemus. Deinde ostendit quantum intersit, et quod hic deficit non esse parvum, dicens: 11. *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus: cum autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.* Per illud autem exemplum hoc ipsum rursus declarat, dicens: 12. *Videmus enim nunc per speculum.*

2. Deinde quia speculum id quod videtur utcumque monstrat, subjunxit, *In ænigmate*, ex hyperbole monstrans per modicas partes esse præsentem scientiam. *Tunc autem facie ad faciem;* non quod faciem habeat Deus, sed ut rem clarius et magis perspicue dicat. Vides omnia discentes per incrementum? *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.* Viden' quomodo fastum eorum dupliciter deprimat? quod et per partes sit scientia, et quod non illam ex se habeant. Non enim ego illum novi, sed se ipse mihi notum fecit, inquit. Quemadmodum ergo ipse me novit prior nunc, et ipse ad me accurrit: sic ego tunc ad illum accurram multo magis, quam nunc. Etenim qui in tenebris sedet, donec viderit solem, non ipse accurrit ad pulchritudinem radii, sed illa seipsam ostendit, quando illuxerit: cum autem ejus splendorem susceperit, tunc et ipse demum lucem persequitur. Hoc ergo sibi vult illud, *Sicut et cognitus sum:* non quia ita illum cognituri sumus, sicut ipse nos cognoscit; sed quia sicut ille ad nos nunc accurrit, ita et nos sic tunc ipsum insequemur, et multa, quæ nunc arcana sunt, sciemus, et beatissima illa fruemur consuetudine et sapientia. Si enim qui tam multa sciebat Paulus parvulus erat, cogita quanta illa sint: si hæc sunt speculum et ænigma, hic mihi consideres quanta sit facies. Ut autem tibi parvum quidpiam aperiam circa differentiam hanc, et radium quempiam obscurum hujus cognitionis in animam tuam immittam, recordare eorum quæ in lege sunt, nunc cum gratia effulsit. Etenim illa ante gratiam magna quædam et mirabilia videbantur esse; attamen audi quid dicat de illis post gratiam Paulus: *Non glorificatum fuit quod claruit in hac parte, propter supereminentem gloriam* (2. *Cor.* 3. 10). Ut autem quod dico clarius evadat, in unam aliquam rem, quæ tunc mystice peragebatur, sermonem transferamus, et tunc videbis quantum sit intervallum: et si vis, Pascha in medium afferamus et vetus et novum, et tunc scies excellentiam. Illud enim celebrabant etiam Judæi, hoc autem pacto celebrabant, ut in speculo et in ænigmate: arcana autem hæc mysteria ne in mentem quidem illis unquam venerant, neque sciebant quænam essent ea, quæ illa prænuntiabant; sed ovem videbant mactari, et sanguinem bruti, et portas illo unctas; quod autem Filius Dei incarnatus mactandus esset et orbem liberaturus totum, daturusque et Græcis et barbaris sanguinem hunc degustandum, cælum aperturus omnibus, et quæ illic sunt humano generi oblaturus; et carnem illam sanguine cruentatam deducturus supra cælum et cælum cæli, et omnes omnino supernos angelorum, archangelorum aliarumque virtutum exercitus, et in ipso throno regio ad dexteram Patris sessuram collocaturus, gloria ineffabili fulgentem: hæc certe neque illorum, neque aliorum hominum quispiam vel præscivit, vel in mentem vocare potuit. Sed quid dicunt ii qui omnia audent? Illud, *Nunc cognosco ex parte*, de dispensationibus dictum esse; ipsum enim perfectam de Deo cognitionem habuisse. Et quomodo se infantem vocat? quomodo per speculum videt? quomodo in ænigmate, si totam habet scientiam? cur illud quasi eximium tribuit Spiritui, et nulli alii creatæ potestati, dicens: *Quis enim novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* (1. *Cor.* 2. 11). Et Christus rursum sui solius hoc esse dicit ita loquens: *Non quod Patrem vidit quisquam, nisi qui est a Deo, hic vidit Patrem* (*Joan.* 6. 46); visionem dicens clarissimam et perfectissimam cognitionem. Quomodo autem is qui substantiam novit, œconomias et dispensationes ignorabit? Illa enim cognitio hac major est. Ignoramus ergo, inquit, Deum? Absit: sed quod quidem sit novimus; quid autem substantia sit, non item. Et ut scias quod non de dispensationibus dixerit illud, *Nunc cognosco ex parte*, audi sequentia: subjunxit ergo, *Tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.* Non autem a dispensationibus et œconomiis cognitus est, sed a Deo. Nemo igitur vel parvam vel simpli-

Digitized by Google

κατὰ σύγκρισιν ἑτέραν ἐπαίρων αὐτῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ λέγων οὕτως· *Εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε γλῶσσαι παύσονται.* Εἰ γὰρ ἀμφότερα ταῦτα τῆς πίστεως ἕνεκεν εἰσενήνεκται, ταύτης πανταχοῦ διασπαρείσης, περιττὴ τούτων ἡ χρεία λοιπόν. Ἀλλ' οὐ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους παυθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπιδώσει μειζόνως, καὶ ἐνταῦθα καὶ κατὰ τὸ μέλλον, καὶ τότε μᾶλλον ἢ νῦν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ πολλὰ τὰ χαυνοῦντα τὴν ἀγάπην, χρήματα, πράγματα, πάθη σωμάτων, νοσήματα ψυχῆς· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τούτων. Ἀλλὰ τὸ μὲν προφητείας καταργεῖσθαι καὶ γλώσσας, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ γνῶσιν καταργεῖσθαι, τοῦτό ἐστι τὸ τὴν ἀπορίαν ποιοῦν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προσέθηκεν εἰπών, *Εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται.* Τί οὖν; ἐν ἀγνωσίᾳ μέλλομεν ζῆν τότε; Ἄπαγε· καὶ γὰρ τότε μάλιστα [311] ἐπιταθῆναι εἰκὸς τὴν γνῶσιν. Διὸ καὶ ἔλεγε, *Τότε ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.* Διά τοι τοῦτο, ἵνα μὴ ὁμοίως τῇ προφητείᾳ καὶ ταῖς γλώσσαις καὶ ταύτην καταργεῖσθαι νομίσῃς. Εἰπὼν, *εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται,* οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐπήγαγε καὶ τὸν τρόπον τῆς καταργήσεως, ταχέως προσθεὶς τὸ, *Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.* Οὐκ ἄρα ἡ γνῶσις καταργεῖται, ἀλλὰ τὸ μερικὴ εἶναι γνῶσις· οὐκέτι γὰρ τοσαῦτα εἰσόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα. Ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος αὐτὸ ποιήσω φανερὸν, οἶδεν ἴσμεν ὅτι πανταχοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πῶς, οὐκ ἴσμεν. Ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν, ἴσμεν· τὸν δὲ τρόπον ἀγνοοῦμεν· ὅτι ἐκ Παρθένου τέχθη, πῶς δὲ, οὐκέτι. Τότε δὲ εἰσόμεθά τι πλέον καὶ σαφέστερον περὶ τούτων. Εἶτα δείκνυσι καὶ τὸ ἔσον ὅσον, καὶ ὅτι οὐ μικρὸν τὸ λειπόμενον, λέγων· *Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, τὰ τοῦ νηπίου κατήργηκα.* Καὶ ἑτέρου δὲ παραδείγματος τὸ αὐτὸ πάλιν δηλοῖ λέγων· *Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου.*

β'. Εἶτα ἐπειδὴ τὸ ἔσοπτρον παρίστησι τὸ ὁρώμενον ὡσδήποτε, ἐπήγαγεν, *Ἐν αἰνίγματι,* μεθ' ὑπερβολῆς δεικνὺς μερικωτάτην τὴν παροῦσαν γνῶσιν. *Εἶτε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον·* οὐχ ὡς πρόσωπον ἔχοντος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἵνα εἴπῃ σαφέστερον καὶ ἐνάργειαν. Ὁρᾷς κατ' ἐπίδοσιν πάντα μανθάνοντας; *Ὅτε γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.* Εἶδες πῶς διπλῆ τὸ φύσημα τῶν κατέσπασεν; ὅτι καὶ μερικὴ ἡ γνῶσις, καὶ ἐκ ταύτην οἰκοθεν ἔχουσιν. Οὐ γὰρ ἐγὼ αὐτὸν ἔγνων, ἀλλ' αὐτός με ἐγνώρισε, φησίν. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνός με ἔγνω πρότερος νῦν, καὶ αὐτός μοι ἐπέδραμε, οὕτως ἐγὼ αὐτῷ ἐπιδραμοῦμαι τότε πολλῷ μᾶλλον, ἢ νῦν. Καὶ γὰρ ὁ ἐν σκότῳ καθήμενος, ἕως ἂν μὴ βλέπῃ τὸν ἥλιον, οὐκ αὐτὸς ἐπιτρέχει τῷ ἡλίῳ τῆς ἀκτῖνος, ἀλλ' ἐκείνη δείκνυσιν ἑαυτὴν, εἶδεν λάμψῃ· ὅταν δὲ αὐτῆς δέξηται τὴν αὐγὴν, καὶ αὐτὸς λοιπὸν διώκει τὸ φῶς. Τοῦτο οὖν ἐστι *Καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην·* οὐχ ὅτι οὕτως αὐτὸν ἔγνωμεθα, καθὼς αὐτὸς ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι ὥσπερ αὐτὸς ἐπέδραμε νῦν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀνθεξόμεθα αὐτοῦ τότε, καὶ πολλὰ τῶν νῦν ἀπορρήτων εἰσόμεθα, τῆς μακαριωτάτης ἐκείνης ἀπολαύσομεν ὁμιλίας σοφίας. Εἰ γὰρ ὁ τοσαῦτα εἰδὼς Παῦλος νήπιος, ἡμῶν ἡλίκα ἐκεῖνα· εἰ ταῦτα ἔσοπτρον καὶ αἴνιγμα, λογίζου μοι πάλιν ἐντεῦθεν τὸ πρόσωπον ἡλίκον ἐστίν. Ἵνα δέ σοι μικρόν τι παρανοίξω τῆς διαφορᾶς ταύτης, καὶ ἀκτῖνά τινα ἀμυδρὰν τοῦ νοήματος ἐναφῶ σου τῇ ψυχῇ τούτου, ἀναμνήσθητί μοι τῶν ἐν τῷ νόμῳ νῦν, ἡνίκα ἡ χάρις ἔλαμψε. Καὶ γὰρ ἐκεῖνα πρὸ τῆς χάριτος μεγάλα τινὰ καὶ θαυμαστὰ ἐφαίνετο· ἀλλ' ὅμως ἄκουσον [312] τί φησι περὶ αὐτῶν μετὰ τὴν χάριν ὁ Παῦλος, ὅτι *Οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης.* Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον ὃ λέγω γένηται, ἐφ' ἑνός τινος τῶν τότε τελουμένων τὸν λόγον μεταχειρίσωμεν, καὶ τότε ὄψει τὸ μέσον ὅσον· καὶ, εἰ βούλει, τὸ Πάσχα εἰς μέσον ἀγάγωμεν ἐκεῖνο καὶ τοῦτο, καὶ τότε εἴσῃ τὴν ὑπεροχήν. Ἐπετέλουν μὲν γὰρ καὶ Ἰουδαῖοι, ἐπετέλουν δὲ οὕτως, ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι· τὰ δὲ ἀπόρρητα ταῦτα μυστήρια οὐδὲ εἰς νοῦν ποτε ἔλαβον, οὐδὲ ἥδεσαν[a] τίνα ἦν, ἃ ἐκεῖνα προανεφώνει· ἀλλὰ πρόβατον ἐώρων σφαττόμενον, καὶ αἷμα ἀλόγου, καὶ θύρας χριομένας τούτῳ· ὅτι δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σαρκωθεὶς σφαγήσεται, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐλευθερώσει πᾶσαν, καὶ δώσει καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τοῦ αἵματος ἀπογεύσασθαι τούτου, καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνοίξει πᾶσι, καὶ τὰ ἐκεῖ προσθήσει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καὶ τὴν αἱμαχθεῖσαν σάρκα λαβὼν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάσας ἁπλῶς τὰς ἄνω τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων στρατιὰς ἀναβιβάσει, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς αὐτὴν καθιεῖ δόξῃ λάμπουσαν ἀῤῥήτῳ· ταῦτα δὴ οὔτε ἐκείνων τις, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε προέγνω οὔτε εἰς νοῦν ἠδυνήθη βαλέσθαι πωτέ. Ἀλλὰ τί φασιν οἱ πάντα τολμηροί; Τὸ, *Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους*, περὶ οἰκονομιῶν εἰρῆσθαι· τὴν γὰρ περὶ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἀπηρτισμένην αὐτὸν ἔχειν. Καὶ πῶς νήπιον ἑαυτὸν καλεῖ; πῶς δι' ἐσόπτρου βλέπει; πῶς ἐν αἰνίγματι, εἰ τὸ πᾶν ἔχει τῆς γνώσεως; τί δὲ ὥσπερ ἐξαίρετον ἀνατίθησιν αὐτὸ τῷ Πνεύματι, καὶ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ δυνάμει τῆς κτίσεως, λέγων· *Τίς γὰρ οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ὁ Χριστὸς πάλιν ἑαυτοῦ μόνου τοῦτο εἶναί φησιν, οὕτω λέγων· *Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα·* ὁρασιν τὴν γνῶσιν λέγων τὴν σαφεστάτην καὶ ἀπηρτισμένην. Πῶς δὲ ὁ τὴν οὐσίαν εἰδὼς, τὰς οἰκονομίας ἀγνοήσει; ἐκείνη γὰρ μείζων ταύτης ἡ γνῶσις. Ἀγνοοῦμεν οὖν, φησὶ, τὸν Θεόν; Ἄπαγε· ἀλλ' ὅτι μὲν ἔστιν, ἴσμεν· τί ποτε δέ ἐστι τὴν οὐσίαν, οὐκέτι. Καὶ ἵνα γνῷς ὅτι οὐ περὶ τῶν οἰκονομιῶν εἴρηκε τὸ, *Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους*, ἄκουσον τῶν ἑξῆς· ἐπήγαγεν οὖν· *Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.* Οὐ δήπου δὲ ὑπὸ τῶν οἰκονομιῶν ἐπεγνώσθη, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Μηδεὶς τοίνυν μικράν, μηδὲ ἁπλῆν νομιζέτω εἶναι ταύτην τὴν παρανομίαν, ἀλλὰ καὶ διπλῆν καὶ τριπλῆν καὶ πολλαπλασίονα. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἄτοπον, ὅτι ταῦτα ἀλαζονεύονται εἰδέναι, ἃ τοῦ Πνεύματός ἐστι μόνου, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ Παύλου οὐδὲ τὸ μερικὸν τοῦτο τῆς γνώσεως ἄνευ τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως δυνηθέντος μαθεῖν, αὐτοὶ τὸ πᾶν ἐκ τῶν οἰκείων [313] λογισμῶν κατειληφέναι φασίν. Οὐδὲ γὰρ ἔχου-

[a] *Decerat* ἥδεσαν.

Digitized by Google

σιν οὐδαμοῦ τὴν Γραφὴν περὶ τούτων ἡμῖν διειλεγμένην δεῖξαι. Ἀλλὰ γὰρ τὴν μανίαν αὐτῶν ἀφέντες, τῶν ἐξῆς ἐχώμεθα περὶ τῆς ἀγάπης λόγων. Οὐδὲ γὰρ τούτοις ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπάγει πάλιν λέγων· *Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.*

γ'. Ἡ μὲν γὰρ πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν πιστευθέντων καὶ τῶν ἐλπισθέντων παραγενομένων ἀγαθῶν, παύεται. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἐλπὶς γὰρ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει;* καὶ πάλιν, *Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.* Ὥστε αὗται μὲν παύονται φανέντων ἐκείνων· ἡ δὲ ἀγάπη τότε μάλιστα αἴρεται, καὶ γίνεται σφοδροτέρα. Ἕτερον πάλιν ἐγκώμιον τῆς ἀγάπης· οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖται τοῖς ἔμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλο φιλονεικεῖ πάλιν εὑρεῖν. Σκόπει δέ· Εἶπεν αὐτὴν χάρισμα εἶναι μέγα καὶ ὁδὸν τούτων καθ' ὑπερβολήν· εἶπε χωρὶς αὐτῆς μηδὲν μέγα ὠφελεῖν τὰ χαρίσματα, ὑπέγραψεν αὐτῆς διὰ πολλῶν τὴν εἰκόνα· βούλεται πάλιν καὶ ἑτέρως αὐτὴν ἐπᾶραι, καὶ δεῖξαι μεγάλην οὖσαν ἐκ τοῦ διαμένειν· διὸ καὶ ἔλεγε, *Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.* Πῶς οὖν μείζων ἡ ἀγάπη; Τῷ ἐκεῖνα διαβαίνειν. Εἰ τοίνυν τοσαύτη ἡ ἰσχὺς τῆς ἀγάπης, εἰκότως ἐπάγει λέγων, *Διώκετε τὴν ἀγάπην.* Καὶ γὰρ διώξεως χρεία καὶ δρόμου τινὸς σφοδροῦ ἐπ' αὐτήν· οὕτως ἡμῶν ἀπέπτη, καὶ τοσαῦτα τὰ ὑποσκελίζοντα τὸν ἐκεῖσε δρόμον. Διὸ καὶ πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς σφοδρότητος, ὥστε αὐτὴν καταλαβεῖν. Ὑπὲρ ἐνδεικνύμενος ὁ Παῦλος οὐκ εἶπεν, Ἀκολουθεῖτε τῇ ἀγάπῃ, ἀλλὰ, *Διώκετε* αὐτὴν, διεγείρων ἡμᾶς καὶ ἀνάπτων πρὸς τὴν ἐκείνης ἀντίληψιν. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἐξαρχῆς μυρία ὑπὲρ ταῦ ταύτην ἡμῖν ἐμφυτεῦσαι ἐμηχανήσατο· καὶ γὰρ μίαν ἅπασιν ἔδωκε κεφαλὴν, τὸν Ἀδάμ. Διὰ τί γὰρ μὴ ἐκ γῆς γινόμεθα πάντες; διὰ τί μὴ τέλειοι, ὡς ἐκεῖνος; Ἵνα καὶ οἱ τόκοι καὶ αἱ παιδοτροφίαι, καὶ τὸ ἐξ ἀλλήλων φύεσθαι, συνδήσωσι πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τὴν γυναῖκα ἐποίησεν ἀπὸ γῆς. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἦρκει δυσωπῆσαι πρὸς ὁμόνοιαν ἡμᾶς ὁμοίως, τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι, εἰ μὴ καὶ τὸν αὐτὸν ἔχοιμεν πρόγονον, καὶ τοῦτο κατεσκεύασεν. Εἰ γὰρ νῦν τόποις διεστηκότες μόνοις, ἀλλοτρίους εἶναι νομίζομεν ἑαυτοὺς ἀλλήλων· εἰ δύο τὸ γένος ἡμῶν ἔσχεν ἀρχὰς, πολλῷ μᾶλλον ἂν τοῦτο ἐγένετο. Διὰ δὴ τοῦτο, ὥσπερ ἀπό τινος μιᾶς κεφαλῆς, τὸ πᾶν ἔδησε σῶμα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Καὶ ἐπειδήπερ ἐξαρχῆς δύο τινὲς ἐδόκουν εἶναι, ὅρα πῶς αὐτοὺς συγκολλᾷ πάλιν καὶ εἰς ἓν συνάγει διὰ τοῦ γάμου· *Ἀντὶ τούτου γὰρ καταλείψει, φησὶν, ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα* [314] *αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡ γυνὴ, ἀλλ' *Ὁ ἄνθρωπος*, ἐπειδὴ καὶ μείζων ἡ ἐπιθυμία ἐν ἐκείνῳ. Καὶ γὰρ καὶ μείζονα αὐτὴν διὰ τοῦτο ἐποίησεν, ἵνα τὸ ὑπερέχον κατακάμψῃ τῇ τυραννίδι τούτου τοῦ ἔρωτος, καὶ ὑποτάξῃ τῷ ἀσθενεστέρῳ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γάμον ἔδει εἰσαχθῆναι, τὸν ἐξ οὗ γέγονε, τοῦτον ἄνδρα ἐποίησε τῇ γυναικί. Πάντα γὰρ ἀγάπης τῷ Θεῷ δεύτερα. Εἰ γὰρ οὕτω γενομένων ὁ πρῶτος εὐθέως οὕτως ἐμάνη, καὶ τοσαύτην μάχην ὁ διάβολος καὶ βασκανίαν ἐνέσπειρε, τί οὐκ ἂν εἰργάσατο, εἰ μὴ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ἐβλάστησαν; Εἶτα ἵνα τὸ μὲν ὑποτάττηται, τὸ δὲ ἄρχῃ· τὸ γὰρ ὁμότιμον οἶδε πολλάκις μάχην εἰσάγειν· οὐκ ἀφῆκε δημοκρατίαν εἶναι, ἀλλὰ βασιλείαν, καὶ καθάπερ ἐν στρατοπέδῳ, ταύτην ἂν τις ἴδοι τὴν διάταξιν καθ' ἑκάστην οἰκίαν. Ἔστι γοῦν ἐν τάξει μὲν βασιλέως ὁ ἀνὴρ, ἐν τάξει δὲ ὑπάρχου ἡ γυνὴ καὶ στρατηγοῦ· καὶ οἱ παῖδες δὲ ἀρχὴν κεκλήρωνται τρίτην· εἶτα μετὰ ταῦτα ἀρχὴ τετάρτη ἡ τῶν οἰκετῶν· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι κρατοῦσι τῶν ἐλαττόνων, καὶ εἴς τις πολλάκις τοῖς πᾶσιν ἐφέστηκε, τὴν τοῦ δεσπότου τάξιν διατηρῶν, πλὴν ὡς οἰκέτης. Καὶ μετὰ ταύτης ἑτέρα πάλιν ἀρχὴ καὶ ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν γυναικῶν, ἡ τῶν παίδων*, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς παισὶ πάλιν ἑτέρα κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ κατὰ τὴν φύσιν· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς παιδίοις ὁμοίως τὸ θῆλυ κρατεῖ. Καὶ πανταχοῦ δι' ὀλίγου καὶ πυκνὰς ἐποίησε τὰς ἀρχὰς ὁ Θεὸς, ἵνα πάντα ἐν ὁμονοίᾳ μένῃ καὶ εὐταξίᾳ πολλῇ. Διὰ τοῦτο καὶ πρὶν εἰς πλῆθος ἐξενεχθῆναι τὸ γένος, δύο μόνων ὄντων τῶν πρώτων, τῷ μὲν ἄρχειν, τῇ δὲ ἄρχεσθαι ἐκέλευσε. Καὶ ἵνα μὴ ὡς ἐλάττονος καταφρονῇ πάλιν καὶ ἀποσχίζηται, ὅρα πῶς αὐτὴν ἐτίμησέ τε καὶ ἥνωσε καὶ πρὸ τῆς δημιουργίας. *Ποιήσωμεν* γὰρ *αὐτῷ*, φησὶ, *βοηθόν*· δεικνὺς ὅτι εἰς χρείαν αὐτοῦ γέγονε, καὶ ταύτῃ συνάγων αὐτὸν πρὸς τὴν δι' αὐτὸν γεγενημένην. Καὶ γὰρ πρὸς ταῦτα οἰκειότερον διακείμεθα τὰ δι' ἡμᾶς πραχθέντα. Ἵνα δὲ μὴ ἐπαίρηται πάλιν ἐκείνη, ὡς εἰς βοήθειαν αὐτῷ δοθεῖσα, καὶ τὸν δεσμὸν ἀπορρήξῃ τοῦτον, ἀπὸ τῆς πλευρᾶς αὐτὴν ποιεῖ, δεικνὺς ὅτι μέρος τοῦ παντός· ἐστιν αὕτη τοῦ σώματος. Ἵνα δὲ μηδὲ ὁ ἀνὴρ ἐντεῦθεν ἐπαίρηται, οὐκέτι ἀφίησιν εἶναι μόνου, ὃ μόνου τὸ πρότερον ἐγένετο, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐποίησε τούτῳ, τὴν παιδοποιίαν εἰσαγαγὼν, κἀν τούτῳ πρωτιμήσας μὲν τὸν ἄνδρα, οὐ μὴν τὸ πᾶν ἀφεὶς εἶναι αὐτοῦ.

δ'. Εἶδες πόσους συνδέσμους ἀγάπης ὁ Θεὸς εἰργάσατο; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς φύσεως κατέθηκε τῇ ὁμονοίᾳ τὰ ἐνέχυρα. Καὶ γὰρ τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι, εἰς τοῦτο ἄγει· πᾶν γὰρ ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὑτῷ· καὶ τὸ ἐξ ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα εἶναι, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων πάλιν τοὺς παῖδας. Ὅθεν καὶ πολλοὶ φύονται διαθέσεως τρόποι. Τὸν μὲν γὰρ ὡς πατέρα ἀγαπῶμεν, τὸν δὲ ὡς πάππον· καὶ τὴν μὲν ὡς μητέρα, τὴν δὲ ὡς τιθηνόν· καὶ τὸν μὲν ὡς υἱὸν καὶ ἔγγονον καὶ ἐξ ἐγγόνων πάλιν, τὴν δὲ ὡς θυγατέρα καὶ θυγατριδῆν· καὶ τὸν μὲν ὡς ἀδελφὸν, τὸν δὲ ὡς [515] ἀδελφιδοῦν· καὶ τὴν μὲν ὡς ἀδελφὴν, τὴν δὲ ὡς ἀδελφιδῆν. Καὶ τί γὰρ δεῖ πάντα καταλέγειν τὰ τῆς συγγενείας ὀνόματα; Ἐπενόησε δὲ καὶ ἑτέραν διαθέσεως ὑπόθεσιν· ἀπαγορεύσας γὰρ τοὺς τῶν συγγενῶν γάμους, ἐπ' ἀλλοτρίους ἡμᾶς ἐξήγαγε, κἀκείνους πάλιν πρὸς ἡμᾶς εἵλκυσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῆς φυσικῆς ταύτης συγγενείας οὐκ ἦν ἐκείνους ἡμῖν συναφθῆναι, ἀπὸ τοῦ γάμου πάλιν συνῆψεν, ὁλοκλήρους οἰκίας διὰ τῆς μιᾶς νύμφης συνάγων, καὶ γένη γένεσιν ὅλα ἀναμιγνύς. *Μὴ γάμει* γὰρ, φησὶ, *τὴν ἀδελφὴν τὴν σὴν, μηδὲ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρός, μηδὲ ἄλλην κόρην τὴν τοιαύτην συγγένειαν πρὸς σὲ κεκτημένην*, ἡ διακωλύει τὸν γάμον, ὀνόματι θεὶς τῶν τοιούτων συγγενῶν τὰ εἴδη. Ἀρκεῖ σοι πρὸς τὴν ἐκείνων διάθεσιν τὸ λῦσαι τὰς αὐτὰς ὠδῖνας, τὸ ἑτέρως σοι προσήκειν τὰς ἄλλας. Τί στενοχωρεῖς τῆς ἀγάπης τὸ πλάτος; τί περιττῶς ὑπόθεσιν ἀναλίσκεις εἰς αὐτὴν φιλίας, δι' ἧς δύνασαι καὶ ἑτέραν πορίσασθαι φιλίας ἀφορμὴν, ἔξωθεν γυναῖκα ἀγαγών,

* *Deerant verba*, καὶ ἐν αὐτοῖς.... παίδων.

Digitized by Google

cem hanc iniquitatem esse putet, sed et duplicem et triplicem et multiplicem. Non enim hoc solum absurdum est, quod ea se vane glorientur scire, quæ Spiritus solius sunt et unigeniti Filii Dei; sed etiam quod, cum Paulus ne partem quidem illam cognitionis sine superna revelatione accipere potuerit, ipsi totum ex propriis ratiociniis se accepisse dicant. Neque enim usquam possunt Scripturam, quæ de his disseruerit, nobis ostendere. Sed missa illorum insania, sequentia quæ de caritate dicuntur persequamur. Neque enim his contentus fuit, sed rursus hæc subjungit: 13. *Nunc autem manet fides, spes, caritas, tria hæc; major autem horum est caritas.*

3. *Caritatis encomia.* — Nam fides et spes, cum advenerint bona quæ credita et sperata fuerunt, cessabunt. Et hoc significans Paulus dicebat: *Spes enim quæ videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid etiam speret* (*Rom.* 8. 24)? et rursum: *Est autem fides eorum quæ sperantur substantia, rerum quæ non videntur argumentum* (*Hebr.* 11. 1). Quamobrem hæ quidem cessabunt cum illa apparuerint: caritas autem tunc maxime extollitur, et fit vehementior. Aliud rursus encomium caritatis: neque enim contentus est prioribus, sed et alia rursum invenire contendit. Animum autem adhibe: dixit eam charisma esse magnum et viam ad hæc supereminentem; dixit sine illa non multum juvare charismata, ejus imaginem auribus descripsit: vult rursus illam alio modo tollere, et ostendere quod magna sit ex eo quod maneat. Ideoque dixit, *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc; major autem horum est caritas.* Quomodo ergo major est caritas? Quod illa transeant. Si ergo tanta est virtus caritatis, jure subjungit dicens: *Sectamini caritatem.* Etenim insequi oportet vehementer ad illam currere; ita a nobis avolat, tanta sunt quæ susceptum illo cursum supplantant. Ideo propter opus est nos magna uti vehementia, ut illam comprehendamus: quod ostendens beatus ille non dixit, Sequimini caritatem, sed, *Persequimini caritatem*, excitans nos accendensque ad illam comprehendendam. Etenim Deus a principio innumera illam in nobis inserendam machinatus est: nam primis unum dedit caput, Adamum. Cur enim non de terra nascimur omnes? cur non perfecti, sive sicuti sicut ille? Ut et partus et filiorum educationes, quod ex aliis nasceremur, nos mutuo colligarent. Ideo neque mulierem ex terra fecit. Quia enim satis erat ad verecundiam in nobis inserendam, ad concordiam nos adduceret, quod ex eadem substantia essemus, nisi eumdem haberemus progenitorem: hoc quoque effecit. Si enim nunc solis vicinis locis, alienos nos existimamus; si genus horum duo principia habuisset, multo magis hoc fieret. Ideo, quasi ab uno capite, totum generis humani corpus colligavit. Et quia in principio duo tantum videbantur esse, vide quomodo illos conglutinat et in unum cogat per connubium: *Propter hoc*, inquit, *relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una* (*Gen.* 2. 24). Non dixit, Mulier, sed, *Homo*, quia major est in illo concupiscentia. Nam ideo majorem illam fecit, ut quod excellentius erat flecteret per hujus amoris tyrannidem, et imbecilliori subjiceret. Quia vero matrimonium etiam inducendum erat, eum ex quo orta erat fecit mulieri maritum: Deus enim omnia caritati postponit. Si enim cum res ita factæ sint, primus statim sic insanivit tantamque pugnam et invidiam inseruit diabolus; quid non fecisset, si non ex una radice orti germinassent? Deinde ut aliud quidem subjiceretur, aliud imperaret; nam paritas honoris solet sæpe pugnas inducere; non sivit populare imperium esse, sed regnum, et sicut in exercitu, eumdem videris in singulis domibus ordinem. Est ergo maritus in ordine regis, mulier vero in ordine præfecti aut ducis exercitus; tertium filii imperium sortiuntur; deinde quartum domestici occupant: nam hi quoque imperant minoribus, et unus sæpe omnibus præfectus fuit, domini ordinem servans, cæterum ut domesticus. Et post hoc aliud rursus imperium (*a*) [et in ipsis, imperium mulierum, imperium filiorum], et in ipsis filiis rursus aliud secundum ætatem et secundum sexum: non enim in liberis similiter dominatum obtinet femina. Et ubique fere Deus frequentia fecit imperia, ut omnia in concordia manerent et in recto ordine. Idcirco, antequam genus humanum multiplicaretur, cum primi duo tantum essent, jussit hunc imperare, illam parere. Et ne rursus illam ut minorem despiceret, et illa abscinderetur, vide quomodo illam honoraverit et conjunxerit, etiam ante creationem. Nam ait: *Faciamus illi adjutorem* (*Gen.* 2. 18); ostendens illam in usum factam fuisse, et hac ratione concilians illum cum ea, quæ propter ipsum facta fuit: nam majori affectu ferimur erga ea quæ propter nos facta sunt. Ut ne autem illa rursus efferretur, utpote in auxilium ipsi data, et hoc rumperet vinculum, ex latere illam fecit, ostendens illam partem esse totius corporis. Ut autem neque vir inde extolleretur, non amplius sinit esse solius, quod solius primum fuit; sed contrarium fecit, liberorum procreationem inducens; et hac in re quidem virum præferens, neque tamen totum ipsi relinquens.

4. Vidistin' quot amoris vincula Deus fecerit? Sed hæc quidem ex natura concordiæ pignora posuit. Nam quod ex eadem substantia sit, ad hoc ducit: omne quippe animal quod simile ipsi est amat; et quod mulier sit ex viro, et quod ex utroque rursum sint filii. Unde etiam nascuntur multi affectus modi. Illum namque ut patrem amamus, illum ut avum; et illam ut matrem, istam ut nutricem; alium ut filium, ut nepotem, ut pronepotem; aliam ut filiam et ut sororis filiam: et hunc quidem ut fratrem, alium vero ut patruelem; aliam ut sororem, aliam ut consobrinam. Et quid opus est recensere omnia cognationis nomina? Excogitavit etiam aliam affectus occasionem: prohibitis enim cognatorum connubiis, ad

(*a*) Uncinis clausa e Commelin. supplevimus.

Digitized by Google

alienos eduxit nos, illosque rursum ad nos attraxit. Quia enim a naturali illa cognatione non licebat illos nobis conjungi, a connubio rursus conjunxit, integras domos per unam sponsam conjungens, et genera integra generibus commiscens. *Ne ducas*, inquit, *uxorem sororem tuam, neque sororem patris, neque aliam puellam quæ talem tecum cognationem habeat* (*Levit.* 18. 8-10), quæ matrimonium impediat, nomina ponens hujusmodi cognationum. Tibi sufficit ad illorum affectum trahendum, quod eodem partu sis editus, et quod ad te aliter aliæ spectent affinitates. Cur in angustum redigis latitudinem caritatis? cur in illam frustra suscipis amicitiæ causam, per quam potes aliam consequi amicitiæ occasionem, externa inducta uxore, et per illam inducens cognatorum seriem, matrem, patrem, fratres et illorum affines? Viden' quot modis nos colligaverit? Attamen neque his contentus fuit, sed etiam effecit ut alii aliis indigeremus, ut etiam sic nos conjungeret, quia amicitias usus facit. Ideo non ubique omnia gigni permisit, ut hinc etiam nos cogeret cum aliis commisceri. Cum porro illud effecisset ut alter altero egeremus, facilem reddidit commixtionem : nisi enim hoc esset, altera hinc molestia et difficultas emergeret. Si enim medico egentem aut fabro aut alio artifice oporteret peregre proficisci, totum periret. Ideo et urbes paravit, et omnes simul conjunxit. Ut autem eos qui procul sunt facile adire possemus, mare in medio extendit, et ventorum dedit celeritatem, sic faciles reddens peregrinationes. Initio etiam omnes in uno coegit loco; neque prius dispersit, donec ii qui primum donum acceperant, concordia ad malum usi sunt; sed undique nos collegit, et a natura et a cognatione et a lingua et a loco. Ac sicut nolebat nos excidere ex paradiso; si enim voluisset, non illic eum quem fecerat hominem in principio posuisset, sed qui non obedivit, in causa fuit : sic nos nolebat diversæ linguæ esse; nam ab initio hoc fecisset; nunc autem in tota terra labium erat unum et vox una omnibus. Propterea nec quando terram oportuit deleri, nos ex alia fecit materia, neque justum transtulit; sed illo in mediis fluctibus dimisso, quasi quadam orbis scintilla, genus nostrum rursus accendit ex beato illo Noe. Et ab initio quidem unum fecit imperium virum præficiens mulieri : quia vero genus nostrum in multam decidit ordinis eversionem, alia quoque imperia constituit, nempe dominorum et magistratuum; et hoc propter caritatem. Quia enim malitia genus nostrum solvit et perimit, ceu quosdam medicos in mediis urbibus constituit qui judicia ferrent, ut deinceps malitiam ceu quamdam caritatis pestem eliminantes, in unum nos cogerent. Ut autem non solum in urbibus, sed etiam in singulis domibus multa concordia esset; cum virum imperio et præcellentia honorasset, mulierem autem concupiscentia armasset, et procreationis liberorum donum in medio eorum deposuisset, alia cum his quæ caritatem conciliarent apparavit. Neque enim omnia permisit viro, neque omnia mulieri, sed et hæc unicuique divisit, mulieri domum, viro forum consignans; et viro quidem ut aleret, terram enim colit; mulieri vero ut vestiret, tela enim et colus sunt mulieris : ipse namque dedit mulieri texendi industriam. Sed pereat avaritia, quæ non sinit hanc apparere differentiam. Nam multorum mollities viros ad telas deduxit, et radios eis in manus dedit et subtegmen et stamina. Attamen sic etiam fulget divinæ dispensationis providentia. Nam muliere in aliis etiam admodum necessariis opus habemus, et minoribus in iis quæ vitam continent nostram indigemus; tantaque est necessitas, ut etiamsi quis omnium sit hominum ditissimus, neque sic hac conjunctione liberetur, ita ut etiam inferiore opus habeat. Neque enim pauperes solum opus habent divitibus, sed etiam divites pauperibus, et hi magis illis, quam illi istis.

5. Et ut hoc clarius videas, faciamus, si placet, duas urbes; aliam divitum tantum, aliam vero pauperum; et neque in ea quæ divitum est sit quis pauper, neque in ea quæ pauperum est sit quis dives, sed utramque exacte expurgemus : et videamus quænam magis sibi sufficere poterit. Si enim inveniamus eam quæ possit, esse pauperum urbem, palam erit, quod divites magis illis indigeant. Itaque in illa divitum urbe nullus erit artifex, non architectus, non faber, non sutor calcearius, non pistor, non agricola, non faber ærarius, non funium contextor, non aliud quidquam hujusmodi. Quis enim divitum unquam hæc tractare voluerit, quando ii etiam, qui hæc tractant, cum opulenti fuerint, non ultra sustineat horum operum miseriam? Quomodo igitur nobis urbs istæc consistet? Numerata, inquies, pecunia divites hæc a pauperibus ement. Ergo non sibi ipsis sufficient, si illis indigeant. Quomodo autem domos ædificabunt? an hoc etiam ement? sed id natura non habet. Ergo necesse est huc artifices evocare, et legem corrumpere, quam initio posuimus cum urbem incolis instrueremus : meministis enim quod dixerimus, neminem esse intus pauperem. Sed ecce necessitas etiam nobis nolentibus ipsos advocavit et introduxit. Unde palam est non posse sine pauperibus urbem subsistere. Si enim maneat civitas nullum ex iis excipiens, non ultra civitas erit, sed peribit. Non igitur sibi sufficiet, nisi velut servatores quosdam pauperes in se congregarit. Videamus rursus pauperum urbem, num illa similiter in egestate degat, divitibus privata. Et primo expurgemus oratione divitias, illasque aperte ostendamus. Quidnam sunt divitiæ? Aurum, argentum, lapides pretiosi, vestes sericæ et purpureæ et aureæ. Quia igitur apparet quænam sint divitiæ, expellamus illas ex pauperum urbe, si velimus pauperum civitatem exacte constituere; ne vel per somnium illic aurum appareat, neque talia vestimenta; si vis autem, neque argentum, neque vasa argentea. Quid ergo? dic mihi, ideone in egestate erit hæc urbs? Minime. Si enim ædificare oporteat, non auro nec argento nec margaritis est opus, sed arte, manibus; manibus autem non utcumque, sed callosis digitisque induratis, robore multo, ligni, lapidibus:

Digitized by Google

καὶ δι' ἐκείνης συγγενῶν ὁρμαθὸν, καὶ μητέρα, καὶ πατέρα, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς τούτων ἐπιτηδείους; Εἶδες πόσοις τρόποις ἡμᾶς συνέδησεν; Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ταῦτα αὐτῷ ἤρκεσεν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων χρῄζειν παρεσκεύασεν [a], ἵνα καὶ οὕτως ἡμᾶς συναγάγῃ, ἐπειδὴ μάλιστα τὰς φιλίας αἱ χρεῖαι ποιοῦσι. Διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ πάντα ἀφῆκε πανταχοῦ γίνεσθαι, ἵνα κἀντεῦθεν ἀλλήλοις ἀναμίγνυσθαι ἀναγκάσῃ. Καταστήσας δὲ ἡμᾶς ἐν χρείᾳ ἀλλήλων, εὔκολον πάλιν τὴν ἐπιμιξίαν ἐποίησεν· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰς ἑτέραν ἀηδίαν τὸ πρᾶγμα περιῆστατο καὶ δυσχέρειαν. Εἰ γὰρ ἰατροῦ δεόμενον ἢ τέκτονος ἢ ἑτέρου δημιουργοῦ, μακρὰν ἔδει στέλλεσθαι ἀποδημίαν, τὸ πᾶν ἀπολώλει. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ πόλεις κατεσκεύασε, καὶ πάντας ὁμοῦ συνήγαγεν. Ἵνα δὴ καὶ τοῖς πόρρωθεν ῥᾳδίως ἐπιχωριάζωμεν, θάλατταν εἰς μέσον ἥπλωσε, καὶ ἀνέμων ταχύτητα ἔδωκε, ῥᾳδίας ἐντεῦθεν τὰς ἀποδημίας ποιῶν. Παρὰ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ ἐν ἑνὶ πάντας συνήγαγε χωρίῳ, καὶ οὐ πρότερον διέσπειρεν, ἕως εἰς κακὸν ἐχρήσαντο τῇ ὁμονοίᾳ οἱ πρῶτοι λαβόντες τὸ δῶρον· ἀλλὰ πάντοθεν ἡμᾶς συνήγαγε, καὶ ἀπὸ φύσεως καὶ ἀπὸ συγγενείας καὶ ἀπὸ γλώττης καὶ ἀπὸ τόπου. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἐβούλετο ἐκπεσεῖν ἡμᾶς τοῦ παραδείσου (εἰ γὰρ ἐβούλετο, οὐδ' ἂν ἐκεῖ κατέθετο ὃν ἐποίησεν ἄνθρωπον τὴν ἀρχήν), ἀλλ' ὁ παρακούσας αἴτιος· οὕτως οὐδὲ ἀλλογλώσσους εἶναι ἠθέλησεν· ἐπεὶ κἂν ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐποίησε· νῦν δὲ πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἓν ἦν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι. Διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ ἡνίκα τὴν γῆν ἀφανισθῆναι ἔδει, οὐδὲ τότε ἡμᾶς ἐξ ἄλλης ἐποίησεν ὕλης, οὐδὲ μετέθηκε τὸν δίκαιον, ἀλλ' ἀφεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ τῷ κλυδωνίῳ, ὥσπερ τινὰ σπινθῆρα τῆς οἰκουμένης, ἀνῆψε πάλιν ἡμῶν τὸ γένος ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Νῶε. Καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν μίαν ἐποίησεν ἀρχὴν, τὸν ἄνδρα ἐπιστήσας τῇ γυναικί· ἐπειδὴ δὲ εἰς πολλὴν ἐξώκειλεν ἀταξίαν τὸ γένος ἡμῶν, καὶ ἑτέρας κατέστησε, τὰς τῶν δεσποτῶν [316], τὰς τῶν ἀρχόντων· καὶ τοῦτο δὲ δι' ἀγάπην. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ κακία διαλυτικὸν καὶ ἀναιρετικὸν ἡμῶν τοῦ γένους, ὥσπερ τινὰς ἰατροὺς ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν ἐκάθισε τοὺς δικάζοντας, ἵν' ὥσπερ τινὰ λοιμὸν τῆς ἀγάπης τὴν κακίαν ἀπελαύνοντες, πάντας εἰς ἓν συναγάγωσιν. Ἵνα δὲ μὴ μόνον ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῃ οἰκίᾳ πολλὴ ἡ ὁμόνοια ᾖ, τὸν μὲν ἄνδρα τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ὑπεροχῇ τιμήσας, τὴν δὲ γυναῖκα τῇ ἐπιθυμίᾳ καθοπλίσας, καὶ τὸ τῆς παιδοποιίας δὲ δῶρον εἰς μέσον ἀμφοτέροις καταθεὶς, καὶ ἕτερα μετὰ τούτων συναγωγὰ τῆς ἀγάπης κατεσκεύασεν. Οὔτε γὰρ πάντα ἐπέτρεψε τῷ ἀνδρὶ, οὔτε πάντα τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ καὶ ταῦτα διεῖλεν ἑκάστῳ, τῇ μὲν τὴν οἰκίαν, τῷ δὲ τὴν ἀγορὰν ἐγχειρίσας, καὶ τῷ μὲν τὸ τρέφειν, γεωργεῖ γάρ· τῇ δὲ τὸ περιβάλλειν, ἱστὸς γὰρ καὶ ἠλακάτη τῆς γυναικός· αὐτὸς γὰρ ἔδωκε τῇ γυναικὶ ὑφάσματος σοφίαν. Ἀλλ' ἀπόλοιτο ἡ φιλαργυρία, οὐκ ἀφιεῖσα αὐτὴν φαίνεσθαι τὴν διάκρισιν. Ἡ γὰρ βλακεία τῶν πολλῶν καὶ τοὺς ἄνδρας εἰς τοὺς ἱστοὺς ἐπεισήγαγε, καὶ κερκίδας αὐτοῖς ἐνεχείρισε καὶ κρόκην καὶ τήμονας. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω διαλάμπει τῆς θείας οἰκονομίας ἡ πρόνοια. Καὶ γὰρ καὶ τῆς γυναικὸς ἐν ἄλλοις ἀναγκαιοτέροις σφόδρα δεόμεθα, καὶ τῶν κατ' οἶκον ἐν τοῖς συνέχουσι τὸν βίον ἡμῶν χρῄζομεν· καὶ τοσαύτη τῆς χρείας ἐστὶν ἡ ἀνάγκη, ὅτι κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων πλουσιώτερος ᾖ τις, οὐδὲ οὕτω ταύτης ἀπῆλλακται τῆς συναφείας, καὶ τοῦ δεῖσθαι τοῦ καταδεεστέρου. Οὐ γὰρ δὴ τῶν πλουσίων οἱ πένητες δέονται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πλούσιοι τῶν πενήτων, καὶ οὗτοι μᾶλλον ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι τούτων.

ε'. Καὶ ἵνα τοῦτο σαφέστερον ἴδῃς, ποιήσωμεν, εἰ δοκεῖ, δυο πόλεις, τὴν μὲν πλουσίων μόνον, τὴν δὲ πενήτων· καὶ μήτε ἐν τῇ τῶν πλουτούντων ἔστω τις πένης, μήτε ἐν τῇ τῶν πενήτων ἔστω τις πλούσιος ἀνὴρ, ἀλλ' ἐκκαθάρωμεν ἀκριβῶς ἑκατέρας, καὶ ἴδωμεν ποία μᾶλλον ἀρκέσαι ἑαυτῇ δυνήσεται. Ἐὰν γὰρ εὕρωμεν τὴν τῶν πενήτων δυναμένην, εὔδηλον ὅτι οἱ πλούσιοι τούτων μᾶλλον δεήσονται. Οὐκοῦν ἐν μὲν ἐκείνῃ τῇ τῶν εὐπόρων οὐδεὶς ἔσται δημιουργὸς, οὐκ οἰκοδόμος, οὐ τέκτων, οὐχ ὑποδηματορράφος, οὐκ ἀρτοποιὸς, οὐ γεωργὸς, οὐ χαλκοτύπος, οὐ σχοινοστρόφος, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο τῶν πλουτούντων ταῦτα μετιέναι ποτὲ, ὅπου γε καὶ αὐτοὶ οἱ ταῦτα μεταχειρίζοντες, ὅταν εὐπορήσωσιν, οὐκ ἀνέχονται τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων τούτων ταλαιπωρίας; Πῶς οὖν ἡμῖν ἡ πόλις στήσεται αὕτη; Δόντες, φησὶν, ἀργύριον οἱ πλουτοῦντες, ταῦτα ὠνήσονται παρὰ τῶν πενήτων. Οὐκοῦν οὐκ ἀρκέσουσιν ἑαυτοῖς, εἴ γε ἐκείνων δέονται. Πῶς δὲ οἰκίας οἰκοδομήσονται; ἢ καὶ τοῦτο ὠνήσονται; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τοῦτο φύσις. Οὐκοῦν ἀνάγκη τοὺς τεχνίτας ἐκεῖ καλεῖν, καὶ διαφθείρειν τὸν νόμον, ὃν ἐθήκαμεν ἐξ ἀρχῆς τὴν πόλιν οἰκίζοντες· μέμνησθε γὰρ, ὅτε ἐλέγομεν, μηδεὶς ἔστω πένης ἔνδον. Ἀλλ' ἰδοὺ ἡ χρεία, καὶ μὴ βουλομένων [317] ἡμῶν, ἐκάλεσεν αὐτοὺς καὶ εἰσήγαγεν. Ὅθεν δῆλον, ὡς ἀδύνατον χωρὶς πενήτων συστῆναι πόλιν. Εἰ γὰρ μένοι ἡ πόλις μηδένα παραδεχομένη τούτων, οὐκέτι ἔσται πόλις, ἀλλ' ἀπολεῖται. Οὐκοῦν οὐκ ἀρκέσει ἑαυτῇ, εἰ μὴ καθάπερ τινὰς σωτῆρας τοὺς πένητας παρ' ἑαυτῇ συναγάγοι. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν τῶν πενήτων πόλιν, εἰ καὶ αὕτη ὁμοίως ἐνδεῶς διακείσεται τῶν πλουτούντων ἐστερημένη. Καὶ πρότερον διακαθάρωμεν τῷ λόγῳ τὸν πλοῦτον, καὶ δείξωμεν αὐτὸν σαφῶς. Τί ποτ' οὖν ἐστι πλοῦτος; Χρυσὸς καὶ ἄργυρος, καὶ λίθοι τίμιοι, καὶ ἱμάτια σηρικὰ καὶ ἀλουργὰ καὶ διάχρυσα. Ἐπεὶ οὖν ἐφάνη τί ποτέ ἐστιν ὁ πλοῦτος, ἀπελάσωμεν αὐτὸν τῆς τῶν πενήτων πόλεως, εἰ μέλλοιμεν καθαρῶς πόλιν πενήτων ποιεῖν, καὶ μηδὲ ὄναρ ἐκεῖ φαινέσθω χρυσίον, μηδὲ ἱμάτια τοιαῦτα· εἰ δὲ βούλει, μηδὲ ἄργυρος, μηδὲ τὰ ἐξ ἀργύρου σκεύη. Τί οὖν; παρὰ τοῦτο ἐνδεῶς ζήσεται τὰ τῆς πόλεως ταύτης, εἰπέ μοι; Οὐδέν. Ἂν τε γὰρ οἰκοδομεῖν δέῃ, οὐ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δεῖ καὶ μαργαριτῶν, ἀλλὰ τέχνης καὶ χειρῶν, χειρῶν δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τετυλωμένων, καὶ δακτύλων ἀπεσκληκότων, καὶ ἰσχύος πολλῆς, καὶ ξύλων καὶ λίθων· ἄν τε ὑφαίνειν πάλιν ἱμάτιον, οὐ χρυσοῦ πάλιν ἡμῖν δὲ καὶ ἀργύρου, ἀλλὰ χειρῶν πάλιν καὶ τέχνης καὶ γυναικῶν ἐργαζομένων. Τί δὲ, ἐὰν γεωργεῖν δέῃ καὶ σκάπτειν τὴν γῆν; πλουτούντων ἢ πενομένων χρεία; Παντί που δῆλον, ὅτι πενήτων. Καὶ σίδηρον δὲ ὅταν δέῃ χαλκεύειν, καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ποιεῖν, τοῦ δήμου τούτου μάλιστα ἡμῖν δεῖ. Ποῦ οὖν δεησόμεθα τῶν πλουτούντων λοιπόν· πλὴν εἰ μὴ καθελεῖν δέον τὴν πόλιν ταύτην; Εἰ γὰρ ἐπεισελθόντων ἐκείνων εἰς τὴν τοῦ χρυσίου καὶ τὴν τῶν μαργαριτῶν ἐμπέσοιεν ἐπιθυμίαν, οὗτοι οἱ φιλόσοφοι (φιλοσόφους γὰρ ἐγὼ καλῶ τοὺς οὐδὲν περιττὸν ἐπιζητοῦντας), ἀργίᾳ δόντες ἑαυτοὺς καὶ τρυφῇ, πάντα ἀπολοῦσι λοιπόν. Καὶ εἰ μὴ χρήσιμος ὁ πλοῦτος, φησὶ, τίνος

[a] Alii, κατεσκεύασεν.

Digitized by Google

ἕνεκεν δέδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ ; Καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πλουτεῖν ; Ἡ Γραφή φησιν, *Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον*, καὶ ᾧ ἐὰν βούλομαι, δώσω αὐτό. Ἐνταῦθα εἰ μὴ πρᾶγμα ἐποίουν αἰσχρὸν, καὶ ἐγέλασα νῦν πλατὺν γέλωτα, τῶν ταῦτα λεγόντων καταγελῶν, ὅτι καθάπερ παιδία μικρὰ τραπέζης ἀπολαύοντα βασιλικῆς, μετ' ἐκείνης τῆς τροφῆς καὶ τὸ προστυχὸν ἅπαν ἐπεμβάλλουσι τῷ στόματι· οὕτω καὶ οὗτοι μετὰ τῶν θείων Γραφῶν καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισάγουσι. Τὸ μὲν γὰρ, *Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον*, οἶδα εἰρημένον τῷ προφήτῃ· τὸ δὲ, ὯΙ ἐὰν θέλω, δώσω αὐτὸ, οὐκέτι προσκείμενον, ἀλλὰ παρὰ τῶν συρφετῶν τούτων ἐπεισενηνεγμένον. Καὶ ἐκεῖνο δὲ τίνος ἕνεκεν εἴρηται ἐρῶ. Ὁ γὰρ προφήτης Ἀγγαῖος ἐπειδὴ συνεχῶς ἐπηγγέλλετο τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ Βαβυλῶνος τὸν ναὸν δείξειν ἐπὶ τοῦ σχήματος τοῦ προτέρου, καὶ ἠπίστουν τῷ λεγομένῳ τινὲς καὶ σχεδὸν ἀδύνατον εἶναι ἐνόμιζον, εἰ μετὰ τὴν τέφραν καὶ τὴν κόνιν τοιοῦτος πάλιν φανεῖται ὁ οἶκος· ἐκεῖνος ἐκλύων αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ [318] ταῦτα λέγει, ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Τί δεδοίκατε ; τί δὲ ἀπιστεῖτε ; *Ἐμὸν τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον*, καὶ οὐ δέομαι, παρ' ἑτέρων δανεισάμενος, οὕτω καλλωπίσαι τὸν οἶκον. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, ἐπῆγαγε, *Καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην*. Μὴ τοίνυν ἀραχνῶν ὑφάσματα ἐπεισάγωμεν τῷ πέπλῳ τῷ βασιλικῷ. Εἰ γὰρ, ἐν ἀλουργίδι εἴ τις ἀλοὶη κρόκην παράσημον ἐμπλέκων, τὴν ἐσχάτην δώσει δίκην, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν· οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἐντεῦθεν ἁμάρτημα γίνεται. Καὶ τί λέγω παρὰ προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν ; παρὰ στιγμὴν μόνην, καὶ παρὰ ὑπόκρισιν μόνην ἀναγνώσεως πολλὰ πολλάκις ἄτοπα ἐτέχθη νοήματα.

ς'. Πόθεν οὖν οἱ πλουτοῦντες ; φησί· καὶ γὰρ εἴρηται, *Πλοῦτος καὶ πενία παρὰ Κυρίου*. Ἐρώμεθα οὖν τοὺς ταῦτα ἡμῖν ἀνθυποφέροντας, Ἆρα πᾶς πλοῦτος καὶ πᾶσα πενία παρὰ Κυρίου ; Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι ; Καὶ γὰρ ὁρῶμεν, καὶ ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τάφους κακουργίας καὶ ἀπὸ γοητείας καὶ ἐξ ἑτέρων τοιούτων προφάσεων πολὺν πολλοῖς συναγόμενον πλοῦτον, καὶ τοὺς ἔχοντας οὐδὲ ζῆν ἀξίους ὄντας. Τί οὖν, εἰπέ μοι, τοῦτον παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν πλοῦτον εἶναί φαμεν ; Ἄπαγε· ἀλλὰ πόθεν ; Ἐξ ἁμαρτίας. Καὶ γὰρ ἡ πόρνη τὸ σῶμα ἐνυβρίσασα πλουτεῖ, καὶ εὔμορφος νέος πολλάκις τὴν ὥραν ἀποδόμενος μετ' ἀσχημοσύνης κέκτηται χρυσίον, καὶ ὁ τυμβωρύχος τοὺς τάφους ἀναῤῥήξας συνήγαγε πλοῦτον ἄδικον, καὶ ὁ λῃστὴς τοὺς τοίχους διορύξας. Οὐκοῦν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἅπας ὁ πλοῦτος ; Τί οὖν, φησὶν, ἐροῦμεν πρὸς τὴν ῥῆσιν ταύτην ; Μάθε πρῶτον καὶ πενίαν οὐκ ἀπὸ Θεοῦ γινομένην, καὶ τότε καὶ ἐπὶ τὴν ῥῆσιν αὐτὴν βαδιοῦμεθα. Ὅταν γάρ τις ἄσωτος ὢν νέος, ἢ εἰς πόρνας ἀναλώσῃ τὸν πλοῦτον, ἢ εἰς γόητας, ἢ εἰς ἑτέρας τινὰς τοιαύτας ἐπιθυμίας, καὶ γένηται πένης, οὐκ εὔδηλον, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γέγονε τοῦτο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀσωτίας ; Πάλιν εἴ τις ὑπὸ ἀργίας γένοιτο πένης, εἴ τις ὑπὸ ἀνοίας εἰς πτωχείαν κατενεχθείη, εἴ τις ἐπικινδύνοις καὶ παρανόμοις ἐπιχειρῶν πράγμασιν, οὐκ εὔδηλον πάντως, ὅτι αὐτὰ τούτων τις καὶ τῶν τοιούτων εἰς τὴν πτωχείαν αὐτὴν ἀπὸ Θεοῦ κατηνέχθη ; Ψεύδεται οὖν ἡ Γραφή ; Μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἀνοηταίνουσιν οἱ μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀκριβείας ἐξετάζοντες τὰ γεγραμμένα ἅπαντα. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο ὁμολόγηται, ὅτι ἀψευδὴς ἡ Γραφὴ, καὶ τοῦτο ἀπεδείχθη, ὅτι οὐ πᾶς πλοῦτος παρὰ Θεοῦ, τῆς τῶν ἀπερισκέπτως ἀναγινωσκόντων ἀσθενείας ἡ ἀπορία. Καὶ ἔδει μὲν ἡμᾶς ἀφεῖναι, ἐν τούτῳ ἀπαλλάξαντας τὴν Γραφὴν τῶν ἐγκλημάτων, ἵνα ταύτην ἡμῖν δίκην δῶτε τῆς περὶ τὰς Γραφὰς ῥᾳθυμίας· ἀλλ' ἐπειδὴ φείδομαι σφόδρα ὑμῶν, καὶ οὐ δύναμαι ἐπιπλέον θορυβουμένους ἰδεῖν καὶ διαταραττομένους, [319] φέρε καὶ τὴν λύσιν ἐπαγάγωμεν, πρότερον τὸν εἰρηκότα εἰπόντες, καὶ πότε εἴρηται, καὶ πρὸς τίνας. Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως ἅπασιν ὁ Θεὸς διαλέγεται, ὥσπερ οὐδὲ ἡμεῖς παιδίοις καὶ ἀνδράσιν ὁμοίως κεχρήμεθα. Πότε οὖν εἴρηται, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ πρὸς τίνας ; Ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τοὺς οὐδὲν ἕτερον εἰδότας ἢ τὰ αἰσθητὰ, καὶ ἀπὸ τούτων τοῦ Θεοῦ δοκιμάζοντας τὴν ἰσχύν. Οὗτοι γὰρ οἱ λέγοντές εἰσι· *Μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι ; καὶ, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ; Οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ*. Ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία. Ἐπεὶ οὖν ἀπὸ τούτων αὐτὸν ἐδοκίμαζον, λέγει πρὸς αὐτοὺς, δυνατὸν καὶ τοῦτο τῷ Θεῷ, καὶ πλουσίους ποιῆσαι καὶ πένητας· οὐχ ὅτι πάντως αὐτὸς ποιεῖ, ἀλλ' ὅτι δύναται, ὅταν θέλῃ· ὥσπερ ὅταν λέγῃ, *Ὁ ἀπειλῶν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, καὶ πάντας τοὺς ποταμοὺς ἐξερημῶν*· καίτοι τοῦτο οὐδέποτε γέγονε. Πῶς οὖν αὐτὸ ὁ προφήτης φησίν ; Οὐχ ὡς γινόμενον ἀεὶ, ἀλλ' ὡς δυνατὸν αὐτῷ ποιῆσαι. Ποίαν οὖν πενίαν δίδωσι, καὶ ποῖον πλοῦτον ; Ἀναμνήσθητι τοῦ πατριάρχου, καὶ εἴσῃ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ διδόμενον πλοῦτον. Καὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ αὐτὸς πλούσιον ἐποίησε, καὶ μετ' ἐκεῖνον τὸν Ἰὼβ, καθὼς καὶ αὐτός φησιν· *Εἰ τὰ μὲν ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου, τὰ δὲ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν ;* Καὶ ὁ τοῦ Ἰακὼβ πλοῦτος ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν εἶχεν. Ἔστι δὲ καὶ πενία παρ' αὐτοῦ ἡ ἐπαινετὴ, οἵαν προεξένει τότε τῷ πλουσίῳ ἐκείνῳ, λέγων· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι*· καὶ τοῖς μαθηταῖς πάλιν νομοθετῶν καὶ λέγων, *Μὴ κτήσασθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας*. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι πάντα πλοῦτον αὐτὸς δίδωσι· καὶ γὰρ ἐδείχθη καὶ ἀπὸ φόνων καὶ ἀπὸ ἁρπαγῆς καὶ ἀπὸ μυρίων ἑτέρων προφάσεων συλλεγόμενος οὗτος. Ἀλλὰ πάλιν εἰς τὸ πρότερον ἡμῖν ὁ λόγος περιίσταται ζήτημα. Εἰ γὰρ μηδὲν ἡμῖν χρήσιμοι οἱ πλουτοῦντες, διὰ τί γεγένηνται ; τί οὖν ἂν εἴποιμεν ; Ὅτι οὗτοι οὐ χρήσιμοι, οἱ ἑαυτοὺς οὕτω ποιοῦντες πλουσίους, ὡς οἵ γε παρὰ τοῦ Θεοῦ γενόμενοι, καὶ σφόδρα χρήσιμοι. Καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' ἐκείνων γινομένων μάνθανε. Καὶ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δεομένοις ἅπασι τὸν πλοῦτον ἐκέκτητο. Ὁ γὰρ τριῶν παραγενομένων, ὡς ἐνόμιζεν, ἀνθρώπων, μόσχον θύσας, καὶ τρία μέτρα

Digitized by Google

si rursus vestem texere, non auro rursus opus est, non argento, sed manibus rursum et arte mulieribusque operantibus. Quid vero si terram colere oporteat et fodere, an divitibus an pauperibus est opus? Palam est quod pauperibus. Et si ferrum tractare oporteat, aut quid simile facere, hac maxime plebe nobis opus est. Ubinam ergo divitibus opus habebimus, nisi destruere oporteat hunc civitatem? Nam si illis ingressis, in auri et margaritarum concupiscentiam inciderint hi philosophi (philosophos enim voco eos, qui nihil superfluum quærunt), otio se dantes et voluptati, omnia demum perdent. Et nisi utiles sint divitiæ, inquies, cur a Domino datæ sunt? Et undenam liquet divitias a Deo dari? Scriptura dicit : *Meum est argentum et meum aurum* (*Aggæi* 2. 9), et cui voluero dabo illud. Hic, nisi rem turpem facerem, profuse nunc risissem, illos qui hæc dicunt irridens, quia sicut pueruli regia fruentes mensa, cum illo alimento quidquid inciderit in os injiciunt. Sic et hi cum divinis Scripturis sua quoque colligunt. Illud enim, *Meum est argentum, et meum est aurum*, scio dictum fuisse a propheta; illud vero, Cui voluero dabo ipsum, non ibi jacere, sed a fœcibus istis inductum fuisse. Illud vero qua de causa dictum sit dicam. Propheta Aggæus, quia frequenter Judæis promiserat, post reditum ex Babylone se templum ostensurum in priore forma, non credebant autem quidam dicenti, et fere rem impossibilem existimabant, quod in cinerem et pulverem redacta domus, talis rursum apparitura esset; ille solvens incredulitatem ipsorum, ex persona Dei hæc dicit, ac si diceret: Quid timetis? quid non creditis? *Meum est argentum et meum aurum*, nec opus habeo, ut pecunia fœnore accepta, sic ædem exornem. Et quod hoc sit, subjunxit : *Et erit gloria domus hujus ultima supra primam* (*Aggæi* 2. 10). Ne ergo in vestimentum regium telas aranearum induamus. Nam si quis deprehendatur in purpura deforme subtegmen contexens, extremas dabit pœnas, multo magis in spiritualibus : neque enim hinc leve peccatum oritur. Et quid dico de additione et de subactione? ex puncto tantum, et ex simulata altera actione multa sæpe absurda sensa orta sunt.

6. Undenam ergo dives? inquies; dictum est enim, *divitiæ et paupertas a Domino* (*Eccli.* 11. 14). Interrogabimus ergo eos qui hæc nobis objiciunt: Ergone omnes divitiæ et omnis paupertas a Domino? et quis hoc dixerit? Nam videmus et ex rapina et ex malefi- cio in fodiendis sepulcris, et ex præstigiis exque aliis hujusmodi causis, magnas a multis corradi divitias, qui eas possident, ne vita quidem dignos esse. Quid ergo, dic mihi, hascine divitias a Deo esse dicamus? Absit : sed undenam? Ex peccato. Nam meretrix corpus suum contumelia afficiens, ditescit; et luxuriosus adolescens sæpe formam vendens suam, in turpitudine aurum possidet; et sepulcrorum effossor, diruptis sepulcris, divitias cogit injustas, itemque latro muris perforatis. Ergone a Domino omnes divitiæ? Quid ergo, inquies, respondebimus ad hoc totum? Disce prius nec paupertatem a Deo esse, et tunc ad hoc dictum veniemus. Cum enim quis juvenis prodigus aut in meretrices divitias consumpserit, aut in præstigiatores, aut in alias quaspiam similes cupiditates, et pauper evaserit; nonne palam est hoc a Deo factum non esse, sed ab ipsius profusione? Rursum si quis ob segnitiem pauper fiat, si quis ex insania in paupertatem decidat, si quis periculosas et iniquas res aggressus; nonne conspicuum prorsus est, nullum eorum qui hujusmodi sunt in paupertatem a Deo dejectum fuisse? Mentitur ergo Scriptura? Absit; sed stulte agunt ii, qui non cum ea qua par esset accuratione omnia quæ scripta sunt examinant. Nam si et hoc in confesso sit, quod Scriptura mentiri nequeat, et hoc demonstratum sit, quod non omnes divitiæ a Deo sint; difficultas venit ex imbecillitate eorum qui non considerate legunt. Et oporteret quidem vos dimittere, cum in hoc Scripturam ab oblatis criminibus liberavimus, ut has nobis vestræ in legendis Scripturis negligentiæ daretis pœnas: verum quia vobis admodum parco, et non possum amplius videre vos conturbatos, age solutionem afferamus, primo eum qui dixit memorantes, et quando dictum fuerit, et ad quosnam. Neque enim Deus cum omnibus similiter loquitur; ut neque nos cum pueris et cum viris similiter verba facimus. Quandonam ergo dictum est, et a quo, et ad quosnam? A Salomone in Veteri ad Judæos, qui nihil aliud sciebant quam sensibilia, et ab iis Dei virtutem probabant. Ili enim sunt qui dicebant : *Numquid et panem poterit dare* (*Psal.* 77. 20)? et, *Quod signum ostendis nobis* (*Matth.* 12. 38)? *Patres nostri manducaverunt manna in deserto* (*Joan.* 6. 31). *Quorum deus venter* (*Philipp.* 3. 19). Quoniam igitur ex iis illum exercebant, dicit ipsis, Hoc quoque potest Deus, et divites facere et pauperes; non quod omnino ipse faciat, sed quod possit, quando voluerit: ut et quando dixerit, *Qui mari comminatur, et exsiccat illud, et omnes fluvios in desertum redigens* (*Nahum.* 1. 4); quamquam hoc numquam factum est. Quomodo igitur illud propheta dicit? Non quod semper fiat, sed quod ipse possit facere. Quam ergo paupertatem dat et quas divitias? Recordare patriarchæ, et scies quænam a Deo dentur divitiæ. Nam Abrahamum ipse divitem reddidit; et post illum Jobum, ut et ipse dicit : *Si bona quidem suscepimus a Domino, mala autem non sustinebimus* (*Job.* 2. 10)? Et Jacobi divitiæ inde initium sumpserunt. Est autem et paupertas ab eo laudabilis, quam illi diviti tunc conciliabat dicens : *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me* (*Matth.* 19. 21); et discipulis rursum legem statuens ac dicens : *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas* (*Luc.* 9. 3). Ne itaque dicas ipsum omnes dare divitias: nam demonstratum est et ex cædibus et ex rapinis et ex mille aliis occasionibus ipsas colligi. Sed rursus ad priorem quæstionem sermo reducatur. Si enim ad nihil nobis utiles dives sunt, cur facti fuere? quid ergo dixerimus? Quod hi non prosint, qui se sic dives reddunt; ut illi qui a Deo facti sunt, valde sunt utiles. Hoc ab illorum gestis edisce.

Digitized by Google

Etenim Abraham peregrinis et egenis omnibus possidebat divitias. Ille enim cum advenissent tres, ut existimabat, homines, vitulo mactato tribusque similæ mensuris subactis, in ostioque sedens tempore meridiano, considera cum quanta liberalitate et alacritate sua omnibus impenderet, cum pecuniis etiam corporis ministerium adhibens, et hæc in tanto senio. Portus erat hospitum eorumque qui in necessitate erant, nihil sibi proprium possidens, nec etiam filium suum: Deo namque jubente hunc etiam tradidit; cum filio autem seipsum dedit, et totam domum, quando studebat fratris filium eripere. Et hæc faciebat non pecuniarum causa, sed ex humanitate sola. Cum enim ipsum manubiarum dominum fecerunt qui ab ipso servati fuerant, usque ad filum subtegminis et corrigiam calceamenti omnia recusavit.

7. Talis erat et beatus Job: etenim, *Ostium meum*, inquit, *omni venienti apertum erat. Ego eram oculus cæcorum et pes claudorum; ego eram pater infirmorum; foris autem non manebat hospes* (*Job.* 31. 32. *et* 29. 15. 16): infirmi autem, si quando opus habebant, non frustrabantur; neque sivi infirmum ex ostio meo sinu vacuo exire. Et his multo plura, ne omnia nunc recenseamus, facere non desinebat, in egenos omnes divitias consumens. Vis etiam illos divites videre, qui a Deo non tales facti sunt, ut discas quomodo divitiis sint usi? Vide illum qui cum Lazaro, qui ne micas quidem dabat; vide Achaabum, qui et vineam rapuit; vide Giezi, vide omnes qui hujusmodi fuere. Nam qui juste possident, utpote qui a Deo acceperint, secundum Dei præcepta impendunt; qui autem in acquirendo Deum offenderunt, et in expensis quoque idipsum faciunt, in meretrices et parasitos insumentes, aut suffodientes vel claudentes, in mendicum autem nihil erogantes. Et cur, inquies, permittit Deus ut tales homines sint divites? Quia patiens est, quia vult nos ad pœnitentiam adducere, quia gehennam præparavit, quia diem statuit in qua judicaturus est orbem. Si autem statim divites plecteret, Zacchæus non habuisset tempus ad pœnitentiam, ita ut redderet quadruplum eorum quæ rapuerat, et dimidium etiam bonorum suorum adderet: non Matthæus tempus habuisset ut mutaretur et fieret apostolus, si ante opportunum tempus raptus fuisset; non alii multi similes. Propterea exspectat, ad pœnitentiam omnes vocans. Si vero noluerint, sed in iisdem permanserint, audient Paulum dicentem: *Quod secundum duritiem eorum et impœnitens cor thesaurizent sibi iram in die iræ et revelationis et justi judicii Dei* (*Rom.* 2. 5). Quam iram ut fugiamus, ditemur divitiis cælestibus, et laudabilem persequamur paupertatem. Ita enim et cælestia consequemur dona, quæ utinam nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXV.

CAP. 14. v. 1. *Persequimini caritatem, æmulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.*

1. Quia enim cum accuratione caritatis virtutem omnem illis recensuit, de cætero hortatur ut cum alacritate illam amplectantur: ideoque dicebat, *Persequimini*. Nam qui persequitur, illud solum respicit quod persequitur, et ad illud tendit, nec desistit donec accipiat. Qui persequitur, cum per seipsum non potest, per eos qui ante illum sunt, fugientem apprehendit, eos qui prope sunt cum magno studio adhortans, ut detineant et servent eum qui captus fuit, donec ille advenerit. Hoc nos quoque faciamus: cum ipsi non pervenimus ad caritatem, eos qui prope sunt jubeamus eam detinere, donec perveniamus ad illam: deinde cum apprehenderimus, ne ultra dimittamus eam, ne rursus a nobis fugiat. Assidue enim a nobis resilit, quia non ut par est illa utimur, sed omnia ei præferimus. Ideo omnia oportet facere, ut illam accurate retineamus. Nam si hoc fiat, non multo nobis deinceps opus erit labore, imo ne levi quidem; sed in deliciis versantes, festum agentes, per angustam virtutis viam incedemus. Ideo ait, *Persequimini eam*. Deinde ne putarent, ideo ipsum de caritate sermonem induxisse, ut charismata exstingueret, subjungit dicens: *Æmulamini autem spiritualia, magis autem ut prophetetis.* 2. *Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; Spiritu autem loquitur mysteria:* 3. *qui autem prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem et exhortationem et consolationem.* Comparationem hic demum facit charismatum, et linguarum charisma deprimit, neque omnino inutile ostendens, neque valde utile per se. Nam admodum in hoc intumescebant, quia magnum putabatur esse charisma. Magnum vero putabatur esse, quia ipsum primum apostoli acceperant, et cum tanta dignitate ac splendore. Neque tamen aliis ideo præstantius erat. Cur ergo ante alia illud acceperant apostoli? Quia per omnes orbis partes pervasuri erant: et sicut in tempore quo facta est turris, lingua quæ erat una dividebatur in multas (*Gen.* 11); ita tunc quæ erant multæ, sæpe ibant ad unum hominem; et idem homo Persarum et Romanorum et Indorum et aliis multis loquebatur linguis, in ipso insonante Spiritu: et hoc charisma appellabatur charisma seu donum linguarum, quoniam poterat simul multis loqui linguis. Vide ergo quomodo idipsum et deprimit et extollit. Nam dicendo, *Qui loquitur linguis, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit*, depressit illud, ostendens non magnam esse utilitatem: subjungendo autem, *Spiritu loquitur mysteria*, rursus extulit, ne videretur esse supervacaneum et inutile, et temere ac frustra datum. *Qui autem prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem et adhortationem et consolationem.* Vidistin' undenam ostendat hujus doni excellentiam, ex eo quod in commune conferat; et quomodo id ubique præ-

Digitized by Google

σεμιδάλεως; φυράσας, καὶ πρὸς τῇ θύρᾳ καθήμενος ἐν καιρῷ μεσημβρίας, ἐννόησον μεθ' ὅσης δαψιλείας καὶ προθυμίας τὰ αὐτοῦ πᾶσιν ἀνήλισκε, μετὰ τῶν χρημάτων καὶ τὴν τοῦ σώματος παρεχόμενος ὑπηρεσίαν, καὶ ταῦτα ἐν γήρᾳ τοσούτῳ, καὶ λιμὴν τῶν ξένων καὶ τῶν ἐν χρείαις καθεστηκότων ὤν, καὶ οὐδὲν ἴδιον κεκτημένος, οὐδὲ αὐτὸν τὸν υἱόν· καὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος, καὶ τοῦτον ἐπέδωκε· μετὰ δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ ἑαυτὸν ἐπέδωκε καὶ τὴν οἰκίαν ἅπασαν, ἵνα τὸν ἀδελφιδοῦν ἐξαρπάσαι ἔσπευδε. Καὶ ταῦτα οὐ χρημάτων ἕνεκεν ἐποίει, ἀλλὰ φιλανθρωπίας μόνης. Ὅτε γοῦν τῶν λαφύρων αὐτὸν ἐποίουν κύριον οἱ δι' αὐτοῦ σωθέντες, μέχρι σπαρτίου καὶ σφαιρωτῆρος ἅπαντα διεκρούσατο.

ζ'. [320] Τοιοῦτος καὶ ὁ μακάριος ἦν Ἰώβ. Καὶ γὰρ *Ἡ θύρα μου*, φησὶ, *παντὶ ἐλθόντι ἠνέῳκτο. Ἐγὼ ἤμην ὀφθαλμὸς τυφλῶν, ποῦς δὲ χωλῶν· ἐγὼ ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων· ἔξω δὲ οὐκ ηὐλίζετο ξένος·* ἀδύνατοι δὲ, ἤν ποτε χρείαν εἶχον, οὐκ ἀπέτυχον, οὐδὲ εἴασε ἐξελθεῖν ἀδύνατον τὴν θύραν μου κόλπῳ κενῷ. Καὶ πολλῷ πλείονα δὲ τούτων, ἵνα μὴ πάντα καταλέγωμεν νῦν, διετέλει πράττων, εἰς τοὺς δεομένους ἅπαντα τὸν πλοῦτον καταναλίσκων. Βούλει καὶ τοὺς οὐ παρὰ Θεοῦ γινομένους πλουσίους ἰδεῖν, ἵνα μάθῃς πῶς κέχρηνται τῷ πλούτῳ; Ὅρα τὸν ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, τὸν οὐδὲ τῶν ψιχίων μεταδιδόντα· ὅρα τὸν Ἀχαὰβ τὸν καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἁρπάζοντα· ὅρα τὸν Γιεζῆ, ὅρα τοὺς τοιούτους ἅπαντας. Οἱ μὲν γὰρ δικαίως κεκτημένοι, ἅτε παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβόντες, εἰς τὰ τοῦ Θεοῦ προστάγματα ἀναλίσκουσιν· οἱ δὲ ἐν τῷ κτᾶσθαι προσκρούσαντες τῷ Θεῷ, καὶ ἐν τῷ δαπανᾷν τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν, εἰς πόρνας καὶ παρασίτους ἀναλίσκοντες, ἢ κατορύττοντες καὶ ἀποκλείοντες, εἰς πτωχὸν δὲ οὐδὲν δαπανῶντες. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀφίησι πλουτεῖν τοὺς τοιούτους; Ὅτι μακρόθυμός ἐστιν, ὅτι βούλεται ἡμᾶς εἰς μετάνοιαν ἀγαγεῖν, ὅτι γέενναν ἡτοίμασεν, ὅτι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην. Εἰ δὲ εὐθέως τοὺς πλουτοῦντας κακῶς ἐκόλαζεν, οὐκ ἂν ὁ Ζακχαῖος ἔσχε προθεσμίαν μετανοίας, ὥστε καὶ τετραπλασίονα ἀποδοῦναι, ἅπερ ἥρπασε, καὶ τὰ ἡμίση προσθεῖναι τῶν ἑαυτοῦ· οὐκ ἂν ὁ Ματθαῖος μεταβαλέσθαι καὶ γενέσθαι ἀπόστολος, προαναρπαγεὶς τοῦ προσήκοντος καιροῦ· οὐκ ἂν ἕτεροι πολλοὶ τοιοῦτοι. Διὰ ταῦτα ἀνέχεται εἰς μετάνοιαν καλῶν ἅπαντας. Εἰ δὲ μὴ βούλοιντο, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοιεν, ἀκούσονται τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι *Κατὰ τὴν σκληρότητα αὐτῶν καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ·* ἥντινα ὀργὴν ἵνα φύγωμεν, πλουτῶμεν τὸν τοῦ οὐρανοῦ πλοῦτον, καὶ τὴν ἐπαινετὴν διώκωμεν πενίαν. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΕ'.

διώκετε τὴν ἀγάπην· ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικὰ, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε.

α'. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ ἀκριβείας τὴν ἀρετὴν αὐτοῖς ἀπετέλεσεν ἅπασαν τῆς ἀγάπης, παραινεῖ λοιπὸν μετὰ προθυμίας αὐτῆς ἀντέχεσθαι· διὸ καὶ ἔλεγε, *Διώκετε.* Ὁ γὰρ διώκων ἐκεῖνο μόνον ὁρᾷ τὸ διωκόμενον, καὶ πρὸς ἐκεῖνο τέτανται, καὶ οὐκ ἀφίστανται ἕως ἂν λάβῃ. Ὁ διώκων ὅταν δι' ἑαυτοῦ μὴ δυνηθῇ, διὰ τῶν πρὸ [21] αὐτοῦ καταλαμβάνει τὸν φεύγοντα, τοὺς ἐγγὺς ὄντας μετὰ πολλῆς παρακαλῶν τῆς σπουδῆς κατέχειν καὶ τηρεῖν αὐτῷ κατασχεθέντα, ἕως ἂν φθάσῃ. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν· καὶ ὅταν αὐτοὶ μὴ φθάνωμεν τὴν ἀγάπην, τοὺς ἐγγὺς ὄντας αὐτῆς κελεύωμεν κατέχειν αὐτὴν, ἕως ἂν φθάσωμεν πρὸς αὐτήν· εἶτα ἐπειδὰν ἐπιλαβώμεθα, μηκέτ' ἀφῶμεν αὐτὴν, ἵνα πάλιν ἡμᾶς διαφύγῃ. Συνεχῶς γὰρ ἡμῶν ἀποδρᾷ, ἐπειδὴ οὐκ εἰς δέον αὐτῇ κεχρήμεθα, ἀλλὰ ὄντα αὐτῆς προτιμῶμεν. Διὰ τοῦτο πάντα χρὴ ποιεῖν, ὥστε αὐτὴν μετὰ ἀκριβείας κατασχεῖν. Ἐὰν δὲ τοῦτο γένηται, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ πόνου ἡμῖν λοιποῦ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ τρυφῶντες πανηγυρίζοντες, τὴν στενὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν διοδεύσομεθα. Διό φησι, *Διώκετε αὐτήν.* Εἶτα ἵνα μὴ εἴπωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο τὸν τῆς ἀγάπης εἰσήγαγεν, ἵνα σβέσῃ τὰ χαρίσματα, ἐπάγει λέγων· *Ζητεῖτε δὲ τὰ πνευματικὰ, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· οὐδεὶς γὰρ ἀκούει· Πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια· ὁ δὲ προφητεύων, ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν.* Σύγκρισιν ἐνταῦθα λοιπὸν ποιεῖται τῶν χαρισμάτων, καὶ καθαιρεῖ τὸ τῶν γλωσσῶν, οὔτε πάντη ἄχρηστον δεικνὺς, οὔτε σφόδρα ὠφέλιμον καθ' ἑαυτό. Καὶ γὰρ σφόδρα ἐπὶ τούτῳ ἐφυσῶντο, ἐπειδὴ καὶ μέγα εἶναι τὸ χάρισμα ἐνομίζετο. Ἐνομίζετο δὲ μέγα εἶναι διὰ τὸ πρῶτον αὐτὸ τοὺς ἀποστόλους εἰληφέναι, καὶ μετὰ τοσαύτης ἐπιδείξεως. Οὐ μὴν διὰ τοῦτό τῶν ἄλλων προτιμότερον ἦν. Τίνος οὖν ἕνεκεν πρὸ τῶν ἄλλων ἔλαβον αὐτὸ οἱ ἀπόστολοι; Ἐπειδὴ πανταχοῦ διέρχεσθαι ἔμελλον. Καὶ ὥσπερ ἐν τῷ καιρῷ τῆς πυργοποιίας ἡ μία γλῶττα εἰς πολλὰς διετέμνετο· οὕτω τότε αἱ πολλαὶ πολλάκις εἰς ἕνα ἄνθρωπον ἦσαν, καὶ ὁ αὐτὸς καὶ τῇ Περσῶν καὶ τῇ Ῥωμαίων καὶ τῇ Ἰνδῶν καὶ ἑτέραις πολλαῖς διελέγετο γλώτταις, τοῦ Πνεύματος ἐνηχοῦντος αὐτῷ· καὶ τὸ χάρισμα ἐκαλεῖτο χάρισμα γλωττῶν, ἐπειδὴ πολλαῖς ἀθρόον ἐδύνατο λαλεῖν φωναῖς. Ὅρα τοίνυν πῶς αὐτὸ καὶ καθαιρεῖ καὶ ἐπαίρει. Τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, *Ὁ λαλῶν γλώσσαις, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ Θεῷ· οὐδεὶς γὰρ ἀκούει,* καθεῖλε, δείξας οὐ πολὺ τὸ χρήσιμον ὄντῳ δὲ ἐπάγειν, ὅτι *Πνεύματι λαλεῖ μυστήρια,* πάλιν ἐπῆρεν, ἵνα μὴ περιττὸν εἶναι δόξῃ καὶ ἄχρηστον καὶ εἰκῆ δεδομένον. *Ὁ δὲ προφητεύων, ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν.* Εἶδες πόθεν τὸ ἐξαίρετον δείκνυσι τοῦ χαρίσματος τούτου, ἀπὸ τοῦ κοινῇ συμφέροντος; καὶ πῶς πανταχοῦ τοῦτο προτιμᾷ τὸ εἰς τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γινόμενον; Ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἀνθρώποις

Digitized by Google

λαλοῦσιν, εἰπέ μοι; Ἀλλ' οὐ τοιαύτην οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν.

[322] Ὥστε τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος κατέχεσθαι, ἀμφοτέροις κοινὸν, καὶ τῷ προφητεύοντι καὶ τῷ γλώσσαις λαλοῦντι· τούτῳ δὲ αὐτὸς, ὁ προφητεύων λέγω, πλεονεκτεῖ, τῷ καὶ χρήσιμος εἶναι τοῖς ἀκούουσι. Τῶν γὰρ γλώσσαις λαλούντων οὐκ ἤκουον οἱ τὸ χάρισμα οὐκ ἔχοντες. Τί οὖν; οὐδένα ὠφελοῦμουν ἐκεῖνοι; Ναὶ, φησὶν, ἑαυτοὺς μόνους· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ.* Καὶ πῶς, εἰ μὴ οἶδεν ἃ λέγει; Ἀλλὰ τέως περὶ τῶν εἰδότων ἃ λέγουσι διαλέγεται, εἰδότων μὲν αὐτῶν, οὐκ ἐπισταμένων δὲ εἰς ἑτέρους ἐξενεγκεῖν. *Ὁ δὲ προφητεύων, Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ.* Ὅσον δὲ τὸ μέσον ἑνὸς καὶ Ἐκκλησίας, τοσοῦτον τὸ διάφορον τούτου κἀκείνου. Εἶδες αὐτοῦ τὴν σοφίαν, πῶς οὐκ εἰς τὸ μηδὲν ἐξωθεῖ τὸ χάρισμα, ἀλλὰ δείκνυσιν ἔχον μὲν κέρδος, μικρὸν δὲ καὶ ὅσον τῷ κεκτημένῳ μόνον ἀρκέσαι; Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι βασκαίνων αὐτοῖς καθαιρεῖ τὰς γλώσσας (καὶ γὰρ οἱ πλείους εἶχον τὸ χάρισμα τοῦτο), διορθούμενος αὐτῶν τὴν ὑπόνοιάν φησι· *Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. Μείζων γὰρ ὁ προφητεύων ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύει, ἵνα ἡ Ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ.* Τὸ δὲ μᾶλλον καὶ μεῖζον οὐ τῶν ἐναντίων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ὑπερεχόντων.

β'. Ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐδιαβάλλει τὸ χάρισμα, ἀλλ' ἐπὶ τὰ βελτίονα αὐτοὺς ἄγει, τήν τε περὶ αὐτοὺς κηδεμονίαν, καὶ τὴν φθόνου παντὸς ἀπηλλαγμένην ψυχὴν ἐπιδεικνύς. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Δύο ἢ τρεῖς, ἀλλὰ, *Πάντας ὑμᾶς θέλω γλώσσαις λαλεῖν·* καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ προφητεύειν· καὶ τοῦτο μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνο· μείζων γὰρ ὁ προφητεύων. Ἐπειδὴ γὰρ κατεσκεύασε αὐτὸ καὶ ἀπέδειξε, τότε λοιπὸν καὶ ἀποφαίνεται, οὐ μὴν ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης· ἐπήγαγε γὰρ, Ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύει· ὡς ἐὰν δύνηται τοῦτο, τὸ διερμηνεύειν λέγω, ἴσος γέγονε τῷ προφήτῃ, φησὶν, ἐπειδὴ πολλοὶ οἱ τὴν ὠφέλειαν καρπούμενοι· ὃ χρὴ μάλιστα παρατηρεῖν, πῶς διὰ πάντων τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιζητεῖ. *Νυνὶ δὲ, ἀδελφοὶ, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω, ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ;* Καὶ τί λέγω, φησὶ, τοὺς ἄλλους; Ἔστω γὰρ ὁ φθεγγόμενος γλώσσαις Παῦλος· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἔσται τι πλέον τοῖς ἀκούουσι. Ταῦτα δὲ λέγει, δεικνὺς ὅτι τὸ ἐκείνοις συμφέρον ζητεῖ· οὐ πρὸς τοὺς τὸ χάρισμα ἔχοντας ἀπεχθῶς ἔχει, ὅπου γε οὐδὲ ἐπὶ τοῦ οἰκείου προσώπου παραιτεῖται δεῖξαι τὸ ἀνωφελές. Καὶ ἀεὶ δὲ τὰ φορτικὰ ἐπὶ τοῦ οἰκείου προσώπου γυμνάζει, ὡς καὶ ἀρχόμενος τῆς Ἐπιστολῆς ἔλεγε· *Τίς ἐστι Παῦλος; τίς δὲ Ἀπολλώς; τίς δὲ Κηφᾶς;* Ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ λέγων, ὅτι *Οὐδὲ ἐγὼ ὑμᾶς ὠφελήσω, ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν* [323] *διδαχῇ.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἐὰν μή τι εἴπω δυνάμενον ὑμῖν εὔληπτον γενέσθαι, καὶ δυνάμενον εἶναι σαφὲς, ἀλλ' ἐπιδείξομαι μόνον, ὅτι γλωττῶν ἔχω χάρισμα, γλωττῶν ὧν ἀκούσαντες, οὐδὲν κερδάναντες *Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον;* ἀπελεύσεσθε. Πῶς γὰρ ἀπὸ φωνῆς, ἧς οὐ συνίετε; Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὅτι ἐφ' ἡμῶν τοῦτο μὲν ἀκριβὲς, ὠφέλιμον δὲ τὸ σαφὲς καὶ εὔληπτον τοῖς ἀκούουσι; Καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀψύχοις ὀργάνοις τῆς μουσικῆς τοῦτο ἴδοι τις ἄν· εἴτε γὰρ αὐλὸς, εἴτε κιθάρα εἴη, καὶ μηδὲ ῥυθμῷ μηδὲ ἁρμονίᾳ τῇ προσηκούσῃ, ἀλλὰ συγκεχυμένως καὶ ἁπλῶς κρούοιτο καὶ ἐμπνέοιτο, οὐδένα ψυχαγωγήσει τῶν ἀκουόντων. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀνάρθροις ἐκείνοις δεῖ τινος σαφηνείας· κἂν μὴ κατὰ τέχνην κρούσῃς, καὶ ἐμπνεύσῃς τῷ αὐλῷ, οὐδὲν ἐποίησας. Εἰ δὲ παρὰ τῶν ἀψύχων τοσαύτην ἀπαιτοῦμεν σαφήνειαν καὶ ἁρμονίαν καὶ διάκρισιν, καὶ ἐν τοῖς ἀσήμοις ἐκείνοις φθόγγοις βιαζόμεθα καὶ φιλονεικοῦμεν πολλὴν ἐπιθεῖναι τὴν σημασίαν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐμψύχοις καὶ λογικοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι τὸ εὔσημον διώκειν δεῖ. *Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον;* Ἀπὸ γὰρ τῶν περιττῶν ἐπὶ τὰ ἀναγκαιότερα καὶ χρησιμώτερα τὸν λόγον ἄγει, καί φησιν, ὅτι οὐκ ἐπὶ τῆς κιθάρας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς σάλπιγγος τοῦτο συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ ῥυθμοὶ, καὶ ἐνδείκνυνται ποτὲ μὲν πολεμικὴν ἠχὴν, ποτὲ δὲ οὐ τοιαύτην· καὶ ποτὲ μὲν εἰς παράταξιν ἐξάγει, ποτὲ δὲ ἀνακαλεῖται [a]· κἂν μὴ τοῦτό τις εἰδῇ, περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος. Ὃ δὴ δηλῶν καὶ τὴν βλάβην ἐμφαίνων φησὶ, *Τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον;* Ὥστε ἂν μὴ τοῦτο ἔχῃ, τὸ πᾶν ἀπώλεσε. Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς ταῦτα; φησί. Πρὸς ὑμᾶς μὲν οὖν μάλιστα, διὸ καὶ ἐπάγει· *Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε διὰ τῆς γλώττης, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες.* Τουτέστιν, οὐδενὶ φθεγγόμενοι, πρὸς οὐδένα λαλοῦντες. Καὶ πανταχοῦ τὸ ἀνωφελὲς δείκνυσι. Καὶ εἰ ἀνωφελὲς, διὰ τί ἐδόθη; φησίν. Ὥστε ἐκείνῳ χρήσιμον εἶναι τῷ λαβόντι· εἰ δὲ καὶ ἑτέροις μέλλοι γίνεσθαι, ἑρμηνείαν δεῖ προσεῖναι. Ταῦτα δὲ λέγει, συνάγων αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους, ἵνα κἂν αὐτὸς μὴ ἔχῃ τὸ χάρισμα τοῦ ἑρμηνεύειν, ἕτερον προσλαβὼν τὸν τοῦτο ἔχοντα, ὠφέλιμον τὸ ἑαυτοῦ δι' ἐκείνου ποιήσῃ. Διὸ πανταχοῦ δείκνυσιν ἀτελὲς ὄν, ἵνα κἂν οὕτως αὐτοὺς συνδήσῃ. Ὡς ὅ γε νομίζων ἀρκεῖν αὐτὸ ἑαυτῷ, οὐχ οὕτως αὐτὸ ἐγκωμιάζει, ὡς καθαιρεῖ, οὐκ ἀφιεὶς αὐτὸ λάμψαι καλῶς διὰ τῆς ἑρμηνείας. Καλὸν μὲν γὰρ καὶ ἀναγκαῖον τὸ χάρισμα, ἀλλ' ὅταν ἔχῃ τὸν [324] σαφηνίζοντα τὰ λεγόμενα. Ἐπεὶ καὶ ὁ δάκτυλος ἀναγκαῖον, ἀλλ' ὅταν αὐτὸν ἀποστήσῃς τῶν λοιπῶν, οὐχ ὁμοίως ἔσται χρήσιμος· καὶ ἡ σάλπιγξ ἀναγκαία, ἀλλ' ὅταν ἁπλῶς ἠχῇ, καὶ ἐπαχθῆς. Οὔτε γὰρ τέχνη φανεῖται, μὴ ὑποκειμένης ὕλης, οὐδὲ ὕλη μορφοῦται, μὴ ἐπιτεθειμένου τοῦ εἴδους. Τίθει τοίνυν τὴν μὲν φωνὴν ὡς ὑποκείμενον, τὴν δὲ σαφήνειαν ὡς εἶδος, οὗ μὴ παρόντος οὐδὲν ὄφελος τοῦ ὑποκειμένου. *Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον.* Τουτέστι, Τοσαῦται γλῶσσαι, τοσαῦται φω-

[a] *Deerant verba, ποτὲ δὲ ἀνακαλεῖται.*

Digitized by Google

ponat quod fit ad multorum utilitatem? Illi enim, quæso, annon loquuntur hominibus? Loquuntur, sed non talem ædificationem et exhortationem et consolationem.

Prophetiæ donum dono linguarum præstat.—Quamobrem a Spiritu quidem teneri et agitari est utrique commune, et ei qui prophetat, et ei qui linguis loquitur: in hoc autem præstat ipse, nempe is qui prophetat, quod sit etiam utilis iis qui audiunt. Eos enim qui linguis loquebantur, non audiebant qui donum non habebant. Quid vero? illi nullumne ædificabant? Certe, inquit, seipsos solos: et ideo subjungit, 4. *Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat.* Et quomodo, si nescit quæ dicit? Sed nunc loquitur de *iis*, qui sciunt quæ dicunt, qui ipsi quidem sciunt, nesciunt autem aliis enuntiare. *Qui autem prophetat, Ecclesiam ædificat.* Quantum autem interest inter unum et Ecclesiam, tanta est inter hunc et illum differentia. Vidistin' ejus sapientiam, quomodo donum non redigat in nihilum, sed ostendat habere quidem lucrum, sed parvum, et quod ei solum qui possidet sufficiat? Deinde ne existimarent quod eis invidens linguas deprimat (plures enim ex iis habebant hoc donum), suspicionem eorum corrigens dicit: 5. *Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam major est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.* Magis autem et minus non sunt ex contrariis, sed ex iis quæ exsuperant.

Eleemosyna quantum ornamentum. — Videris etiam eas, quæ sunt junctæ matrimonio, apud nos multam ostendere honestatem : sed non est hoc solum quod quæritur, sed diligens cura et studium egenorum, per quod priscæ mulieres valde resplendebant : non sicut multæ ex iis quæ sunt nostris temporibus. Nam tunc quidem pro auro eleemosynæ induebantur ornamento; nunc autem hoc dimisso, funibus aureis ex catena peccatorum contextis amiciuntur. Dicamne etiam aliam thecam ornamento patrio exinanitam? Convenichant olim omnes, et psallebant communiter. Hoc nunc quoque facimus; sed tunc quidem in omnibus una erat anima et cor unum; nunc autem ne in una quidem anima illam concordiam videris et consensum, sed ubique magnum est bellum. Pacem nunc quod precatur omnibus is qui præest Ecclesiæ, ut qui in domum ingreditur paternam; sed hujus pacis nomen quidem est frequens, res autem nusquam. Tunc etiam domus erant ecclesiæ; nunc autem etiam ecclesia est domus, vel potius quavis domo deterior. Etenim in domo quidem bene constitutum videris ordinem : domina quippe domus sedet in solio cum omni honestate, modestia et decore, et ancillæ texunt cum silentio, et singuli ex famulis in manibus habent id quod est eis mandatum. Hic autem multus est tumultus, magna confusio, et a caupona nihil nostra differt : tantus est risus, tanta perturbatio, sicut in theatris, sicut in foro clamantibus omnibus et tumultuantibus. Et hæc hic solum : nam alibi ne propinquum quidem licet alloqui in ecclesia, ne si amicum quidem longo tempore absentem exceperit, sed hæc omnia fiunt; et merito. Non enim ecclesia est tonstrina, neque unguentaria officina, neque ulla alia opificum : sed sunt in foro taberna, sed locus angelorum, locus archangelorum, regnum Dei, ipsum cælum. Quomodo igitur si quis te in cælum introduxisset, etiamsi nihil aliud eum videres, etiamsi fratrem, ne audires quidem quidquam : ita hic non aliud loqui oporteret præter spiritualia; nam hic quoque est cælum. Quod si non credis, aspice ad hanc mensam, recordare propter quam stamus et quamobrem hic stet; cogita quis sit qui sacrificium procedat, obstupesce etiam ante tempus. Etenim si quis solum viderit regis solium, animo assurgit spectans regis exitum. Et tu ergo etiam ante illud omnia tremendum venerare, et obstupesce et assurge antequam videas expansa aulæa, et præeuntem cum angelorum, in ipsum cælum ascende. At hæc audiat qui mysteriis non est initiatus : necesse est enim illi etiam alia dicere. Neque enim nobis deerunt quæ illum doceamus, quæ possint efficere ut moveat, et persuadere ut volare conetur. Tu ergo qui ignoras, quando audieris prophetam dicentem, dicit Dominus, Recede a terra, ipse quoque in cælum ascende : cogita quisnam sit qui per illum tecum loquitur. Nunc autem histrionis quidem risum moventis, et scortantis ac turpiter agentis mulieris tantum sedet spectaculum, iis quæ dicuntur magnum præbens silentium, idque cum nullus jubeat tacere, et neque est tumultus, neque clamor, nec ullus omnino strepitus : Deo autem e cælis loquente de rebus adeo stupendis ac reverendis, canibus sumus impudentiores, ne Deo quidem tantam exhibentes reverentiam, quantam meretricibus.

6. Hisne auditis exhorruistis? Multo magis hoc facientes, horrete. Quod de iis qui pauperes despiciunt et soli comedunt, dixit Paulus, *Annon habetis domos ad comedendum et bibendum? an ecclesiam Dei contemnitis, et eos qui non habent pudore afficitis* (1. *Cor.* 11. 22)? mihi quoque concedite ut dicam de iis qui hic cient tumultus et loquuntur : Annon habetis domos ad nugandum? an Dei ecclesiam despicitis, et eos etiam corrumpitis qui volunt esse modesti et quieti? At vobis est suave et jucundum alloqui eos qui sunt vobis noti? Non hoc prohibeo, sed domi, sed in foro, sed in balneis fiat : ecclesia enim non est colloquii locus, sed doctrinæ. Nunc autem nihil differt a foro; et si non sit dictu audacius, forte neque a scena : adeo iis, quæ illic scortantur, lascivius et impudicius ornantur quæ hic conveniunt. Ideo multos quoque impudicos hic attrahunt : et si quis tentet, aut velit corrumpere mulierem, nullus, ut puto, ei videtur locus aptior ecclesia; et si quid vendere aut emere oporteat, ecclesia videtur esse ad illud commodior, quam forum. Illic enim de iis plura colloquia miscent quam in ipsis officinis. Et si qui velint maledicere et maledicta audire, hoc quoque hic magis videbit contingere, quam in foro : et si volueris res audire civiles, et quæ in ædibus fiunt et quæ in castris, ne eas ad judiciale forum, neque sedeas in officina medicorum; sunt enim qui omnibus accuratius hic omnia hæc annuntiant : et hic locus quidvis potius est, quam ecclesia. Vos fortasse valde tetigi : non ego quidem arbitror. Quando enim in iisdem perseveratis, undenam sciam quod quæ dicta sunt vos tetigerunt? Necesse est ergo rursus eadem tangere. Hæccine sunt tolerabilia? hæccine ferenda? Quotidie defatigamur et discerpimur, ut utile aliquid eloqui discedatis : nemo autem vestrum aliquid lucratus recedit, sed majori etiam damno affectus. Etenim in judicium convenitis, cum peccati utique nullam habeatis occasionem, et meliores et mitiores expellitis eos vestris nugis undique molestia afficientes. Sed quid est quod dicitur a multis? Non audio, inquit, quæ leguntur, neque scio ea quæ dicuntur. Quia tumultuaris, turbas moves, neque accedis cum animo sensu pietatis prædito. Quid dicis? nescis quænam hæc dicta sibi velint? Atqui propter hoc ipsum te oportebat attendere. Si autem ne id quidem, quod est obscurum, tuum excitat animum, multo magis si essent clara ac manifesta, ea prætercurreres. Ideo enim neque omnia sunt dilucida, ne sis piger; neque obscura, ne desperes. Et ille quidem eunuchus et barbarus nihil ex iis dixit, sed et tantorum negotio-

Digitized by Google

rum circumdatus multitudine, etiam cum in via esset, librum habebat in manibus et legebat, tu autem, cum et tibi sit copia doctorum, et habeas qui tibi legant, mihi excusationes profers et obtentus. Nescis ea quæ dicuntur? Ora ergo ut discas. Imo vero fieri non potest ut omnia ignores. Multa enim sunt ex se aperta et dilucida; imo vero etiamsi omnia ignorares, sic quoque oporteret te quiescere, ut non expellas eos qui attendunt : ut cum Deo acceptum fuerit tuum silentium et pudor tuus, ipse ea quæ sunt obscura reddat dilucida. At non potes silere? Exi ergo, ne aliis quoque damnum afferas. Etenim in ecclesia unam oportet semper esse vocem, ac si unum sit corpus. Propterea et qui legit, solus loquitur; et is qui episcopatum obtinet, manet silentio sedens; et is qui psallit, solus psallit; et si omnes respondendo resonent, vox fertur tamquam ex uno ore; et qui ad populum verba facit, solus loquitur. Quando autem multi de multis et diversis disceptant, cur vobis frustra molestiam exhibeamus? Nisi enim temere nos molestia afficere putaretis, nobis de tantis rebus loquentibus, de iis quæ nihil attinent non loqueremini. Propterea non in vita solum, sed et in ipsa rerum existimatione magna est perversio : ad ea quippe quæ sunt superflua inhiatis, veritatemque dimittentes, umbras et somnia persequimini.

Divitiarum vanitas. — Annon umbra et somnia sunt omnia præsentia, et umbra deteriora? Etenim priusquam appareant, recedunt; et priusquam avolent, magnam exhibent perturbationem, et majorem illa voluptate. Et si hic innumerabiles acceptas infoderit pecunias, cum nox præterierit, hinc nudus recedit; et merito. Nam et qui in somnis sunt divites, cum e cubili surrexerint, nihil habent ex iis quæ videbantur habere dormientes : ita etiam avari et qui plura habendi laborant cupiditate; imo vero non ita, sed longe pejus. Nam qui in somnis quidem est dives, neque habet pecunias quas in visione se putabat habere, neque alio quopiam malo ab hac visione accepto, surgit : iste autem, pecuniis quidem est privatus, peccatis autem quæ ex pecuniis orta sunt repletus, discedit; et cum quæ ex divitiis fiunt, visione apprehenderit, mala inde orta non videt ultra in visione, sed in ipsa rerum veritate : et fuit quidem voluptas in somnis; quod autem ex voluptate nascitur supplicium, non utique accidit in somnis, sed in ipsa experientia; imo vero etiam ante illud supplicium hic quoque extremas dat pœnas, ut qui in colligendo atteratur innumerabilibus animi ægritudinibus, sollicitudinibus, accusationibus, calumniis, tumultibus et perturbationibus. Ut ergo et a somniis liberemur, et a malis quæ non sunt in somniis, pro avaritia et plura habendi cupiditate eleemosynam eligamus, pro rapina benignitatem. Sic enim præsentia et futura bona assequemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXVII.

CAP. 14. v. 34. *Mulieres vestræ in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.*

1. Cum eum, qui ex linguis oriebatur, tumultum amputasset, et cum qui ex prophetiis, et legem tulisset, ne esset confusio, ut qui linguis loquebantur, hoc vicissim facerent, et ut qui prophetabant, cum alter incepisset, tacerent : procedit demum etiam ad perturbationem quæ oritur ex mulieribus, amputans earum importunam loquendi libertatem : idque valde opportune. Nam si iis, qui habent charismata, non permittitur temere loqui, neque quando velint, idque cum moveantur a Spiritu, multo magis illis inconsiderate et vane nugantibus. Propterea magna quoque cum auctoritate nugantium ora obstruit; et lege secum assumpta, eorum sic ora obturat. Non solum enim hic suadet, neque consulit, sed etiam vehementer imperat, legens antiquam his de rebus legem. Nam cum dixisset : *Mulieres vestræ in ecclesiis taceant*, et, *Non permittitur eis loqui, sed subjectas esse*, subjunxit : *Sicut et lex dicit.* Et ubi hoc dicit lex? *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tibi dominabitur* (*Gen.* 3. 16). Vidistin' Pauli sapientiam, et quantum adduxerit testimonium, quod non solum eas jubeat tacere, sed etiam tacere cum metu, et cum tanto metu, cum quanto ancillam oportet silere? Propterea cum ipse dixisset, *Non permittitur eis loqui*, non subjunxit, Sed tacere, sed pro tacere posuit quod est amplius, nempe subjici. Si hoc autem apud maritos, multo magis apud doctores et patres, et in communi cœtu ecclesiæ. At si non loquantur, inquies, nec interrogent, quanam de causa aderunt? Ut audiant quidem quæ oportet, ea autem de quibus dubitant, a maritis domi discant. Et ideo subjunxit : 35. *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.* Non solum, inquit, non illis loqui permittitur, sed nec aliquid interrogare in ecclesia. Si autem non oportet interrogare, multo magis absolute nefas est loqui. Et cur eas ad tantam redegit subjectionem? Propterea quod mulier res est imbecillis et mobilis et levis. Ideo eis maritos præfecit doctores, utrosque juvans. Nam et illas reddidit modestas, et hos reddidit gnavos et sollicitos, ut qui ea, quæ audierant, essent exactissime apud eas deposituri. Deinde quoniam id ornamento sibi fore ducebant quod loquerentur publice, sermonem ille deducit in contrarium, dicens : *Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia.* Nam primum quidem hoc confirmavit a lege Dei; deinde a communi ratione et consuetudine : sicut etiam quando eis de coma dicebat, *Annon hoc vos ipsa docet natura* (1. *Cor.* 11. 14)? Et ubique ejus talem inveneris modum, non ex divinis Scripturis, sed ex ipsa consuetudine pudore afficientem. Præterea ab iis quoque, quæ omnium opinione feruntur, et quæ ubique sunt

Digitized by Google

κἂν ἅπαντα ἀγνοῇς, καὶ οὕτως ἡσυχάζειν ἔδει, ἵνα μὴ τοὺς προσέχοντας ἐκκρούσῃς, ἵνα σου τὴν ἡσυχίαν καὶ τὴν αἰδὼ ἀποδεξάμενος ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἀσαφῆ ποιήσῃ δῆλα. Ἀλλ' οὐ δύνασαι σιγᾷν; Οὐκοῦν ἔξιθι, ἵνα μὴ καὶ ἑτέροις γένῃ βλάβη. Καὶ γὰρ μίαν ἐν ἐκκλησίᾳ δεῖ φωνὴν εἶναι ἀεὶ, καθάπερ ἑνὸς ὄντος σώματος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀναγινώσκων μόνος φθέγγεται· καὶ αὐτὸς ὁ τὴν ἐπισκοπὴν ἔχων ἀνέχεται σιγῇ καθήμενος· καὶ ὁ ψάλλων ψάλλει μόνος· κἂν πάντες ὑπηχῶσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ἡ φωνὴ φέρεται· καὶ ὁ ὁμιλῶν ὁμιλεῖ μόνος. Ὅταν δὲ πολλοὶ καὶ πολλὰ καὶ διάφορα διαλέγωνται, τίνος ἕνεκεν ἐνοχλοῦμεν ἡμεῖς εἰκῇ; Οὐδὲ γὰρ εἰ μὴ εἰκῇ ἐνοχλεῖν ἡμᾶς ἠγεῖσθε, περὶ τηλικούτων φθεγγομένων ἡμῶν, περὶ τῶν οὐδὲν ἂν προσηκόντων ὑμεῖς διελέγεσθε. Διὰ ταῦτα οὐκ ἐν τῷ βίῳ μόνον ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῶν πραγμάτων τῇ ψήφῳ πολλὴ ἡ διαστροφή· καὶ περὶ τὰ περιττὰ κεχήνατε, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀφέντες, τὰς σκιὰς καὶ τὰ ὀνείρατα διώκετε.

Ἢ οὐ σκιὰ καὶ ὀνείρατα τὰ παρόντα ἅπαντα, καὶ σκιᾶς χείρω; Καὶ γὰρ πρὶν ἢ φανῆναι, ἀφίπταται, καὶ πρὶν ἀποπτῆναι, πολὺν παρέχει τὸν θόρυβον καὶ κλείονα τῆς ἡδονῆς. Κἂν μυρία τις ἐνταῦθα λαβὼν κατορύξῃ χρήματα, τῆς νυκτὸς παρελθούσης, γυμνὸς ἅπεισιν ἐντεῦθεν, καὶ μάλα εἰκότως· ἐπεὶ καὶ οἱ ὄναρ πλουτοῦντες, ἀναστάντες ἀπὸ τῆς εὐνῆς, οὐδὲν ἔχουσιν ὧν ἔχειν ἐδόκουν καθεύδοντες· οὕτω καὶ οἱ πλεονεκτοῦντες· μᾶλλον δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χεῖρον. Ὁ μὲν γὰρ ὄναρ πλουτῶν, οὔτε τὰ χρήματα [343] ἔχει, ἅπερ ἐφαντάζετο ἔχειν, οὔτε ἄλλο τι κακὸν[a] ἀπὸ τῆς φαντασίας ταύτης λαβὼν ἀνίσταται· οὗτος δὲ τῶν μὲν χρημάτων ἐστέρηται, τῶν δὲ ἁμαρτημάτων τῶν ἐκ τῶν χρημάτων ἐμπλησθεὶς ἅπεισι, καὶ ἐν τῷ πλούτῳ φαντασθείς, τὰ ἐκ τοῦ πλούτου κακὰ οὐχ ὁρᾷ ἐν φαντασίᾳ λοιπὸν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῶν πραγμάτων τῇ ἀληθείᾳ· καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ γέγονεν ἐν ὀνείροις, ἡ δὲ ἐκ τῆς ἡδονῆς κόλασις οὐκέτι ὄναρ συμβαίνει, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ πείρᾳ, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς κολάσεως ἐκείνης· καὶ ἐνταῦθα τὴν ἰσχάτην τίνει δίκην, ἐν αὐτῷ τῷ συλλέγειν μυρίας προστριβόμενος ἀθυμίας, φροντίδας, κατηγορίας, διαβολὰς, θορύβους, ταραχάς. Ἵν' οὖν καὶ τῶν ὀνειράτων ἀπαλλαγῶμεν καὶ τῶν κακῶν τῶν οὐκ ἐν ὀνείροις, ἀντὶ πλεονεξίας ἐλεημοσύνην ἐλώμεθα, ἀντὶ ἁρπαγῆς φιλανθρωπίαν. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Marg. Savil., καλόν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΖ'.

Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν. Οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

α'. Περικόψας τὸν θόρυβον τὸν ἀπὸ τῶν γλωττῶν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν προφητειῶν, καὶ νομοθετήσας, ὥστε μὴ σύγχυσιν γίνεσθαι, τούς τε γλώσσαις λαλοῦντας ἀνὰ μέρος τοῦτο ποιεῖν, τούς τε προφητεύοντας ἀρξαμένου ἑτέρου σιγᾷν, λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὴν ταραχὴν τὴν ἀπὸ τῶν γυναικῶν γινομένην ὁδῷ πρόεισι, τὴν ἄκαιρον αὐτῶν ἐκκόπτων παῤῥησίαν, καὶ σφόδρα εὐκαίρως· Εἰ γὰρ τοῖς τὰ χαρίσματα ἔχουσιν ἁπλῶς οὐκ ἐφίεται λαλεῖν, οὐδ' ὅτε βούλονται, καὶ ταῦτα ὑπὸ τοῦ Πνεύματος κινουμένοις, πολλῷ μᾶλλον ἐκείναις εἰκῇ φλυαρούσαις καὶ μάτην. Διὰ τοῦτο καὶ μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ἐπιστομίζει τὴν φλυαρίαν αὐτῶν, καὶ τὸν νόμον μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν, οὕτως αὐτῶν ἀποῤῥάπτει τὰ στόματα. Οὐ γὰρ παραινεῖ μόνον ἐνταῦθα, οὐδὲ συμβουλεύει, ἀλλὰ καὶ ἐπιτάττει σφοδρῶς, παλαιὸν ὑπὲρ τούτων ἀναγινώσκων νόμον. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν*, καὶ, *Οὐκ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάττεσθαι*, ἐπήγαγε, *Καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει*. Καὶ ποῦ τοῦτο ὁ νόμος λέγει; *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει*. Εἶδες Παύλου σοφίαν, ἡλίκην παρήγαγε μαρτυρίαν, οὐ σιγᾷν αὐταῖς κελεύουσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ φόβου σιγᾷν, καὶ μετὰ φόβου τοσούτου, μεθ' ὅσου τὴν δούλην ἡσυχάζειν χρή; Διὸ καὶ αὐτὸς εἰπὼν, ὅτι *Οὐκ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν*, οὐκ ἐπήγαγεν, Ἀλλὰ σιγᾷν, ἀλλὰ τὸ πλέον [344] ἀντὶ τοῦ σιγᾷν τέθεικε, τὸ ὑποτάττεσθαι. Εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν διδασκάλων καὶ πατέρων καὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας συλλόγου. Καὶ εἰ μηδὲ φθέγξονται, φησὶ, μηδὲ ἐρωτήσουσι, τίνος ἕνεκεν καὶ παρέσονται; Ἵνα ἀκούωσι μὲν ἃ χρὴ, τὰ δὲ ἀμφιβαλλόμενα παρὰ τῶν ἀνδρῶν οἴκοι μανθανέτωσαν. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν*. Οὐ γὰρ δὴ μόνον λαλεῖν αὐταῖς οὐκ ἐφίεται, φησὶν, ἁπλῶς, ἀλλ' οὐδὲ ἐρωτᾷν τι ἐν ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ ἐρωτᾷν οὐ χρὴ, πολλῷ μᾶλλον ἁπλῶς λαλεῖν οὐ θέμις. Καὶ τί δήποτε ἐν τοσαύτῃ κατέστησεν αὐτὰς ὑποταγῇ; Ὅτι ἀσθενέστερόν πώς ἐστιν ἡ γυνὴ καὶ εὐρίπιστον καὶ κοῦφον. Διὰ δὴ τοῦτο τοὺς ἄνδρας αὐταῖς ἐπέστησε διδασκάλους, ἀμφοτέρους ὠφελῶν. Ἐκείνας τε γὰρ κοσμίας κατεσκεύασε, τούτους τε ἐναγωνίους ἐποίησεν, ἅτε μέλλοντας μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἅπερ ἤκουσαν ταῖς γυναιξὶ παρακατατίθεσθαι. Εἶτα ἐπειδὴ καλλωπίζεσθαι ἐντεῦθεν ἐνόμιζον ἐκ τοῦ φθέγγεσθαι δημοσίᾳ, πάλιν εἰς τὸ ἐναντίον περιάγει τὸν λόγον, λέγων· *Αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναικὶ ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν*. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦτο κατεσκεύασε τοῦ Θεοῦ, ἔπειτα ἀπὸ κοινοῦ λογισμοῦ καὶ τῆς συνηθείας, ὥσπερ καὶ, ἡνίκα περὶ κόμης αὐταῖς διελέγετο, ἔλεγεν· *Ἡ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις ὑμᾶς διδάσκει;* Καὶ πανταχοῦ τοιοῦτον εὕροις ἂν αὐτοῦ τὸν τρόπον ὄντα, οὐκ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κοινῆς συνηθείας ἐντρέποντα. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἀπὸ τῶν παῖδα δω-

Digitized by Google

πούντων καὶ πανταχοῦ τυπωθέντων ἐντρέπει, ὃ καὶ ἐνταῦθα τέθεικεν εἰπών· *Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν, ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησε;* Καὶ γὰρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας παρήγαγε τοῦτον τηρούσας τὸν νόμον, καὶ ἀπὸ τῆς καινοτομίας τὸν θόρυβον ὑποτεμνόμενος, καὶ τῇ τῶν πολλῶν ψήφῳ τὸν λόγον ποιῶν εὐπαράδεκτον. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγεν· *Ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις διδάσκω·* καὶ πάλιν, *Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης, καθὼς καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων·* καὶ ἐνταῦθα, *Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν, ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησε;* Τουτέστιν, Οὔτε πρῶτοι οὔτε μόνοι ὑμεῖς πιστοί, ἀλλ' ἡ οἰκουμένη πᾶσα· ὃ καὶ πρὸς Κολοσσαεῖς γράφων ἔλεγε, *Καθὼς ἐστι καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ,* περὶ τοῦ Εὐαγγελίου λέγων. Ποιεῖ δὲ αὐτὸ καὶ ἑτέρως· εἰς προτροπὴν τῶν ἀκουόντων, ὡς ὅταν λέγῃ τὰ αὐτῶν πρῶτα εἶναι, καὶ πᾶσιν εἶναι κατάδηλα. Θεσσαλονικεῦσι γὰρ ἐπιστέλλων ἔλεγεν· *Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθε·* καὶ Ῥωμαίοις δὲ πάλιν, ὅτι *Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.* Ἀμφότερα γὰρ ἱκανὰ προτρέψαι καὶ διεγεῖραι, καὶ τὸ παρ' ἑτέρων ἐπαινεῖσθαι, καὶ τὸ ἑτέρους ἔχειν κοινωνοὺς τῆς γνώμης. Διὸ καὶ ἐνταῦθά φησιν· *Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν, ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν;* [345] Οὔτε γὰρ τοῦτο ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι Ἡμεῖς τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἐγενόμεθα, καὶ οὐκ ἂν εἴημεν δίκαιοι παρ' ἑτέρων μανθάνειν· οὔτε, ὅτι Ἐνταῦθα ἑστὶ τὰ τῆς πίστεως μόνον, καὶ οὐ χρὴ τὰ παρ' ἑτέρων παραδείγματα δέχεσθαι. Ὁρᾷς διὰ πόσων ἐνέτρεψε; τὸν νόμον παρήγαγε, τὸ αἰσχρὸν τοῦ πράγματος ἔδειξε, τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας εἰς μέσον τέθεικεν.

β'. Εἶτα τὸ πάντων ἰσχυρότερον ὕστερον τίθησι, λέγων, ὅτι· Ὁ Θεὸς ταῦτα καὶ νῦν ἐπιτάττει δι' ἐμοῦ. *Εἰ γάρ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικὸς, γινωσκέτω ταῦτα ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι Κυρίου εἰσὶν αἱ ἐντολαί. Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω.* Καὶ τίνος ἕνεκεν τοῦτο ἐπήγαγε; Δεικνὺς ὅτι οὐ βιάζεται, οὐδὲ φιλονεικεῖ, ὅπερ σημεῖόν ἐστι τῶν οὐ τὰ ἑαυτῶν βουλομένων ἱστᾷν, ἀλλὰ τὸ ἑτέροις συμφέρον σκοπούντων. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Εἰ δέ τις φιλόνεικός ἐστιν, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν.* Ἀλλ' οὐ πανταχοῦ τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἔνθα ἂν μὴ σφόδρα μεγάλα τὰ ἁμαρτανόμενα ᾖ, καὶ τότε ἐντρέπων μᾶλλον· ἐπεὶ ὅταν περὶ ἑτέρων διαλέγηται, οὐ λέγει οὕτως, ἀλλὰ πῶς; *Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι·* καὶ πάλιν, *Ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.* Ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ περὶ σιγῆς ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, οὐ σφόδρα εὐτόνως ἐπιτίθεται, αὐτῷ τούτῳ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπισπώμενος. Εἶτα ὅπερ ἀεὶ ποιεῖν εἴωθεν, ἐπὶ τὴν προτέραν ὑπόθεσιν, ὅθεν ταῦτα εἰπεῖν ἐξέβη, ἐπάγει τὸν λόγον λέγων· *Ὥστε, ἀδελφοί μου, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε.* Καὶ γὰρ ἦθος αὐτῷ τοῦτο, μὴ τὸ προκείμενον ἐργάζεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ δοκοῦν αὐτῷ συγγενὲς ὁπωσδήποτε εἶναι διορθοῦν, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ πρότερον ἐπανιέναι, ὥστε μὴ δοκεῖν τῆς ὑποθέσεως ἐκπίπτειν. Καὶ γὰρ ὅτε περὶ τῆς ἐν ταῖς τραπέζαις διελέγετο συμφωνίας, ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τὴν ἐν τοῖς μυστηρίοις ἐκβὰς, ἐκεῖθεν ἐντρέψας, εἰς τὰ πρότερα ἐπάνεισι πάλιν, λέγων· *Ὥστε συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.* Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν περὶ τῆς ἐν τοῖς χαρίσμασιν εὐταξίας διαλεχθεὶς, καὶ τοῦ μὴ δεῖν μήτε ἀλύειν ἐν τοῖς ἐλάττοσι, μήτε φυσᾶσθαι ἐπὶ τοῖς μείζοσιν, εἶτα ἐπὶ τὴν γυναῖξι πρέπουσαν ἐξελθὼν εὐκοσμίαν ἐντεῦθεν, καὶ κατασκευάσας αὐτὴν, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπάνεισι, λέγων πάλιν· *Ὥστε, ἀδελφοί μου, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε.* Εἶδες πῶς μέχρι τέλους τὴν διαφορὰν ἐφύλαξε, καὶ πῶς ἔδειξε τὸ μὲν σφόδρα ἀναγκαῖον ὄν, τὸ δὲ οὐχ οὕτω; Διὸ ἐπ' ἐκείνου μέν φησι, *Ζηλοῦτε*, ἐπὶ τούτου δὲ, *Μὴ κωλύετε.* Εἶτα ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ πάντα διορθούμενος ἐπάγει λέγων· *Πάντα δὲ εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω·* πάλιν πλήττων τοὺς εἰκῇ βουλομένους ἀσχημονεῖν, καὶ μανίας δόξαν λαμβάνειν, καὶ τὴν οἰκείαν μὴ φυλάττοντας τάξιν.

Οὐδὲν [346] γὰρ οὕτως οἰκοδομεῖ, ὡς εὐταξία, ὡς εἰρήνη, ὡς ἀγάπη, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ ἐναντία διαλύει. Οὐκ ἐν τοῖς πνευματικοῖς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῦτο ἴδοι τις ἄν. Ἄν τε γὰρ ἐν χορῷ, ἄν τε ἐν πλοίῳ, ἄν τε ἐν ἅρματι, ἄν τε ἐν στρατοπέδῳ τὴν τάξιν συγχέῃς, καὶ τὰ μείζονα τῆς οἰκείας χώρας ἐκβαλὼν, τὰ ἐλάττονα εἰσαγάγῃς εἰς τὴν ἐκείνων τάξιν, πάντα διέφθειρας, καὶ οὕτω τὰ ἄνω κάτω γίνεται. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς τὴν τάξιν διαφθείρωμεν, μηδὲ τὴν κεφαλὴν κάτω ποιῶμεν, καὶ τοὺς πόδας ἄνω. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν τὸν μὲν ὀρθὸν λογισμὸν κάτω ῥίψωμεν, τὰς δὲ ἐπιθυμίας, τὸν θυμὸν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐπιστήσωμεν τῷ λογικῷ· ὅθεν πολὺς ὁ κλύδων, καὶ πολλὴ ἡ ταραχὴ, καὶ ἀφόρητος ἡ ζάλη, πάντων σκόπῳ κατεχομένων. Καὶ, εἰ βούλει, τὴν ἀσχημοσύνην τὴν ἐντεῦθεν γινομένην πρῶτον ἐξετάσωμεν, καὶ τότε τὴν ζημίαν. Πῶς οὖν ἔσται τοῦτο σαφὲς ἡμῖν καὶ σφόδρα γνώριμον; Παραγάγωμεν εἰς μέσον ἄνθρωπον οὕτω διακείμενον, πόρνης ἐρῶντα, καὶ ὑπὸ ἐπιθυμίας ἀτόπου κρατούμενον, καὶ τότε ὀψόμεθα τὸν γέλωτα τοῦτον. Τί γὰρ ἂν γένοιτο αἰσχρότερον τοῦ θυραυλοῦντος πρὸ τῶν πορνικῶν οἰκημάτων, καὶ ῥαπιζομένου παρὰ πόρνης γυναικὸς, καὶ κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου, καὶ τὴν ἑαυτοῦ καταισχύνοντος δόξαν; Εἰ δὲ βούλει καὶ τὴν ζημίαν ἰδεῖν, ἐννόει μοι τῶν χρημάτων τὴν δαπάνην, τοὺς περὶ τῶν ἐσχάτων κινδύνους, τὸν πρὸς τοὺς ἀντεραστὰς πόλεμον, τὰ τραύματα, τὰς πληγὰς τὰς ἐκ τῶν τοιούτων παρατάξεων. Τοιοῦτοι καὶ οἱ χρημάτων ἐπιθυμίᾳ κατεχόμενοι· μᾶλλον δὲ μείζονα ἀσχημονοῦσιν. Οὗτοι μὲν γὰρ περὶ ἕν εἰσιν ἠσχολημένοι σῶμα· οἱ δὲ φιλάργυροι τὰς πάντων οὐσίας ὁμοίως περιεργάζονται, καὶ πενήτων καὶ πλουτούντων, καὶ τῶν οὐκ ὄντων πραγμάτων ἐρῶσιν, ὃ μάλιστα τῆς τοῦ πάθους ἀτοπίας σημεῖόν ἐστιν. Οὐ γὰρ λέγουσιν,

Digitized by Google

in usu, pudorem incutit : quod hic quoque adhibet, dicens : 36. *An a vobis verbum Dei processit, aut in vos solos pervenit ?* Etenim cæteras adduxit Ecclesias hanc legem servantes, et a novitate tumultum resecans, et multorum calculo gratam et acceptam reddens orationem. Quamobrem alibi quoque dicebat : *Qui vobis in memoriam revocavit vias meas in Christo, sicut ubique in omnibus Ecclesiis doceo* (1. *Cor.* 4. 17); et rursus, *Non est enim Deus dissensionis, sed pacis, sicut et in omnibus Ecclesiis sanctorum* (*Ibid.* 14. 33); et hic : *An a vobis verbum Dei processit, aut ad vos solos pervenit ?* Hoc est, neque vos primi, neque soli fideles, sed totus orbis terræ. Quod etiam ad Colossenses scribens, dicebat, *Sicut fructificat et crescit in toto mundo* (*Coloss.* 1. 6), loquens de evangelio. Id autem facit etiam aliter ad exhortationem auditorum, ut quando dicit, eorum esse prima, et manifesta omnibus. Nam ad Thessalonicenses scribens dicebat : *A vobis enim resonuit sermo Dei, et in omni loco fides vestra ad Deum exiit* (1 *Thess.* 1. 8); et ad Romanos rursus scribens : *Fides vestra annuntiatur in toto mundo* (*Rom.* 1. 8). Ambo enim sufficiunt et ad exhortandum et excitandum, laudari ab aliis, et alios habere socios sententiæ. Et ideo hic quoque dicit : *An a vobis sermo Dei processit, aut ad vos solos pervenit ?* Neque enim, inquit, hoc potueritis dicere : Nos fuimus doctores aliorum, et non æquum est ut ab aliis discamus ; neque, Fides hic solum stetit, et non oportet ab aliis exempla sumere. Viden' per quam multa eis pudorem incussit ? legem adduxit, rei ostendit turpitudinem, cæteras Ecclesias in medio posuit.

2. Deinde, quod est omnium fortissimum, ultimum ponit dicens : Deus hæc etiam nunc jubet per me. 37. *Si quis* enim *videtur propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.* 38. *Si quis autem ignorat, ignoret.* Et cur hoc subjunxit ? Ostendens se neque vim afferre, nec contendere : quod quidem est signum non eorum qui sua volunt constituere, sed eorum qui spectant id quod est aliis utile. Quamobrem dicit etiam alibi : *Si quis autem est contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus* (1. *Cor.* 11. 16). At non ubique hoc facit, sed ubi non ita magna admittuntur peccata, et tunc potius pudore afficiens. Nam quando de aliis loquitur, non sic dicit, sed quomodo ? *Ne erretis : neque fornicatores, neque molles regnum Dei possidebunt* (*Ibid.* 6. 9); et rursus : *Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit* (*Gal.* 5. 2). Hic autem quoniam de silentio agebatur, non admodum vehementer insectatur, hoc ipso eos magis attrahens. Deinde quod semper solet facere, ad prius argumentum, unde ad hæc dicenda digressus est, revertitur dicens : 39. *Itaque, fratres mei, æmulamini prophetiam, et loqui linguis nolite prohibere.* Est enim mos ejus non solum agere id, quod est propositum, sed etiam ex illo id quod quomodocumque ei videtur conjunctum corrigere, et rursus redire ad propositum, ne videatur excidere ab argumento. Etenim quando loquebatur de concordia in mensis ; cum digressus esset ad communionem in mysteriis, et eos inde pudore affecisset, ad priora rursus revertitur, dicens : *Quamobrem convenientes ad comedendum, vos invicem expectate* (1. *Cor.* 11. 33). Ita hic quoque, cum disseruisset de ordine observando in donis, et quod neque mœrore affici oporteat in minoribus, neque tumere propter majora, et deinde digressus esset ad modestiam mulieribus convenientem, et eam confirmasset, redit ad propositum, rursus dicens : *Itaque, fratres mei, æmulamini prophetiam, et loqui linguis nolite prohibere.* Vidistin' quomodo ad finem usque servaverit differentiam, et quomodo alterum quidem ostendat valde necessarium, alterum autem non item ? Quamobrem de illo quidem dicit, *Æmulamini ;* de hoc autem, *Nolite prohibere.* Deinde tamquam in summo omnia corrigens, subjungit dicens : 40. *Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant ;* rursus illos tangens qui volunt temere se indecore gerere, et insaniæ sibi notam inurere, nec congruentem sibi servant ordinem.

Ordo rectus semper servandus. Avaritiæ morbus. — Nihil enim æque ædificat ut ordo rectus, ut pax, ut caritas, sicut etiam contraria dissolvunt. Non solum autem in spiritualibus, sed etiam in aliis omnibus hoc videris. Nam sive in choro, sive in navigio, sive in curru, sive in castris ordinem confundas, et majoribus suo loco ejectis in illorum ordinem minora induxeris, omnia corrumpis, et sic omnia sus deque vertuntur. Neque nos ergo ordinem corrumpamus, neque caput infra statuamus, neque pedes supra. Hoc porro fit, quando rectam quidem rationem inferne dejecerimus, concupiscentias autem, iram, excandescentiam et voluptatem rationi præfecerimus : unde magnus exsistit fluctus, ingens perturbatio, et intoleranda tempestas, cum omnia occupent tenebræ. Et si vis, primum excutiamus eam quæ hinc evenit turpitudinem, posteaque damnum hinc emergens. Quomodo ergo hoc nobis notum erit et manifestum ? Adducamus in medium hominem sic affectum, captum amore meretricis, et qui ejus inhonesto teneatur desiderio ; et tunc videbimus quam hoc sit ridiculum. Quid enim possit esse illo turpius, qui stat ad fores domus meretriciæ, et pulsatur a meretrice, fletque et ejulat, probroque afficit suam existimationem ? Si vis autem etiam videre damnum, veniant tibi in mentem sumptus pecuniæ, de extremis pericula, bellum quod geritur adversus rivales et adversarios amatores, vulnera et plagæ quæ infliguntur in hujusmodi acie. Tales sunt et ii, quos pecuniæ tenet cupiditas ; imo vero turpius et magis indecore se gerunt. Nam illi quidem in uno corpore sunt occupati et in eo suum ponunt studium et operam : avari vero de omnium facultatibus sunt similiter solliciti et curiosi, et pauperum et divitum, et illa amant quæ non sunt : quod est maxime signum improbæ cupiditatis. Non dicunt enim, Vellem habere hujus aut illius facultates, aut has vel illas solum ; sed et montes vo-

Digitized by Google

lunt esse aurum, et domos et quæcumque videntur, et ad alterum se transferunt mundum; et hæc perpetuo patiuntur, neque usquam finem faciunt desiderandi. Quis verbis poterit explicare illarum fluctus cogitationum, tempestatem, caliginem? ubi autem sunt tot fluctus et tanta tempestas, quænam fuerit voluptas? Nulla, sed tumultus et dolor et caliginosæ nebulæ pro aquis ferentes multam animi ægritudinem: quod etiam solet accidere iis qui alienam amant pulchritudinem. Propterea qui nullo modo amant, in majori sunt voluptate quam hujusmodi amatores. Sed ad hoc quidem nemo contradixerit: ego autem eum etiam qui amat quidem, reprimit autem libidinem, majori dixerim affici voluptate, quam eum qui assidue fruitur meretrice. Nam etiamsi ejus demonstratio sit difficilior, necesse tamen est hoc audacter probandum suscipere. Est enim difficilior, non ex rei natura, sed ex eo, quod auditores hac philosophia non sint digni.

3. Quid est enim, dic quæso, amanti jucundius, ab amica despici, an honorari et illam despicere? Palam est hoc esse jucundius. Quem ergo, quæso, magis honorabit meretrix, eumne qui ipsi servit, et factus est ejus mancipium, an eum qui ejus superavit retia, et structis ab ea calamis volat altius? Est cuivis perspicuum quod hunc. In quemnam autem suum magis conferet studium, in eumne qui cecidit, an in eum qui nondum? In eum plane qui nondum. Quis erit autem desiderabilior, isne qui est confectus, an is qui nondum est captus? Is qui nondum est captus. Si autem non creditis, a rebus vestris afferam demonstrationem. Quamnam enim mulierem magis amarit quispiam, eamne quæ facile succumbit et ipsi se dedit, an eam quæ negat et negotium facessit? Hanc procul dubio: hinc enim accenditur majus desiderium. Ergo idem quoque erit in muliere; et eum magis illa honorabit et admirabitur qui se despicit. Si res autem ita se habeat, illud quoque palam erit in majori esse voluptate eum qui magis honoratur et diligitur. Nam et dux exercitus urbem quidem semel captam dimittit; ei autem quæ resistit et contendit omni studio assidet: et venator feram venando captam habet in tenebris inclusam, quemadmodum meretrix amatorem; eam autem quæ fugit, persequitur. At ille, inquies, fruitur desiderio; hic autem non fruitur. An probro ac dedecore non affici, neque ejus tyrannicis servire imperiis, nec ab ea duci et circumagi tamquam mancipium, pugnis contusum, consputum, in capite pulsatum, parvam, dic quæso, existimas esse voluptatem? Si quis enim hæc accurate excusserit, et colligere potuerit omnia eorum probra, contumelias, criminationes, irasque perpetuas ex animo vel ex deliciis ortas, inimicitias, et alia omnia solis patientibus nota, inveniet quodvis bellum plures habere inducias, quam horum miseram vitam. Quamnam ergo dicis, quæso, voluptatem? eamne quæ capitur ex coitu, quæ est brevis et momentanea? Sed eam statim bellum excipit et fluctus et rabies et idem rursus furor. Et hæc quidem a nobis dicta sunt, perinde atque si quis ea dixerit adolescentibus intemperantibus et impudicis, qui ea quæ dicuntur de regno et gehenna non libenter ferant: quando autem hæc in medium adduxerimus, ne dici quidem potest quanta sit moderatorum et temperantium voluptas; quando quis secum reputat coronas, præmia, consuetudinem cum angelis, in universo orbe terræ celebrationem, fiduciam et dicendi libertatem, spes illas bonas et immortales. At coitus habet voluptatem; hoc enim perpetuo versant; qui vero temperans est, non potest assidue pugnare cum tyrannide naturæ. At contrarium inveneris: ipsa enim vis et perturbatio est magis apud eum qui scortatur. Multa enim est in corpore agitatio; et quovis fluctuanti mari hic gravius afficitur, cujus numquam sistitur cupiditas, sed ab ea semper impetitur, non secus atque qui corripiuntur a dæmone, et assidue discerpuntur a malis spiritibus. Temperans autem non secus ac fortis athleta, eam assidue feriens, optimam et innumeris hujusmodi deliciis jucundiorem percipit voluptatem, hac victoria, bona conscientia, et præclaris tropæis perpetuo ornatus. Si autem post congressum ille parum quiescit, hoc nihil fuerit: rursum enim invadit tempestas et rursum fluctus. Qui autem philosophatur, ne initio quidem permittit ut hæc se invadat perturbatio, neque ut mare assurgat, nec ut hæc fera vociferetur. Si vim autem patiatur in retinendo impetu tanto; at ille etiam libidinosus, frequenter pulsatus, confossus, æstruinque non ferens, haud secus, quam si equum indomitum freno retineret, artem omnem adhibens: si autem cesserit, et laborem fugerit, ab illo præceps quocumque feratur. Hæc si dicta sunt apertius quam par sit, nemo me reprehendat: nolo enim dicendi gravitate ornare orationem, sed graves et honestos facere auditores.

4. Propterea prophetæ quoque nulli hujusmodi verbo parcunt, volentes Judæorum exscindere libidinem et intemperantiam, sed eos tangunt etiam apertius, quam nos nunc in iis quæ diximus. Medicus enim volens ejicere putredinem, non eo spectat ut mundas conservet manus, sed ut ægrum liberet a putredine; et is qui humilem vult excelsum reddere, ipse prius fit humilis; et qui studium ponit ut occidat insidiatorem, se quoque cum illo cruentat, et hoc ipsum reddit clariorem. Nam si a bello reversum militem viderit quispiam sanie, sanguine et cerebro respersum et pollutum, non ideo odio habebit neque aversabitur, sed magis etiam admirabitur. Ita nos quoque faciamus cum viderimus quempiam, postquam mactarit cupiditatem, cruentum revertentem, eum magis admiremur, simulque socii ac participes ejus pugnæ et victoriæ, et iis qui amant dicamus: Ostendite nobis voluptatem quam accepistis ex libidine.

Temperantiæ voluptas. — Nam qui est temperans ac pudicus, voluptatem habet ex victoria; tu autem nullam habes omnino. Sin autem vos dicatis eam quæ est ex congressu; sed illa est manifestior et diuturnior. Nam tu ex eo quo frueris habes aliquid breve,

Digitized by Google

ὅτι Τὴν τοῦ δεῖνος ἐβουλόμην οὐσίαν ἔχειν, καὶ τὴν τοῦ δεῖνος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄρη χρυσίον εἶναι βούλονται, καὶ τὰς οἰκίας, καὶ τὰ ὁρώμενα πάντα, καὶ ἐφ' ἕτερον προβαίνουσι κόσμον· καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον πάσχουσι, καὶ οὐδαμοῦ τῆς ἐπιθυμίας λήγουσι. Τίς ἂν παραστήσειε λόγος τὸν χειμῶνα τῶν λογισμῶν ἐκείνων, τὰ κύματα, τὸν ζόφον; ὅπου δὲ κύματα καὶ χειμὼν τοιοῦτος, ποία γένοιτ' ἂν ἡδονή; Οὐκ ἔστιν οὐδεμία, ἀλλὰ θόρυβος καὶ ὀδύνη καὶ νεφέλαι ζοφώδεις ἀντὶ ὑδάτων πολλὴν φέρουσαι τὴν ἀθυμίαν· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἐρώντων ἀλλοτρίου κάλλους συμβαίνειν εἰωθε. Διά τοι τοῦτο οἱ μηδ' ὅλως ἐρῶντες, τῶν ἐρώντων ἐν πλείονί εἰσιν ἡδονῇ. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτο μὲν οὐδεὶς ἀντείποι· ἐγὼ δὲ καὶ τὸν ἐρῶντα μὲν, κατέχοντα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, μᾶλλον ἂν φαίην τρυφᾷν τοῦ συνεχῶς τῆς πόρνης ἀπολαύοντος. Εἰ γὰρ [347] καὶ δυσκολωτέρα ἡ ἀπόδειξις, ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἀναγκαῖον κατατολμῆσαι τοῦ λόγου. Καὶ γὰρ δυσκολωτέρα γίνεται, οὐ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ εἶναι τῆς φιλοσοφίας ταύτης ἀκροατὰς ἀξίους.

γ'. Τί γὰρ ἥδιον, εἰπέ μοι, τῷ ἐρῶντι, τὸ καταφρονεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἐρωμένης, ἢ τὸ τιμᾶσθαι καὶ ὑπερορᾶν; Εὔδηλον ὅτι τοῦτο. Τίνα οὖν, εἰπέ μοι, τιμήσει πλέον ἡ πόρνη, τὸν δουλεύοντα αὐτῇ καὶ αἰχμάλωτον ὑπ' αὐτῆς ἤδη γενόμενον, ἢ τὸν ἀνώτερον τῶν ἐκείνης δικτύων, καὶ ὑψηλότερον τῶν καλάμων αὐτῆς πετόμενον; Παντί που δῆλον, ὅτι τοῦτον. Περὶ τίνα δὲ σπουδάσει πλέον, τὸν πεπτωκότα, ἢ τὸν οὐδέπω; Τὸν οὐδέπω πάντως. Τίς δὲ ἔσται ποθεινότερος, ὁ κατειργασμένος, ἢ ὁ μηδέπω ἁλούς; Ὁ μηδέπω τέως ἁλούς. Εἰ δὲ ἀπιστεῖτε, ἀπὸ τῶν ὑμετέρων παρέξω τὴν ἀπόδειξιν. Τίνος γὰρ ἂν τις μᾶλλον ἐρασθείη γυναικὸς, τῆς εὐκόλως ὑποκατακλινομένης αὐτῷ καὶ ἐκδιδομένης, ἢ τῆς ἀρνουμένης καὶ πράγματα αὐτῷ παρεχούσης; Εὔδηλον ὅτι ταύτης· καὶ γὰρ μειζόνως ἐντεῦθεν ὁ πόθος ἀνάπτεται. Οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο ἔσται· καὶ τοῦτον τιμήσουσι καὶ θαυμάζονται πλέον τὸν ὑπερορῶντα αὐτῶν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, κἀκεῖνο ὁμοίως, τὸ ἐν μείζονι εἶναι ἡδονῇ τὸν μᾶλλον τιμώμενον καὶ ἀγαπώμενον. Ἐπεὶ καὶ στρατηγὸς πόλιν τὴν μὲν καθάπαξ ἁλοῦσαν ἀφίησι, τῇ δὲ ἐστηκυίᾳ καὶ φιλονεικούσῃ προσεδρεύει μετὰ σπουδῆς ἁπάσης· καὶ θηρευτὴς τὸ μὲν θηρευθὲν ζῶον ἐν σκότῳ κατακλείσας ἔχει, καθάπερ ἡ πόρνη τὸν ἐραστήν, τὸ δὲ φεῦγον διώκει. Ἀλλ' ἀπολαύει τῆς ἐπιθυμίας ἐκεῖνος, φησὶν, οὗτος δὲ οὐκ ἀπολαύει. Τὸ δὲ μὴ καταισχύνεσθαι, μηδὲ δουλεύειν ταῖς τυραννικαῖς αὐτῆς ἐπιταγαῖς, μηδὲ ὡς ἀνδράποδον ἄγεσθαι ὑπ' αὐτῆς καὶ περιάγεσθαι ῥαπιζόμενον, ἐμπτυόμενον, ἐπὶ κεφαλῆς ὠθούμενον, μικρὰν ἡδονὴν εἶναι νομίζεις; εἰπέ μοι. Εἰ γάρ τις ταῦτα ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ δυνηθείη τὰς ὕβρεις αὐτῶν συναγαγεῖν, τὰ ἐγκλήματα, τὰς συνεχεῖς ὀργὰς, τὰς ἀπὸ ψυχῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ θρύπτεσθαι γινομένας, τὰς ἀπεχθείας, τὰ ἄλλα πάντα, ἅπερ οἱ πάσχοντες ἴσασι μόνον, πάντα πόλεμον εὑρήσει πλείους ἔχοντα τὰς ἀνακωχὰς τῆς ἀθλίας τούτων ζωῆς. Ποίαν οὖν λέγεις ἡδονήν; εἰπέ μοι· τὴν ἀπὸ τῆς μίξεως, τὴν πρόσκαιρον καὶ βραχεῖαν; Ἀλλ' εὐθέως ταύτην πόλεμος ἐπικαταλαμβάνει καὶ κύματα καὶ λύττα καὶ μανία πάλιν ἡ αὐτή. Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν εἴρηται, ὡς ἂν τις νέοις διαλεγόμενος ἀκολάστοις εἴποι, οὐ σφόδρα ἀνεχομένοις τῶν περὶ βασιλείας καὶ γεέννης ἀκοῦσαι λόγων· ὅταν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέσον ἀγάγωμεν, οὐδὲ ἕνεστιν εἰπεῖν ὅση τῶν σωφρονούντων ἡ ἡδονὴ, ὅταν ἀναπλάττῃ παρ' ἑαυτῷ τοὺς στεφάνους, τὰ βραβεῖα, τὴν μετὰ τῶν ἀγγέλων ὁμιλίαν, τὴν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἀνάῤῥησιν, τὴν [348] παῤῥησίαν, τὰς χρηστὰς καὶ ἀθανάτους ἐλπίδας ἐκείνας. Ἀλλ' ἡ μίξις ἔχει τινὰ ἡδονήν· τοῦτο γὰρ συνεχῶς περιστρέφουσιν· ὁ δὲ σωφρονῶν οὐ δύναται διηνεκῶς μαχόμενος τῇ τῆς φύσεως τυραννίδι. Τοὐναντίον μὲν οὖν εὕροι τις ἂν· ἡ γὰρ βία αὕτη καὶ ταραχὴ παρὰ τῷ πορνεύοντι μᾶλλόν ἐστι. Καὶ γὰρ κλόνος ἐν τῷ σώματι πολὺς, καὶ πάσης θαλάττης κυματουμένης χαλεπώτερον οὗτος διάκειται, οὐδέποτε πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἱστάμενος, ἀλλ' ἀεὶ βαλλόμενος ὑπ' αὐτῆς, ὥσπερ οἱ δαιμονῶντες, καὶ συνεχῶς ὑπὸ τῶν πονηρῶν καταῤῥηγνύμενοι πνευμάτων. Ὁ δὲ σώφρων καθάπερ ἀριστεὺς γενναῖος συνεχῶς αὐτὴν βάλλων, τὴν ἀρίστην καὶ μυρίων τοιούτων ἡδίω καρποῦται ἡδονὴν, τῇ νίκῃ ταύτῃ καὶ τῷ χρηστῷ συνειδότι καὶ τοῖς λαμπροῖς τροπαίοις καλλωπιζόμενος διηνεκῶς. Εἰ δὲ μετὰ τὴν ὁμιλίαν ἀναπαύεται μικρὸν ἐκεῖνος, οὐδὲν τοῦτο ἂν εἴη· πάλιν γὰρ ὁ χειμὼν ἔπεισι, καὶ πάλιν κύματα. Ὁ δὲ φιλοσοφῶν οὐδὲ ἀρχὴν ἀφίησι ταύτην λαβεῖν τὴν ταραχὴν, οὐδὲ διαναστῆναι τὸ πέλαγος, οὐδὲ βοῆσαι τὸ θηρίον. Εἰ δέ τινα βίαν ὑπομένοι κατέχων τὴν τοιαύτην ὁρμὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος συνεχῶς βαλλόμενος καὶ κεντούμενος καὶ τὸν οἶστρον οὐ φέρων· καὶ παρόμοιον γίνεται, ὥσπερ ἂν ἵππον ἄγριον μαινόμενον καὶ ἀντιτείνοντα ἀνέχοι τῷ χαλινῷ, καὶ κατέχοι μετὰ τέχνης ἁπάσης· ὁ δὲ ἐνδοὺς, ὥστε τὸν πόνον τοῦτον φυγεῖν, συρόμενος ὑπ' αὐτοῦ πανταχοῦ φέροιτο. Ταῦτα εἰ καὶ σαφέστερον τοῦ δέοντος εἴρηται, μηδεὶς ἐγκαλείτω· οὐ γὰρ λόγων σεμνότητι καλλωπίζεσθαι βούλομαι, ἀλλὰ ποιῆσαι σεμνοὺς τοὺς ἀκούοντας.

δ'. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ προφῆται οὐδενὸς τῶν τοιούτων φείδονται ῥημάτων, τὴν ἀκολασίαν τῶν Ἰουδαίων ἐκκόψαι βουλόμενοι, ἀλλὰ καὶ γυμνότερον αὐτῶν καθικνοῦνται, ἢ ἡμεῖς νῦν ἐφ' οἷς εἰρήκαμεν. Καὶ γὰρ ἰατρὸς σηπεδόνα ἐκβαλεῖν βουλόμενος, οὐ σκοπεῖ πῶς καθαρὰς διατηρήσειε τὰς χεῖρας, ἀλλ' ὅπως ἐκεῖνον ἀπαλλάξειε τῆς σηπεδόνος· καὶ ὁ τὸν ταπεινὸν ὑψηλὸν ποιῆσαι θέλων, αὐτὸς ταπεινοῦται πρότερος· καὶ ὁ σφάξαι τὸν ἐπιβουλεύοντα σπουδάζων, καὶ ἑαυτὸν αἱμάσσει μετ' ἐκείνου, καὶ τοῦτο αὐτὸν ποιεῖ λαμπρότερον. Ἐπεὶ καὶ στρατιώτην ἐπανελθόντα ἀπὸ τοῦ πολέμου ἂν ἴδῃ τις ἰχῶρι καὶ αἵματι καὶ ἐγκεφάλῳ μεμολυσμένον, οὐ μισήσει, οὐδὲ ἀποστραφήσεται διὰ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ θαυμάσεται μᾶλλον. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, ὅταν ἴδωμέν τινα μετὰ τὸ κατασφάξαι τὴν ἐπιθυμίαν ᾑμαγμένον ἐπανιόντα, μᾶλλον αὐτὸν θαυμάζωμεν, καὶ κοινωνῶμεν τῆς μάχης καὶ τῆς νίκης αὐτῷ, καὶ πρὸς τοὺς ἐρῶντας λέγωμεν, Δείξατε ἡμῖν τὴν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ἡδονήν.

Ὁ μὲν γὰρ σώφρων τὴν ἀπὸ τῆς νίκης ἔχει, σὺ δὲ οὐδαμόθεν. Εἰ δὲ ὑμεῖς τὴν ἐκ τῆς ὁμιλίας λέγοιτε, ἀλλ' ἐκείνη σαφεστέρα καὶ διαρκεστέρα. Σὺ γὰρ ἔχεις ἀπὸ τῆς ἀπολαύσεως βραχὺ καὶ μηδὲ φαινόμενον, ἐκεῖνος δὲ ἀπὸ τοῦ συνειδότος, [349] καὶ μείζονα καὶ διηνεκῆ καὶ γλυκυτέραν ἔχει τὴν εὐφροσύνην. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ὁμιλία γυναικὸς, ὡς φιλοσοφία ἀτάραχον δύναται τηρῆσαι ψυχὴν καὶ πτερῶσσι. Οὗ-

Digitized by Google

τος μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, σαφῶς οὕτω δείκνυσιν ἡμῖν τὴν ἡδονήν· ἐπὶ δὲ σοῦ τὴν μὲν ἀπὸ τῆς ἥττης ἀθυμίαν ὁρῶ, τὴν δὲ ἡδονὴν βουλόμενος ἰδεῖν, οὐχ εὑρίσκω. Ποῖον γὰρ βούλει καιρὸν ἡδονῆς εἶναι· τὸν πρὸ τῆς μίξεως; Ἀλλ' οὐκ ἔστι· μανίας γάρ ἐστι καὶ παραφορᾶς καὶ ἐκστάσεως. Τὸ γὰρ τοὺς ὀδόντας τρίζειν καὶ ἐξίστασθαι, οὐχ ἡδονῆς· εἰ δὲ ἡδονῆς ἦν, οὐκ ἂν ταῦτά σε εἰργάσατο, ἃ οἱ ἀλγοῦντες ὑπομένουσι. Καὶ γὰρ οἱ πυκτεύοντες καὶ πληττόμενοι τοὺς ὀδόντας τρίζουσι, καὶ αἱ ὠδίνουσαι γυναῖκες διασπώμεναι τοῖς πόνοις, τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσιν. Ὥστε οὐχ ἡδονὴ τοῦτο, ἀλλ' ἔκστασις μᾶλλον καὶ θόρυβος καὶ ταραχή. Ἀλλ' ὁ μετὰ ταῦτα καιρός; Ἀλλ' οὐδὲ οὗτος· οὐδὲ γὰρ τὴν τεκοῦσαν ἐν ἡδονῇ εἴποιμεν ἂν εἶναι, ἀλλ' ἐν ἀπαλλαγῇ πόνων· οὐ πάντως δὲ τοῦτο ἡδονή, ἀλλ' ἀσθένεια μᾶλλον καὶ ἔκλυσις· πολὺ δὲ τὸ μέσον ἑκατέρων τούτων ἐστί. Ποῖος οὖν τῆς ἡδονῆς καιρός, εἰπέ μοι. Οὐκ ἔστιν οὐδείς· εἰ δὲ καὶ ἔστιν, οὕτω βραχύς ἐστιν, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι. Μυρία οὖν φιλονεικήσαντες φωρᾶσαι αὐτὸν καὶ κατασχεῖν, οὐκ ἠδυνήθημεν. Ἀλλ' οὐχ ὁ τοῦ σώφρονος τοιοῦτος, ἀλλὰ πλατύς, καὶ πᾶσι κατάδηλος· μᾶλλον δὲ ἅπας ὁ βίος ἐν ἡδονῇ, τοῦ συνειδότος αὐτῷ στεφανουμένου, τῶν κυμάτων ἐστορεσμένων, οὐδενὸς οὐδαμόθεν ἐγγινομένου θορύβου. Ἐπεὶ οὖν οὗτος μᾶλλον ἐν ἡδονῇ, ὁ δὲ φιλήδονος ἐν ἀθυμίᾳ καὶ θορύβοις, φεύγωμεν ἀκολασίαν, ἀντεχώμεθα σωφροσύνης, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΗ'

Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε, δι' οὗ καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν.

α'. Ἀπαρτίσας τὸν περὶ τῶν πνευματικῶν λόγον, ἐπὶ τὸ πάντων ἀναγκαιότατον μεθίσταται, τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως ὑπόθεσιν· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ σφόδρα ἐνόσουν. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, ὅταν αὐτῶν ἅψηται τῶν στερεῶν ὁ πυρετός, λέγω τῶν νεύρων καὶ τῶν φλεβῶν καὶ τῶν πρώτων στοιχείων, ἀνίατον γίνεται τὸ κακόν, ἂν μὴ πολλῆς ἀπολαύσῃ τῆς ἐπιμελείας· οὕτω δὴ καὶ τότε γενέσθαι ἐκινδύνευεν. Ἐπὶ γὰρ αὐτὰ τῆς εὐσεβείας τὰ στοιχεῖα τὸ κακὸν ἐβάδιζε. Διὸ καὶ πολλῇ τῇ σπουδῇ κέχρηται [350] ὁ Παῦλος. Οὐδὲ γὰρ περὶ βίου λοιπὸν ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, οὐδ' ὅτι ὁ μὲν ἐπόρνευεν, ὁ δὲ ἐπλεονέκτει, ὁ δὲ ὅτι κεκαλυμμένην εἶχε τὴν κεφαλήν, ἀλλὰ περὶ αὐτὸ τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον· περὶ γὰρ τὴν ἀνάστασιν αὐτὴν ἐστασίαζον. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πᾶσα ἡμῶν ἐλπὶς αὕτη, πρὸς τοῦτο σφοδρῶς ἴστατο ὁ διάβολος, καὶ ποτὲ μὲν ἀνῄρει καθάπαξ αὐτήν, ποτὲ δὲ ἔλεγεν ἤδη γεγονέναι· ὃ καὶ Τιμοθέῳ γράφων ὁ Παῦλος γάγγραιναν ἐκάλει τὸ πονηρὸν τοῦτο δόγμα, καὶ τοὺς εἰσάγοντας αὐτὸ ἔστιζε λέγων· *Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φιλητός, οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τήν τινων πίστιν.* Ποτὲ μὲν οὖν τοῦτο ἔλεγον, ποτὲ δὲ ὅτι τὸ σῶμα οὐκ ἀνίσταται, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς· ὁ καθαρμός ἐστιν ἡ ἀνάστασις. Ταῦτα δὲ ἔπειθε λέγειν ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, οὐ τὴν ἀνάστασιν ἀνατρέψαι βουλόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενα ἅπαντα δεῖξαι μῦθον ὄντα. Εἰ γὰρ ἐπείσθησαν μὴ εἶναι σωμάτων ἀνάστασιν, μετὰ μικρὸν αὐτοὺς ἔπειθε μηδὲ Χριστὸν ἐγηγέρθαι· ἀπὸ δὲ τούτου κἀκεῖνο εἰσῆγεν ὁδῷ βαδίζων, τὸ μὴ παραγεγονέναι μηδὲ πεποιηκέναι ἅπερ ἐποίησε. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ διαβόλου κακουργία. Διὸ καὶ μεθοδείαν αὐτὴν καλεῖ ὁ Παῦλος, ὅτι οὐκ ἐξ εὐθείας ὃ βούλεται κατασκευάσαι δείκνυσιν, ὥστε μὴ γενέσθαι κατάφωρος, ἀλλ' ἕτερον ἑαυτῷ περιτιθεὶς προσωπεῖον, ἕτερα τεκταίνει, καὶ καθάπερ πολέμιος καὶ κακοῦργος πόλει προσβαλὼν καὶ τείχεσι, κάτωθεν ὑπορύττει λανθάνων, ὥστε ταύτῃ γενέσθαι δυσφύλακτος, καὶ κατορθῶσαι ἅπερ ἐσπούδακε. Διόπερ ἀεὶ τὰς τοιαύτας αὐτοῦ πάγας εὑρίσκων, καὶ τοὺς πονηροὺς τούτους θηρῶν λόγους ὁ θαυμαστὸς οὗτος καὶ μέγας ἀνήρ, ἔλεγεν· *Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.* Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὁλόκληρον ἀνακαλύπτει τὸν δόλον αὐτοῦ, καὶ πάντα δείκνυσι τὰ μηχανήματα, καὶ ὅσα βούλεται κατασκευάσαι προτίθησιν εἰς μέσον, μετὰ πολλῆς ἀκριβείας ἅπασιν ἐπιών. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὕστερον τέθεικε τουτὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἄλλων, ἐπειδὴ καὶ σφόδρα ἀναγκαιότατον ἦν, καὶ τὰ ἡμέτερα συνέχον ἅπαντα. Καὶ σκόπει σύνεσιν· πρότερον γὰρ τοὺς οἰκείους ἀσφαλισάμενος, τότε ἐπεξέρχεται καὶ περαιτέρω τῷ λόγῳ, καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐκ περιουσίας ἐπιστομίζει. Ἀσφαλίζεται δὲ τοὺς οἰκείους, οὐκ ἀπὸ λογισμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων, καὶ ἅπερ αὐτοὶ κατεδέξαντο καὶ ἐπίστευσαν γεγενῆσθαι· ὃ μάλιστα ἦν ἐντρεπτικὸν, καὶ ἱκανὸν αὐτοὺς κατασχεῖν. Εἰ γὰρ ἠβουλήθησαν ἀπιστῆσαι μετὰ ταῦτα, οὐκέτι λοιπὸν τῷ Παύλῳ, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἔμελλον ἀπιστεῖν· ὅπερ κατηγορία ἦν ἐκείνων τῶν ἅπαξ καταδεξαμένων καὶ μεταθεμένων. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐντεῦθεν ἄρχεται, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἄλλων δεῖται μαρτύρων εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι τάληθῆ λέγει, ἀλλ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἠπατημένων. [351] Ἵνα δὲ ὃ λέγω σαφέστερον γένηται, αὐτῶν λοιπὸν ἀναγκαῖον ἀκοῦσαι τῶν ῥημάτων. Τίνα οὖν ταῦτά ἐστι; *Γνωρίζω ὑμῖν, ἀδελφοί,* φησὶ, *τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν.* Εἶδες μεθ' ὅσης ἐπιεικείας ἄρχεται; εἶδες πῶς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἔδειξεν, ὅτι οὐδὲν καινὸν εἰσάγει, οὐδὲ ξένον; Ὃ γὰρ γνωρίζων τὸ ἤδη γνωσθὲν, εἶτα εἰς λήθην ἐμπεσὼν, γνωρίζει πάλιν εἰς μνήμην ἄγων. Καλέσας δὲ ἀδελφοὺς, οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν προκατεβάλετο τῶν λεγομένων τὴν ἀπόδειξιν. Ἀδελφοὶ γὰρ οὐδαμόθεν ἐγενόμεθα, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας. Διὸ δὴ καὶ οὕτως αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ὁμοῦ μὲν καταπραΰνων καὶ θεραπεύων, ὁμοῦ δὲ τῶν μυρίων ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκων. Καὶ τὸ ἑξῆς πάλιν τοῦ αὐτοῦ κατασκευαστικόν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Τὸ Εὐαγγέλιον. Τῶν γὰρ Εὐαγγελίων τὸ κεφάλαιον ἐντεῦθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ τοῦ τὸν Θεὸν γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ἀναστῆναι. Τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐηγγελίζετο τῇ Παρθένῳ, τοῦτο καὶ οἱ προφῆται τῇ οἰκουμένῃ.

Digitized by Google

et quod ne ultra appareat quidem; ille autem ex conscientia majorem habet et perpetuam suaviorem que lætitiam. Neque enim consuetudo mulieris potest tam imperturbatam reddere animam, et eam in altum evehere, quam philosophia. Et pudicus quidem, sicut dixi, aperte nobis voluptatem ostendit: in te autem ex eo quidem, quod sis victus, video animi ægritudinem, voluptatem autem volens videre, non invenio. Quodnam enim vis esse tempus voluptatis? idne quod est ante coitum? Sed non est; est enim furoris et insaniæ et mentis emotæ. Dentibus enim stridere, et e statu mentis dimoveri, non est voluptatis: sin esset autem voluptatis, non ea tibi inflixisset, quæ sustinent ii qui admodum dolent. Pugiles enim, tam qui percutiunt quam qui percutiuntur, stridentibus dentibus: et parturientes mulieres, quæ distrahuntur doloribus, idipsum faciunt. Quamobrem non est id voluptas, sed potius mentis excessus tumultusque et perturbatio. An tempus quod post sequitur? Sed neque hoc dixeris. Neque enim eam quæ peperit dixerimus esse in voluptate, sed in libertate a doloribus: non est autem plane hoc voluptas, sed potius imbecillitas et dissolutio; multum autem interest inter utrumque. Quodnam est ergo tempus voluptatis, dic quæso? Nullum est: si est tamen, est adeo breve, ut ne appareat quidem. Cum millies contenderimus ut illud deprehenderemus et retineremus, non potuimus. Sed temperantis et moderati tempus non est ejusmodi, sed spatiosum est et omnibus evidens; vel potius tota ejus vita est in voluptate, cum ejus conscientia coronetur, cum sedati sint fluctus, nullo ex quavis parte oriente tumultu. Cum ergo hic magis sit in voluptate, libidinosus autem in animi ægritudine et tumultibus, fugiamus libidinem et intemperantiam, amplectamur temperantiam et castitatem, ut bona etiam futura consequamur, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXXVIII.

AP. 15. v. 1. *Notum autem vobis facio, fratres, evangelium quod prædicavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis,* 2. *per quod et salvamini, qua ratione prædicaverim vobis.*

ascendit. Cum itaque depressos oculos atque contractum os et corpus motu carens videris, cave hoc tibi in mentem veniat, quod os istud non jam loquitur, oculi isti non jam cernunt, pedes isti non jam ambulant, sed omnia in corruptionem abierunt : cave, inquam, ista dicas ; verum his contraria, nempe, Os istud melius loquetur, oculi isti meliora cernent, et pedes in nubibus sublimes tollentur, ac denique corpus istud, quod nunc corrumpitur, immortalitatem induet, illustrioremque filium meum recipiam. Quod si mœrorem tibi ea, quæ cernis, afferunt, interim tecum ipse hæc loquere : Vestimentum hoc est ; id exuit, ut ipsum præclarius recipiat : domus hæc est ; ea eversa est, ut luculentior fiat. Quemadmodum enim nos, cum domum purgaturi sumus, eos qui intus habitant, non sinimus manere, sed ne quid pulveris contrahant ac tumultu offendantur, foras amandamus ac paulisper secedere jubemus ; posteaquam autem domum tutam reddidimus, tum denique ipsos libere introire sinimus : eodem modo Deus quoque facit ; everso enim putri ipsius tabernaculo, interim eum in paternam domum atque ad se introducit, ut posteaquam illud diruerit, atque instaurarit, tum demum splendidius id ei reddat. Quocirca ne dixeris, Periit, nec jam est ; eorum enim, qui fide carent, hæc verba sunt ; verum hoc potius, Dormit, ac resurget ; peregre abiit, atque cum Rege venturus est. Quis hoc sermone utitur ? Is nempe, qui Christum in se loquentem habet. *Si enim credimus*, inquit, *quod Jesus mortuus est et resurrexit ac vivit ; ita etiam Deus eos, qui obdormierunt, per Jesum adducet cum eo* (1. *Thess.* 4. 14). Quare si filium quæris, illic eum quære, ubi Rex est, ubi angelorum exercitus, non in sepulcro, non in terra, ne alioqui, eo usque adeo in altum erecto, ipse humi provolutus maneas. Si ad hunc modum philosophemur, omnem ejusmodi dolorem nullo negotio propellemus. Deus autem miserationum et Pater totius consolationis omnium nostrum corda consoletur, et eorum qui in ejusmodi doloribus versantur, et eorum qui alio mœroris genere tenentur, donetque ut omni mœstitia liberemur, ac spirituale gaudium percipiamus, futuraque bona consequamur : quæ detur omnibus nobis assequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA II.

CAP. 1. v. 6. *Sive autem tribulamur, pro vestra consolatione et salute, quæ operatur in tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur :* 7. *et spes nostra firma est pro vobis.*

1. Postquam unam ac principem exhortationis atque consolationis causam protulit, nempe quod Christo communicemus, secundam quoque hanc ponit, nimirum quod discipulis ipsis hinc salus comparetur. Ne igitur animis concidatis, inquit, nec perturbemini ac metuatis, propterea quod affligimur : quandoquidem hoc ipso nomine æquius fuerit vos fiduciam concipere. Nam nisi affligeremur, hæc omnia vobis exitium attulissent. Qui tandem istud ? Quoniam si animis fracti ac periculorum metu perterriti, fidei doctrinam vobis minime prædicavissemus, ut veram scientiam intelligeretis, extremo in discrimine res vestræ sitæ essent. Vides rursus quanta Pauli vis sit atque contentio ? ab his ipsis rebus, quæ metum ac perturbationem ipsis afferebant, eos consolatur. Quo etenim persequutiones nostræ magis ingravescunt, inquit, eo magis bona vestra spes incrementum capere debet, quandoquidem tanto major saluti consolationique vestræ cumulus accedit. Quidnam enim tantam ad consolandum vim habebat, quam quod prædicationis beneficio tot bona consequebantur ? Postea, ne universam laudem solus ipse sibi arrogare videatur, vide quomodo eos quoque in laudis societatem adsciscat. Postquam enim dixit, *Sive tribulamur, pro vestra consolatione et salute*, subjunxit, *Quæ operatur in tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur.* Ac dilucidius hoc quidem postea exprimit his verbis, *Sicut socii estis passionum, sic eritis et consolationis :* interim autem hoc loco id subindicavit, cum dixit, *Earumdem passionum*, atque ita sermonem cum illis communicavit. Quod autem ait, hanc sententiam habet : Non nos soli vestræ salutis negotium agimus, sed et vos quoque. Siquidem et nos, dum prædicationis munus obimus, affligimur ; et vos, qui sermonem excipitis, in iisdem calamitatibus versamini : nos videlicet, ut quæ accepimus vobis impertiamus ; vos, ut quod datur accipiatis nec amittatis. Quidnam igitur est, quod cum hac humilitate comparari possit ; quippe cum eos, qui tanto intervallo ab eo dissiti erant, in eamdem patientiæ laudem dignitatemque subvehat ? inquit enim, *Quæ operatur in tolerantia earumdem passionum.* Neque enim per fidem dumtaxat salus vobis comparatur, verum per id etiam, quod easdem quas nos calamitates suffertis.

Justi virtus in ærumnis lucet et augetur.—Quemadmodum egregius athleta ob splendorem et probam corporis habitudinem, etiam cum artem in seipso continet, homines in admirationem trahit ; at cum operatur et plagas perfert atque adversarium ferit, tum denique potissimum elucet, quoniam tum denique bona ipsius habitudo vim suam exserit, artisque præstantia declaratur : eodem modo salus nostra tum luculentius agitur, hoc est, ostenditur, augetur, amplificatur, cum tolerat et patitur, ac cuncta forti et strenuo animo subit. Ex quo colligitur, salutis negotium non in hoc consistere, ut quispiam alium malo afficiat, sed ut ipse afficiatur. Nec dixit, ἐνεργούσης, hoc est, quæ efficit, sed, ἐνεργουμένης, id est, quæ efficitur : ut videlicet illud ostendat, quod ad eorum promptitudinem atque animi alacritatem divina quoque gratia adjun-

Digitized by Google

μοὶ μείζονα ὄψονται, καὶ οἱ πόδες ἐπὶ νεφελῶν ἁρθήσονται, καὶ τὸ διαφθειρόμενον τοῦτο σῶμα ἀθανασίαν ἐνδύσεται, καὶ λαμπρότερον τὸν υἱὸν ἀπολήψομαι. Εἰ δὲ λυπεῖ σε τὰ ὁρώμενα, τέως εἰπὲ πρὸς ἑαυτόν· Ἰμάτιον τοῦτό ἐστι, καὶ ἀπεδύσατο, ὥστε αὐτὸ πολυτελέστερον ἀπολαβεῖν· οἰκία αὕτη ἐστὶ, καὶ καθῃρέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν φαιδροτέραν. Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς, ἐπειδὰν μέλλωμεν καθαιρεῖν οἰκίας, οὐκ ἀφίεμεν τοὺς ἔνδον οἰκοῦντας μένειν, ἀλλ' ὥστε ἀπαλλαγῆναι τῆς κόνεως καὶ τοῦ θορύβου, [ἀλλὰ] κελεύσαντες πρὸς βραχὺ μεταστῆναι, ἐπειδὰν κατασκευάσωμεν ἀσφαλὲς τὸ δωμάτιον, τότε αὐτοὺς μετὰ ἀδείας εἰσάγομεν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ, καθελὼν αὐτοῦ τὴν σαθρὰν σκηνὴν, τέως εἰς τὴν πατρικὴν αὐτὸν ἔλαβεν οἰκίαν καὶ πρὸς ἑαυτὸν, ἵν' ὅταν καθαιρεθῇ αὕτη καὶ οἰκοδομηθῇ, λαμπροτέραν αὐτὴν τότε αὐτῷ ἀποδῷ. Μὴ τοίνυν εἴπῃς, ὅτι Ἀπόλωλε καὶ οὐκέτι ἔσται· καὶ γὰρ ἀπίστων τὰ ῥήματα ταῦτα· [427] ἀλλ' εἰπὲ, Καθεύδει καὶ ἀναστήσεται, ἀπεδήμησε καὶ ἥξει μετὰ τοῦ Βασιλέως. Τίς ταῦτά φησιν; Ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα. *Εἰ γὰρ πιστεύομεν*, φησὶν, *ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν, οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ.* Εἰ τοίνυν ζητεῖς τὸν υἱὸν, ἐκεῖ ζήτει ἔνθα ὁ Βασιλεὺς, ἔνθα τὸ τῶν ἀγγέλων στρατόπεδον· μὴ ἐν τῷ τάφῳ μηδὲ ἐν τῇ γῇ, ἵνα μὴ, ἐκείνου τοσοῦτον ὑψωθέντος, αὐτὸς μένῃς ἐπὶ τῆς γῆς συρόμενος. Ἂν τοίνυν οὕτω φιλοσοφῶμεν, πᾶσαν τοιαύτην ἐδύνην εὐκόλως διακρουσόμεθα. Ὁ δὲ Θεὸς τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Πατὴρ πάσης παρακλήσεως, παρακαλέσει τὰς καρδίας πάντων ἡμῶν, καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ὀδυνωμένων [a], καὶ τῶν ἑτέρᾳ λύπῃ κατεχομένων, καὶ ἀθυμίας ἀπαλλαγῆναι δῴη πάσης, καὶ πνευματικὴν καρπώσασθαι χαρὰν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Ms., ὀδυρωμένων.

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

Εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν.

α'. Εἰπὼν μίαν καὶ πρώτην παρακλήσεως καὶ παραμυθίας ἀφορμὴν (αὕτη δὲ ἦν τὸ τῷ Χριστῷ κοινωνεῖν), τίθησι καὶ δευτέραν ταύτην ἣν φησιν. Ἔστι δὲ αὕτη, τὸ αὐτῶν τῶν μαθητευομένων ἐντεῦθεν κατασκευάζεσθαι τὴν σωτηρίαν. Μὴ τοίνυν καταπέσητε, φησὶν, ἐπειδὴ θλιβόμεθα, μηδὲ θορυβηθῆτε καὶ δείσητε· καὶ γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ἂν εἴη δίκαιον ὑμᾶς θαρρεῖν. Εἰ γὰρ μὴ ἐθλιβόμεθα, πάντας ἂν ὑμᾶς ταῦτα ἀπώλεσε. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Ὅτι εἰ μαλακισθέντες καὶ τὰ δεινὰ δείσαντες, μὴ ἐκηρύξαμεν ὑμῖν τὸν λόγον, ὥστε μαθεῖν τὴν ἀληθῆ γνῶσιν, ἐν ἰσχάτοις ἦν τὰ ὑμέτερα. Εἶδες πάλιν Παύλου τὴν βίαν καὶ τὴν φιλονεικίαν; ἀφ' ὧν ἐθορυβοῦντο [a], ἀπὸ τούτων αὐτοὺς παραμυθεῖται. Ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιτείνηται τὰ τῶν διωγμῶν τῶν ἡμετέρων, φησὶ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπιδιδόναι δεῖ τὰ τῆς χρηστῆς ἐλπίδος ὑμῖν· ἐπειδὴ καὶ τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεται τὰ τῆς σωτηρίας τῆς ὑμετέρας, καὶ τὰ τῆς παρακλήσεως. Τί γὰρ ἴσον εἰς παρακλήσεως λόγον τοῦ τοσούτων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν διὰ τοῦ κηρύγματος; Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ ἐγκώμιον περιιστᾷν, ὅρα πῶς καὶ ἐκείνους ποιεῖ τῶν ἐπαίνων τούτων [428] κοινωνούς. Εἰπὼν γὰρ, *Εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας*, ἐπήγαγε, *Τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν.* Σαφέστερον μὲν οὖν αὐτὸ τίθησιν ὕστερον λέγων οὕτως· ὅτι *Ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως·* ἐνταῦθα δὲ τέως αὐτὸ ᾐνίξατο εἰπὼν, *Τῶν αὐτῶν παθημάτων*, καὶ κοινώσας τὸν λόγον. Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐχ ἡμῶν ἔργον ἡ ὑμετέρα σωτηρία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν αὐτῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς κηρύττοντες θλιβόμεθα, καὶ ὑμεῖς δεχόμενοι τὸν λόγον, τὰ αὐτὰ πάσχετε· ἡμεῖς μὲν, ἵνα μεταδῶμεν ἅπερ ἐλάβομεν· ὑμεῖς δὲ, ἵνα τὸ διδόμενον δέξησθε, καὶ μὴ ἀποβάλητε. Τί τοίνυν ἴσον τῆς ταπεινοφροσύνης ταύτης γένοιτ' ἄν, ὅταν καὶ τοὺς τοσοῦτον αὐτοῦ ἀποδέοντας, εἰς τὸ αὐτὸ ἀξίωμα τῆς ὑπομονῆς ἀνάγῃ; *Τῆς ἐνεργουμένης* γὰρ, φησὶν, *ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων.* Οὐ γὰρ διὰ τοῦ πιστεῦσαι μόνον ἡ σωτηρία ὑμῶν γίνεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ πάσχειν τὰ αὐτὰ ἡμῖν καὶ ὑπομένειν.

Καθάπερ γὰρ παγκρατιαστὴς θαυμαστὸς μὲν ἔστι, καὶ φαινόμενος καὶ εὐεκτῶν καὶ τὴν τέχνην ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ὅταν δὲ ἐνεργῇ καὶ φέρῃ πληγὰς καὶ πλήττῃ τὸν ἀντίπαλον, τότε μάλιστα ἀπολάμπει, ἐπειδὴ καὶ τότε μάλιστα ἐνεργεῖται αὐτοῦ ἡ εὐεξία, καὶ διαδείκνυται τῆς τέχνης ἡ δοκιμή· οὕτω δὴ καὶ ἡ σωτηρία ὑμῶν τότε ἐνεργεῖται μειζόνως, τουτέστι, δείκνυται, αὔξεται, ἐπιτείνεται, ὅταν ὑπομονὴν ἔχῃ, ὅταν πάσχῃ καὶ γενναίως ἅπαντα φέρῃ. Ἆρα ἐνέργεια σωτηρίας, οὐ τὸ ποιεῖν κακῶς, ἀλλὰ τὸ πάσχειν κακῶς. Καὶ οὐκ εἶπε, Τῆς ἐνεργούσης, ἀλλὰ, *Τῆς ἐνεργουμένης*, δεικνὺς ὅτι μετὰ τῆς αὐτῶν προθυμίας καὶ ἡ χάρις πολλὰ εἰσέφερεν ἐνεργοῦσα ἐν αὐτοῖς. *Καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν.* Τουτέστιν, ὅτι Κἂν μυρία πάσχητε δεινὰ, θαῤῥοῦμεν ὅτι οὐ περιτραπήσεσθε, οὔτε ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις δωγμοῖς. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχομεν ὑποπτεύειν ὑμᾶς, ἐφ' οἷς αὐτοὶ πάσχομεν, ὡς

[a] Ms et marg. Savil., ἐθορυβοῦντο. Editi ἐφοβοῦντο.

Digitized by Google

θορυβουμένους, ὅτι ἡνίκα ἂν αὐτοὶ κινδυνεύητε, καὶ τότε θαῤῥοῦμεν. Εἶδες ὅση γέγονεν αὐτῶν ἐπίδοσις ἀπὸ τῆς προτέρας Ἐπιστολῆς; Πολὺ γὰρ μείζονα αὐτοῖς ἐμαρτύρησε Μακεδόνων, οὓς ἐπαίρει καὶ ἐγκωμιάζει Ἐπανταχοῦ τῆς ἐπιστολῆς ἐκείνης. Ὑπὲρ μὲν γὰρ ἐκείνων δέδοικε, καί φησιν· *Ἐπέμψαμεν ὑμῖν Τιμόθεον εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι ὑπὲρ τῆς πίστεως, εἰς τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα·* καὶ πάλιν, *Διὰ τοῦτο μηκέτι στέγων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μή πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.* [429] Περὶ δὲ τούτων οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, ὅτι *Ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. Εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.* Ὅτι μὲν γὰρ δι' αὐτοὺς ἐθλίβοντο οἱ ἀπόστολοι, ἀπέδειξεν εἰπών, ὅτι *Εἴτε θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας.* Βούλεται δὲ δεῖξαι, ὅτι καὶ δι' αὐτοὺς παρεκαλοῦντο. Εἶπε μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ἀνωτέρω, εἰ καὶ ἀδιορίστως· *Εὐλογητὸς* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐν πάσῃ θλίψει, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει.* Λέγει δὲ αὐτὸ καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἑτέρως, σαφέστερόν τε καὶ θεραπευτικώτερον. *Εἴτε* γὰρ *παρακαλούμεθα*, φησὶν, *ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡ παράκλησις ἡμῶν, ὑμῶν γίνεται παραψυχή, καὶ χωρὶς τοῦ διὰ λόγου παρακαλεῖν ὑμᾶς. Ἂν μικρὸν ἀναπνεύσωμεν μόνον ἡμεῖς, ἀρκεῖ τοῦτο εἰς παραμυθίαν ὑμῖν· κἂν αὐτοὶ παρακληθῶμεν, ὑμετέρα τοῦτο παράκλησις γίνεται. Ὥσπερ γὰρ τὰ παθήματα τὰ ἡμέτερα ὑμέτερα εἶναι νομίζετε· οὕτω καὶ τὴν παράκλησιν τὴν ἡμετέραν ὑμετέραν ἡγεῖσθε. Οὐ γὰρ δήπου ἐν τοῖς δυσχερέσι κοινωνοῦντες, ἐν τοῖς χρηστοτέροις οὐ κοινωνήσετε. Εἰ τοίνυν ἐν πᾶσι κοινωνεῖτε, καὶ ἐν θλίψει καὶ ἐν παρακλήσει· οὐδὲν ἡμῖν ἐγκαλέσετε ὑπὲρ τῆς μελλήσεως καὶ τῆς βραδύτητος ταύτης· καὶ γὰρ θλιβόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ παρακαλούμεθα δι' ὑμᾶς. Ἵνα γὰρ μή τις νομίσῃ βαρὺ τὸ εἰπεῖν, ὅτι Δι' ὑμᾶς ταῦτα πάσχομεν, λέγει ὅτι Καὶ δι' ὑμᾶς παρακαλούμεθα· καὶ οὔτε μόνοι κινδυνεύομεν ἡμεῖς· καὶ γὰρ καὶ ὑμεῖς κοινωνοί ἐστε τῶν αὐτῶν παθημάτων, φησίν.

β'. Ὥστε καὶ τὸ κοινωνοὺς αὐτοὺς λαβεῖν τῶν κινδύνων, καὶ τῆς παρακλήσεως αὐτῶν αὐτοῖς ἀναθεῖναι τὴν αἰτίαν, καταπραῦνειν τὸν λόγον. Ἂν τε οὖν ἐπιβουλευώμεθα, θαῤῥεῖτε· ἵνα γὰρ ἡ πίστις ὑμῶν δυνατωτέρα γίνηται, τοῦτο ὑπομένομεν· κἂν παρακαλώμεθα, ὑμεῖς ἐναβρύνεσθε καὶ τούτῳ· καὶ γὰρ δι' ὑμᾶς τούτων ἀπολαύομεν, ὥστε κἀντεῦθεν ὑμῖν γενέσθαι τινὰ παραμυθίαν κοινωνοῦσιν ἡμῖν τῆς ἡδονῆς. Καὶ ὅτι τοῦτον λέγει τὸν τρόπον τῆς παρακλήσεως νῦν, ὃν ἐκαρποῦτο, οὐ διὰ τοῦ παρακαλεῖσθαι παρ' αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ μανθάνειν αὐτοὺς ἐν ἀνέσει ὄντας, ἄκουσον τῶν ἑξῆς, δι' ὧν αὐτὸ ἐξεκάλυψεν εἰπών· *Εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.* Ὥσπερ γὰρ διωκομένων ἡμῶν ἀλγεῖτε, ὡς αὐτοὶ τοῦτο πάσχοντες· οὕτως ἴσμεν ὅτι καὶ παρακαλουμένων, αὐτοὶ τούτων παραπολαύειν νομίζετε. Τί ταύτης ταπεινοφρονέστερον τῆς ψυχῆς; ὃς ἐν μὲν τοῖς κινδύνοις τοσούτων πλεονεκτῶν, κοινωνοὺς καλεῖ τοὺς οὐδὲ τὸ παλλόμενον αὐτῶν ὑπομένοντας· ἐν δὲ τῇ παρακλήσει τὴν αἰτίαν ἅπασαν ἐκείνοις λογίζεται, οὐ τοῖς οἰκείοις πόνοις. Εἶτα, ἐπειδὴ περὶ θλίψεων ἀδιορίστως ἔλεγε, λέγει [430] λοιπὸν καὶ τὸν τόπον, καθ' ὃν ταῦτα ὑπέμενον· *Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Ταῦτα δὲ λέγομεν, φησὶν, ἵνα μὴ ἀγνοῆτε τὰ συμβάντα ἡμῖν. Καὶ γὰρ βουλόμεθα ὑμᾶς εἰδέναι τὰ ἡμέτερα, καὶ σφόδρα τοῦτο ἐσπουδάκαμεν· ὅπερ μίγιστον ἀγάπης σημεῖόν ἐστι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἦν Ἐπιστολῇ προμηνύσας, καὶ εἰπὼν, ὅτι *Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοὶ ἐν τῇ Ἐφέσῳ.* Ἐκείνων οὖν αὐτοὺς ἀναμιμνήσκων, καὶ διηγούμενος ὅσα ἔπαθε, φησίν· Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ὑπὲρ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Τοῦτο δὲ καὶ Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων ἔλεγε· Τυχικὸν γὰρ ἀποστεῖλας πρὸς αὐτοὺς, ταύτην ἔφη τῆς ἀποδημίας εἶναι τὴν αἰτίαν αὐτῷ· διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ, ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.* Καὶ ἐν ἄλλαις δὲ Ἐπιστολαῖς αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. Καὶ οὐκ ἔστι παρέλκον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον· τοῦτο μὲν διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν σφόδρα περὶ τοὺς μαθητὰς εἶχε, τοῦτο δὲ διὰ τοὺς συνεχεῖς πειρασμοὺς, ἐν οἷς μέγιστη ἦν παραμυθία τὸ τὰ ἀλλήλων εἰδέναι, ὥστε καὶ λυπηρῶν ὄντων παρασκευάζεσθαι καὶ ἐναγωνίους εἶναι καὶ ἀσφαλεστέρους, καὶ χρηστῶν ὄντων συνήδεσθαι. Ἐνταῦθα μέντοι καὶ ἀλλαγὴν καὶ ἐπαγωγὴν μηνύει πειρασμῶν λέγων *Ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν* καθάπερ φορτίῳ τινὶ μεγάλῳ βαπτιζόμενον πλοῖον. Καὶ δοκεῖ μὲν ἔν τι εἰρηκέναι, εἰπὼν, *Καθ' ὑπερβολὴν*, καὶ, *Ὑπὲρ δύναμιν*· οὐκ ἔστι δὲ ἓν, ἀλλὰ δύο ταῦτα. Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, Τί γάρ, εἰ καθ' ὑπερβολὴν μὲν ὁ κίνδυνος ἦν, ὑμῖν δὲ οὐ μέγας ἦν; ἐπήγαγεν, ὅτι Καὶ μέγας ἦν καὶ τὴν δύναμιν ἐνίκα τὴν ἡμετέραν, καὶ οὕτως ἐνίκα, ὡς ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν, τουτέστι, μηδὲ προσδοκῆσαι λοιπὸν ἡμᾶς ζῆν. Ὅπερ ὁ Δαυὶδ πύλας ᾅδου καλεῖ, καὶ ὠδῖνας καὶ σκιὰν θανάτου, τοῦτο δὴ καὶ αὐτός φησιν, ὅτι *Κίνδυνον ὑπεμείναμεν πάντως θάνατον τὸν*

Digitized by Google

cta. multas utilitates afferebat, dum in illis operaretur. *Et spes nostra firma est pro vobis.* Hoc est, etiamsi innumeras rerum acerbitates perpetiamini, confidimus tamen fore, ut ne ob vestras quidem persequutiones concidatis. Tantum enim abest, ut sinistri quicquam de vobis ob ea quæ patimur suspicemur, ut cum ipsi periclitamini, tum quoque bono animo simus. Vides quantum illi ex priore epistola profecerint? Etenim multo majora ipsis pro testimonio tribuit, quam Macedonibus, quos tamen alioqui passim per totam epistolam laudibus tollit. Nam illorum quidem causa in metu erat, atque aiebat : *Misimus vobis Timotheum ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis; ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus* (1. *Thess.* 3. 2. 3) : ac rursus : *Propterea et ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis fiat labor noster* (*Ibid. v.* 5). De his autem nil tale loquitur, sed plane contra : *Spes nostra firma est pro vobis. Sive consolamur, pro vestra consolatione et salute; scientes quod sicut estis socii passionum, ita eritis consolationis.* Nam quod eorum causa apostoli premerentur, his verbis indicavit, *Sive tribulamur, pro vestra consolatione et salute.* Vult item ostendere, quod eorum etiam causa consolatione afficerentur. Atque hoc quidem superius quoque dixit, tametsi indefinite : *Benedictus* enim, inquit, *Deus qui consolatur nos in omni tribulatione, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.* Ait rursus idem hoc quoque loco apertius, atque ad eorum animos curandos efficacius : *Sive* enim *consolamur*, inquit, *pro vestra consolatione.* Quorum verborum hic sensus est : Consolatio nostra, consolatio vestra exsistit, etiamsi vos minime sermone consolemur. Nam si paulum ipsi respiremus, id vobis ad consolationem satis est; ac si nos solatio afficiamur, in consolationem vestram hoc cedit. Quemadmodum enim calamitates nostras vestras esse ducitis : sic etiam nostram consolationem vestram esse censetis. Neque enim certe, cum in adversis rebus socii mihi sitis, in lætis item ac secundis socii non eritis. Quocirca cum in omnibus rebus socios vos habeam, et in tribulatione et in consolatione, non est quod me hujusce tarditatis ac moræ nomine accusetis : nam pro vobis affligimur, et propter vos consolatione afficimur. Ne quis enim grave ac molestum id esse existimaret, quod dixerat, Propter vos hæc patimur, illud etiam addit, Et propter vos consolatione afficimur; ac ne nos quidem soli periclitamur, cum ipsi quoque in earumdem calamitatum partem veniatis.

2. Itaque tum ex eo quod periculorum socios ipsos assumpsit, tum ex eo quod consolationis suæ causam ipsis adscribit, orationem lenit. Ac propterea, sive insidiis appetamur, firmo animo estote; nam ut fides vestra plus roboris colligat, hoc patimur; sive solatium accipimus, hoc quoque nomine gloriamini : nam propter vos eo fruimur, ut hinc etiam consolationis nonnihil ad vos redeat, dum lætitiæ nostræ participes estis. Atque ut intelligas quod de hoc consolationis modo nunc loquatur, quem ipse percipiebat, non hinc tantum quod consolatione ab ipsis afficeretur, verum etiam quia eos ab afflictione liberos esse intelligeret, audi quæ deinceps sequuntur, per quæ hoc aperte declaravit, cum dixit, *Scientes quod sicut socii estis passionum, ita eritis et consolationis.* Sicut enim, cum nos persequutionem patimur, vos perinde doletis ac si ipsi eam subiretis : sic non dubitamus, quin, cum solatium accipimus, vos eo frui existimetis. Quid hoc animo humilius fingi possit? quippe qui periculis tanto eos intervallo superans, socios tamen eos vocat, qui ne minimam quidem eorum partem sustinebant; in consolatione autem universam ipsis causam, non suis laboribus adscribit. Deinde quoniam de afflictionibus generatim loquebatur, jam locum quoque narrat, in quo hæc perpessus sit. 8. *Non enim volumus vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra quæ facta est nobis in Asia.* Hæc, inquit, idcirco dicimus, ne ea, quæ nobis acciderunt, ignoretis. Siquidem rerum nostrarum statum vobis exploratum esse cupimus, atque id summo studio curamus : quod quidem maximum est dilectionis argumentum. Hoc autem in superiore quoque epistola his verbis prius significarat : *Ostium mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi Ephesi* (1. *Cor.* 16. 9). Hæc igitur in memoriam ipsis redigens, atque exponens quæ subierat, ait, Nolo vobis ignotam esse afflictionem eam quæ mihi in Asia contigit. Quod etiam ipsum, cum ad Ephesios scriberet, dicebat. Nam cum Tychicum ad eos misisset, hanc ipsi profectionis causam fuisse commemorat : ideoque dicebat : *Ut autem sciatis et vos quæ circa me sunt, quid faciam, omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater et fidelis minister in Domino : quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra* (*Ephes.* 6. 21. 22). In aliis quoque epistolis hoc ipsum facit. Neque id supervacaneum est, sed perquam etiam necessarium : partim ob ingentem caritatem qua discipulos prosequebatur, partim ob assiduas tentationes, in quibus permagna consolatio erat, compertum habere quonam statu utraque ex parte res se haberent : quo nimirum, si tristes et acerbæ essent, ad eas perferendas se compararent, atque in sollicitudine cautioresque essent; sin autem lætæ ac jucundæ, simul gauderent. Cæterum hoc loco et tentationum invectionem, et quo pacto his liberatus sit, simul exponit. *Quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem;* non secus videlicet ac navis aliqua, quæ gravi quodam onere demergitur. Atque unam quidem et eamdem rem his verbis intelligere videtur, cum dixit, *Supra modum*, et, *Supra virtutem;* non tamen una est, sed duæ. Etenim ne quis dicat, Quid enim, si supra modum quidem erat periculum, vobis autem non magnum erat? idcirco subdidit, Et magnum erat et vires nostras superabat, atque usque adeo superabat, ut etiam vivere nos tæderet : hoc est, nullam spem et exspectationem haberemus nos amplius victuros. Id quod David inferorum portas,

Digitized by Google

ac partus dolores, et mortis umbram appellat, hoc nimirum hic quoque Paulus dicit, Ejusmodi periculum subiimus, qnod omnino mortem afferret. 9. *Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos.* Quid est, *Responsum mortis habuimus?* Sententiam, judicinm, exspectationem. Talem enim res ipsæ vocem mittebant, tale responsum dabant ea quæ evenerant, nempe quod certissime morituri essemus. Verum id usque ad rem ipsam minime processit, sed intra suspicionem nostram substitit. Quamquam enim rerum natura hoc pronuntiaverat, tamen Dei potentia sententiam in opus exire non passa est, sed in sola nostra cogitatione atque in exspectatione hoc contingere permisit : ideoque ait, *In nobis ipsis responsum mortis habuimus*, non in re ipsa. Cur autem tantum periculum nobis creari permiserit, ut vitæ spes omnis nobis erepta esset? *Ne*, inquit, *fidentes simus in nobis, sed in Deo.*

3. His autem verbis Paulus, non quod ipse ita affectus esset, absit hoc, sed ut alios per ea, quæ de seipso dicebat, institueret, simulque etiam modestiæ studio ductus, utebatur : quandoquidem in progressu quoque ait, *Datus est mihi stimulus carnis* (2. *Cor.* 12. 7), hoc est, tentationes, ut ne extollar. Atqui Deus non ideo se permisisse ait, sed alteram ob causam. Quam tandem? Nimirum ut ipsius potentia magis eluceret : *Sufficit* enim *tibi*, inquit, *gratia mea; nam virtus mea in infirmitate perficitur* (*Ibid. v.* 7). Verum, ut a me dictum est, nusquam mores suos obliviscitur, seipsum inter eos, qui longe inferiores erant ac multa disciplina et correctione opus habebant, accensens. Nam alioqui, cum ad meliorem mentem revocandos etiam vulgares homines, una aut altera tentatio coorta sufficiat ; quonam tandem modo is, qui supra mortales omnes humilitatem per omnem vitæ cursum coluerat, pluraque quam quisquam alius perpessus fuerat, post tot annos ac cælis dignam philosophiam, hac admonitione opus haberet? Ex quo perspicuum illud est, cum hoc loco partim modestiæ studio, partim ut eos, qui de seipsis magnifice sentiebant atque arroganter se jactabant, deprimeret ac coerceret, his verbis usum fuisse, *Ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo.* Ac vide quomodo hac quoque ratione animos eorum deliniat. Tentationes enim, inquit, vestra causa nobis inferri permissæ sunt; tanto in pretio vos Deus habet : *Si enim tribulamur*, inquit, *pro vestra consolatione et salute :* at immodica calamitatum magnitudo propter nos contigit, ne magnifice sentiamus : *Nam supra vires aggravati sumus, ut ne fidentes simus in nobisipsis, sed in Deo qui suscitat mortuos.* Rursus doctrinam de resurrectione, de qua tot in priori epistola verba fecerat, in memoriam ipsis revocat, atque a præsentibus rebus ei fidem adstruit : unde etiam subjunxit, 10. *Qui de tantis mortibus nos eripuit.* Non dixit, Ex tot periculis : quo simul et intolerandam tentationum acerbitatem ostendat, et illum quem dixi sermonem confirmet Quoniam futura res erat resurrectio, id circo hanc quotidie fieri ostendit. Nam cum Deus hominem, de quo spes omnis jam abjecta erat, quique ad ipsas usque mortis portas accesserat, in sublime revocat, nihil aliud quam resurrectionis specimen præbet, ab ipsis mortis faucibus eum retrahens, qui in eas inciderat. Quo etiam fit, ut de multis, qui cum ab omnibus deplorati fuerint, ac deinde ex gravi morbo aut intolerandis quibusdam tentationibus emerserint, illud usurpari soleat : Mortuorum resurrectionem in hoc homine vidimus. *In quem speramus quoniam et adhuc eripiet*, 11. *adjuvantibus etiam vobis in oratione pro nobis : ut ex multorum personis ejus, quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.* Quoniam id quod dixerat, *Ut ne simus fidentes in nobisipsis*, commune crimen et accusatio esse videbatur, quæ nonnullos eorum perstringeret, mitigat rursus id quod dixit, preces ipsorum ingentis præsidii loco implorans, illudque simul indicans, vitam nostram in perpetua cura et sollicitudine esse oportere. Nam dum ait, *Speramus autem quoniam et adhuc eripiet*, multarum tentationum agmen prænuntiat, nec tamen usquam derelictionem, sed auxilium ac suppetias. Deinde, ne ideo animis consternantur, quod audiant fore, ut in perpetuis periculis versentur, prius quidnam pericula utilitatis afferant demonstravit, nempe, *Ne simus fidentes in nobisipsis*, hoc est, ut Deus nos in perpetua humilitate contineat; et ut salus eorum procuretur, atque alia etiam plura exsistant, velut Christo communicare; *Abundant* enim, inquit, *passiones Christi in nobis ;* et pro fidelibus pati; *Sive* enim *tribulamur*, inquit, *pro vestra consolatione ac salute ;* tum etiam quod hæc ipsa magis eluceat; sic enim ait, *Quæ operatur in tolerantia earumdem passionum ;* illud item, quod hinc fortes ac tolerantes efficiantur; ac præterea, quod resurrectionem ante oculos suos effulgentem cernant; *Ex tantis* enim, inquit, *mortibus nos eripuit ;* ad hæc quod ea ratione solliciti reddantur, atque in eum semper respiciant : *Speramus* enim, inquit, *quod eripiet ;* ac denique, quod precibus affixi sint; *Adjuvantibus* enim, inquit, *vobis in oratione pro nobis.* Posteaquam igitur afflictionum utilitatem ostendit, ac deinde sollicitudinem ipsis injecit, rursus eorum animos acuit atque ad virtutem promptiores efficit, magnum ipsorum precibus testimonium tribuens, si quidem ob eas Paulum ipsis donarint : *Adjuvantibus* enim, inquit, *vobis in oratione.* Quid autem est, *Ut in multis personis ejus, quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis?* Ex mortibus illis nos eripuit, adjuvantibus etiam vobis in oratione, inquit : hoc est, vobis omnibus nostra causa deprecantibus. Beneficium enim in nos collatum, hoc est, salutem nostram, vobis omnibus largiri voluit : ut multæ personæ gratias ipsi agant, quandoquidem multæ quoque gratiam acceperunt.

4. Hæc porro eo dicebat, partim ut ipsos ad preces aliorum quoque causa fundendas excitaret, partim item ut pro iis etiam calamitatibus, quibus alii afficerentur, gratiis Deo semper agendis ipsos assuefa-

Digitized by Google

ορτα. Ἀλλ' *αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ νάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' υτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νε-ούς.* Τί ἐστι, *Τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου;* Τὴν φον, τὴν κρίσιν, τὴν προσδοκίαν. Τοιαύτην γὰρ ίει τὰ πράγματα φωνὴν, τοιαύτην ἀπόκρισιν ἐδί-τὰ συμβάντα, ὅτι ἀποθανούμεθα πάντως. Οὐ ν μέχρι τῆς πείρας ἐξέδη τοῦτο, ἀλλὰ μέχρι τῆς νοίας ἔστη τῆς ἡμετέρας. Ἡ μὲν γὰρ τῶν πρα-ίτων φύσις τοῦτο ἀπεφήνατο· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ δύνα-οὐκ ἀφῆκε τὴν ἀπόφασιν εἰς ἔργον ἐξελθεῖν, ἀλλ' ᾗ διανοίᾳ μόνῃ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ ἐν τῇ προσδοκίᾳ ο συμβῆναι συνεχώρησε· διό [431] φησιν· *Ἐν τοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν,* οὐκ ᾗ πείρᾳ. Καὶ τίνος ἕνεκεν συνεχώρησε τοσοῦτον ινον, ὡς ἀπελπίσαι ἡμᾶς καὶ ἀπογνῶναι; *Ἵνα τεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς,* φησὶν, *ἀλλ' ἐπὶ θεῷ.*

Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Παῦλος, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς οὕτω ιτο, ἄπαγε, ἀλλὰ τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ ιένοις ῥυθμίζων, ἅμα δὲ καὶ μετριάζειν ἐσπου-;· ἐπεὶ καὶ προῖών φησιν· *Ἐδόθη μοι σκόλοψ αρκὶ,* τοὺς πειρασμοὺς λέγων, *ἵνα μὴ ὑπερ-ιαι.* Καίτοι ὁ Θεὸς οὐ διὰ τοῦτό φησιν αὐτοὺς χωρηκέναι, ἀλλὰ δι' ἑτέραν αἰτίαν. Ποίαν δὴ ν; Ἵνα ἡ δύναμις αὐτοῦ διαλάμψῃ μειζόνως· *ῖ γάρ σοι,* φησὶν, *ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύνα-ου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.* Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, οῦ ἐπιλανθάνεται τοῦ οἰκείου ἤθους, ἐν τοῖς ι καταδεεστέροις ἑαυτὸν ἀριθμῶν, καίτοι πολ-ομένοις παιδαγωγίας καὶ διορθώσεως. Εἰ γὰρ ος τυχόντας εἷς καὶ δεύτερος πειρασμὸς ἱκανὸς ιν σωφρονίσαι· πῶς ἐκεῖνος ὁ πάντων ἀνθρώ-ἁλιστα ταπεινοφροσύνην ἀσκήσας διὰ παντὸς υ, καὶ τοσαῦτα παθὼν ὡς μηδεὶς ἀνθρώπων, ισαῦτα ἔτη καὶ φιλοσοφίαν τῶν οὐρανῶν ἀξίαν, ἐδεῖτο τῆς νουθεσίας; Ὅθεν δῆλον ὅτι καὶ ζων ἐνταῦθα, καὶ τοὺς ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρο-καὶ ἀλαζονευομένους καταστέλλων λέγει· *ἢ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ* . Καὶ ὅρα πῶς αὐτοὺς καὶ ταύτῃ θεραπεύει. γὰρ πειρασμοὶ, φησὶ, δι' ὑμᾶς ἡμῖν ἐπ-κει συνεχωρήθησαν· τοσούτου τιμᾶται ὑμᾶς ὁ *τε γὰρ θλιβόμεθα,* φησὶν, *ὑπὲρ τῆς ὑμῶν ήσεως καὶ σωτηρίας·* ἡ δὲ ὑπερβολὴ δι' α μὴ μέγα φρονῶμεν· *Καθ' ὑπερβολὴν γὰρ μεν καὶ ὑπὲρ δύναμιν, ἵνα μὴ πεποιθό-ν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγεί-ντι νεκρούς.* Πάλιν τοῦ περὶ ἀναστάσεως ήσκει λόγου, ὑπὲρ οὗ τοσαῦτα εἶπεν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων αὐτὴν βε-

βαιῶν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ὃς ἐκ τηλικούτων θανάτων ἐρρύσατο ἡμᾶς.* Οὐκ εἶπεν, Ἐκ τοσούτων κιν-δύνων, ὁμοῦ μὲν δεικνὺς τὸ ἀφόρητον τῶν πειρα-σμῶν, ὁμοῦ δὲ ἐκεῖνον, ὅνπερ ἔφην, πιστούμενος τὸν λόγον. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλον πρᾶγμα ἡ ἀνάστασις ἦν, δείκνυσιν ὅτι τοῦτο καθ' ἑκάστην γίνεται τὴν ἡμέ-ραν. Ὅταν γὰρ ἄνθρωπον ἀπογνωσθέντα, καὶ πρὸς αὐτὰς ἐλθόντα τοῦ ᾅδου τὰς πύλας ἀνελκύσῃ, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἀνάστασιν ἐπιδείκνυται, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στό-ματος ἀνασπῶν τοῦ θανάτου τὸν ἐμπεσόντα. Διὸ καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ τῶν ἀπογνωσθέντων, εἶτα ἀνενεγκόν-των [a] ἐξ ἀῤῥωστίας χαλεπῆς, ἢ ἐκ πειρασμῶν ἀφορ-ήτων, ἔθος τοῦτο λέγειν· Ἀνάστασιν νεκρῶν ἑωρά-καμεν ἐπὶ τοῦδε. *Ἠλπίκαμεν δὲ ὅτι καὶ ἔτι ῥύσε-ται, συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν τῇ* [432] *δεήσει ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα ἐκ πολλῷ προσώπῳ* [b] *τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν.* Ἐπειδὴ τὸ, *Ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς,* κοινὸν ἐδόκει εἶναι ἔγκλημα καὶ κατηγορία καὶ ἐκεί-νων ἑνίους αἰνιττομένη, παραμυθεῖται πάλιν τὸ εἰρη-μένον, τὰς εὐχὰς τὰς ἐκείνων ἀντὶ προστασίας με-γάλης καλῶν καὶ δεικνὺς ἅμα, ὅτι διαπαντὸς ἐναγώ-νιον εἶναι χρὴ τὸν βίον τὸν ἡμέτερον. Τῷ γὰρ εἰπεῖν, *Ἠλπίκαμεν δὲ ὅτι καὶ ῥύσεται,* πολλῶν προαναφω-νεῖ πειρασμῶν νιφάδας, οὐ μὴν ἐγκατάλειψιν οὐδα-μοῦ, ἀλλὰ βοήθειαν πάλιν καὶ συμμαχίαν. Εἶτα, ἵνα μὴ, ἀκούοντες ὅτι διηνεκῶς μέλλουσι κινδυνεύειν, καταπέσωσιν, ἔδειξε πρότερον τῶν κινδύνων τὸ ὄφε-λος, οἷον τὸ, *Ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς·* τουτέστιν, Ἵνα ἐν διηνεκεῖ ταπεινοφροσύνῃ κατέχῃ ἡμᾶς· καὶ ἵνα ἡ σωτηρία αὐτῶν ἐνεργῆται, καὶ ἕτερα γοῦν πλείονα· τὸ τῷ Χριστῷ κοινωνεῖν· *Περισσεύει* γὰρ, φησὶ, *τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν·* τὸ ὑπὲρ τῶν πιστῶν πάσχειν· *Εἴτε* γὰρ, φησὶ, *θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας·* τὸ καὶ αὐτὴν ταύτην διαλάμπειν μειζόνως· *Τῆς ἐνεργουμένης* γὰρ, φησὶν, *ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων·* τὸ καρτερικοὺς γίνεσθαι· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τὸ τὴν ἀνάστασιν ὁρᾷν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν διαλάμπουσαν· *Ἐκ τηλικούτων* γὰρ *θανάτων ἐρ-ρύσατο ἡμᾶς·* τὸ ἐναγωνίους εἶναι καὶ πρὸς αὐτὸν διηνεκῶς ὁρᾷν· *Ἠλπίκαμεν* γὰρ, φησὶν, *ὅτι καὶ ῥύ-σεται·* τὸ εὐχαῖς προσηλῶσθαι· *Συνυπουργούντων* γὰρ, φησὶ, *καὶ ὑμῶν τῇ δεήσει ὑπὲρ ἡμῶν.* Δείξας τοίνυν τὸ κέρδος τῶν θλίψεων, εἶτα ἐναγωνίους ποιήσας, ἀλείφει πάλιν αὐτῶν τὰ φρονήματα, καὶ προθυμοτέρους εἰς ἀρετὴν ποιεῖ, μεγάλα αὐτῶν μαρ-τυρῶν ταῖς εὐχαῖς, εἴ γε ταύταις Παῦλον ἐχαρίσαντο· *Συνυπουργούντων* γὰρ *ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεή-σει,* φησί. Τί δέ ἐστιν, *Ἵνα ἐκ πολλῷ προσώπῳ τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν;* Ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν θανάτων ἐκείνων, συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν τῇ δεήσει, φησί· τουτ-έστιν, Εὐχομένων πάντων ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν. Τὸ γὰρ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, τουτέστι, τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμε-

νεστηκότων.
itis Græcis Novi Testamenti legitur ἐκ πολλῶν

τέραν ἐβουλήθη πᾶσιν ὑμῖν χαρίσασθαι, ἵνα τὰ πολλὰ πρόσωπα αὐτῷ εὐχαριστήσῃ, ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ τὴν χάριν ἔλαβε.

δ'. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ μὲν καὶ εἰς τὰς ὑπὲρ ἑτέρων εὐχὰς αὐτοὺς διεγείρων, ὁμοῦ δὲ ἐθίζων καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν ἕτεροι πάθωσιν, εὐχαριστεῖν ἀεὶ τῷ Θεῷ, δεικνὺς ὅτι μάλιστα τοῦτο βούλεται καὶ αὐτός. Οἱ γὰρ μελετήσαντες ὑπὲρ ἑτέρων ταῦτα ποιεῖν, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐπιδείξονται ταῦτα ἀμφότερα. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ταπεινοφροσύνην αὐτοὺς διδάσκει, καὶ εἰς ἀγάπην ἄγει θερμοτέραν. Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ τοσοῦτον αὐτῶν ὑψηλότερος ὢν, ἐκ τῶν εὐχῶν ἐκείνων σεσῶσθαί φησι, καὶ χάρισμα αὐτῶν ταῖς δεήσεσι δεδόσθαι [433] αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐννόησον πῶς ἐκείνου; ἕδει διακεῖσθαι καὶ μετριάζειν. Σὺ δέ μοι κἀκεῖνο σκόπει, ὅτι κἂν ἀπὸ οἰκτιρμῶν ὁ Θεός τι ποιῇ, μεγάλα ἐνταῦθα καὶ ἡ εὐχὴ συμβάλλεται. Ἀρχόμενος μὲν γὰρ, τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ἐλογίσατο· *Ὁ Θεὸς* γὰρ, φησὶ, *τῶν οἰκτιρμῶν, αὐτὸς ἡμᾶς ἐρρύσατο*· ἐνταῦθα δὲ καὶ ταῖς εὐχαῖς· ἐπεὶ κἀκεῖνον τὸν τὰ μύρια ὀφείλοντα τάλαντα, μετὰ τὸ προσπεσεῖν ἠλέησε, καίτοι γε εἰρηται, ὅτι *Σπλαγχνισθεὶς ἀπέλυσεν αὐτόν*· καὶ τῇ Χαναναίᾳ [a] δὲ μετὰ τὴν πολλὴν προσεδρίαν ἐκείνην καὶ καρτερίαν τότε ἐχαρίσατο τῆς θυγατρὸς τὴν σωτηρίαν, καίτοι γε ἀπὸ ἐλέου αὐτὴν ἔσωσεν. Ἀπὸ τούτου τοίνυν μανθάνομεν, ὅτι κἂν ἐλεεῖσθαι μέλλωμεν, ἀξίους τοῦ ἐλέου πρότερον παρέχειν ἡμᾶς ἑαυτοὺς χρή. Κἂν γὰρ ἔλεος ᾖ, τοὺς ἀξίους ἐπιζητεῖ· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔπεισιν ἅπασι, καὶ τοῖς ἀναισθήτως διακειμένοις· *Ἐλεήσω* γὰρ, φησὶν, *ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω, ὃν ἂν οἰκτείρω*. Ὅρα γοῦν καὶ ἐνταῦθα τί φησι· *Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν τῇ δεήσει*. Καὶ οὔτε τὸ πᾶν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐπάρῃ, οὔτε πάντη ἠλιτρίωσεν αὐτοὺς τοῦ κατορθώματος, ἵνα προτρέψῃ καὶ προθυμοτέρους ἐργάσηται καὶ συναγάγῃ πρὸς ἀλλήλους αὐτούς. Διὸ καὶ ἔλεγεν, ὅτι *Ὑμὶν ἐχαρίσατό μου τὴν σωτηρίαν*. Καὶ γὰρ καὶ πλῆθος δυσωπεῖται πολλάκις ὁ Θεὸς ὁμονοοῦν καὶ συμφωνοῦν εἰς εὐχήν· διὸ καὶ πρὸς τὸν προφήτην ἔλεγεν· *Ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι τῆς πόλεως ταύτης, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων*; Εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι πλῆθος αἰδεῖται μόνον, φησὶν· *Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται*. Πῶς οὖν Νινευῖται ἔσωσαν; Ὅτι οὐ πλῆθος μόνον ἦν, ἀλλὰ πλῆθος μετὰ ἀρετῆς· μετενόησε γὰρ ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. Καὶ σώζων δὲ αὐτοὺς ἔλεγεν, ὅτι *Οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν ἢ ἀριστερὰν*. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τὰ πρότερα ἐξ ἀφελείας μᾶλλον ἔπταιον, ἢ πονηρίας· καὶ δῆλον, ἐξ ὧν μετεβάλλοντο, ὀλίγων ῥημάτων ἀκούσαντες. Εἰ δὲ τὸ δώδεκα μυριάδας εἶναι μόνον ἴσχυσεν εἰς τὸ σῶσαι αὐτοὺς, τί καὶ πρὸ τούτου αὐτοὺς σωθῆναι ἐκώλυσε; Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι τῆς πόλεως ταύτης τῆς οὕτω μεταβαλλομένης; ἀλλὰ τὰς μυριάδας παράγει; Ἐκ περιουσίας καὶ τοῦτο τιθείς. Τὸ μὲν γὰρ ἦν δῆλον, ἡ μεταβολή· ὁ δὲ ἀριθμὸς καὶ ἡ ἀφέλεια, ἄδηλα τῷ προφήτῃ. Πάντοθεν τοίνυν αὐτοὺς καταμαλάξαι βούλεται· ἰσχύει γὰρ καὶ πλῆθος, ὅταν καὶ ἀρετὴ ᾖ.

[434] Τοῦτο γοῦν καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῖ λέγουσα ἡ Γραφή· *Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν γινομένη ὑπὲρ αὐτοῦ*· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, καὶ ἀλύσεων ἐπικειμένων, καὶ φυλάκων ἑκατέρωθεν παρακαθευδόντων, ἐξαγαγεῖν τὸν Ἀπόστολον καὶ ἀπαλλάξαι πάντων ἐκείνων. Ἀλλ' ὥσπερ, ἀρετῆς οὔσης, μέγα δύναται· οὕτω, κακίας οὔσης, οὐδὲν ὀνίνησι τὸ πλῆθος. Καὶ γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται, περὶ ὧν φησιν, ὅτι ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ἦν ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, πάντες ἀπώλοντο· καὶ οἱ ἐπὶ Νῶε δὲ πολλοὶ καὶ ἄπειροι ἦσαν, καὶ οὐδὲν αὐτοὺς τοῦτο ὤνησε· καθ' ἑαυτὸ γὰρ οὐδὲν δύναται πλῆθος, ἀλλ' ἐν προσθήκης μέρει. Σπουδάζωμεν οὖν συνιέναι ἐν ταῖς δεήσεσι, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων εὐχώμεθα, καθάπερ ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων ἐκεῖνοι. Καὶ γὰρ ἐντολὴν πληροῦμεν, καὶ εἰς ἀγάπην ἀλειφόμεθα· ὅταν δὲ ἀγάπην εἴπω, πάντα λέγω τὰ ἀγαθά· καὶ εὐχαριστεῖν σπουδαιότερον μανθάνωμεν. Οἱ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων εὐχαριστοῦντες, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἰδίων. Τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ ἐποίει λέγων· *Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό*· τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολος πανταχοῦ ζητεῖ· τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐργαζώμεθα, καὶ εἰς πάντας τοῦ Θεοῦ τὴν εὐεργεσίαν ἐκφέρωμεν, ἵνα κοινωνοὺς λάβωμεν τῆς εὐφημίας. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώπων τι παθόντες ἀγαθὸν, ὅταν ἀνακηρύξωμεν, προθυμοτέρους αὐτοὺς ποιοῦμεν· πολλῷ μᾶλλον τοῦ Θεοῦ τὰς εὐεργεσίας ἀναγορεύοντες, εἰς πλείονα αὐτὸν ἐπισπασόμεθα εὔνοιαν. Καὶ εἰ παρὰ ἀνθρώπων εὐεργετηθέντες, καὶ ἄλλους διεγείρομεν εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς εὐχαριστίας· πολλῷ μᾶλλον τῷ Θεῷ πολλοὺς προσάγειν χρὴ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαριστήσοντας. Εἰ γὰρ Παῦλος τοῦτο ποιεῖ, τοσαύτην ἔχων τὴν παῤῥησίαν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀναγκαῖον τοῦτο ποιεῖν.

ε'. Παρακαλῶμεν τοίνυν τοὺς ἁγίους ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαριστεῖν, καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ ἀλλήλων τοῦτο ποιῶμεν. Τοῦτο ἱερέων μάλιστά ἐστι κατόρθωμα, ἐπειδὴ μέγιστον ἀγαθόν. Προσιόντες γὰρ, πρότερον ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν κοινῶν εὐχαριστοῦμεν ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ καὶ κοιναὶ αἱ εὐεργεσίαι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ σὺ ἐν τῷ κοινῷ ἐσώθης. Ὥστε καὶ ὑπὲρ τῆς ἰδίας κοινὴν ὀφείλεις χάριν, καὶ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἰδιάζουσαν δίκαιος ἂν εἴης ἀναφέρειν εὐφημίαν. Καὶ γὰρ τὸν ἥλιον ἀνῆψεν οὐ σοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ· ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ μέρει τὸ ὅλον ἔχεις· καὶ γὰρ τοσοῦτος γέγονε διὰ τὸ κοινόν· καὶ ὁρᾷς σὺ μόνος τοσοῦτον, ὅσον εἶδον πάντες ἄνθρωποι. Ὥστε τοσαύτην ὀφείλεις εὐχαριστίαν, ὅσην ἅπαντες· καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐχαριστεῖν ἂν εἴης δίκαιος, καὶ ὑπὲρ τῆς ἑτέρων ἀρετῆς. Πολλὰ γὰρ καὶ δι' ἄλλους πάσχομεν καλῶς. Καὶ γὰρ εἰ δέκα μόνον ἐν Σοδόμοις εὑρέθησαν δίκαιοι, οὐκ ἂν ἔπαθον, [435] ἅπερ ἔπαθον. Ὥστε καὶ ὑπὲρ τῆς

[a] Ms., τὴν Χαναναίαν.

Digitized by Google

et : ostendens videlicet, id ipsi quoque quam gra-imum esse. Nam qui hæc aliorum causa facere isueverint, multo sane magis utraque hæc ipsi sua sa præstaturi sunt. Quinetiam eos ad humilitatem dit, atque ad ferventiorem caritatem ducit. Nam i ipse, qui tot partibus sublimior illis erat, eorum ibus salutem se consequutum esse, ac propter rum orationes beneficium accepisse dicat, velim m reputes, quo eos animo quamque modesto esse rtebat. Quin illud quoque animadverte, quod nsi Deus misericordia permotus aliquid faciat, n hic quoque precatio multum adjumenti affert. im in principio salutem suam Dei miserationibus ptam retulit; *Deus* enim *miserationum*, inquit, *ripuit;* hic autem eamdem ipsorum quoque pre-s adscripsit. Nam etiam illum, qui talentorum m millia debebat, postquam ad ipsius pedes ac-sset, miseratus est : et tamen dictum est, *Mise-tia motus dimisit eum*. Atque item Chananææ multam illam assiduitatem ac tolerantiam, tum ue filiæ salutem concessit (*Matth.* 15. 28) : si alioqui misericordia ductus ipsi salutem at-t. Ex quo nimirum discimus, quamvis Deus mi-rdiam erga nos adhibiturus sit, nobis tamen prius faciendum esse, ut misericordia dignos sos præstemus. Quamvis enim misericordia sit, s tamen requirit : non enim temere quibusvis it, etiam stupore laborantibus : *Miserebor*, inquit, *cujus miserebor; et misericordiam bo ei, cui miserebor* (*Exod.* 33. 19). Vide quip-idnam hic quoque dicat : *Adjuvantibus et vobis ione*. Nam nec totum ipsis tribuit, ne eorum s efferat; nec rursus eos omni ex parte ab hu-neficii laude submovit, ut eos incitet alacriores-ficiat, atque inter se devinciat. Unde etiam di-Salutem meam vobis donavit. Nam persæpe Deus quasi pudore commovetur, cum multi-n ad precationem concordem atque conspi-cernit : ideoque prophetæ dicebat, *Ego autem rcam huic civitati, in qua habitant plus quam viginti millia hominum* (*Jonæ* 4. 11). Deinde, s Deum ob multitudinem dumtaxat ad miseri-n inflecti, his verbis utitur : *Si fuerit numerus tamquam arena maris, reliquiæ salvæ fient* 0. 22). Qui factum est igitur, ut Ninivitas ser-Nempe quia non multitudo solum erat, sed lo virtute prædita : pœnitentiam enim unus-egit, et a via sua prava recessit. Atque etiam m salutem ipsis afferret, aiebat : *Nesciunt inter dextram et sinistram* (*Jon. l. c.*). Ex spicuum est, eos in priora peccata simplicitate uam animi perversitate lapsos fuisse : idque nstat, quod paucis verbis auditis ad meliorem se receperunt. Quod si ad eos servandos hoc um habuisset, quod centum viginti hominum rant, quidnam prius quoque prohibuisset, tem adipiscerentur? Cur igitur non dixit ei, m non parcam civitati huic ita immutatæ, millia profert? Ex abundanti hoc facit : nam mutatio quidem manifesta erat, numerus autem et simplicitas civium prophetæ ignota erant. Undique igitur eorum animos emollire studet : nam tum viribus pollet multitudo, cum virtus insuper accedit.

Orationis vis. — Hoc etiam alio loco Scriptura his verbis declarat : *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo* (*Act.* 12. 5) : tantamque vim habuit, ut quamvis etiam fores clausæ essent, et catenæ apostolum stringerent, custodesque utrimque ad ipsius latus dormirent, eum tamen eduxerit atque ex omnibus illis difficultatibus liberarit. Verum quemadmodum, si virtus adsit, magnam vim habet multitudo : ita si vitium adsit, nullam utilitatem affert. Siquidem et Israelitæ, quos arenæ maris numerum adæquasse Scriptura refert, omnes perierunt; atque etiam tempore Noe permulti, imo innumeri erant, nec tamen eos quidquam hoc juvit : sola enim multitudo nihil potest, verum tum demum cum accessionis loco est. Demus igitur operam, ut in precibus coeamus, alii pro aliis precemur, quemadmodum illi pro apostolis. Sic enim et mandatum explemus, et ad caritatem incitamur : cum autem caritatem dico, omnia bona hoc vocabulo complector : atque etiam majore studio gratias agere discamus. Nam qui pro alienis gratias Deo agunt, multo magis id pro suis faciunt. Hoc David quoque faciebat, cum diceret, *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum* (*Psal.* 33. 4) : hoc et apostolus passim exposcit : hoc nos item faciamus, atque apud omnes Dei beneficium prædicemus, ut eos laudationis socios assumamus. Nam si, cum beneficium aliquod ab hominibus accepimus atque id celebramus, promptiores eos ad bene de nobis merendum reddimus : multo magis, Dei beneficia prædicantes, ad majorem benevolentiam ipsum attrahemus. Et si, cum beneficium aliquod ab hominibus consequuti sumus, ad gratias nobiscum agendas alios etiam excitamus, multo profecto magis nobis curandum est, ut multos, qui gratias pro nobis agant, ad Deum adhibeamus. Cumque Paulus, qui tantam fiduciam obtinebat, hoc faciat, tanto magis hoc a nobis fieri necesse est.

5. Quocirca sanctos viros etiam atque etiam obsecremus, ut pro nobis gratias agant, atque etiam ipsi pro nobis hoc invicem faciamus. Istud præsertim sacerdotum munus est, utpote bonum omnium præstantissimum. Accedentes enim, primum pro universo orbe communibusque commodis gratias agimus. Nam etsi communia Dei beneficia sunt, tamen tu quoque in communi salutem es consequutus. Itaque tum pro privata tua communem gratiarum actionem debes, tum pro communi privatam Deo laudem abs te offerri æquum fuerit. Etenim solem non tibi uni accendit, sed etiam communiter omnibus; et tamen in parte totum habes : nam ob communem omnium utilitatem tanta magnitudine creatus est; tu tamen solus tantum vides, quantum universi mortales videre queant. Ex quo efficitur, ut tantam gratiarum actionem debeas, quantam universi; ac te et pro communibus beneficiis gratias agere par est, et pro aliorum virtute

Digitized by Google

Multis enim etiam propter alios beneficiis afficimur. Etenim si vel decem soli justi viri in Sodomis inventi fuissent, non in eas, quas pertulerunt, calamitates incidissent. Quamobrem pro aliorum quoque apud Deum libertate ac fiducia gratias agamus : siquidem prisca lex hæc est, atque antiquitus in Ecclesia instituta. Sic Paulus pro Romanis, pro Corinthiis, pro universo orbe gratias agit. Nec vero illud mihi dixeris : Hoc præclarum facinus meum non est. Quamvis enim tuum non sit, sic quoque tamen gratias agere debes, quod membrum tuum tale sit. Alioquin etiam tuum illud facis, cum laudas et in coronarum partem ipse etiam venis, atque eamdem gratiam percipies.

Preces pro catechumenis. — Ob eam causam Ecclesiæ leges ad hunc modum preces fieri jubent : non eas dumtaxat quæ pro fidelibus, sed eas etiam quæ pro catechumenis adhibentur : siquidem lex ad supplicandum pro his, qui nondum initiati sunt, fideles excitat. Nam cum diaconus ait, *Pro catechumenis intente oremus*, nihil aliud facit, quam ut universam fidelium multitudinem ad preces pro illis obeundas excitet. Atqui alieni adhuc sunt catechumeni : nondum enim corpori Christi insiti sunt, nec mysteriorum participes effecti, verum a spirituali grege adhuc divisi. Quod si ergo pro his orandum est, multo sane magis pro nostris membris. Ob idque etiam ait, *Intente oremus*, ne videlicet eos tamquam alienos abdices ac rejicias, ne tamquam peregrinos non agnoscas. Nondum enim lege sancitam, atque a Christo invectam precationem habent; nondum liberius orandi potestatem nacti sunt, sed aliorum, qui mysteriis initiati sint, ope indigent. Etenim extra vestibula regia stant, longeque a sacris cancellis : eaque etiam de causa, cum tremendæ preces fiunt, ablegantur. Quo fit, ut te quoque hortetur, ut pro illis ores, quo membra tua fiant, nec jam peregrini atque alieni sint. Illud enim, *Oremus*, non ad sacerdotes tantum, sed etiam ad populum spectat. Nam cum ait, *Recte stemus, oremus*, omnes ad precandum hortatur; ac tum precationem auspicans, ait, *Ut misericordissimus ac miserator Deus orationes eorum exaudiat.* Etenim ne dicas, Quid est quod oremus? alieni sunt, nondum nobiscum conjuncti : unde Deum permovere possum? unde eum adducere, ut misericordiam ac veniam illis impertiat? ne, inquam, hæc quærens hæreas, vide quomodo his verbis dubitationem tuam discutiat : *Ut misericordissimus ac miserator Deus.* Audisti, Misericordissimus Deus? Perplexo jam animo esse desine : misericordissimus enim ille, omnium, hoc est, tam peccatorum quam amicorum, miseretur. Quocirca ne dixeris, Quonam modo eorum causa Deum adibo? ipse enim eorum preces exaudiet. Quænam porro alia catechumenorum precatio fuerit, quam ut ne catechumeni maneant? Mox supplicationis quoque modum dictat. Quisnam autem ille est? *Ut cordium ipsorum aures aperiat.* Occlusæ enim et obturatæ adhuc sunt. Aures porro non externas hasce, sed mentis intelligit. *Ut audiant quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.* Neque enim arcana mysteria audierunt, sed procul et eminus stant. Atque etiam si audiant, haud tamen quid dicatur intelligunt : siquidem ea ingentem sagacitatem et intelligentiam requirunt, non autem ut dumtaxat audiantur; ipsi vero internas aures nondum acceperunt. Unde etiam prophetiæ gratiam ipsis optat : siquidem propheta ad hunc modum loquebatur : *Dominus dat mihi linguam eruditam, ut sciam quando oporteat proferre sermonem : quoniam ipse aperit os meum, posuit me mane, apposuit mihi aurem audientem* (*Isai.* 50. 4. 5). Quemadmodum enim prophetæ alio modo ac reliqui homines audiebant : sic fidelis quoque alio modo quam catechumeni. Atque hinc etiam docetur catechumenus, se ab hominibus hæc non discere, neque audire (*Nolite* enim, inquit, *vocare vobis magistrum in terra* [*Matth.* 23. 8]), sed sublimitus atque e cælis : *Erunt* enim *omnes*, inquit Scriptura, *docibiles Dei* (*Isai.* 54. 13). Atque idcirco ait, *Et instillet ipsis verbum veritatis :* ita ut interne in ipsos infundatur. Necdum enim, ut par est, veritatis verbum norunt. *Ut timorem suum in ipsis seminet.* At hoc minime sufficit : alia enim ceciderunt secus viam, alia super petras.

ην εἰς αὐτὸν ἐλπίδα. *Ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἐνταῦθα τὸν ἐκ τῶν μελλόντων ὑποτίμηται φθόνον, μεριστὰς αὐτοὺς καὶ ἀνωνύμους ποιήσας τῆς δόξης τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων. Οὐ γὰρ μέχρις ἡμῶν ἔστηκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς διαβαίνει, καὶ πάλιν ἀφ' ὑμῶν εἰς ἡμᾶς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπῆρεν ἑαυτὸν, καὶ τῶν παρελθόντων παρέσχεν ἀπόδειξιν, καὶ τὰ μέλλοντα ἐνεγγυήσατο· ὥστε ἐπισκῆψαι τοὺς ἀκούοντας ὡς μεγαληγοροῦντι, μὴ εἰς βασκανίαν, ὅπερ ἔφην, ἐξενεχθῆναι, κοινοῦ καυχήματος, καὶ αὐτῶν εἶναί φησι τὸν τῶν ἐγκωμίων στέφανον τοῦτον. Ἂν γὰρ τοιοῦτοι φανῶμεν, ἐν, ὁ ἔπαινος ἡμῶν ὑμῶν ἡ δόξα· ὥσπερ οὖν καὶ ἂν εὐδοκιμούντων ἡμεῖς ἀγαλλόμεθα καὶ σκιρτῶμεν καὶ στεφανούμεθα. Πάλιν κἀνταῦθα πολὺ τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῦ δι' ὧν εἴρηκεν ἐπιδείκνυται. Οὐ γὰρ ὡς διδάσκαλος μαθηταῖς, ἀλλ' ὡς μαθητὴς διδασκάλοις ὁμοτίμοις διαλεγόμενος, οὕτως ἐξισάζει τὸν λόγον. Καὶ θέα πῶς αὐτοὺς ὑψηλοὺς ποιεῖ, καὶ φιλοτιμίας πληροῖ, παραπέμπων ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Μὴ γάρ μοι τὰ παρόντα εἴπητε, φησὶ, τουτέστι, τὰ ὀνείδη καὶ λοιδορίας, τὰ σκώμματα τὰ παρὰ τῶν πολλῶν· οὐδὲν γὰρ μέγα τὰ ἐνταῦθα, οὔτε τὰ χρηστὰ οὔτε τὰ λυπηρά, οὐ τὰ σκώμματα, οὐ τὰ ἐγκώμια τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἀναμνήσθητέ μοι τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς φοβερᾶς καὶ φρικώδους, ἐν ᾗ πάντες ἀνακεκαλυμμένα. Τότε γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν ὑμῖν καὶ ὑμεῖς ἐν ἡμῖν καλλωπισθήσεσθε, ὅταν καὶ ἡμεῖς φαίνησθε τοιούτους ἔχοντες διδασκάλους, μηδὲν ἀνθρώπινον διδάσκοντας, μηδὲ πονηρίᾳ συνεζηκότας, μηδὲ λαβήν τινα δεδωκότας, καὶ ἡμεῖς τοιούτους ἔχοντες μαθητὰς, μηδὲν ἀνθρώπινον πάσχοντας, ἀλλὰ σαλευομένους, ἀλλὰ μετὰ προθυμίας πάντα ὑπομένοντας, καὶ μηδαμόθεν παραλογιζομένους. Τότε γὰρ ταῦτα δῆλα τοῖς νοῦν ἔχουσι· τότε ἐν. Ὥστε εἰ καὶ θλιβόμεθα [444] νῦν, οὐ μιαὶ ταύτην ἔχομεν παραμυθίαν· νῦν μὲν τὴν ὁ συνειδότος, τότε δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐκλάμψεως. Νῦν μὲν γὰρ τὸ συνειδὸς ἡμῶν οἶδεν, ὅτι Θεοῦ πάντα ποιοῦμεν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἴστε ἐστε· τότε δὲ καὶ πάντες μαθήσονται ἀνθρώπων τὰ ἡμέτερα καὶ τὰ ὑμῶν, καὶ ὄψονται δι' ἃ ἡμᾶς δοξαζομένους. Ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ μόνος εἶναι λαμπρὸς ἀπὸ τῆς καυχήσεως, καὶ αὐτοῖς αἰτίαν τοῦ καυχήματος, καὶ ἀπάγει τῶν ὧν λυπηρῶν. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς παρακλήσεως εἰπὼν, ὅτι Δι' ὑμᾶς παρακα, λούμεθα, τοῦτο ἐνταῦθα ποιεῖ, Δι' ὑμᾶς καυχώμεθα λέγων, ὥσὑμεῖς δι' ἡμᾶς, πανταχοῦ κοινωνοὺς αὐτοὺς τάντων, τῆς παρακλήσεως, τῶν παθημάτων, ηρίας τῆς αὐτοῦ· καὶ γὰρ τὴν σωτηρίαν ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν λογίζεται· *Συνυπουργῶν γὰρ ὑμῶν τῇ δεήσει*, φησὶν, *ἐρρύσατο Θεός.* Οὕτω δὴ καὶ τὰ καυχήματα κοινὰ τίθησιν· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ φησιν· *Εἰδότες ὅτι ὥσπερ ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως·* οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Καύχημα ὑμῶν καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν. Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρότερον πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν.* Ποίᾳ πεποιθήσει; Τῷ σφόδρα θαρρεῖν ὑμῖν, τῷ καυχᾶσθαι ἐφ' ὑμῖν, τῷ καύχημα ὑμῶν εἶναι, τῷ σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπᾷν, τῷ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι πονηρὸν, τῷ πεποιθέναι ὅτι πάντα πνευματικὰ παρ' ἡμῖν, καὶ ὑμᾶς τούτων μάρτυρας ἔχειν. *Ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν.* Καὶ μὴν τοὐναντίον ἐπηγγείλατο ἐν τῇ προτέρᾳ, οὕτω λέγων· *Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω· Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι.* Πῶς οὖν ἐνταῦθα τἀναντία φησίν; Οὐ τὰ ἐναντία φησὶν, ἄπαγε· ταῦτα γὰρ ἐναντία μὲν ἐστιν οἷς ἔγραψεν, οὐκ ἐναντία δὲ οἷς ἐβούλετο. Διὸ καὶ ἐνταῦθα οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἔγραψα δι' ὑμῶν ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, ἀλλ', *Ἐβουλόμην.* Εἰ γὰρ καὶ οὐχ οὕτως ἔγραψα, φησὶν, ἀλλ' ὅμως ἐσπούδαζον καὶ ἐβουλόμην καὶ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ βουληθῆναι ὑστερῆσαι τῆς ὑποσχέσεως, ὅτι καὶ φθάσαι αὐτὴν ἠθέλησα. *Ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε.* Τί ἐστι, *Δευτέραν;* Ἵνα διπλῆν χάριν ἔχητε, καὶ τὴν διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ τὴν διὰ τῆς παρουσίας. Χάριν δὲ ἐνταῦθα τὴν χαρὰν λέγει. *Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Τοῦτο οὖν βουλόμενος, μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην;*

γ'. Ἐνταῦθα λοιπὸν ἐξεύθειας ἀποδύεται τὸ ἔγκλημα τὸ ἐκ τῆς μελλήσεως καὶ τῆς ἀπουσίας. Ὃ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἦλθον; ἄρα ὡς κοῦφος καὶ εὐρίπιστος; τοῦτο γάρ ἐστι, *Μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην;* Οὐδαμῶς· ἀλλὰ διὰ τί; *Ὅτι ἃ βουλεύομαι, οὐ κατὰ σάρκα βουλεύομαι.* Τί ἐστιν, *Οὐ κατὰ σάρκα;* [445] Οὐ σαρκικῶς βουλεύομαι. *Ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ Ναὶ ναὶ, καὶ τὸ Οὒ οὔ.* Ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦτο ἀσαφές. Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν; Ὁ σαρκικὸς ἄνθρωπος, τουτέστιν, ὁ τοῖς παροῦσι προσηλωμένος καὶ ἐν τούτοις διαπαντὸς ὤν, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας ἐκτὸς τυγχάνων, πανταχοῦ ἀπίεναι δύναται, καὶ πλανᾶσθαι ὅπου βούλεται· ὁ δὲ ὑπηρέτης τοῦ Πνεύματος, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἀγόμενος καὶ περιαγόμενος, οὐ δύναται κύριος εἶναι τῆς ἑαυτοῦ γνώμης πανταχοῦ, τῆς ἐκεῖθεν ἐξουσίας ἐξαρτήσας αὐτήν· ἀλλὰ τοιοῦτον ὑπομένει, οἷον ἂν εἰ δοῦλος εὐδοκιμῶν, καὶ πανταχοῦ περιελκόμενος ὑπὸ τῶν δεσποτικῶν ἐπιταγμάτων, καὶ οὐκ ἔχων ἐξουσίαν ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἀναπνεῦσαι δυνάμενος οὐδὲ μικρὸν, ἐπαγγέλλοιτό τινα τοῖς συνδούλοις, εἶτα τῷ δεσπότῃ τἀναντία δοκοῦντα, μὴ ἀνύοι τὰ ἀπηγγελμένα. Τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι *Οὐ κατὰ σάρκα βουλεύομαι*, καὶ οὐκ εἰμὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκτὸς κυβερνήσεως, οὐδὲ ἐξουσίαν ἔχω βαδίζειν ὅπου βούλομαι. Καὶ γὰρ ὑπόκειμαι δεσποτείᾳ τῇ τοῦ Παρακλήτου καὶ ἐπιτάγμασι, καὶ ταῖς ἐκείνου ψήφοις ἄγομαι καὶ περιάγομαι. Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδυνήθην ἐλθεῖν· οὐ γὰρ ἔδοξεν τῷ Πνεύματι. Ὃ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι πολλαχοῦ γέγονεν· ἀλλαχοῦ γὰρ προῃρημένον ἐλθεῖν, τὸ Πνεῦμα ἀλλαχοῦ βαδίζειν ἐκέλευεν. Ὥστε οὐ τῆς ἐμῆς ἐλαφρίας, τουτέστι,

Digitized by Google

κουφότητος, τὸ μὴ ἐλθεῖν, ἀλλὰ τὸ ταῦ Πνεύματος, ὑποκείμενον ἐκείνῳ πεῖθεσθαι. Εἶδες πάλιν αὐτοῦ τὸ σύνηθες θεώρημα; Ἀφ' ὧν ἐνόμιζον αὐτὸν δεικνύναι σαρκικῶς βουλευόμενον, ἐκ τοῦ μὴ πληρῶσαι τὴν ὑπόσχεσιν, ἐκ τούτου δείκνυσι μάλιστα πνευματικῶς βεβουλευμένον, καὶ τοὐναντίον σαρκικῶς βουλεύεσθαι. Τί οὖν, φησίν; οὐ μετὰ τοῦ Πνεύματος ἐπηγγείλατο; Οὐδαμῶς· καὶ γὰρ καὶ ἤδη εἶπον, ὅτι οὐ πάντα προῄδει Παῦλος τὰ μέλλοντα καὶ συμφέροντα. Διὰ δὴ τοῦτο ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ φησίν, *Ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὗ ἐὰν πορεύωμαι*, δεδοικὼς αὐτὸ τοῦτο, μὴ εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰπὼν, ἀναγκασθῇ ἐτέρωθι ἀπελθεῖν· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ἀπέτυχε, λέγει αὐτό, *Καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν*. Ὃ μὲν γὰρ ἦν ἀγάπης, τίθησι, τὸ ἐλθεῖν πρὸς αὐτούς· ὃ δὲ οὐδὲν πρὸς αὐτοὺς ἦν, τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, οὐκέτι καὶ τοῦτο προστίθησι διωρισμένως. Ἐπειδὴ δὲ ἐλήλεγκται, ἐνταῦθα θαῤῥῶν λέγει λοιπὸν, ὅτι *Εἰς τὴν Ἰουδαίαν*. Καὶ τοῦτο δὲ συμφερόντως ἐγίνετο, ἵνα μή τις αὐτῶν μείζονα περὶ αὐτὸν τῆς ἀξίας ὑπόνοιαν ἔχῃ. Εἰ γὰρ καὶ τούτων ὄντων θύειν αὐτοῖς ἐβούλοντο ταύρους, ποῦ οὐκ ἂν ἐξώκειλαν ἀσεβείας, εἰ μὴ πολλὰ δείγματα τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας παρείχοντο; Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τὰ μέλλοντα πάντα οὐκ ᾔδει, ὅπου καὶ ἐν εὐχαῖς πολλαχοῦ τὸ συμφέρον ἀγνοεῖ; *Τὸ γὰρ, τί προσευξόμεθα*, φησὶ, *καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν*. Καὶ οὐ λέγει τοῦτο μόνον, ἵνα δόξῃ[a] μετριάζειν, [446] ἀλλὰ καὶ δείκνυσι, ποῦ τὸ συμφέρον ἐν εὐχαῖς ἠγνόησε. Ποῦ τοίνυν ἠγνόησεν; Ἡνίκα παρεκάλει τῶν πειρασμῶν ἀπαλλαγῆναι, λέγων· *Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ. Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, καὶ εἴρηκέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται*. Εἶδες πῶς οὐκ ἔγνω τὰ συμφέροντα αἰτῆσαι; Διὸ οὐδὲ ἔλαβε, καὶ πολλάκις αἰτήσας. *Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ*. Καλῶς ἀντίθεσιν ἀνακύπτουσαν καταλύει. Εἰ γὰρ ὑποσχόμενος, φησὶ, παραγίνεσθαι ὑπερέθου, καὶ οὐκ ἔστι παρὰ σοὶ Ναὶ ναὶ, καὶ Οὒ οὔ, ἀλλὰ νῦν ἃ λέγεις ἀνατρέπεις μετὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐπὶ τῆς σῆς ἐπιδημίας ἐποίησας· οὐαὶ ἡμῖν, μήποτε καὶ ἐν τῷ κηρύγματι τοῦτο γέγονεν. Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα ἐννοῶσι, μηδὲ θορυβῶνται, φησί· *Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ*. Ἐν γὰρ τῷ κηρύγματι, φησὶ, τοῦτο οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ ταῖς ἀποδημίαις μόνον. Ἐν δὲ τῷ κηρύγματι μένει βέβαια καὶ ἀκίνητα ἅπερ εἰρήκαμεν. Λόγον γὰρ ἐνταῦθα τὸ κήρυγμα καλεῖ. Εἶτα ἀπόδειξιν ἀναντίῤῥητον παρέχει τούτου, εἰς τὸν Θεὸν τὸ πᾶν ἀνάγων. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡ ὑπόσχεσις τῆς παρουσίας ἐμὴ ἦν, καὶ ἐγὼ οἰκοθεν ἐπηγγειλάμην ἐκεῖνο· τὸ δὲ κήρυγμα οὐκ ἐμὸν οὐδὲ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ ἀμήχανον διαψεύσασθαι· διὸ καὶ ἔφη· *Πιστὸς δὲ ὁ Θεός*· τουτέστιν, ἀληθής. Μὴ τοίνυν ὑποπτεύετε τὰ ἐκείνου· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἀνθρώπινον. Καὶ ἐπειδὴ εἶπε λόγον, ἐπάγει λοιπὸν δεικνὺς ποῖον λόγον φησί.

δ'. Ποῖος οὖν λόγος οὗτός ἐστιν, *Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, φησὶν, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ*. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν χορὸν εἰσάγει τῶν διδασκάλων εἰς μέσον, ἀξιόπιστον κατασκευάζων τὴν μαρτυρίαν ποιῶν, οὐ διὰ τῶν ἀκουσάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν διδαξάντων. Καίτοι μαθηταὶ ἦσαν ἀλλὰ μετριάζων, ἐν τάξει διδασκάλων αὐτοὺς ἀριθμεῖ. Τί δέ ἐστιν, *Οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ*; Οὐκ ἀνέτρεψα, φησὶν, ἃ πρότερον εἶπον ἐν τῷ κηρύγματι· οὐ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο διελέχθην ὑμῖν· τοῦτο γὰρ οὐκέτι πίστεως, ἀλλὰ πεπλανημένης διανοίας ἐστίν. *Ἀλλὰ Ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονε*. Τουτέστιν, ἀπαρασάλευτος καὶ βέβαιος ὁ λόγος μένει. *Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Ἀμὴν, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν*. Τί ἐστιν, *Ὅσαι ἐπαγγελίαι Θεοῦ*; Πολλὰ τὸ κήρυγμα ὑπισχνεῖτο, καὶ αὐτοὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἐπηγγείλαντο καὶ ἐκήρυττον. Καὶ γὰρ περὶ ἀναστάσεως διελήφθησαν, καὶ περὶ ἀναλήψεως, καὶ περὶ ἀφθαρσίας, καὶ περὶ τῶν μεγάλων ἐπάθλων καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἐκείνων. Ταύτας οὖν τὰς ἐπαγγελίας μένειν ἀκινήτους φησὶ, καὶ οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ ἐν αὐταῖς. Τουτέστιν, Οὐ ποτὲ μὲν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, [447] ποτὲ δὲ ψευδῆ, καθάπερ ἡ ἐπιδημία ἡ ἐμὴ, ἀλλ' ἀεὶ ἀληθῆ. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν τῆς πίστεως δογμάτων καὶ τοῦ περὶ Χριστοῦ λόγου ἐπιτείνεται λέγων· *Ὁ λόγος μου* καὶ τὸ κήρυγμά μου *οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ*· ἔπειτα ὑπὲρ τῶν ὑποσχέσεων· *Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναί*. Εἰ δὲ ἃ ὑπέσχετο βέβαια καὶ δώσει πάντως, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἐστὶ βέβαιος, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι νῦν μὲν ἔστι, νῦν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀεί ἐστι, καὶ ὁ αὐτός ἐστι.

Τί δέ ἐστιν, *Ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, καὶ τὸ Ἀμήν*; Τὸ πάντως ἐσόμενον δηλοῖ. Αἱ γὰρ ἐπαγγελίαι ἐν αὐτῷ, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ, τὸ γενέσθαι ἔχουσι καὶ πληρωθῆναι. Μὴ τοίνυν δείσῃς· οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν, ἵνα ὑποπτεύσῃς, ἀλλὰ Θεός ἐστιν, ὁ καὶ εἰπὼν καὶ πληρῶν. *Τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν*. Τί ἐστι, *Πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν*; Πληροῖ αὐτὰς δι' ἡμῶν, τουτέστι, διὰ τῶν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν πρὸς δόξαν αὐτοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι, *Τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν*. Εἰ δὲ πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πάντως ἔσται. Τῆς γὰρ αὐτοῦ δόξης οὐ καταφρονήσει, εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας καταφρόνει σωτηρίας· καὶ διὰ τὸ σφόδρα φιλάνθρωπος εἶναι. Καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῶν ἡ σωτηρία συνδέδεται τῇ αὐτοῦ δόξῃ τῇ ἐπὶ τούτοις. Ὥστε εἰ πρὸς δόξαν αὐτοῦ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, πάντως καὶ ἡ σωτηρία ἡμῶν ἔψεται. Ὃ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους συνεχῶς περιστρέφει λέγων· *Εἰς περιποίησιν τῆς δόξης αὐτοῦ*. Καὶ πανταχοῦ τοῦτο τίθησι, δεικνὺς τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἐκβάσεως· ὃ καὶ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι αἱ ἐπαγγελίαι αὐτοῦ οὐ ψεύδονται. Οὐ γὰρ ἡμᾶς μόνον σώζουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν δοξάζουσι. Μὴ τοί-

[a] Sic legendum, ut conjicit Savil., et ita legit interpres Latinus. Editi male, ἵνα μὴ δόξῃ.

Digitized by Google

m esset. Vides rursum consuetam ipsi argumentandi ionem? Unde enim ipsi se probaturos existimabant, n iis consiliis uti, quæ a carne proficiscerentur, od nimirum promissis non stetisset; hinc ipse vel xime se spirituali consilio ductum fuisse ostendit, contra carnali modo cogitaturum fuisse, si con- ium fecisset. Quid igitur, dicet aliquis, an non Spiritu pollicitus fuerat? Minime vero: etenim dictum est a me, non omnia ea Paulo cognita fuisse futura erant et conducebant. Ideo in superiore em epistola his verbis utitur, *Ut vos me deducatis umque proficiscar* (1. *Cor.* 16. 6); hoc videlicet ens, ne cum in Judæam dixisset, alio abire eo- tur: hic autem, quoniam hac spe delusus fuerat, ait, *Et a vobis deduci in Judæam.* Nam quod ltis erat, id ponit, hoc est, ad eos venire: quod n eorum nihil intererat, nempe ut in Judæam t, hoc non jam diserte addit. Postquam convictus est, hic jam fidenter dicit, *In m.* Atque hoc utiliter contingebat, ne quis im majorem, quam par esset, opinionem haberet. Etenim si, cum hæc etiam ita erent, tamen non defuerunt, qui tauros ipsis are vellent; quo tandem impietatis non pro- it, nisi multa humanæ imbecillitatis docu- præbuissent? Et cur miraris ea omnia, quæ erant, Paulo minime nota fuisse, cum etiam ibus plerumque quod expediat ignoret? *Quid remus*, inquit, *quemadmodum oportet nesci- lom.* 8. 26). Nec vero hoc eo dumtaxat ait, ut iæ opinionem colligat; sed etiam ostendit, ubi- uid in precibus utile esset, ignorarit. Ubinam gnoravit? Nempe cum precibus a Deo conten- it e tentationibus eriperetur, his verbis utens: *st mihi stimulus carnis angelus satanæ qui me et. Propter quod ter Dominum rogavi; et dixit ufficit tibi gratia mea; virtus enim mea in infir- rficitur* (2. *Cor.* 12. 7.-9). Vides quomodo, usu esset, postulare nesciverit? Ac propterea epit, cum tamen sæpe postulasset. 18. *Fidelis eus, quia sermo noster, qui fuit ad vos, non et Non.* Exbrientem objectionem præclare Dicere enim potuissent: Si cum ipse te ad rum receperis, id tamen facere distulisti, non est apud te, Est est, Non non, verum c dicis, postea subvertis, ut in tua ad nos ne fecisti; væ nobis, si hoc quoque in evan- licatione contingit. Ut ergo hæc nec cogita- erturbarentur, ait, *Fidelis Deus, quia sermo vos non fuit Est et Non.* Hoc enim, inquit, ation non contingit, sed in viis ac peregri- dumtaxat: nam in prædicatione firma at- ta manent quæ diximus. Per sermonem loco prædicationem significat. Postea irre- gumentum hujus rei affert, ad Deum hoc re- as. Quod autem ait, hunc sensum habet: ei pollicitatio mea erat, atque ego mea romiseram; at prædicatio non mea erat, a, sed Dei: quod autem Dei est, in id mendacium cadere nequit: unde etiam dicit, *Fidelis autem Deus;* hoc est, verax. Quamobrem nihil est, cur ea, quæ illius sunt, vobis suspecta sint: nihil enim in ipsis humanum est. Ac posteaquam sermonem dixit, de quo sermone loquatur, deinceps exponit.

4. Quisnam igitur hic sermo est? 19. *Dei enim Filius, qui in vobis per nos prædicatus est, per me et Silvanum et Timotheum, non fuit Est et Non.* Ob eam enim causam magistrorum chorum in medium adducit, hinc quoque testimonio suo fidem adstruens, non per auditores tantum, sed etiam per magistros. Atqui discipuli illi erant, sed modestiæ studio eos in magistrorum album refert. Quid autem est, *Non fuit Est et Non?* Non ea subverti, inquit, quæ prius inter concionandum dixi: non modo hoc, modo illud apud vos disserui: hoc enim non fidei fuerit, sed animi aberrantis. *Sed Est in illo fuit.* Hoc est, immotus ac firmus sermo manet. 20. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est, et in ipso Amen, Deo ad gloriam per nos.* Quid est, *Quotquot promissiones Dei?* Prædicatio evangelica multa promittebat; atque ipsi multa hæc promittebant ac prædicabant. Nam et de resurrectione verba fecerant, et de assumptione et de incorruptione et de magnis præmiis atque arcanis illis bonis. Has igitur pollicitationes firmas ac stabiles, manere ait; et non fuit Est et Non in illis. Hoc est, non quandoque vera, quæ dixi, quandoque falsa fuerunt, ut meus ad vos accessus, sed semper vera. Ac primum quidem pro fidei dogmatibus sermoneque de Christo contendit dicens: *Sermo meus* et prædicatio mea *non fuit Est et Non:* deinde pro ipsius pollicitationibus pugnat: *Quotquot enim, inquit, promissiones Dei sunt, in illo Est.* Quod si firma ac certa sunt quæ promisit, nec dubium est quin ea daturus sit, multo utique magis ipse, ac sermo qui de eo habetur, firmus ac certus est; neque istud dici potest quod nunc quidem sit, nunc autem non sit, sed semper est, atque idem est.

Promissa Dei quam firma. — Quid est autem, *In illo Est, et Amen?* His verbis id quod omnino futurum est significat. Promissiones enim in ipso ac non in homine, hoc habent, ut contingant et expleantur. Quare nihil est quod metuas: non enim homo est, ut suspectum eum habere possis, sed Deus, qui et dixit et explet. *Deo ad gloriam per nos.* Quid est, *Ad gloriam per nos?* Eas per nos explet; hoc est, per collata in nos beneficia ad gloriam Dei: hoc enim est, *Deo ad gloriam.* Si autem ad Dei gloriam, quin fiat non est dubitandum, tum quia, etiamsi salutem nostram contemptui haberet, non tamen gloriam suam contempturus est; tum quia singularem erga homines benevolentiam gerit. Adde quod nostra salus cum gloria ea, quæ hinc ad ipsum redit, conjuncta est. Quo fit, ut cum promissiones ad ipsius gloriam pertineant, dubium esse non possit, quin salus quoque nostra consequatur. Quod etiam in Epistola ad Ephesios crebro inculcat dicens: *In acquisitionem gloriæ ipsius* (*Ephes.* 1. 14). Atque ubique istud ponit, ut

Digitized by Google

ostendat id necessario eventurum : quod etiam hoc loco sit, nempe quod ipsius pollicitationes minime fallant. Neque enim nobis dumtaxat salutem, sed ipsi quoque gloriam afferunt. Ne ergo illud tecum reputes, quod per nos ista promissa sint, nec propterea de iis dubites : neque enim per nos, sed per eum explentur ; et promissiones per ipsum sunt ; non enim nostra, sed quæ Dei sunt, vobis diximus. 21. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos, Deus ;* 22. *qui et signavit vos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Rursum per præterita fidem futuris conciliat. Nam si ipse est, qui nos in Christo confirmat, hoc est, qui nos a fide quæ in Christum est dimoveri non sinit ; atque ipse etiam est, qui nos unxit, Spiritumque in cordibus nostris dedit : quomodo non futura quoque daturus est ? Nam cum principia et materiam ac radicem et fontem, hoc est, veram ipsius cognitionem ac Spiritus participationem largitus sit : qui fieri potest, ut non ea etiam largiatur, quæ ex his oriuntur ? Nam cum illa horum causa donentur, multo magis is, qui hæc dedit, illa quoque præbebit : et cum hæc adhuc hostibus dederit, multo magis illa amicis donabit. Ac proinde ne Spiritum quidem simpliciter dixit, sed pignus nominavit, ut per hoc de toto fiduciam concipias. Neque enim si totum daturus non esset, pignus præbere, ac frustra et temere perdere in animum induxisset. Ac vide, quæso, Pauli probitatem. Quid enim, inquit, dicere attinet, promissionum veritatem in nobis minime sitam esse ? imo hoc ipsum, quod vos firmi atque immobiles statis, non in nobis est, sed Dei beneficium est : *Qui* enim *confirmat vos*, inquit, *Deus est.* Non ergo nos sumus, qui vos fulcimus : nam ipsi quoque confirmantis ope indigemus. Quocirca non est, quod quisquam prædicationem in nobis periclitari existimet : ipse totum hoc in se recepit, ipsi totius negotii cura est.

5. Quid autem est, *Qui unxit et signavit ?* Hoc est, qui Spiritum dedit, per quem utrumque horum effecit, nimirum simul et prophetas et sacerdotes et reges efficiens : siquidem hæc hominum genera olim ungebantur. At nos non unam, sed tres istas dignitates præstantiore conditione obtinemus : nam et regno potituri sumus, et, cum victimæ loco corpora nostra offerimus, sacerdotes efficimur ; *Exhibete* enim, inquit, *membra vestra hostiam viventem, placentem Deo* (*Rom.* 12. 1) ; atque insuper prophetæ constituimur. *Quæ enim oculus non vidit, nec auris audivit, ea nobis patefacta sunt* (1. *Cor.* 2. 9). Quamquam etiam alia ratione reges efficimur, si improbis cogitationibus imperare voluerimus. Nam quod is qui talis sit regnet, et quidem magis, quam qui diademate cinctus est, liquido jam vobis demonstrabo. Multos ille exercitus habet ; at nos quoque plures illis cogitationes habemus : neque enim infinita cogitationum, quæ in nobis sunt, multitudo enumerari potest. Nec vero multitudinem dumtaxat intueri licet, sed etiam multos in hac cogitationum copia duces, tribunos, turmarum præfectos, sagittarios, fundibularios. Quid aliud est, quod regem efficiat ? vestesne ? At hic quoque meliori ac præstantiori veste amictus est, quam nec tinea exest, nec vetustas conficit. Quin multiplicem quoque coronam habet, nempe gloriæ et miserationum Dei : *Benedic* enim, inquit, *anima mea Domino, qui coronat te in misericordia et miserationibus* (*Psal.* 102. 2. 4) : et gloriæ ; *Gloria* enim, inquit, *et honore coronasti eum* (*Psal.* 8. 6) : et bonæ voluntatis ; *Ut scuto* enim, inquit, *bonæ voluntatis coronasti nos* (*Psal.* 5. 13) : et gratiarum ; *Coronam* enim, inquit, *gratiarum accipies capiti tuo* (*Prov.* 1. 9). Videsne quam varie textum quantoque gratius, ac venustius sit istud diadema ? Verum altius rursum et accuratius horum regum statum expendamus. Ille stipatoribus suis dominatur et cunctis imperat, omnesque ipsi parent et obsequuntur : at ego hic majus præstantiusque imperium tibi ostendo. Nam multitudo quidem par est, aut etiam amplior ; superest autem ut subjectionem ipsam consideremus. Ac ne mihi eos in medium proferas, qui regia dignitate lapsi sunt, atque ab ipsismet satellitibus suis trucidati. Ne, inquam, eos in medium producamus, verum eos conquiramus, qui pulchre in utraque parte regnum administrarunt. Ac tu quidem, quos libuerit, pone ; ego autem patriarcham unum cunctis oppono.

Abrahæ fides et virtus. — Nam cum ipse filium mactare juberetur (*Gen.* 22), cogites velim quotnam tum adversus eum cogitationes insurrexerint. Et tamen omnes subegit, atque omnes eum magis quam regem satellites pertimescebant : ac vel solo obtutu omnes comprimebat, ita ut ne hiscere quidem earum ulla auderet ; verum cunctæ caput submitterent ac velut regi cederent, quamvis alioqui acerrimæ essent atque imprimis acerbæ. Neque enim hastarum cuspides tam horrendæ sunt, cum a multis militibus surriguntur, quam tum formidabiles erant illæ cogitationes. Annon enim hastis atrocior erat illa, quam natura ciebat, commiseratio ? Ac proinde animam illam magis, quam præacuta cuspis, exscindere poterant. Nec enim ulla hasta tam acuta umquam esse queat, quam cogitationum illarum aculei, qui ab intimis visceribus acuebantur ac surrigebantur, justi viri animam transfigebant. Nam hic et tempore et consilio et plaga et dolore opus est ; ac tum mors sequitur : illic autem nihil horum requirebatur ; adeo tum celeriora, tum acriora vulnera erant. Et tamen, cum adversus eum cogitationes arma induissent, ingens erat tranquillitas, omnesque composite stabant, ornantes potius ipsum quam terrore afficientes. Eum enim gladium extendentem ante oculos tibi pone, ac quos volueris reges, Augustos, Cæsares, in medium profer. Nihil enim simile dixeris, nec speciem ullam ejusmodi tamque amplam et insignem ac cælis dignam ostendere poteris. Tum enim vir ille justus de potentissima tyrannide triumphum egit : nihil enim est quod majorem tyrannidem habeat, quam natura. Atque ut sexcentos qui necem tyrannis intulerint, proferas, nullum tamen ejusmodi nobis ostenderis. Etenim hæc palma angeli verius quam hominis tunc erat. Sic quippe

Digitized by Google

ν τοῦτο ἐννοήσῃς, ὅτι δι' ἡμῶν ἐπηγγέλθησαν, ἡ διστάσῃς· οὐ γὰρ δι' ἡμῶν πληροῦνται, ἀλλὰ αὐτοῦ· καὶ αἱ ἐπαγγελίαι δὲ δι' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς εἰρήκαμεν. *Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς, σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ ἵσας ἡμᾶς, Θεός· καὶ σφραγισάμενος, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.* Πάλιν ἀπὸ τῶν παρελθόντων τὰ μέλλοντα βεβαιοῦται. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς Χριστὸν, τουτέστιν, ὁ μὴ ἐῶν ἡμᾶς παραπεσεῖσθαι ἐκ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν Χριστὸν, αὐτὸς ὁ χρίσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸ Πνεῦμα ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· πῶς τὰ μέλλοντα οὐ δώσει; καὶ γὰρ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἔδωκε καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πηγὴν, οἷον τὴν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ γνῶσιν, τὴν τοῦ Πνεύματος μετάληψιν· πῶς τὰ ἐκ τούτων οὐ δώσει; Εἰ γὰρ ἐκεῖνα διὰ ταῦτα δίδονται, μᾶλλον ὁ ταῦτα δοὺς, καὶ ἐκεῖνα παρέξει· καὶ εἰ τοῖς ἐχθροῖς οὖσιν ἔδωκε, πολλῷ μᾶλλον ἐκείνοις γενομένοις χαριεῖται. Διὰ τοῦτο οὐδὲ Πνεῦμα ἁπλῶς, ἀλλ' ἀρραβῶνα ὠνόμασεν, ἵνα ἀπὸ τούτου καὶ περὶ τοῦ παντὸς θαῤῥῇς. Οὐ γὰρ, εἰ μὴ ἔλαβε τὸ πᾶν διδόναι, εἶλετο ἂν τὸν [448] ἀρραβῶνα ἔχειν, καὶ ἀπολέσαι εἰκῇ καὶ μάτην. Καὶ ὅρα ὁμοσύνην Παύλου. Τί γὰρ δεῖ λέγειν, φησὶν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἡ τῶν ἐπαγγελιῶν ἀλήθεια; αὐτὸ τοῦτο πάντα ἀπεριτρέπτως καὶ πεπηγέναι ὑμᾶς, οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ· *Ὁ γὰρ βεβαιῶν*, φησὶ, *Θεός.* Οὐκ ἄρα ἡμεῖς ἐσμεν οἱ στηρίζοντες ὑμᾶς· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς δεόμεθα τοῦ βεβαιοῦντος. Ὥστε μηδεὶς ἐν ἡμῖν νομιζέτω κινδυνεύειν τὸ κήρυγμα· αὐτὸς τὸ πᾶν ἀνεδέξατο, αὐτῷ μέλει τοῦ παντός.

Τί δέ ἐστι, *Χρίσας, καὶ σφραγισάμενος;* Τὸ αὐτὸ δοὺς, δι' οὗ ταῦτα ἀμφότερα ἐποίησεν, ὁμοῦ προφήτας καὶ ἱερεῖς καὶ βασιλέας ἐργαζόμενος· ἔθος γὰρ τὸ παλαιὸν ἐχρίετο τὰ γένη. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐ χρίομεν, ἀλλὰ τὰ τρία μεθ' ὑπεροχῆς ἔχομεν ἀξιώματα· καὶ γὰρ βασιλείας μέλλομεν ἀπολαύειν, καὶ ἱερεῖς γινόμεθα προσφέροντες θυσίαν τὰ σώματα· *Πυράστησατε γὰρ τὰ μέλη ὑμῶν, θυσίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ*, φησί· καὶ μετὰ ταῦτα καὶ προφῆται καθιστάμεθα· *Ἃ γὰρ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, ταῦτα ἐκκεκάλυπται ἡμῖν ἐστι.* Καὶ ἄλλως δὲ βασιλεῖς ἐσμεν, ἐὰν βουληθῶμεν κρατεῖν τῶν ἀτόπων λογισμῶν. Ὅτι γὰρ ὁ τοιοῦτος βασιλεύει, καὶ μᾶλλον ἢ ὁ διάδημα περικείμενος, ἤδη τοῦτο ποιήσω δῆλον· πολλὰ ἔχει στρατόπεδα ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς πλείους ἔχομεν λογισμούς· οὐ γάρ ἐστιν εἰπεῖν τὸ ἄπειρον τῶν ἐννοιῶν πλῆθος τῶν ἐν ἡμῖν. Οὐ πλῆθος δὲ μόνον ἔστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ τάξιν ἐν τῷ πλήθει τούτῳ τῶν λογισμῶν καὶ ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας. Τί ἕτερον ποιεῖ βασιλέα; τὰ ἱμάτια; Ἀλλὰ καὶ οὗτος βελτίω περίκειται· καὶ ἀμείνω στολὴν, ἣν οὔτε σὴς ἐσθίει, οὔτε χρόνος δαπανᾷ· καὶ στέφανον ἔχει ποικίλον τὸν τῆς δόξης, τὸν τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ· *Εὐλόγει γὰρ, ἡ ψυχή μου*, φησὶ, *τὸν Κύριον, τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς·* καὶ τὸν τῆς δόξης· *Δόξῃ γὰρ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν·* καὶ {τὸν τῆς εὐδοκίας}· *Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς·* καὶ τὸν τῶν χαρίτων· *Στέφανον γὰρ χαρίτων δέξῃ σῇ κεφαλῇ.* Εἶδες πολύπλοκον καὶ χαριέστερον τουτὶ τὸ διάδημα; Πλὴν ἀλλ' ἄνωθεν αὐτὰ ἀκριβέστερον ἐξετάσωμεν πάλιν τὰ τῶν βασιλέων τούτων. Ἐκεῖνος κρατεῖ τῶν δορυφόρων καὶ πᾶσιν ἐπιτάττει, καὶ πάντες ὑπακούουσι καὶ διακονοῦσιν αὐτῷ· ἀλλ' ἐγὼ δείκνυμι μείζονα ἐνταῦθα τὴν ἀρχήν. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἴσον, ἢ καὶ πλεῖον· λοιπὸν δὲ περὶ τῆς ὑποταγῆς ἐξετάζειν δεῖ. Καὶ μή μοι εἰς μέσον ἀγάγῃς τοὺς ἐκπεσόντας τῆς βασιλείας, καὶ σφαγέντας ὑπ' αὐτῶν τῶν σωματοφυλάκων. Μὴ τοίνυν τούτους εἰς μέσον ἄγωμεν, ἀλλὰ τοὺς καλῶς ἐν ἀμφοτέροις τὴν ἑαυτῶν διοικήσαντας βασιλείαν ζητήσωμεν. Καὶ σὺ μὲν, οὓς βούλει, τίθει· ἐγὼ δέ σοι τὸν πατριάρχην ἀντιτάττω πᾶσιν.

Ὅτε γὰρ τὸν υἱὸν ἐκελεύετο σφαγιάσαι, ἐννόησον [449] πόσοι τότε ἐπανέστησαν αὐτῷ λογισμοί· ἀλλ' ὅμως πάντας ὑπέταξε, καὶ πάντες αὐτὸν ἔτρεμον μᾶλλον, ἢ βασιλέα οἱ δορυφόροι, καὶ βλέμματι μόνῳ πάντας κατέστελλε, καὶ οὐδὲ γρύξαι ἐτόλμα τούτων οὐδείς, ἀλλ' ὑπέκυπτον, καὶ ὡς βασιλεῖ παρεχώρουν ἅπαντες, καίτοι γε ὀξύτατοι ὄντες καὶ σφόδρα ἀπότομοι. Οὐδὲ γὰρ οὕτως εἰσὶν αἱ τῶν δορατῶν αἰχμαὶ φοβεραὶ, ὀρθαὶ ὑπὸ πολλῶν ἀνιστάμεναι στρατιωτῶν, ὡς ἐκεῖνοι τότε [a] ἦσαν φοβεροὶ οἱ λογισμοί. Οὐ δοράτων ἦν χαλεπωτέρα ἡ τῆς φύσεως συμπάθεια; Διὸ καὶ αἰχμῆς ἠκονημένης μᾶλλον τέμνειν ἠδύναντο τὴν ἐκείνου ψυχήν. Οὐ γὰρ οὕτως ὀξὺ δόρυ γένοιτ' ἄν ποτε, ὡς ἐκείνων τῶν λογισμῶν τὰ κέντρα κάτωθεν ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ὀξυνόμενά τε καὶ ὀρθούμενα διέπειρε τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ χρόνου δεῖ καὶ βουλῆς καὶ πληγῆς καὶ ὀδύνης, καὶ τότε ὁ θάνατος ἕπεται· ἐκεῖ δὲ οὐδενὸς τούτων ἔδει· οὕτω ταχύτερα καὶ δριμύτερα ἦν τὰ τραύματα. Ἀλλ' ὅμως τοσούτων τότε ὁπλισθέντων κατ' αὐτοῦ λογισμῶν, πολλὴ ἦν ἡσυχία, καὶ πάντες εἱστήκεσαν εὐτάκτως, κοσμοῦντες μᾶλλον αὐτὸν, ἢ φοβοῦντες. Ὅρα γοῦν τὴν μάχαιραν αὐτὸν ἐκτείνοντα, καὶ ὅσους βούλει τίθει βασιλεῖς εἰς τὸ μέσον, Αὐγούστους, Καίσαρας. Ἀλλ' οὐδὲν τοσοῦτον ἐρεῖς, οὐδὲ ἕξεις σχῆμα δεῖξαι τοιοῦτον, οὔτω μεγαλοφυὲς καὶ τῶν οὐρανῶν ἄξιον. Κατὰ γὰρ τυραννίδος δυνατωτάτης ἔστησε τρόπαιον ὁ δίκαιος τότε ἐκεῖνος· οὐδὲν γὰρ φύσεως τυραννικώτερον· κἂν μυρίους τιθῇς τυραννοκτόνους, οὐδένα τοιοῦτον ἐπιδείξῃς ἡμῖν. Καὶ γὰρ

[a] *Legendum* ποτέ.

Digitized by Google

ἀγγέλου τὸ τρόπαιον ἦν, οὐκ ἀνθρώπου τότε. Σκόπει δέ· Ἡ φύσις ἔρριπτο χαμαὶ μετὰ τῶν ὅπλων τῶν αὐτῆς, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παντὸς, καὶ αὐτὸς εἱστήκει τὴν χεῖρα ἀνατείνας, οὐχὶ στέφανον ἔχουσαν, ἀλλὰ μάχαιραν στεφάνου παντὸς λαμπροτέραν, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων ἐπεκρότει δῆμος, καὶ ὁ Θεὸς ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀνεκήρυττεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν οὐρανοῖς ἐπολιτεύετο, ἐκεῖθεν ἐδέχετο καὶ τὸ κήρυγμα. Τί τούτου λαμπρότερον; μᾶλλον δὲ τί τούτου γένοιτ' ἂν ἴσον τοῦ τροπαίου; Εἰ γὰρ, ἀθλητοῦ νικήσαντος, μὴ κήρυξ κάτωθεν, ἀλλ' ἄνωθεν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἀνηγόρευσε τὸν Ὀλυμπιονίκην, ἆρ' οὐχὶ τοῦτο τῶν στεφάνων αὐτῷ λαμπρότερον ἔδοξεν εἶναι, καὶ τὸ θέατρον ἅπαν ἐπέστρεψεν ἄν; Ὅταν οὖν μὴ ἄνθρωπος βασιλεὺς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν θεάτρῳ τούτῳ, ἀλλ' ἐν θεάτρῳ τῷ τῆς οἰκουμένης, ἐν τῷ δήμῳ τῶν ἀγγέλων, τῶν ἀρχαγγέλων, αὐτὸν ἀνακηρύττῃ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ βοῶν ἄνωθεν, ποῦ θήσομεν τὸν ἅγιον τοῦτον, εἰπέ μοι; Εἰ δὲ δοκεῖ, καὶ αὐτῆς ἀκούσωμεν τῆς φωνῆς. Τίς οὖν ἡ φωνή; *Ἀβραὰμ, Ἀβραὰμ, μὴ ἐπενέγκῃς τὴν χεῖρά σου* [450] *ἐπὶ Ἰσαὰκ, μηδὲ ποιήσῃς αὐτῷ μηδέν. Νῦν γὰρ ἔγνων, ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ.* Τί τοῦτο; ὁ πάντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν εἰδὼς, νῦν ἔγνω; Καίτοι γε καὶ ἀνθρώπῳ δῆλη ἦν ἡ εὐλάβεια τἀνδρός· τοσαῦτα παρέσχετο δείγματα τῆς περὶ τὸν Θεὸν εὐνοίας, ὅτε εἶπεν αὐτῷ· *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου·* ὅτε δι' αὐτὸν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τιμὴν, τῶν πρωτείων παρεχώρησε τῷ ἀδελφιδῷ· ὅτε αὐτὸν τῶν τοσούτων ἐξείλετο κινδύνων· ὅτε ἐκέλευσεν εἰς Αἴγυπτον ἐλθεῖν, καὶ τὴν γυναῖκα ἁφαιρούμενος, οὐκ ἐδυσχέραινε, καὶ ἕτερα πλείονα. Καὶ ὅπερ ἔφην, κἂν ἄνθρωπος ἀπὸ τούτων ἔμαθεν ἂν τἀνδρὸς [a] τὴν εὐλάβειαν, μήτι γε ὁ Θεὸς, ὁ μὴ περιμένων ἀπὸ τῶν πραγμάτων μαθεῖν τὸ τέλος. Πῶς δὲ αὐτὸν καὶ ἐδικαίωσεν ἀγνοῶν; *Ἐπίστευσε γὰρ, φησὶν, Ἀβραὰμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.*

ς'. Τί οὖν ἐστι τὸ, *Νῦν ἔγνων*; Ὁ μὲν Σύρος φησί· *Νῦν ἐγνώρισας*, τουτέστι, τοῖς ἀνθρώποις. Ἐγὼ γὰρ ᾔδειν πάλαι καὶ πρὸ τῶν ἐπιταγμάτων ἁπάντων ἐκείνων. Διὰ τί δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις νῦν; Ἐκείνα γὰρ οὐχ ἱκανὰ δεῖξαι τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὔνοιαν; Ἱκανὰ μέν· ἀλλὰ τοσούτῳ πάντως τοῦτο ἐκείνων μεῖζον, ὡς μηδὲν ἐκεῖνα πρὸς τοῦτο φαίνεσθαι. Τοῦτο τοίνυν ἐπαίρων τὸ κατόρθωμα, καὶ δεικνὺς πάντων ἀνώτερον, ταῦτα εἴρηκε. Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς ὑπερέχουσι καὶ τὰ πρῶτα νικῶσιν, οὕτως εἰώθασι λέγειν· οἷον ὅταν τις μεῖζον τῶν προτέρων λάβῃ τι παρ' αὐτοῦ [b] δῶρον, πολλάκις λέγει· Νῦν ἔγνων ὅτι με ἀγαπᾷ ὁ δεῖνα· οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι τὸν ἔμπροσθεν ἠγνόει χρόνον, ἀλλὰ δηλῶσαι βουλόμενος, ὅτι πάντων μεῖζον τὸ δοθὲν νῦν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀνθρωπίνως διαλεγόμενος, *Νῦν ἔγνων*, φησὶν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν ὑπερβολὴν παραστῆσαι τοῦ ἄθλου βουλόμενος, οὐχὶ τότε μαθὼν, οὐ τὸν φόβον, ἢ τὸ μέγεθος τοῦ φόβου. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, *Δεῦτε, καταβάντες ἴδωμεν*, οὐ καταβάσεως δεόμενος λέγει· καὶ γὰρ τὰ πάντα πληροῖ, καὶ πάντα οἶδε σαφῶς· ἀλλὰ παιδεύων ἡμᾶς, μὴ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι. Καὶ ὅταν λέγῃ, *Κύριος ἐξέκυψεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀκριβῆ λέγει γνῶσιν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Νῦν ἔγνων*, φησὶ, τοῦτο δεικνὺς μεῖζον ἁπάντων ὂν τῶν ἔμπροσθεν. Τούτου καὶ ἀπόδειξιν αὐτοῦ παρέχεται ἐπάγων καὶ λέγων, ὅτι *Οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ*. Οὐκ εἶπε, Τοῦ υἱοῦ, μόνον, ἀλλὰ καὶ, *Τοῦ ἀγαπητοῦ*. Οὐδὲ γὰρ φύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλοστοργίας, ἧς καὶ διὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ παιδὸς πολλὴν οὖσαν ἐν αὐτῷ, κατετόλμησεν. Εἰ δὲ φαύλων [451] παίδων οὐκ ἂν εὐκόλως καταφρονήσαιεν πατέρες, ἀλλὰ καὶ τούτους πενθοῦσιν· ὅταν καὶ υἱὸς ᾖ, καὶ γνήσιος, καὶ μονογενὴς, καὶ ἀγαπητὸς, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ μέλλῃ σφάττεσθαι τοῦ πατρὸς, τίς ἂν εἴπῃ τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλοσοφίας; Οὗτος μυρίων διαδημάτων καὶ στεφάνων ἀπείρων ὁ ἆθλος φαιδρότερος. Τῷ μὲν γὰρ τὸν στέφανον ἐκεῖνον περικειμένῳ καὶ θάνατος ἐπελθὼν πολλάκις ἐπηρεάζει, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου μυρίαι πραγμάτων ἐπιβουλαί· τοῦτο δὲ οὐδεὶς οὐδὲ μετὰ τελευτὴν τὸ διάδημα ἀφελέσθαι δυνήσεται τὸν περικείμενον, οὐ τῶν ἰδίων, οὐ τῶν ἀλλοτρίων. Θέα δέ μοι καὶ τὸν τιμιώτατον λίθον τοῦ διαδήματος τούτου. Ὥσπερ γὰρ λίθος τίμιος, οὕτως αὐτὸ συνδεῖ πρὸς τῷ τέλει. Τί δὲ τοῦτό ἐστι, τὸ, *Δι' ἐμέ*; Οὐδὲ γὰρ τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὅτι δι' αὐτόν. Ὦ δεξιᾶς μακαρίας, οἵας κατηξιώθη μαχαίρας! ὦ μαχαίρας θαυμαστῆς, ποίας κατηξιώθη δεξιᾶς! ὦ μαχαίρας θαυμαστῆς, εἰς ποίαν παρεσκευάσθη χρείαν, καὶ ποίαν ἥνυσε διακονίαν, καὶ ποίῳ ὑπηρέτησε τύπῳ! πῶς ἠμάχθη, πῶς οὐχ ἠμάχθη! Οὐδὲ γὰρ οἶδα τί εἰπω· οὕτω φρικτὸν τὸ μυστήριον ἦν. Οὐχ ἥψατο τῆς τοῦ παιδὸς δέρρης, οὐδὲ διῆλθε διὰ τοῦ λαιμοῦ τοῦ ἁγίου ἐκείνου, οὐδὲ ἐφοινίχθη αἵματι δικαίου· μᾶλλον δὲ καὶ ἥψατο καὶ διῆλθε καὶ ἐφοινίχθη καὶ ἐβαπτίσθη, καὶ οὐκ ἐβαπτίσθη. Τάχα ἐξεστηκέναι ὑμῖν δοκῶ οὕτως ἐναντιολογῶν. Καὶ γὰρ ἐξέστηκα, τὸ θαῦμα ἐννοῶν τοῦ δικαίου, ἀλλ' οὐκ ἐναντιολογῶ. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ δικαίου χεὶρ ἐνέπηξεν αὐτὴν τῷ φάρυγγι τοῦ παιδός· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ χεὶρ καὶ ἐμπαγεῖσαν οὐκ ἀφῆκεν αἵματι μολυνθῆναι τοῦ παιδός. Καὶ γὰρ οὐχ ὁ Ἀβραὰμ αὐτὴν κατεῖχε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ Θεός· καὶ ὁ μὲν ὤθει διὰ τῆς γνώμης, ὁ δὲ Θεὸς ἀνέστελλε διὰ τῆς φωνῆς. Ἡ γὰρ αὐτὴ φωνὴ καὶ ὤπλισε τὴν δεξιὰν, καὶ κατέστειλε· καὶ καθάπερ ὑπὸ στρατηγῷ ταττομένη τῷ Θεῷ, πάντα τῷ ἐκείνου νεύματι διεπράττετο, καὶ

[a] Ms., τοῦ ἀνδρός.
[b] Savil. putat legendum παρά του, seu παρά τινος.

Digitized by Google

onsidera : natura cum armis suis, cum militaribus mnibus copiis suis humi jacebat ; ipse autem stabat xtenta manu, non coronam, sed gladium quavis co- ona illustriorem tenente : atque angelorum agmen pplaudebat, ac Deus e cælis victorem eum pronun- abat. Quoniam enim in cælis conversatio erat, idcirco elesti quoque præconio celebrabatur. Quidnam hoc lendidius ? imo quidnam cum hoc tropæo conferri ieat ? Nam si, cum athleta vicisset, non præco qui- m ex inferiori loco, sed rex ipse e superiore assur- ns victoris laudes prædicaret ; annon hoc ille coro- s ipsis honorificentius sibi esse duceret, omniumque ectatorum oculos ad se converteret ? Cum igitur n mortalis quispiam rex, sed Deus ipse, non in hoc eatro, sed toto orbe inspectante, atque angelorum archangelorum grege, alta voce de cælo clamans, torem ipsum pronuntiet, ubinam, quæso, justum m collocabimus ? Quin, si placet, vocem quoque am audiamus. Quænam ergo hæc vox est ? *Abraham, raham, non extendas manum tuam in Isaac, nec ias illi quidquam. Nunc enim cognovi quod tu timeas minum, quoniam non pepercisti unigenito filio tuo pter me* (*Gen.* 22. 12). Quid autem hoc ? isne qui nia novit antequam oriantur, nunc demum cogno- ' Atqui hominibus quoque perspecta jam erat ipsius as : tot suæ erga Deum benevolentiæ argumenta erat ; cum Deus ad eum dixisset, *Egredere de terra et de cognatione tua* (*Gen.* 12. 1) : cum ob ipsum ie honoris ipsius causa nepoti suo primatu cessis- : cum eum e tot tantisque periculis extraxisset : in Ægyptum ipsius jussu profectus fuisset, atque e sibi adempta non indignationem concepisset, ue multa fecisset. Quibus ex rebus homo etiam, m dixi, pietatem ipsius compertam habere po- et, nedum Deus, qui non exspectat ut per ipsas inem noscat. Quonam autem modo illum justum untiasset, si ipsum ignorasset ? *Credidit* enim, t, *Abraham, et reputatum est ipsi ad justitiam* . 4. 3).

Quid igitur est istud, *Nunc cognovi* ? Syrus qui- sic habet, *Nunc declarasti*, subaudi, hominibus. ipse jampridem atque ante omnia jussa id noram. ıtem *nunc* quoque hominibus ? annon illa ad de- ıdam ipsius erga Deum benevolentiam sufficie- Sufficiebant sane ; verum hoc tanto illa omnia ellit, ut præ eo nihil prorsus illa esse videantur. obrem, ut præclarum hoc facinus amplificaret, reliquis omnibus præstantius esse ostenderet, his usus est. Etenim hoc etiam in hominum consue- positum est, ut in eximiis ac præcellentibus re- lmamque obtinentibus ad hunc modum loquan- erbi gratia, cum quis majus quam antea munus am accipit, sæpe ita loquitur : Nunc perspexi, ıe ille amet : non hoc dicens quasi ea quæ præ- is temporis erant ignoret ; sed ut hac ratione ıt, munus istud quo nunc affectus est, cæteris ıs præstare. Sic Deus quoque humano more , *Nunc*, inquit, *cognovi :* nihil hisce verbis, ertaminis magnitudinem, exprimere volens, non autem quod tum dumtaxat, aut timorem aut ti- moris magnitudinem cognosceret. Nam etiam cum ait, *Venite descendamus* (*Gen.* 11. 7) ac videamus, non idcirco hac ratione utitur, quod descensu opus habeat ; quippe qui omnia impleat, atque omnia aper- tissime cognoscat ; sed ut hinc discamus, de re aliqua non temere pronuntiare. Atque item, cum ait Scri- ptura, *Deus de cælo prospexit* (*Psal.* 13. 2), per metaphoram ab hominibus ductam, exactissimam co- gnitionem intelligit. Eodem modo hic quoque, *Nunc cognovi*, ait : ut hoc omnibus prioribus majus excel- lentiusque esse demonstret. Hoc ita esse probat ex eo, quod deinceps subjungit, *Quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me.* Non dumtaxat dixit, Filio tuo, sed, *Filio dilecto.* Non enim adversus naturam tantum, sed etiam adversus benevolentiæ affectum, qui tum ob proprios mores, tum ob magnam pueri virtutem ingens erat, intrepidum se præbuit. Quod si, ne ut improbos quidem filios aspernentur, facile adduci parentes queunt, verum eos quoque lacrymis prosequuntur : cum et filius fuerit, et germanus, et unigenitus, et dilectus, et Isaac, et ab ipso patre ju- gulandus sit, quisnam incredibilem illam philosophiam verbis complecti possit ? Nimirum hoc certamen mille diademata atque innumeras coronas splendore super- rat. Etenim ei, qui coronam illam gerit, plerumque et mors superveniens infesta est, et mille etiam ante mortem rerum insidiæ : hoc autem diademate quis- quis redimitus fuerit, id ei ne post mortem quidem quisquam eripere poterit, non suorum, non alieno- rum. Atque etiam pretiosissimum hujus diadematis lapidem perspicias velim. Ut enim pretiosus lapis, sic eum ad extremum cingit. Quidnam autem hoc est, *Propter me ?* Neque enim hoc est, quod admirationem meretur, nempe quod non pepercerit, sed quod pro- pter eum. O dexteram beatam, quali gladio donata est ! o admirandum gladium, quali dextera donatus est ! o beatum inquam gladium, ad quod ministerium paratus est ! quod munus obivit, et cui figuræ sub- servivit ! quonam pacto cruore tinctus est, et cruore non est tinctus ! Neque enim, quo verbo utar, scio : adeo tremendum istud mysterium erat. Non pueri pellem attigit, nec sancti illius guttur penetravit, nec justi cruore rubuit : imo vero et attigit et penetravit et cruore rubuit, et immersus est, et non immersus. Mentis errore affici fortasse vobis videor, qui ita pu- gnantia loquar. Et certe afficior, dum justi illius mi- raculum animo contemplor, nec tamen pugnantia loquor. Etenim justi viri manus eum in pueri gutture defixit ; at Deus etiam infixum non permisit pueri cruore contaminari. Neque enim Abraham solus eum tenebat, sed etiam Deus : ille per voluntatem impel- lebat, hic per vocem reprimebat. Nam eadem vox dextram illius et armavit et compescuit, atque Deo, tamquam bellico cuidam imperatori, subdita, ad ipsius nutum omnia exsequebatur, cunctaque ad illius vocem administrabantur. Sic enim considera : dixit, Occide, ac statim armabatur : dixit, Ne occidas, ac statim arma deponebat : siquidem omnia parata jam erant.

Digitized by Google

Ac postea Deus militem suum ac ducem orbi ostendit, victorem angelorum theatro, illum inquam sacerdotem, illum regem, gladio magis quam ullo diademate coronatum, illum tropæo præstantem, ac sine conflictu victorem. Quemadmodum enim si quis imperator strenuissimum militem habeat, etiam ipsa gerendorum armorum dexteritate, ipsa statione, ipso impetu, hostem metu percellit : sic Deus sola justi viri voluntate, solo gestu, sola denique statione, communem omnium nostrum hostem diabolum exterruit atque in fugam vertit. Nam et illum existimo tum tremebundum recessisse. At, dixerit fortasse aliquis, quare Deus dextram cruentari non permiserit, ac postea mactatum repente ad vitam revocarit? Quoniam fas non erat Deum hujusmodi sanguinem capere; sed pestiferos dæmones mensa hæc decebat. Atque hic utrumque declarabatur, nempe et Domini benignitas et servi probitas. Ac prius quidem de terra sua egressus fuerat; tum vero ab ipsa quoque natura excessit. Eoque nomine sortem cum fœnore accepit, idque admodum merito : patris enim nomen amittere maluit, quam a probi servi officio recedere. Eo factum est, ut non modo pater, sed etiam sacerdos exsisteret; et quia Dei causa etiam a suis abcesserat, idcirco Deus ipsi cum illis sua quoque largitus est. Ac quidem ipse, cum ab hostibus insidiæ creantur, etiam usque ad rem ipsam progreditur, ac miracula edit; ut in fornace, ac leonibus usu venit (*Dan.* 3. *et* 6) : cum autem ipsemet est qui imperat, intra animi promptitudinem imperium suum sistit.

7. *Abrahæ constantia.* — Quid enim, heus tu, in illa animi fortitudine ac præstantia jam desiderabatur? num Abraham quod eventurum erat, præsciebat? num Dei misericordiam ullo artificio captabat? Nam dicet propheta esset, at propheta non omnia novit. Itaque supervacanea jam ac Deo indigna trucidatio exstitisset. Quod si illud operæ pretium fuerat scire, Deum mortuos ad vitam revocare posse, multo scilicet admirabilius id ab uxoris vulva intellexerat, imo ante hanc quoque demonstrationem, ut qui fide præditus esset. Tu vero justum illum non solum admireris, sed etiam imiteris : cumque eum in tanto tumultu ac tanta fluctuum tempestate non secus atque in tranquillitate navigantem cernis, fac etiam ut obedientiæ et fortitudinis clavum arripias. Nec mihi illud tantum commemora, quod altare exstruxerit et ligna pararit; sed pueri quoque vocem in mentem revoca, tecumque illud reputa, quanta exercituum agmina impetum in eum fecerint, ipsi pavorem injicientia, cum puerum dicentem audivit, *Pater, ubinam est victima* (*Gen.* 22. 7)? animadverte, quot tum cogitationes commotæ sint, non ferro, sed igneis hastis armatæ, atque undique eum pungentes et conscindentes. Nam si nunc quoque multi, etiam qui patres non sunt, dolore franguntur, et collacrymassent, nisi rei exitum perspectum haberent; imo etiam complures, quamquam illum norint, lacrymantes tamen intueor : quo tandem cruciatu affectum eum fuisse probabile est, qui ipsum genuerat, qui educaverat, qui in senectute, qui solum habebat, qui talem, qui cernebat, qui audiebat, qui jamjam de medio sublaturus erat? Quæ verborum prudentia? quæ responsionis mansuetudo? Quis autem tum operabatur? diabolusne, ut faces quasdam naturæ admoveret? Minime : verum Deus, ut auream justi animam magis exploraret. Etenim cum Jobi uxor verba faceret, diabolus operabatur; tale quippe illud consilium erat : hic vero nihil impie loquebatur, sed perquam pie et circumspecte : ac multa venustas in verbis efflorebat, magnaque mellis copia e sermonibus manabat, a tranquilla illa et placida anima fluens : atque tantam vim hæc verba habebant, ut vel saxeum pectus emollire possent. Nec tamen adamantem illum perculerunt, imo nec concusserunt; nec dixit, Quid patrem vocas, qui paulo post pater tuus futurus non est, quique jam hujus honoris jacturam fecit? Quanam porro de causa puer quoque sciscitatur? Certe non quod curiositate duceretur, sed quod de iis, quæ proposita erant, anxio ac sollicito animo esset. Sic enim secum cogitabat, nisi pater eum participem earum rerum quæ gerebantur adhibere voluisset, minime facturum fuisse, ut servis infra manere jussis, ipsum solum assumeret. Ob idque tum denique ipsum interrogat, cum jam soli essent, nec quisquam ea quæ dicebantur audiret : tanta pueri prudentia erat. Annon omnes, tam viri quam uxores, incaluistis? annon unusquisque vestrum puerum illum animo complectitur, et exosculatur, prudentiamque suscipit, atque ipsius pietate commovetur, qua fiebat ut, cum etiam colligaretur ac rogo imponeretur, non metu concuteretur nec resiliret nec patrem ut furore percitum accusaret; verum et vinculis astringeretur et tolleretur ac imponeretur, cunctaque, velut agnus quispiam, vel potius, ut communis omnium Dominus, silentio ferret? Etenim illius mansuetudinem imitabatur, ac figuram tenebat. *Tamquam ovis* enim, inquit, *ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente se obmutuit* (*Isai.* 53.7). Atqui loquutus est iste; nam et Dominus quoque ipsius loquutus est : quonam igitur modo obmutuit? Hoc est, nihil arrogans, nihil asperum loquutus est, sed blanda omnia et mansueta; ac verba ipsa plus mansuetudinis præ se ferebant, quam si tacuisset. Quandoquidem etiam Christus dicebat, Si *male loquutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis* (*Joan.* 18. 23)? et tamen sic mansuetudinem suam magis declaravit, quam si silentio usus fuisset. Et ut hic patri ex altari, sic ille etiam e cruce loquitur, *Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt* (*Luc.* 23. 34). Quid igitur ad ista patriarcha? *Deus providebit sibi victimam in holocaustum, fili* (*Gen.* 22. 8). Uterque naturæ vocabula usurpat : ille Patrem, hic filium vocat. Ac grave utrimque bellum excitatur, atque ingens tempestas; nusquam tamen naufragium : philosophia enim omnia vincit. Deinde ut Dei nomen audivit, nullum ultra verbum addidit, nec curiosius inquisivit : usque adeo prudens erat hic puer, idque in ipso ætatis flore. Vides quot

Digitized by Google

πάντα τῇ ἐκείνου φωνῇ διηκόνηται. Σκόπει δέ· Εἶπε, Σφάξον, καὶ εὐθέως ὡπλίζετο· εἶπε, Μὴ σφάξῃς, καὶ εὐθέως ἀφωπλίζετο· καὶ γὰρ ἦν πάντα ἀπηρτισμένα. Καὶ ἐδείκνυ λοιπὸν ὁ Θεὸς τὸν στρατιώτην καὶ στρατηγὸν τῇ οἰκουμένῃ, τὸν στεφανίτην τῷ θεάτρῳ τῶν ἀγγέλων, τὸν ἱερέα, τὸν βασιλέα, τὸν διαδήματος μᾶλλον τῇ μαχαίρᾳ στεφανούμενον, τὸν τροπαιοῦχον, τὸν ἀριστέα, τὸν χωρὶς συμβολῆς νικητήν. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἂν εἴ τις στρατηγὸς ἄριστον ἔχων στρατιώτην, ἀπὸ τῆς ὁπλοδεξιᾶς, ἀπὸ τῆς στάσεως, ἀπὸ τῆς ῥώμης καταπλήξειε τὸν ἀντίδικον· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, ἀπὸ τῆς γνώμης, ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἀπὸ τῆς στάσεως μόνης τοῦ δικαίου τὸν κοινὸν ἁπάντων ἡμῶν ἐχθρὸν διάβολον κατέπληξε καὶ ἐφυγάδευσε. Καὶ γὰρ οἶμαι κἀκεῖνον τότε φρίξαντα ἀναχωρῆσαι. Εἰ δὲ λέγοι τις· Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἔλασε βαπτισθῆναι τὴν δεξιὰν, εἶτα ἀθρόον ἀνέστησε τὸν σφαγιασθέντα; Ὅτι Θεῷ θέμις οὐκ ἦν αἵματα ἔχεσθαι τοιαῦτα, ἀλλὰ [452] ἀλαστόρων δαιμόνων ἡ τοιαύτη τράπεζα. Ἐνταῦθα δὲ ἀμφότερα ἐδείκνυτο, καὶ ἡ τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπία καὶ ἡ τοῦ δούλου εὐγνωμοσύνη. Καὶ πρότερον μὲν ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς γῆς· ὅτε δὲ ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς ἀνεχώρησε. Διὸ καὶ ἔλαβε μετὰ τόκου τὸ κεφάλαιον· καὶ μάλα εἰκότως· ἔλετο γὰρ μὴ κληθῆναι πατὴρ, ὥστε δοῦλος εὐγνώμων φανῆναι. Διὰ τοῦτο οὐχὶ πατὴρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱερεὺς ἐγίνετο· καὶ ἐπειδὴ ἀπέστη τῶν ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς μετὰ τούτων ἐχάσατο αὐτῷ καὶ τὰ αὐτοῦ. Ὅταν μὲν οὖν πολέμιοι βουλεύωσι, καὶ μέχρι τῆς πείρας πρόεισι θαυματργῶν· οἷον ἐπὶ τῆς καμίνου, καὶ τῶν λεόντων· ἐν δὲ αὐτὸς ἐπιτάττῃ, μέχρι προθυμίας ἵστησι τὸ ἴταγμα.

ζ'. Τί γὰρ ἔλειπεν, εἰπέ μοι, τῇ ἀριστείᾳ ταύτῃ λοιπόν; μὴ γὰρ προῄδει τὸ μέλλον ὁ Ἀβραάμ; μὴ γὰρ οὐ παγματεύετο τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν; Εἰ γὰρ καὶ προφήτης ἦν, ἀλλ' οὐ πάντα ὁ προφήτης οἶδεν. Ἔστε περιττὴ λοιπὸν ἦν ἡ σφαγὴ, καὶ ἀναξία Θεοῦ. Δεῖ δὲ μαθεῖν, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεὸς, ἀπὸ τῆς μήτρας πολλῷ θαυμαστότερον τοῦτο ἦν· μᾶλλον δὲ, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἐκείνης· πάντως γὰρ ἦν. Σὺ δὲ μὴ θαύμαζε τὸν δίκαιον μόνον, ἀλλὰ καὶ ζήλου· καὶ ὁρῶν αὐτὸν ἐν τοσούτῳ θορύβῳ καὶ ζάλῃ κυμάτων, ὡς ἐν γαλήνῃ πλέοντα, ὁμοίως σὺ μεταχειρίζου τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς ἀνδρείας τὸ ἄριστον. Μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς μόνον, ὅτι θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ ξύλα· ἀλλὰ ἀναμνήσθητι τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου, καὶ λόγισαι πόσαι νιφάδες ἐπῆλθον αὐτῷ στρατοπέδων ἐκδειματοῦσαι, ὅτε ἤκουσε τοῦ παιδίου λέγοντος ὁ πατήρ· *Τὸ πρόβατον*; ἐννόησον πόσοι τότε ἐκινήθησαν λογισμοὶ, οὐ πρὸς, ἀλλὰ φλογίνοις δόρασιν ὡπλισμένοι, καὶ πόθεν κατακεντοῦντες αὐτὸν καὶ διατέμνοντες. Εἰ καὶ νῦν κατακλῶνται πολλοὶ καὶ μὴ πατέρες ὦσι, καὶ ἐδάκρυσαν, εἰ μὴ τὸ τέλος ἤδεισαν· πολλοὶ δὲ, καίτοι τοῦτο εἰδότας, δακρύοντας ὁρῶ· τί εἶεν ἐκεῖνον εἰκὸς ἦν, τὸν αὐτὸν γεννήσαντα, τὸν κτησάμενον, τὸν ἐν γήρᾳ, τὸν μόνον ἔχοντα τοιοῦτον, τὸν ὁρῶντα, τὸν ἀκούοντα, τὸν εὐθέως μέλλοντα ἀναιρεῖν; τίς ἡ σύνεσις τῶν ῥημάτων; τίς ἡ ἐπιείκεια τῆς πεύσεως; Τίς ἄρα ὁ ἐνεργῶν, ὁ διάβολος, ὥστε ἐμπρῆσαι τὴν φύσιν; Μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὁ Θεὸς, ἵνα μᾶλλον βασανίσῃ τὴν χρυσῆν τοῦ δικαίου ψυχήν. Ὅταν μὲν γὰρ ἡ γυνὴ φθέγγηται τοῦ Ἰὼβ, διάβολος ἐνεργεῖ· τοιαύτη γὰρ ἡ συμβουλή· οὗτος δὲ οὐδὲν ὑλάσφημον φθέγγεται, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐσεβὲς καὶ μεμεριμνημένον· καὶ πολλὴ ἡ χάρις ἐπήνθει τοῖς ῥήμασι, πολὺ τὸ μέλι τῶν λόγων ἀπέσταξεν ἀπὸ γαλήνης καὶ ἡμέρου ῥέον ψυχῆς· καὶ λιθίνην ἱκανὰ ταῦτα ἦν μαλάξαι διάνοιαν [453] τὰ ῥήματα. Ἀλλ' οὐ τὸν ἀδάμαντα ἐκεῖνον περιέτρεψεν, ἀλλ' οὐδὲ ἔσεισεν, οὐδὲ εἶπε· Τί πατέρα καλεῖς τὸν μικρὸν ὕστερον οὐκ ἐσόμενόν σου πατέρα, τὸν ἤδη ταύτην ἀπολέσαντα τὴν τιμήν; Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ὁ παῖς ἐρωτᾷ; Οὐ περιεργαζόμενος ἁπλῶς οὐδὲ πολυπραγμονῶν, ἀλλ' ἀγωνιῶν ὑπὲρ τῶν προκειμένων. Καὶ γὰρ ἐνενόει ὅτι, εἰ μὴ ἐβούλετο λαβεῖν κοινωνὸν τῶν γινομένων, οὐκ ἂν τοὺς μὲν παῖδας ἀφῆκε κάτω μένειν, αὐτὸν δὲ μόνον παρέλαβε. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὅτε μόνοι γεγόνασι, τότε αὐτὸν ἐρωτᾷ, ὅτε οὐδεὶς ἦκουε τῶν λεγομένων· τοσαύτη τοῦ παιδὸς ἡ σύνεσις ἦν. Ἆρα οὐ διεθερμάνθητε πάντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες; οὐχὶ ἕκαστος ὑμῶν περιπτύσσεται τῇ διανοίᾳ καὶ καταφιλεῖ τὸ παιδίον, καὶ θαυμάζει τὴν σύνεσιν, καὶ αἰδεῖται τὴν εὐλάβειαν, μεθ' ἧς καὶ συμποδιζόμενος καὶ ἐπὶ τοῖς ξύλοις ἐπιτιθέμενος, οὐκ ἐξεπλήττετο, οὐκ ἐσκίρτα, οὐ κατεγίνωσκε τοῦ πατρὸς ὡς μαινομένου, ἀλλὰ καὶ ἐδεσμεῖτο καὶ ἀνεδιδάζετο καὶ ἐπετίθετο, καὶ πάντα ἔφερε σιγῇ, καθάπερ τις ἀρνειὸς, μᾶλλον δὲ, καθάπερ ὁ κοινὸς πάντων Δεσπότης; Καὶ γὰρ ἐκείνου ἐμιμεῖτο τὴν ἐπιείκειαν, καὶ τὸν τύπον ἐφύλαττεν· *Ὡς πρόβατον γὰρ ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος.* Καίτοι γε ἐφθέγξατο οὗτος· καὶ γὰρ καὶ ὁ Δεσπότης αὐτοῦ ἐφθέγξατο· πῶς οὖν ἄφωνος; Τουτέστιν, οὐδὲν αὐθαδες εἶπεν, οὐδὲ τραχὺ, ἀλλὰ πάντα ἥμερα καὶ προσηνῆ, καὶ μᾶλλον τῆς σιγῆς τὰ ῥήματα τὴν ἐπιείκειαν ἐδήλου. Ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;* καὶ τὴν ἐπιείκειαν μᾶλλον ἐδήλωσεν, ἢ εἰ ἐσίγησε. Καὶ ὥσπερ οὗτος τῷ πατρὶ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, οὕτω καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ σταυροῦ διαλέγεται, *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς*, λέγων· *οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι.* Τί οὖν ὁ πατριάρχης; *Ὁ Θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον.* Ἑκάτεροι τὰ ὀνόματα τῆς φύσεως καλοῦσιν· ἐκεῖνος Πατέρα, καὶ τέκνον οὗτος. Καὶ χαλεπὸς ἑκατέρωθεν ὁ πόλεμος διεγείρεται, καὶ πολλὴ ἡ ζάλη, καὶ ναυάγιον οὐδαμοῦ· ἡ γὰρ φιλοσοφία πάντων κρατεῖ. Εἶτα ἐπειδὴ ἤκουσε τὸν Θεὸν, οὐκέτι εἶπεν οὐδὲν, οὐδὲ περιειργάσατο· οὕτω συνετὸν ἦν τὸ παιδίον, καὶ ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει. Εἶδες τὸν βασιλέα πόσων ἐκράτησε στρατοπέδων, πόσων πολέμων ἐπιόντων; Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἦσαν οἱ βάρβαροι τῇ πόλει τῶν Ἱεροσολύμων φοβεροὶ, ὅτε ἐπῆλθον αὐτῇ πολλάκις, ὡς οἱ λογισμοὶ τούτων πάντοθεν αὐτὸν περικαθήμενοι· ἀλλ' ὅμως ἁπάντων

Digitized by Google

περιεγένετο. Βούλει καὶ τὸν ἱερέα ἰδεῖν; οὐ πόρρωθεν τὸ ὑπόδειγμα. Ὅταν γὰρ αὐτὸν ἴδῃς πῦρ ἔχοντα καὶ μάχαιραν καὶ θυσιαστηρίῳ ἑφεστῶτα, τί λοιπὸν ἀμφιβάλλεις ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης; Εἰ δὲ βούλει καὶ τὴν θυσίαν ἰδεῖν, ὅρα διπλῆν. Προσήνεγκε γοῦν παῖδα, προσήνεγκε καὶ πρόβατον, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων, τὴν ἑαυτοῦ γνώμην· καὶ τῷ μὲν αἵματι τοῦ προβάτου τὴν δεξιὰν, τῇ δὲ σφαγῇ τοῦ παιδὸς τὴν ψυχὴν [454] ἡγίασεν. Οὕτως ἐχειροτονήθη ἱερεὺς, αἵματι μονογενοῦς, θυσίᾳ ἀμνοῦ. Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἱερεῖς αἵματι ἡγιάζοντο τῶν ἱερείων τῶν τῷ Θεῷ προσαγομένων. Βούλει καὶ προφήτην ἰδεῖν; *Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη*, φησίν. Οὕτω καὶ σὺ γίνῃ βασιλεὺς, καὶ ἱερεὺς, καὶ προφήτης ἐν τῷ λουτρῷ· βασιλεὺς μὲν, πάσας χαμαὶ ῥίψας τὰς πονηρὰς πράξεις, καὶ τὰ ἁμαρτήματα κατασφάξας· ἱερεὺς δὲ, ἑαυτὸν προσενεγκὼν τῷ Θεῷ, καὶ καταθύσας τὸ σῶμα, καὶ σφαγεὶς καὶ αὐτός· *Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν αὐτῷ*, φησὶ, *καὶ συζήσομεν αὐτῷ*· προφήτης δὲ, τὰ μέλλοντα μανθάνων, καὶ ἔνθους γινόμενος καὶ σφραγισάμενος. Καθάπερ γὰρ στρατιώταις σφραγὶς, οὕτω καὶ τοῖς πιστοῖς τὸ Πνεῦμα ἐπιτίθεται· κἂν λειποτακτήσῃς, κατάδηλος γίνῃ πᾶσιν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ εἶχον σφραγῖδα τὴν περιτομὴν, ἡμεῖς δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. Ταῦτα οὖν εἰδότες, καὶ τὸ ἄξίωμα τὸ ἑαυτῶν ἐννοήσαντες, ἄξιον τῆς χάριτος ἐπιδειξώμεθα βίον, ἵνα καὶ τῆς μελλούσης ἐπιτύχωμεν βασιλείας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον.

α'. Τί φῄς, ὦ μακάριε Παῦλε; φειδόμενος αὐτῶν οὐκ ἦλθες εἰς Κόρινθον; Οὐκοῦν ἐναντιολογίαν τινὰ ἡμῖν εἰσάγεις ἐνταῦθα. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ ἔλεγες, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθες, ἐπειδὴ οὐ κατὰ σάρκα βουλεύῃ, οὐδὲ κύριος εἶ σαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐξουσίας πανταχοῦ περιάγῃ, καὶ τὰς θλίψεις εἰς μέσον ἦγες· ἐνταῦθα δὲ σὸν φῄς εἶναι τὸ μὴ ἐλθεῖν, οὐκέτι τῆς τοῦ Πνεύματος ἐξουσίας· καὶ γάρ φησιν, ὅτι *Φειδόμενος ὑμῶν, οὐκ ἦλθον εἰς Κόρινθον*. Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ἢ ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸ τοῦ Πνεύματος ἦν, καὶ ἠθέλησε μὲν αὐτὸς ἐλθεῖν, ὑπέβαλε δὲ τὸ Πνεῦμα μὴ παραγενέσθαι, τὴν φειδὼ τὴν αὐτῶν προβαλλόμενον· ἢ περὶ ἑτέρας λέγει παρουσίας, δηλῶν ὅτι πρὶν ἢ γράψαι τὴν προτέραν ἐπιστολὴν, ἠθέλησεν ἐλθεῖν, καὶ κατέσχεν ἑαυτὸν δι' ἀγάπην, ὥστε μὴ ἀδιορθώτους ἐπιστῆναι. Εἰκὸς δὲ καὶ μετὰ τὴν δευτέραν Ἐπιστολὴν, τοῦ Πνεύματος μηκέτι κωλύοντος αὐτὸν, ἐκόντα διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην μεῖναι. Ὃ καὶ μᾶλλόν ἐστιν ὑποπτεῦσαι, ὅτι παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὸ Πνεῦμα ἐκώλυεν· ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἐπιλογισάμενος ὅτι [455] τοῦτο βέλτιον, ἔμεινε. Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς πάλιν ἑαυτοῦ μέμνηται, ὃ συνεχῶς λέγειν οὐ παύσομαι, ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἑαυτῷ συνιστάμενος. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοῦτο εἰκὸς ἦν ὑποπτεύειν αὐτοὺς, καὶ λέγειν, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἠθέλησας ἐλθεῖν· ἐμίσησας γὰρ ἡμᾶς· δείκνυσι τοὐναντίον, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ἠθέλησεν, ἐπειδὴ ἐφίλει αὐτούς. Τί δέ ἐστι τὸ, *Φειδόμενος*; Ἤκουσα, φησὶν, ὅτι ἐπόρνευσάν τινες παρ' ὑμῖν· οὐκ ἤθελον οὖν ἐλθὼν λυπῆσαι ὑμᾶς. Καὶ γὰρ ἀνάγκη παρόντα ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐπεξελθεῖν καὶ κολάσαι, καὶ πολλοὺς ἀπαιτῆσαι δίκην. Βέλτιον οὖν εἶναι ἐνόμισα ἀπεῖναι, καὶ ἐνδοῦναι μετανοῆσαι, ἢ παρὼν ἐπεξελθεῖν, καὶ παροξυνθῆναι μειζόνως. Καὶ γὰρ πρὸς τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς σαφῶς αὐτὸ παρεδήλωσεν εἰπών· *Φοβοῦμαι μή πως ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ, ᾗ ἔπραξαν*. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐνταῦθα ἐνδείκνυται, καὶ λέγει μὲν αὐτὸς ὡς [a] ἀπολογούμενος, ἐπιστύφει δὲ αὐτοὺς σφοδρότατα, καὶ φοβεῖ. Καὶ γὰρ ἠνίξατο τιμωρίας ὄντας αὐτοὺς ὑπευθύνους, καί τι καὶ πεισομένους, εἰ μὴ ταχέως διορθωθείεν. Ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς φησιν, ὅτι *Ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖ μὲν σαφέστερον, ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ προοίμιον ἦν, οὐχ οὕτως αὐτὸ λέγει, ἀλλ' ὑπεσταλμένως· καὶ οὐδὲ τούτῳ ἀρκεῖται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο πάλιν θεραπεύει, ἐπιδιορθώσει κεχρημένος. Ἐπειδὴ γὰρ ὥσπερ ἐξουσίαν πολλὴν ἐνδεικνυμένου τὸ ῥῆμα ἦν· (φείδεται γάρ τις ἐκείνων, οὓς καὶ κολάσαι κύριός ἐστι), τοῦτο αὐτὸ παραμυθούμενος, καὶ τὸ δοκοῦν εἶναι τραχὺ συσκιάζων φησίν· *Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως*. Τουτέστι, Οὐ διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν οὐκ ἦλθον, ὡς κυριεύων ὑμῶν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὑμῶν, ἀλλὰ, *Τῆς πίστεως*· ὃ καὶ πραότερον ἦν καὶ ἀληθέστερον. Τὸν γὰρ μὴ βουλόμενον πιστεῦσαι τίς κύριος ἀναγκάσαι; *Ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἡ χαρὰ ὑμῶν ἡμετέρα ἐστὶν, οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ ἐμβάλω εἰς λύπην ὑμᾶς, καὶ αὐξήσω τὴν ἀθυμίαν τὴν ἐμὴν· ἀλλ' ἔμεινα, ἵνα διορθωθέντες ἀπὸ τῆς ἀπειλῆς, εὐφρανθῆτε. Πάντα γὰρ ποιοῦμεν ὑπὲρ τῆς χαρᾶς τῆς ὑμετέρας, καὶ ὑπὲρ τούτου σπεύδομεν, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ κοινωνοῦμεν αὐτῇ. *Τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε*. Ὅρα πάλιν ὑπεσταλμένως διαλεγόμενον. Δέδοικε γὰρ αὐτῶν καθάψασθαι πάλιν, ἐπειδὴ σφοδρῶς αὐτῶν ἐν τῇ προτέρᾳ

[a] Ὡς post αὐτός non habetur in editis, sed in ms. legitur, et interpres Latinus ita legit. — *Mox legebatur* σοβεῖ.

Digitized by Google

exercitus rex hic superarit, quot irruentia bella compresserit? Neque enim Jerosolymæ tam formidabiles erant barbari, cum eam sæpenumero aggrederentur, quam hæ cogitationes undique ipsum circumsidentes; et tamen omnes superavit. Vis etiam sacerdotem cernere? non longe exemplum est. Nam cum eum ignem et gladium habentem, et altari adstantem intueris, quid jam est quod de sacerdotio dubites? Quod si vis victimam quoque videre, duplicem cernas licet. Obtulit enim filium, obtulit et ovem, vel, ut rectius loquar, ante omnia voluntatem suam. Atque per ovis quidem cruorem, manum; per filii autem mactationem animam sanctificavit. Atque ita sacerdos creatus est, per unigeniti sanguinem, per agni sacrificium. Nam et sacerdotes per victimarum, quæ Deo offerebantur, sanguinem olim sanctificari solebant. Visne etiam prophetam conspicere? *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum: et vidit, et gavisus est* (*Joan.* 5. 35). Ad eumdem modum tu quoque in baptismo rex, et sacerdos, et propheta efficeris: rex, cum omnes pravas actiones in terram abjecisti, ac peccata interemisti: sacerdos, cum teipsum Deo obtulisti, ac corpus mactasti, atque ipse quoque mactatus es: *Si enim ei commortui sumus*, inquit, *et convivemus ei* (2. *Tit.* 2. 11): propheta denique, cum futura discis ac divino numine afflaris atque obsignaris. Quemadmodum enim nota quædam militibus, ita fidelibus quoque Spiritus imponitur. Quo fit, ut si ordinem deserueris, perspicuus omnibus fias. Judæi enim signi loco circumcisionem habebant, nos autem pignus Spiritus. Hæc igitur scientes, ac dignitatem nostram considerantes, vitam gratia dignam præstemus, ut futuro quoque regno potiamur: quod detur omnibus nobis assequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Cap. 1. v. 23. *Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis non ultra veni Corinthum.*

1. Quid ais, beate Paule? parcens eis non venisti Corinthum? Ergo sermonem secum pugnantem nobis hoc loco inducis. Superius enim hoc asserebas, hanc tibi non veniendi causam fuisse, quod carni consentanea consilia minime admitteres, nec tui juris esses, verum Spiritus arbitrio ubique circumagereris; atque afflictiones etiam in medium proferebas: hoc autem loco tui arbitrii fuisse ais, quod non veneris, non autem auctoritatis ac potestatis Spiritus: *Parcens* enim *vobis*, inquit, *non veni Corinthum*. Quidnam igitur dicendum? Nempe aut quod hoc quoque ipsum a Spiritu proficiscebatur; cumque venire ipse vellet, in mentem ei Spiritus injecit, ut non veniret, hoc videlicet proponens, ipsis indulgendum esse: aut de altero adventu loquitur, atque hoc significat, sibi quidem in animo fuisse, priusquam superiorem epistolam scriberet, ad eos se conferre, cæterum sese ob caritatem continuisse, ne eos incorrectos ostenderet. Probabile autem est, post illam epistolam, Spiritu jam eum minime prohibente, suapte sponte ob hanc causam mansisse. Quod etiam magis conjicere est, nempe quod initio quidem Spiritus prohibebat, post autem ipse quoque secum reputans id melius esse, manserit. Tu vero consideres velim quo pacto rursus mentionem sui faciat. Quod quidem idcirco facit (id enim inculcare non desinam), ut a contrariis patrocinium sibi quærat. Quoniam enim verisimile erat eos sinistri aliquid suspicari ac dicere: Idcireo ad nos non venisti, quia nobis infensus esses; contrarium ostendit, nempe se ideo ad eos profectum non esse, quod eos amaret. Quid autem est, *Parcens?* Audivi, inquit, nonnullos esse apud vos qui stuprum perpetrarint; noluique ad vos venire, ne vos in mœrorem conjicerem. Coram enim necesse fuisset facinus examinare, et vindicare ac punire, atque de multis pœnas sumere. Itaque satius esse duxi abesse, ac resipiscentiæ locum vobis concedere, quam præsens facinus ulcisci, graviusque irasci. Etenim sub epistolæ finem apertius istud declaravit, cum dixit: Timeo autem, *Ne forte cum venero, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia et fornicatione quam fecerunt* (2. *Cor.* 12. 21). Hoc igitur hic quoque ostendit, atque id quidem profert, tamquam se excusans, eos vero acerrime perstringit ac terret. His enim verbis significavit, eos pœnæ obnoxios esse, atque adeo fore ut acerbi aliquid patiantur, nisi quamprimum emendentur. Quod etiam ipsum rursus ad epistolæ calcem ait, *Si rursus venero, non parcam.* Cæterum illic apertius istud exprimit; hic autem, quoniam initium scribendi faciebat, non ita hoc dicit, sed submissius: ac ne hoc quidem contentus, id quoque ipsum rursus mitigat, ac correctione quadam utitur. Quia enim hoc dictum hominis esse videbatur haud parvam auctoritatem præ se ferentis; iis enim parcit aliquis, in quos suo jure animadvertere potest; idcirco illud molliens, atque id, quod speciem asperitatis habebat, adumbrans, ait: 24. *Non quia dominamur fidei vestræ.* Hoc est, Non idcirco dixi me, ut vobis parcerem, Corinthum non venisse, ac si vobis dominer. Nec dixit, Vobis, sed, quod mitius ac verius erat, *Fidei vestræ:* nam credere nolentem quis est qui cogere queat? *Sed adjutores sumus gaudii vestri.* Quoniam, inquit, gaudium vestrum nostrum est, ideo non veni, ne vos in mœrorem conjicerem, atque ita mœrorem meum augerem; sed mansi, ut minis correcti lætemini. Omnia enim lætitiæ vestræ causa facimus, et hac in re studium ponimus, quia illam vobiscum communem habemus. *Nam fide statis.* Vide quo pacto rursum submisse loquatur: veretur enim iterum eos perstringere, quo-

Digitized by Google

niam in priore epistola vehementer ipsos incesserat, ac resipiscentiam quamdam exhibuerant. Atque hoc eorum animos subversurum erat, si, cum ad meliorem frugem se convertissent, eamdem objurgationem subiissent. Ideo hæc epistola superiore multo lenior est. (*Cap.* 11.) 1. *Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos.* Cum ait, *Iterum*, ostendit se jam ab illis mœrore affectum fuisse : cumque se excusare videtur, eos tacite perstringit. Nam si jam ei mœrorem attulerant, ac rursus allaturi erant, cogites velim quantus mœror ipsius verisimiliter futurus erat. Verum hoc non dicit, quod mœstitia ab ipsis affectus sit, sed alio modo loquens, hoc ipsum innuit aitque : Propterea non veni, ne vos mœrore afficiam : quod eamdem quidem vim habet atque id quod dixi, æquioribus autem animis excipitur. 2. *Si enim ego contristo vos, et quis est qui me lætificet, nisi is qui contristatur ex me?* Quænam hæc consequentia est? Maxima certe : sic enim considera. Nolui, inquit, ad vos proficisci, ne vos amplius contristem, objurgans, excandescens, aversans. Deinde, quoniam hoc quoque grave erat, atque ipsorum accusationem complectebatur, si quidem ita viverent, ut Paulum mœstitia afficerent, correctionem adhibet, aitque : *Si enim ego contristo vos, et quis est qui me lætificet, nisi is qui contristatur ex me?* Horum autem verborum hic sensus est : quod si etiam futurum esset, ut in dolore versarer, dum scilicet vos objurgare ac mœstos videre cogerer : at ex hoc quoque ipso voluptatem caperem. Maximum enim hoc amoris argumentum est, tanti me a vobis pendi, ut animos vestros mordere queam, dum vos aversor.

2. *Pauli prudentia.* — Ac vide prudentiam. Nam quod in more discipulorum positum est, ut doleant atque ægre ferant cum objurgantur, sic tamen eos inducit, tamquam hac in re ipsi gratificentur : Neque enim, inquit, me quispiam perinde exhilarat ut ille qui verba mea curat, ac discruciatur cum me iratum cernit. Et quidem consentaneum erat ut diceret : Si enim ego contristo vos, ecquis est qui lætitiam vobis afferre possit? at hoc tamen non dicit, sed id rursus invertit, eos videlicet deliniens, ac dicens : Etiamsi vos molestia afficio, in hoc tamen maximum a vobis beneficium capio, quod sermonibus meis animi vestri perstringantur. 3. *Etenim hoc ipsum scripsi vobis.* Quidnam? Quod ut vobis parcerem, non venerim. Quando autem id scribebat? an in priore epistola, cum dicebat : *Nolo autem nunc vos in transitu videre* (1. *Cor.* 16. 7)? Non quidem, ut opinor, sed in eadem epistola, cum diceret : *Ne cum venero rursus, humiliet me Deus apud vos* (2. *Cor.* 12. 21). Scripsi ergo, inquit, in fine epistolæ : *Ne forte cum venero humiliet me Deus, et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt.* Cur autem scribebas? *Ut non cum venero, tristitiam habeam de iis, de quibus oportuerat me gaudere : confidens in omnibus vobis, quia gaudium meum omnium vestrum est.* Quia enim dixerat voluptate se affici, cum ipsi angerentur, atque hoc adhuc asperius arrogantiusque videri poterat, id rursus alio modo invertit, ac per ea, quæ subjunxit, mitigavit. Ideo, enim, inquit, prius ad vos scripsi, ne dolenti animo vos inveniam non correctos. Ob idque dixi, *Ut non contrister;* non quod hac in re commodum meum spectem, sed vestrum. Scio enim vos, cum me lætum cernitis, lætos quoque esse; cum dolentem conspicitis, in dolore etiam versari. Vide igitur rursus quo pacto, quæ dicta sunt, inter se cohæreant : sic enim, quid Paulus dicat, facilius intellectu assequemur. Idcirco, inquit, non veni, ne vos mœrore afficerem, si incorrectos offendissem. Hoc autem non mea, sed vestra causa faciebam. Ego enim ex vestro mœrore haud parvam voluptatem capio, cum me vobis tantæ curæ esse cerno, ut etiam in mœrore ac dolore sitis, cum indignatione afficior : *Quis enim est qui me exhilaret, nisi qui ex me contristatur?* Tamen quamvis animo ita constitutus sim, quoniam vestri rationem habeo, hoc ipsum ad vos scripsi, ut ne contrister : in hoc quoque rursus non meum, sed vestrum commodum spectans. Neque enim me fugit, quin ea res vobis mœrori futura sit, si dolentem me videritis : ut contra lætitiæ, si me lætum conspexeritis. Vide itaque prudentiam : dixerat, *Non veni*, ut ne vos contrister; et tamen gaudeo, inquit. Deinde, ne ex eorum dolore voluptatem sibi esse videatur, In hoc, inquit, gaudeo, quod vos perstringam. Nam alioqui discrucior, cum eos, a quibus tantopere amor, molestia afficere cogor, non ob id tantum quod objurgem, sed ob id etiam quod ipse quoque in mœrore sim, ac vobis rursus hoc nomine mœrorem accersam. Animadverte autem quo pacto istud etiam cum laude ponat dicens, *De quibus oportuerat me gaudere.* Hæc enim verba hominis sunt, sinceritatem atque ingentem amoris affectum testificantis : non secus ac si quis de filiis, quos multis beneficiis affecisset, et quorum causa plurimum laboris suscepisset, loqueretur. Quocirca, inquit, si hac ratione scribo, ac non venio, ut magni aliquid procurem non venio, ac non quod vos oderim atque averser, sed quod admodum amem. Deinde quoniam dixerat, Qui me contristat, me lætificat; ne illi dicerent, Hoccine igitur tibi studio est, ut lætificeris, atque omnibus vim tuam ostentes? ideo subjunxit, 4. *Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam caritatem habeam abundantius erga vos.*

Pauli amor erga discipulos. — Quid hac anima ad amandum propensius? Ostendit enim se non minus, imo etiam multo magis doluisse, quam illi ipsi, qui peccaverant. Non enim ex tribulatione tantum dixit, sed, *Ex multa;* nec per lacrymas solum, sed, *Per multas lacrymas et cordis angustiam.* Hoc est, Mœrore præfocabar ac strangulabar : ac tristitiæ nubem jam non ferens, ad vos scripsi; *Non ut contristemini*, inquit, *sed ut caritatem eam noscatis, quam abundantius erga vos habeo.* Atqui sermonis series hoc postulabat, ut diceret, Non ut contristemini, sed ut resipiscatis; etenim hac de causa scripserat : hoc tamen non dicit, sed, ut plus suavitatis orationi suæ conciliet, atque

Digitized by Google

καθίκετο Ἐπιστολῇ, καί τινα μεταβολὴν ἐπεδείξαντο· καὶ ἔμελλεν αὐτοὺς τοῦτο ἀνατρέπειν, εἰ μεταβαλλόμενοι πάλιν τὴν αὐτὴν ἐπιτίμησιν ὑπέμενον. Διὸ πολλῷ τῆς προτέρας ἡμερωτέρα αὕτη. *Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.* Τὸ, *Πάλιν*, δείκνυσι καὶ ἤδη λυπηθέντα ἐκεῖθεν· καὶ δοκῶν ἀπολογεῖσθαι, [456] λεληθότως αὐτῶν καθάπτεται. Εἰ δὲ καὶ ἤδη ἐλύπησαν, καὶ πάλιν ἔμελλον λυπεῖν, ἐννόησον ὅσην εἰκὸς γενέσθαι τὴν ἀηδίαν a. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ λέγει, ὅτι Ἐλυπήσατε· ἑτέρως δὲ μεθοδεύει τὸν λόγον τὸ αὐτὸ τοῦτο αἰνιττόμενος, καὶ λέγων, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθον, ἵνα μὴ λυπήσω ὑμᾶς· ὃ τὴν αὐτὴν μὲν ἰσχὺν ἔχει τούτῳ ᾧ εἶπον, εὐταράδεκτον δὲ μᾶλλόν ἐστι. *Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;* Ποία αὕτη ἀκολουθία; Μεγίστη μὲν οὖν. Σκόπει δέ· Οὐκ ἠθέλησα, φησὶν, ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μὴ λυπήσω ὑμᾶς πλέον, ἐπιτιμῶν, ἀγανακτῶν, ἀποστρεφόμενος. Εἶτα ἐπειδὴ καὶ αὐτὸ σφοδρὸν ἦν, καὶ κατηγορίαν αὐτῶν εἶχεν, εἴ γε οὕτως ἦσαν ὡς Παῦλον λυπεῖν, ἐπιδιορθώσει χρώμενος, φησὶν· *Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;* Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ δὲ καὶ ἐν λύπῃ ἔμελλον εἶναι, ἀναγκαζόμενος ὑμῖν ἐπιτιμᾷν καὶ ὀργᾷν λυποῦντας, ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸ τοῦτο ἠὐφραινόμην. Μέτρου γὰρ τοῦτο ἀγάπης τεκμήριον, τὸ τοσούτου ὄντος ὑμῖν ἄξιον εἶναί με, ὡς δύνασθαι δάκνειν ὑμᾶς ἀποστρεφόμενον.

9'. Καὶ ὅρα σύνεσιν. Ὁ γὰρ τοῦ νόμου τῶν μαθητῶν τὸ ἀλγεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι ἐπιτιμωμένους, τοῦτο χαριζομένους αὐτοὺς εἰσάγει. Οὐδεὶς γάρ με οὕτως χαίνει, φησὶν, ὡς ἐκεῖνος ὁ ἐπιστρεφόμενος τῶν ἐμῶν ῥημάτων, καὶ λυπούμενος ὅταν βλέπῃ με ὀργιζόμενον. Καίτοι τὸ ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν. Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ δυνάμενος ὑμᾶς εὐφραῦναι; οὐ λέγει τοῦτο, ἀλλ' ἀντιστρέφει πάλιν αὐτὸ, ἐπεύων αὐτοὺς, καὶ λέγων· Εἰ καὶ λυπῶ ὑμᾶς, ν μοι παρέχετε κἂν τούτῳ μεγίστην, ὅτι δάκνεσθε τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων. *Καὶ γὰρ ἔγραψα · αὐτὸ τοῦτο.* Ποῖον; Ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ἦλθον, ὀμενος ὑμῶν. Πότε ἔγραφεν; ἐν τῇ προτέρᾳ, ὅτε ἐν· *Οὐ θέλω ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν;* Οὐκ ε οἶμαι, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ Ἐπιστολῇ, ὅτε εἶπε. *Μὴ ντα με πάλιν ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς .* Ἔγραφα οὖν αὐτὸ τοῦτο πρὸς τῷ τέλει, *Μή πως ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου, ενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων.* Διὰ *Ἔγραφες; Ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην σχῶ ἀφ' ὧν ιε χαίρειν, πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς, ὅτι χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Εὐφραίνομαι, ἀλγούντων ὑμῶν, καὶ ἔτι αὐθαδέστερον τοῦτο ἦν καὶ τραχύτερον, πάλιν αὐτὸ ἀνέστρεψεν ἑτέρως, καὶ ἡμερώτερον αὐτὸ ἐποίησεν οἷς ἐπήγαγε. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, προέγραψα ὑμῖν, ἵνα μὴ ἐν ὀδύνῃ ὑμᾶς εὕρω μὴ διορθωθέντας. Διὰ τοῦτο εἶπον, *Ἵνα μὴ λυπηθῶ*, οὐ τὸ ἐμαυτοῦ σκοπῶν, ἀλλὰ τὸ ὑμέτερον. [457] Οἶδα γὰρ, ὅτι ἐὰν ἴδητε χαίροντα, χαίρετε· κἂν θεάσησθε ἀλγοῦντα, ἀλγεῖτε. Ὅρα τοίνυν ἄνωθεν τὴν ἀκολουθίαν τῶν εἰρημένων· οὕτω γὰρ εὐμαθέστερος ἡμῖν ἔσται ὁ λόγος. Οὐκ ἦλθον, φησὶν, ἵνα μὴ λυπήσω ὑμᾶς, ἀδιορθώτους εὑρών. Τοῦτο δὲ ἐποίουν, οὐ τὸ ἐμαυτοῦ σκοπῶν, ἀλλὰ τὸ ὑμέτερον. Ἐγὼ μὲν γὰρ λυπουμένων ὑμῶν, ἔχω ἡδονὴν οὐ μικρὰν, ὅταν ἴδω τοσοῦτον ἐμοῦ φροντίζοντας, ὡς καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἀλγεῖν ἀγανακτοῦντος ἐμοῦ. *Τίς γάρ ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;* Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω διακείμενος, ἐπειδὴ τὸ ὑμέτερον σκοπῶ, ἔγραψα ὑμῖν τὸ αὐτὸ τοῦτο, ἵνα μὴ λυπηθῶ· καὶ ἐν τούτῳ πάλιν οὐ τὸ ἐμὸν σκοπῶν, ἀλλὰ τὸ ὑμέτερον. Οἶδα γὰρ ὅτι καὶ ὑμεῖς μέλλετε λυπεῖσθαι, ἀλγοῦντά με ὁρῶντες, ὥσπερ οὖν καὶ εὐφραίνεσθαι, χαίροντα θεωροῦντες. Σκόπει τοίνυν σύνεσιν· Εἶπεν· Ἵνα μὴ λυπήσω οὐκ ἦλθον, καίτοι γε εὐφραίνομαι, φησίν. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ ἐκείνων ἀλγούντων εὐφραίνεσθαι, Κατὰ τοῦτο, φησὶ, χαίρω, καθὸ καθάπτομαι· ἐπεὶ καθ' ἕτερον λυποῦμαι, ὅταν τοὺς οὕτω φιλοῦντας ἀναγκάζωμαι λυπεῖν, οὐ τούτῳ μόνον τῷ ἐπιτιμᾷν, ἀλλὰ τῷ καὶ αὐτὸς ἐν λύπῃ εἶναι, καὶ ὑμᾶς διὰ τούτου πάλιν λυπεῖν. Σκόπει δὲ πῶς αὐτὸ καὶ μετ' ἐγκωμίου τίθησι λέγων· *Ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν.* Τοῦτο γὰρ γνησιότητα μαρτυροῦντός ἐστι, καὶ πολλὴν φιλοστοργίαν· ὡς ἂν εἴ περὶ υἱῶν τις εἶπε πολλὰ εὐεργετηθέντων, καὶ περὶ οὓς ἐπόνησεν. Εἰ τοίνυν διὰ τοῦτο γράφω, καὶ οὐκ ἔρχομαι, μέγα τι οἰκονομῶν οὐκ ἔρχομαι, καὶ οὐ μισῶν οὐδὲ ἀποστρεφόμενος, ἀλλὰ καὶ σφόδρα φιλῶν. Εἶτα, ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Ὁ λυπῶν εὐφραίνει, ἵνα μὴ λέγωσι· Τοῦτο οὖν αὐτὸ σπουδάζεις, ἵνα εὐφραίνῃ καὶ ἐπιδείξῃ πᾶσι πόσην ἔχῃς ἰσχύν; ἐπήγαγεν· *Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων· οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.*

Τί ταύτης φιλοστοργότερον τῆς ψυχῆς; Αὐτῶν γὰρ τῶν ἡμαρτηκότων οὐκ ἔλαττον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον δείκνυσιν ἑαυτὸν ἀλγήσαντα. Οὐ γὰρ, Ἀπὸ θλίψεως, φησὶ μόνον, ἀλλ', *Ἀπὸ πολλῆς*· οὐδὲ, Δακρύων, ἀλλὰ *Διὰ πολλῶν δακρύων καὶ συνοχῆς καρδίας*· τουτέστιν, Ἀπηγχονιζόμην, ἀπεπνιγόμην ὑπὸ τῆς ἀθυμίας· καὶ μηκέτι φέρων τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος, ἔγραψα ὑμῖν· *Οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλ' ἵνα γνῶτε τὴν ἀγάπην*, φησὶν, *ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.* Καίτοι τὸ ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· Οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλ' ἵνα διορθωθῆτε· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ἔγρα-

a editis legitur τὴν ἀδίαν, in ms. τὴν ἄνοιαν, male. in margine aliam profert lectionem τὴν ἀηδίαν, quæ consonat, et ita legit interpres Latinus.

Digitized by Google

ψεν· ἀλλ' οὐ λέγει τοῦτο, ἀλλὰ καταγλυκαίνων μᾶλλον τὸν λόγον, καὶ εἰς μεῖζον φίλτρον αὐτοὺς ἐπισπώμενος, τοῦτο ἀντ' ἐκείνου τίθησι, δεικνὺς ὅτι πάντα ἀπὸ ἀγάπης ποιεῖ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς φησιν, Ἀγάπην, ἀλλ', *Ἣν ἔχω* [458] *περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς*. Βούλεται γὰρ αὐτοὺς καὶ ταύτῃ ἐπισπάσασθαι, τῷ δεῖξαι ὅτι πλέον πάντων αὐτοὺς φιλεῖ, καὶ ὡς περὶ ἐξαιρέτους μαθητὰς διάκειται. Διό φησιν· *Εἰ καὶ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι*· καὶ, *Ἐὰν πολλοὺς παιδαγωγοὺς ἔχητε, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας*· καὶ πάλιν, *Ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς*· καὶ προϊὼν φησι· *Καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι*· καὶ ἐνταῦθα, *Ἣν ἔχω παρισσοτέρως εἰς ὑμᾶς*.

γ'. Ὥστε εἰ καὶ θυμοῦ τὰ ῥήματα ἔγεμεν [a], ἀλλ' ἐξ ἀγάπης ἦν πολλῆς καὶ ὀδύνης ὁ θυμός. Καὶ γράφων τὴν Ἐπιστολὴν, Ἔπασχον, ἤλγουν, οὐχ ὅτι ἡμαρτήκατε μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἠναγκαζόμην λυπεῖν. Καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐξ ἀγάπης· ὥσπερ ἂν ἔχων τις παῖδα γνήσιον σηπεδόνα ἔχοντα, ἀναγκαζόμενος τέμνειν καὶ καίειν, δι' ἀμφότερα πάσχοι, καὶ ὅτι νοσεῖ, καὶ ὅτι ἀναγκάζεται αὐτὸν τέμνειν. Ὥστε ὃ νομίζετε εἶναι τοῦ μισεῖν ὑμᾶς σημεῖον, τοῦτο τοῦ σφόδρα φιλεῖν ἦν. Εἰ δὲ τὸ λυπῆσαι ἐξ ἀγάπης, πολλῷ μᾶλλον τὸ εὐφραίνεσθαι λυπουμένων. Ἀπολογησάμενος τοίνυν ὑπὲρ ἑαυτοῦ (καὶ γὰρ ἀπολογεῖται πολλαχοῦ· καὶ οὐκ αἰσχύνεται· εἰ γὰρ ὁ Θεὸς αὐτὸ ποιεῖ λέγων, *Λαός μου, τί ἐποίησά σοι;* πολλῷ μᾶλλον Παῦλος)· ἀπολογησάμενος οὖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ μέλλων μετιέναι λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν ὑπὲρ τοῦ πεπορνευκότος· ἵνα μὴ διαστραφῶσιν [b] ὡς τἀναντία κελευόμενοι, καὶ προσφιλονεικήσωσιν, ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ καὶ τότε ὀργισθεὶς, καὶ νῦν κελεύων αὐτὸν ἀφιέναι· ὅρα πῶς αὐτὸ προῳκονόμησεν, ἀπό τε τῶν εἰρημένων, ἀπό τε τῶν ῥηθησομένων. Τί γάρ φησιν; *Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκε*. Πρῶτον αὐτοὺς ἐπαινέσας, ὡς τὰ αὐτὰ χαίροντας, καὶ τὰ αὐτὰ λυπουμένους, τότε ἐμβάλλει εἰς τὸν περὶ τούτου λόγον, εἰπὼν πρῶτον, ὅτι *Ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν*. Εἰ δὲ ἡ χαρὰ πάντων ὑμῶν χαρὰ, δεῖ μετ' ἐμοῦ καὶ νῦν ἡσθῆναι, ὥσπερ ἠλγήσατε μετ' ἐμοῦ τότε. Καὶ γὰρ δι' ὧν ἐλυπήθητε, ηὐφράνατε· καὶ δι' ὧν χαίρετε νῦν, ἂν ἄρα ἡσθῆτε, τὸ αὐτὸ ποιήσετε. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡ ἐμὴ λύπη πάντων ὑμῶν ἐστιν· ἀλλ' ἐν τοῖς ἄλλοις κατασκευάσας τοῦτο, νῦν μόνον οὗ ἔχρηζε, τοῦτο τέθεικε, τὴν χαρὰν, εἰπὼν, ὅτι *Ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν*. Εἶτα καὶ τῶν προτέρων μέμνηται λέγων· *Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλὰ ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς*. Οἶδα, φησὶν, ὅτι συνωργίσθητέ μοι καὶ συνηγανακτήσατε ἐπὶ τῷ πεπορνευκότι, καὶ ἐκ μέρους πάντας ὑμᾶς ἐλύπησε τὸ συμβάν. Διὰ τοῦτο δὲ εἶπον, *Ἐκ μέρους*, οὐχ ὡς ὑμῶν ἐλάττονα ἀλγησάντων, ἢ ἐγὼ, [459] ἀλλ' ἵνα μὴ βαρήσω ἐκεῖνον τὸν πορνεύσαντα. Οὐκ ἐμὲ τοίνυν μόνον ἐλύπησεν, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ὁμοίως, καὶ φειδόμενος αὐτοῦ εἶπον· *Ἀπὸ μέρους*. Εἶδες πῶς αὐτῶν εὐθέως ἐχάλασε τὸν θυμὸν, δείξας καὶ τῆς ἀγανακτήσεως κοινωνοὺς γενομένους; *Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων*. Καὶ οὐ λέγει, Τῷ πεπορνευκότι, ἀλλὰ πάλιν, *Τῷ τοιούτῳ*, ὡς καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ· ἀλλ' οὐ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν αἰσχυνόμενος, ἐνταῦθα δὲ φειδόμενος. Διὸ οὐδὲ μέμνηται λοιπὸν οὐδαμοῦ τῆς ἁμαρτίας· καιρὸς γὰρ ἀπολογίας ἦν. *Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι, μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος*. Οὐ γὰρ μόνον κελεύει λῦσαι τὴν ἐπιτίμησιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ πρότερα ἐπανάγει. Τὸν γὰρ μαστιγωθέντα ἂν μόνον τις ἀφῇ, καὶ οὐ θεραπεύσῃ, οὐδὲν ἐποίησεν. Ὅρα δὲ πῶς κἀκεῖνον πάλιν καταστέλλει, ἵνα μὴ τῇ συγχωρήσει γένηται χείρων. Εἰ γὰρ καὶ ἐξωμολογήσατο, καὶ μετενόησε, δείκνυσιν ὅτι οὐ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς μετανοίας, ὅσον ἀπὸ τῆς δωρεᾶς λαμβάνει τὴν ἄφεσιν. Διό φησι· *Χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι*. Καὶ τὸ ἐξῆς πάλιν τὸ αὐτὸ δηλοῖ. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄξιός ἐστιν, οὐδὲ ἐπειδὴ ἀρκοῦσαν μετάνοιαν ἐπεδείξατο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀσθενής ἐστι, διὰ τοῦτό φησιν· Ἀξιῶ· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος*. Τοῦτο δὲ καὶ μαρτυροῦντος ἦν αὐτῷ πολλὴν τὴν μετάνοιαν, καὶ οὐκ ἀφιέντος εἰς ἀπόνοιαν [c] ἐλθεῖν. Τί δέ ἐστι τὸ, *Καταποθῇ*; Ἢ τοῦτο ποιήσας ὅπερ καὶ Ἰούδας; ἐποίησεν, ἢ καὶ ἐν τῷ ζῆν χείρων γενόμενος. Κἂν γὰρ ἀποσκιρτήσῃ, φησὶ, τῷ μὴ φέρειν ἐπιπλέον τὴν ἐκ τῆς ἐπιτεινομένης ἐπιπλήξεως ὀδύνην· πολλάκις; καὶ ἀπογνοὺς, ἢ εἰς ἀγχόνην, ἢ εἰς μείζονα λοιπὸν ἥξει κακίαν. Δεῖ τοίνυν προκαταλαβεῖν, ἵνα μὴ χαλεπώτερον τὸ ἕλκος γένηται, μηδὲ, ὅπερ κατωρθώσαμεν, ἀπολέσωμεν τῇ ἀμετρίᾳ.

Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ἐκεῖνον, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, καὶ καταστέλλων καὶ παιδεύων μὴ γενέσθαι μετὰ τὴν ἄφεσιν ῥᾳθυμότερον. Οὐ γὰρ ὡς ἀπονιψάμενον τέλεον, ἀλλ' ὡς δεδοικὼς μὴ χαλεπώτερόν τι ἐργάσηται. οὕτω ἐδεξάμην, φησίν. Ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι οὐ δεῖ μόνον πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἕξιν τῶν ἁμαρτανόντων τὴν μετάνοιαν ὁρίζειν· ὃ καὶ τότε ὁ Ἀπόστολος ἐποίησε. Καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο αὐτοῦ τὸ ἀσθενές· καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγε, *Μὴ καταποθῇ*, ὡς ἐπὶ θηρίου, ὡς ἐπὶ χειμῶνος, ὡς ἐπὶ κλύδωνος. *Διό παρακαλῶ ὑμᾶς*. Οὐκέτι ἐπιτάττει, ἀλλὰ παρακαλεῖ, οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ' ὡς ὁμότιμος, κἀκείνους ἐπὶ τοῦ θρόνου καθίσας τοῦ δικαστικοῦ, ἑαυτὸν ἔστησεν ἐν τάξει συνηγόρου. Ἐπειδὴ γὰρ κατώρθωσεν ὅπερ ἐβούλετο, ἁπλήστως ὑπὸ χαρᾶς [460] τῇ ἱκετηρίᾳ κέχρηται. Καὶ τί ποτέ ἐστιν ὃ παρακαλεῖς, εἰπέ μοι; *Κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην*. Τουτέστι, βεβαιῶσαι, μὴ ἁπλῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε προσέσθαι. Τοῦτο δὲ πάλιν μαρτυροῦντός ἐστιν αὐτοῖς ἀρετὴν μεγίστην· εἰ γε οἱ οὕτω φιλοῦντες αὐτὸν καὶ συγκροτοῦντες, ὡς καὶ φυσιωθῆναι, οὕτως ἀπεστράφησαν, ὡς τοσαῦτα κάμνειν τὸν Παῦλον, ἵνα

[a] *Legebatur* ἔλεγεν.
[b] Ms, ἐπιστραφῶσι.

[c] Ἀπόνοια hic omnino desperationem significare videtur; sed alibi passim apud Chrysostomum ἀπόνοια arrogantiam vel superbiam exprimit.

Digitized by Google

in majorem sui amorem eos pertrahat, hoc illius loco ponit, ostendens se amore ductum omnia facere. Nec caritatem tantum dixit, sed, *Quam abundantius habeo erga vos.* Vult enim hac quoque ratione animos eorum allicere, dum se eos præ cæteris amare, atque ut erga eximios discipulos affectum esse demonstret. Unde etiam ait, *Et si aliis non sum apostolus, at vobis tamen sum;* et, *Si multos pædagogos habeatis, non tamen multos patres* (1. *Cor.* 9. 2. *et* 4. 15); ac rursus, *In gratia Dei conversati sumus in mundo, abundantius autem apud vos.* Atque infra etiam inquit, *Abundantius vos diligens, minus diligor* (2. *Cor.* 1. 12. *et* 12. 15); et hoc loco, *Quam habeo abundantius erga vos.*

3. Itaque etiamsi verba iracundiæ plena erant, tamen hæc animi concitatio ex ingenti caritate ac dolore nascebatur. Cumque epistolam scriberem, inquit, dolebam et angebar, non hoc tantum nomine, quod peccassetis, sed etiam, quod vobis mœrorem afferre cogerer. Verum hoc quoque ipsum ex amore : non secus ac si quis, cum filium in primis carum habeat, qui sanie laboret, eumque secare atque urere cogatur, utroque nomine doleat, tum quod æger sit, tum quod eum secare necesse habeat. Ac proinde id, quod mei in vos odii signum esse existimatis, magni amoris argumentum erat. Quod si hoc ipsum, quod vos contristarim, ab amore ortum trahit, multo sane illud magis, quod, dum in mœrore estis, in lætitia verser. Cum ergo se ipse excusasset (siquidem plerisque locis se excusat; nec propterea erubescit : Nam cum Deus id faciat dicens, *Populo meus, quid feci tibi* [*Mich.* 6. 3]? multo magis id Paulum facere convenit): cum, inquam, se ipse excusasset, ac jam pro eo verba facere pararet, qui stupri crimine se obstrinxerat: ne illi, tamquam qui contraria jussa acciperent, distorquerentur pertinaciusque contenderent, quia idem ipse erat, qui et tum ita exarserat et nunc eum missum facere jubebat, vide quo pacto tum per ea quæ dixit, tum per ea quæ dicturus est, hoc præmuniverit. Quid enim ait? 5. *Si quis autem contristavit, non me contristavit.* Posteaquam prius illos laudavit, quod iisdem rebus et gauderent et angerentur, tum demum sermonem de hac re aggreditur : cum prius dixisset, *Gaudium meum vestrum omnium est.* Quod si gaudium meum omnium vestrum est, oportet ut mecum nunc quoque gaudeatis, ut tunc mecum doluistis. Nam ut tum dolendo mihi voluptatem attulistis, ita nunc gaudendo, siquidem gavisi fueritis, idem efficietis. Nec dixit, Mœror meus mœror omnium vestrum est; sed cum in aliis locis hoc adstruxisset, nunc id solum, quo habebat opus, posuit, nempe gaudium, dicens, *Gaudium meum omnium vestrum est.* Deinde superiorem quoque meminit his verbis : *Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem vos omnes.* Scio, inquit, quod ira et indignatione mecum commoti fuistis propter eum qui stuprum admiserat : atque hoc facinus vos omnes ex parte mœstitia affecit. Atque ideo dixi, *Ex parte*, non quod vos minorem inde mœrorem acceperitis, quam ego : sed ne illum, qui stuprum perpetravit, nimium onerem. Quocirca non me solum ille in mœrorem conjecit, sed vos etiam omnes; etiamsi ut indulgentius cum eo agerem, dixi, *Ex parte.* Vides quomodo statim iratos eorum animos lenierit, cum ostendit ipsos indignationis quoque participes fuisse? 6. *Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio ea quæ fit a pluribus.* Non dixit, Fornicatori, sed rursus, *Ei qui ejusmodi est*, ut et in præcedenti epistola; verum non eamdem ob causam : illic enim ob pudorem ita loquebatur, hic ob indulgentiam. Ob idque nec jam uspiam peccati mentionem facit, quod tempus esset, ut ipsius patrocinium susciperet. 7. *Ita ut e contrario magis donetis et consolemini, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur qui est ejusmodi.* Non enim solum jubet objurgationi finem imponi, sed etiam illum ad priorem statum reduci. Etenim si quis eum, qui verberibus cæsus sit, tantummodo missum faciat nec ei medeatur, nihil fecit. Vide autem quonam rursus modo illum quoque coerceat, ne ob condonatum peccatum deterior fiat. Nam quamvis peccatum confessus fuerit, ipsiusque eum pœnituerit; ostendit tamen eum non tam pœnitentiæ opera, quam gratia et beneficio veniam consequi. Ob idque ait, *Donetis et consolemini.* Et quod sequitur, idem declarat. Non enim quod id promereatur, nec quod eam, quam par sit, pœnitentiam præstiterit, sed quia infirmus est, idcirco, ait, hoc peto : unde etiam subjunxit, *Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui est ejusmodi.* Quæ verba sunt hominis magnæ pœnitentiæ testimonium ipsi tribuentis, nec eum in desperationem ruere sinentis. Quid est autem, *Absorbeatur?* Nempe vel hoc faciens, quod a Juda factum est; vel etiam, si vitæ usura fruatur, deterior factus. Etenim si resiliat, inquit, quod contractum ex longiore objurgatione dolorem non amplius ferre queat; desperata salute, aut in laqueum, aut in majorem deinceps improbitatem ruet. Itaque occurrendum est, ne ulcus ingravescat, neve id quod recte fecimus, ob neglectum modum amittamus.

4. Hæc autem eo dicebat, ut et illum, quod jam dixi, coerceret et admoneret, ne post impetratam veniam ignavior fieret. Non enim, inquit, eum ita excepi, quasi sordes penitus absterserit, sed quod verer ne gravius aliquid in se admitteret. Ex quo illud discimus, non ex scelerum tantum natura, sed ex peccantium etiam animo atque affectione indicendam esse pœnitentiam, ut tum fecit Apostolus, quod ipsius imbecillitatem extimesceret. Ideoque dicebat, *Ne absorbeatur*, velut a bellua quadam, atque a tempestate ac procellis. 8. *Propter quod obsecro vos.* Non jam imperat, sed obsecrat, non ut præceptor, sed ut æqualis, atque illis in judiciaria sede constitutis, ipse in patroni loco atque ordine se collocavit. Quoniam enim id, quod in animo habebat, confecerat, præ gaudio jam modum in supplicando excedit. Quidnam est, quæso, de quo obsecras? *Ut firmetis in eum caritatem.* Hoc est, constabiliatis, nec eum leviter ac vulgari modo suscipiatis. Quibus etiam verbis summæ virtutis testimonium ipsis tribuebat : si quidem ii, qui hominem illum usque adeo amabant ac

Digitized by Google

tuebantur, ut etiam animis inflarentur, adeo rursus eum aversati sint, ut tantopere laborandum Paulo fuerit, ut caritatem in eum firmarent. Hæc discipulorum, hæc magistri virtus est : quod illi tam morigeros se præbeant, hic tam præclare ipsos componat ac moderetur. Hoc si nunc quoque fieret, qui peccant, haud sine sensu peccarent. Nec enim temere amare oportet, nec sine ratione aversari. 9. *In hoc enim etiam scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.* Hoc est, non modo in amputando, sed etiam in adjungendo. Vides quonam pacto hic quoque rursus metum immittat? Ut enim cum ille peccasset, terrorem ipsis injecit, nisi eum abscinderent, dicens, *Exiguum fermentum totam massam corrumpit* (1. *Cor.* 5. 6), aliaque plura : eodem hic quoque modo inobedientiæ metum iisdem injicit, his fere verbis utens : Ut tunc non pro illo tantum, sed etiam pro vobis, sic nunc quoque non magis illius, quam vestra causa consilium vobis capiendum est, ne pervicaces atque inhumani esse videamini, nec in omnibus obedientes. Ac proinde ait, *In hoc enim etiam scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.* Etenim illud invidiæ fortasse ac livoris esse videri potuisset ; hoc autem puram in primis ac sinceram obedientiam ostendit, et an ad humanitatis officia idonei sitis.

Discipulorum officium. — Hoc enim proborum discipulorum est, nempe non modo illa, sed contraria quoque imperanti obtemperare. Ideo dixit, *Ad omnia.* Quibus verbis ostendit, nisi obediant, id non tam ei quam sibi ipsis probro ac dedecori fore, ut qui pervicaciæ opinionem collecturi sint. Hoc autem facit, ut hinc quoque ipsos ad parendum impellat : unde etiam ait, *In hoc enim et scripsi vobis.* Neque enim ob eam causam scripsit, sed hoc idcirco dixit, ut eorum animos pelliceret : quod enim præcipue agebatur, erat illius salus, qui peccarat. Verum ubi nihil damni, ipsis etiam gratificatur. Per hæc autem verba, *Ad omnia,* rursus eos laudat, pristinam eorum obedientiam commemorans, atque in medium adducens. 10. *Cui autem aliquid donatis, et ego.* Vides quo pacto rursus posteriores sibi tribuit, illos videlicet duces atque auspices, se vero comitem dumtaxat ostendens? Sic nimirum exacerbatus animus mitigatur, sic durus ac pertinax emollitur. Postea ne supinos eos reddat, ut penes quos negotii summa sit, et ne illum missum faciant, ad hoc ipsos impellit, dum ait se quoque illi condonasse. *Nam et ego si quid donavi, quod donavi, propter vos.* Quin hoc quoque ipsum vestra causa feci, inquit. Et sicut, cum illum amputari jubebat, nec ei indulgendi arbitrium ipsis permisit, dicens, *Jam judicavi tradere hujusmodi hominem satanæ* (1. *Cor.* 5. 5), ac rursus tamen eos sententiæ socios ascivit, cum diceret, *Congregatis vobis tradere eum :* duas videlicet res maximas struens, nempe ut et sententia ferretur, et tamen non sine illis, ne hac ratione eos lædere videretur; ac neque solus eam proferebat, ne illi eum arrogantem esse, ac se ab eo contemni judicarent; nec rursus rem totam ipsorum arbitrio committebat, ne accepta hujusce rei potestate proderent eum qui peccaverat, intempestivam erga ipsum indulgentiam adhibentes : ita hic quoque facit, dicens : Ego jam condonavi, qui in priore epistola jam condemnaram. Deinde ne, tamquam contempti, animis offenderentur, ait, *Propter vos.* Quid igitur? an ut ab hominibus gratiam iniret, ipsi ignovit? Minime : ideoque adjecit, *In persona Christi.* Quid est, *In persona Christi?* Hoc est, secundum Deum, vel ad Christi gloriam. *Ne circumveniamur a satana :* 11. *non enim ignoramus cogitationes ejus.* Viden', ut et illis potestatem concedat, et eamdem rursus adimat : ut illinc quidem eos mitiget ac emolliat, hinc autem eorum arrogantiam amputet? Nec vero id solum hoc loco molitur, sed illud quoque, ut ostendat commune detrimentum fore, si non obedierint : quod etiam in principio fecit. Nam tum etiam dicebat, *Modicum fermentum totam massam corrumpit* (1. *Cor.* 5. 6); et rursus hic, *Ut non circumveniamur a satana :* atque illius qui peccarat absolutionem ubique sibi et illis arrogat.

5. Verum altius rem considera : *Si quis autem me contristavit,* inquit, *non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos ;* ac deinde rursus, *Sufficit ei qui ejusmodi est, objurgatio ea, quæ fit a pluribus.* Hoc ipsius decretum est atque sententia. Nec tamen in hoc decreto constitit, sed rursum eos quoque socios adhibet, dicens : *Ut e contrario magis condonetis et consolemini. Propter quod obsecro vos, ut firmetis in eum caritatem.* At postea quam totum istud eorum arbitrio permisit, ad auctoritatem suam deinceps transit, his verbis utens : *In hoc enim scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes estis.* Mox rursus gratiam ipsis adscribit, cum ait, *Cui autem donastis :* tum rursus sibi, dicens, *Et ego si cui donavi, propter vos :* deinde simul et ipsis et sibi eam vindicat, cum ait, *Nam et ego, si quid donavi, propter vos in persona Christi.* Hoc est, ad gloriam Christi; vel, tamquam Christo hoc etiam imperante : idque maxime illos movebat. Timebant enim ne indulgentia minus uterentur in re, quæ ad Christi gloriam pertineret, ipsique placeret. Deinde rursus commune detrimentum, si obedire negligerent, proponit dicens, *Ut non circumveniamur a satana.* Quo loco pulchre πλεονεξίας vocabulum usurpavit : neque enim ille sua jam capit, sed nostra eripit. Nec vero mihi hoc dixeris, quod solus ille fornicator belluæ in prædam cedat, verum illud quoque tecum reputa, quod gregis numerus minor fit ; ac nunc præsertim, cum id quod amissum est recuperare licet. *Non enim ejus cogitationes ignoramus.* Nempe quod pietatis prætextu nobis exitium afferat. Non enim hinc solum, quod aliquem ad stuprum inducat, sed a contrario quoque perniciem afferre potest, nimirum ab immodico mœrore ex pœnitentia contracto. Cum igitur una cum suis nostros quoque abripiat, cum et peccare jubens perdat, et nobis pœnitentiam indicentibus rapiat, annon istud πλεονεξία

Digitized by Google

κυρώσωσιν εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Τοῦτο ἀρετὴ μαθητῶν, τοῦτο ἀρετὴ διδασκάλων, τὸ οὕτως ἐκείνους εὐηνίους εἶναι, τὸ οὕτως αὐτὸν ῥυθμίζειν αὐτούς. Τοῦτο εἰ καὶ νῦν ἐγίνετο, οὐκ ἂν οἱ ἁμαρτάνοντες ἀναισθήτως ἐπλημμέλησαν. Οὔτε γὰρ φιλεῖν ἁπλῶς δεῖ, οὔτε ἀποστρέφεσθαι ἄνευ λόγου τινός. *Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε*· μὴ μόνον ἐν τῷ ἀποτέμνειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ συνάπτειν. Εἶδες πῶς πάλιν καὶ ἐνταῦθα αὐτοῖς περιίστησι τὸν ἀγῶνα; Ὥσπερ γὰρ, ἡνίκα ἥμαρτεν, ἐναγωνίους αὐτοὺς ἐποίησεν, εἰ μὴ ἐκτέμοιεν, εἰπών, *Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*, καὶ ἕτερα πλείονα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάλιν τὸν τῆς παρακοῆς αὐτοῖς ἐφίστησι φόβον, μονονουχὶ λέγων, ὅτι Ὥσπερ τότε οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ νῦν οὐχ ὑπὲρ ἐκείνου μᾶλλον ἢ ὑμῶν αὐτῶν δουλευτέον ὑμῖν ἐστι, μὴ δόξητε φιλόνεικοί τινες εἶναι καὶ ἀπάνθρωποι, καὶ οὐκ ἐν ἅπασιν ὑπήκοοι. Διό φησιν, *Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.* Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἔδοξεν ἂν καὶ φθόνου εἶναι, καὶ σκανίας· τοῦτο δὲ δείκνυσιν καθαρὰν μάλιστα τὴν παχοὴν, καὶ εἰ πρὸς φιλανθρωπίαν ἐστὲ ἐπιτήδειοι.

Τοῦτο γὰρ μαθητῶν εὐγνωμόνων, τὸ μὴ μόνον ειῖνα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία κελεύσαντι πείθεσθαι. ;ὰ τοῦτο εἶπεν, *Εἰς πάντα*, δεικνὺς ὅτι, ἐὰν μὴ τακούσωσιν, οὐχ οὕτως ἐκεῖνον ὡς ἑαυτοὺς καταιῥύνουσι, φιλονείκων λαμβάνοντες δόξαν. Ποιεῖ δὲ ῦτο, ἵνα κἀντεῦθεν αὐτοὺς ὠθήσῃ πρὸς τὸ πεισθῆι· διὸ καὶ λέγει, *Εἰς τοῦτο γὰρ ἔγραψα ὑμῖν.* πίτοι οὐ διὰ τοῦτο ἔγραψε, λέγει δὲ διὰ τοῦτο, ὥστε τοὺς ἐπισπάσασθαι· τὸ γὰρ προηγούμενον ἦν ἡ είνου σωτηρία. Ἀλλ' ἔνθα μηδὲν βλάπτεται, κάίνοις χαρίζεται. Τῷ δὲ εἰπεῖν, *Εἰς πάντα*, πάλιν κωμιάζει, τῆς προτέρας ὑπακοῆς ἀναμνήσας, καὶ μέσον αὐτὴν ἀγαγών. *ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε, κἀγώ.* ῳᾷς πῶς πάλιν τὰ δευτερεῖα ἑαυτῷ δίδωσιν, ίνους μὲν ἄρχοντας, ἑαυτὸν δὲ ἑπόμενον δεικνύς; ὅτό ἐστι μαλάξαι τραχυνομένην γνώμην, τοῦτο ῦσαι φιλονεικοῦσαν. Εἶτα ἵνα μὴ ὑπτίους ποιήσῃ, κυρίους ὄντας, καὶ μὴ ἀφῶσιν αὐτὸν, πάλιν αὐς ἄγχει • πρὸς τοῦτο, λέγων, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐχαρίο. *Καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, δ κεχάρισμαι, ὑμᾶς.* Καὶ τοῦτο γὰρ αὐτὸ δι' ὑμᾶς ἐποίησα, φησί. ὥσπερ ἡνίκα ἐκέλευεν ἀποτεμεῖν, οὔτε ἀφῆκεν οὺς γενέσθαι κυρίους [461] χαρίσασθαι, εἰπὼν, *Ἡ κέκρικα παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατᾷ*, καὶ ἔλαβε πάλιν κοινωνοὺς αὐτοὺς τῆς ψήφου ον, *Συναχθέντων ὑμῶν παραδοῦναι αὐτὸν*, τὰ μέγιστα κατασκευάζων, καὶ τὸ ἐξενεχθῆναι ἀπόφασιν, καὶ τὸ μὴ χωρὶς ἐκείνων, ὥστε μὴ ι ταύτῃ πλήττειν, καὶ οὔτε μόνος αὐτὴν ἐνέγκῃ, μὴ νομίσωσιν αὐθάδη εἶναι καὶ ὑπερῶφθαι αὐοὔτε τὸ πᾶν αὐτοῖς ἐπιτρέπει, ἵνα μὴ κύριοι μενοι προδῶσι τὸν ἡμαρτηκότα, ἀκίρως αὐτῷ ζόμενοι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ λέγων, ὅτι Ἐγὼ ἤδη ἐχαρισάμην, ὃς ἐν τῇ προτέρᾳ ἤδη κεκρ.κα. Εἶτα ἵνα μὴ πληγῶσιν, ὡς ὑπερφθέντες, φησὶ, *Δι' ὑμᾶς.* Τί οὖν; δι' ἀνθρώπους συνεχώρησεν; Οὐχί· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ προσέθηκεν, *Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ.* Τί ἐστιν, *Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ*; Ἢ κατὰ Θεὸν, φησὶν, ἢ εἰς δόξαν τοῦ Χριστοῦ. *Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.* Εἶδες πῶς καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῖς ἐπιτρέπει, καὶ πάλιν ἀφαιρεῖται αὐτὴν, ἵνα ἐκείνῳ μὲν μαλάξῃ, τούτῳ δὲ τὸ αὖθαδες αὐτῶν ἐκκόψῃ; Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐντεῦθεν κατασκευάζει, ἀλλὰ καὶ τὸ δεῖξαι κοινὴν τὴν βλάβην οὖσαν, εἰ παρακούσαιεν· ὅπερ καὶ ἐν ἀρχῇ πεποίηκε. Καὶ γὰρ τότε ἔλεγε, *Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, *Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ.* Καὶ πανταχοῦ καὶ αὐτοῦ καὶ ἐκείνων ποιεῖ τὴν ἄφεσιν.

ε'. Σκόπει δὲ ἄνωθεν· *Εἰ δέ τις λελύπηκε*, φησὶν, *οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς*· εἶτα πάλιν, *Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων.* Τοῦτο αὐτοῦ ψῆφος καὶ γνώμη. Ἀλλ' οὐκ ἔστη μέχρι τῆς ψήφου, ἀλλὰ πάλιν αὐτοὺς κοινωνοὺς ποιεῖ, λέγων· *Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην.* Πάλιν ἐκείνων τὸ ὅλον ποιήσας, εἰς τὴν ἐξουσίαν τὴν ἑαυτοῦ μεταβαίνει, λέγων· *Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.* Εἶτα πάλιν αὐτῶν ποιεῖ τὴν χάριν, λέγων, *ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε*· εἶτα αὐτοῦ, *Καὶ ἐγὼ*, λέγων, *εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς*· εἶτα καὶ ἐκείνων καὶ ἑαυτοῦ· *Καὶ γὰρ ἐγὼ*, φησὶν, *εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ*· ἢ εἰς δόξαν Χριστοῦ, ἢ ὡς τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦτο κελεύοντος· ὃ μάλιστα αὐτοὺς ἔπειθε. Καὶ γὰρ ἐδεδοίκεισαν λοιπὸν μὴ χαρίσασθαι πρᾶγμα εἰς δόξαν αὐτοῦ διαβαῖνον, καὶ αὐτῷ δοκοῦν. Εἶτα πάλιν τὸ κοινὸν βλάβος, εἰ παρακούσαιεν, τίθησι λέγων, *Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ*· καλῶς πλεονεξίαν ὀνομάσας· οὐ γὰρ τὰ αὐτοῦ λαμβάνει λοιπὸν, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν ἁρπάζει Μὴ δέ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι οὗτος μόνος θηριάλωτος γίνεται, ἀλλὰ καὶ τοῦτο σκόπησον, ὅτι ἐλαττοῦται τῆς ἀγέλης ὁ ἀριθμὸς, καὶ νῦν μάλιστα [462], ὅτε δύναται ὅπερ ἀπέβαλεν ἀνακτήσασθαι. *Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν*· ὅτι καὶ προσχήματι εὐλαβείας ἀπόλλυσιν. Οὐ γὰρ μόνον τῷ εἰς πορνείαν ἀγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου δύναται διαφθεῖραι, τῆς ἀμέτρου λύπης τῆς ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ. Ὅταν οὖν μετὰ τῶν ἰδίων καὶ τοὺς ἡμετέρους λαμβάνῃ, ὅταν καὶ ἁμαρτάνειν κελεύων ἀπολλύῃ, καὶ μετανοεῖν κελευόντων ἡμῶν ἁρπάζῃ, πῶς οὐχὶ πλεονεξία τὸ πρᾶγμα; Οὐ γὰρ ἀρκεῖ αὐτῷ δι' ἁμαρτίας καταβάλλειν, ἀλλὰ καὶ διὰ μετανοίας, ἂν μὴ νήφωμεν, τοῦτο ποιεῖ. Διὸ καὶ πλεονεξίαν εἰκότως ἐκάλεσεν, ὅταν καὶ διὰ τῶν ἡμετέρων κρατῇ. Τὸ γὰρ δι' ἁμαρτίας λαμβάνειν, ἴδιον αὐτοῦ ἐστι· τὸ μέντοι διὰ μετανοίας, οὐκέτι· ἡμέτερον γὰρ, οὐκ ἐκείνου τὸ ὅπλον. Ὅταν οὖν καὶ

egendum ἄγει, vel ἀνάγει.

Digitized by Google

quid brutum ac stolidum est, infra relictis; si quid ratione præditum est, accipe atque ascende, quemadmodum ille assumpsit Isaac. Altare quoque perinde ut ille, exstrue, tamquam humani nihil habens, atque extra naturam raptus: quandoquidem et ille, nisi a natura excessisset, filium non jugulasset. Nec quidquam tum te interturbet, sed supra ipsos etiam cælos assurge: acerbe ingemisce, confessionem macta: *Dic enim tu prior iniquitates tuas*, inquit, *ut justificeris*: macta contritionem cordis. Hæ victimæ non in cinerem desinunt, nec in fumum dilabuntur, nec lignis et igne opus habent, sed dumtaxat animo compuncto: hoc ligna, hoc ignis est, urens illa, sed non perurens. Nam qui ferventer orat, uritur quidem, at non peruritur, sed sicut aurum, quod igne exploratur, splendidius efficitur.

Non precandum contra inimicos. — Ad hæc illud cave, ne ullum in oratione verbum emittas, quod Dominum irritet, vel in hostium tuorum perniciem ipsum adeas. Nam si vel hostes habere, probro non caret, cogita quantum malum sit adversus eos orare? Pro eo oportebat excusare te quod hostes habes, tu vero contra eos quoque accusas. Et quam tandem veniam obtinere queas, cum eo quoque tempore aliis obtrectes, quo ingenti ipse misericordia opus habes? Etenim eo accessisti, ut pro tuis peccatis orares: ne igitur alienorum peccatorum recorderis, ne alioqui tuorum ipse memoriam refrices. Nam si dixeris, Hostem percute, os tuum obstruxisti, jam linguæ fiduciam præcidisti: primum nempe, quia ab ipso statim initio Dominum ad iracundiam incitasti; deinde quia contraria postulas, quam oratio ferat. Nam si pro peccatorum remissione Deum precaris, qui fit, ut pro supplicio verba facias? Quin contra potius faciendum erat, pro ipsis quoque preces fundere, ut hoc pro nobis quoque cum fiducia peteremus. Nunc vero Judicis sententiam per tuam occupasti, dum petis ut de precantibus supplicium sumat: quod quidem omnem tibi veniam adimit. Contra si pro ipsis preceris, etiamsi pro peccatis tuis nullum verbum feceris, rem totam confecisti. Cogita quotnam in lege sacrificia sint: sacrificium laudis, sacrificium confessionis, sacrificium salutis, sacrificium purgationum, ac sexcenta alia: atque interim nullum est adversus inimicos, sed pro propriis peccatis aut etiam recte factis. Num alium Deum adis? Annon ad illum accedis, qui dixit, *Orate pro inimicis vestris* (*Matth.* 5. 44). Quonam igitur modo adversus illos clamitas? cur Deum, ut legem suam infringat, rogas? A supplicis persona istud alienum est: nemo supplicat ut alius pereat, sed ut ipse salutem consequatur. Quid igitur supplicis ejusdem personam geris, dum accusatoris verba habes? Ac quidem cum pro nobis ipsis oramus, scabimus nos, oscitamus, et in sexcentas cogitationes labimur; cum autem adversus inimicos, attenti ac vigilantes hoc facimus. Quia enim diabolus illud novit, quod in nos ipsos gladium impellimus; non minime distrahit vel avocat, ut hac ratione majorem nobis perniciem afferat. At, inquies, læsus sum et affligor. Ergo adversus diabolum ora, qui omnium maxime nos injuria afficit. Hoc etiam dicere præciperis, *Libera nos a malo* (*Matth.* 6. 13). Ille implacabilis hostis est; at homo, quidquid tibi faciat, amicus ac frater est. Quocirca omnes adversus illum irascamur, adversus eum Deum obsecremus, dicentes: Contere Satanam sub pedibus nostris. Ille enim inimicos quoque nobis parit. Quod si adversum inimicos preceris, id precaris, quod ipse quoque in votis habet: ut si pro inimicis ores, adversus eum precaris. Quid igitur relicto vero hoste membra tua mordes, atque hac ratione feris ipsis immaniorem te præbes? At, inquis, contumeliam mihi intulit, ac bona ademit. Et quem luctu prosequi convenit, eumne qui injuriam accepit, an qui intulit? Qui pecunias lucratus est, a Dei benevolentia seipsum exclusit, pluraque perdidit quam accepit: ac proinde ipse est qui læsus est. Ob idque non adversus eum, sed pro eo potius orandum est, ut Deus propitium se illi præbeat.

5. Vide quot calamitatibus affecti sint tres pueri, cum tamen nihil mali admisissent: patria et libertate exciderant, captivi abducti ac servi effecti, atque in alienam ac barbaram regionem abstracti fuerant, frustraque ac temere propter insomnium obtruncandi erant. Quid igitur cum Daniele ingressi, quid, inquam orarunt? quid dixerunt? Contere Nabuchodonosor, ipsius diadema abripe, e regio solio eum deturba? Nihil ejusmodi; verum Dei misericordiam implorabant. Et cum in fornace essent, eodem modo se gesserunt. At vos non perinde; sed longe quam illi minora passi, ac plerumque merito, sexcenta mala imprecari non desinitis: atque alius quidem sic loquitur, Prosterne inimicum, ut Pharaonis currum demersisti; alius, Carnem illius feri; alius rursus, Redde illi in filios. Annon hujusmodi verba agnoscitis?

Auditorum Chrysostomi risus. — Unde igitur vobis hic risus? Vides quam ridicula hæc sint, cum citra animi perturbationem dicuntur? Et sane peccatum omne tum denique quam fœdum sit patet, cum ab eo, qui id admittit, affectum detraxeris. Si ei qui iratus fuit, in memoriam ea verba redigas, quæ in iracundia protulit, crubescet et seipsum irridebit, ac mille mala perpeti, quam verba illa protulisse malet. Si impudicum hominem post coitum ad mulierem eam, cui stuprum obtulit, adduxeris, hic quoque ut exsecrandam ipsam adversabitur. Eodem modo vos qui ab hoc affectu liberi estis, hujusmodi verba ridetis: ridicula enim sunt, ac temulentis vetulis digna, muliebrique simultate. Quin etiam Joseph, licet venditus ac servus effectus, atque in carcerem conjectus, ne sic tamen acerbum adversus eos, a quibus læsus fuerat, verbum emisit; sed quid ait? *Furtim sublatus sum de terra Hebræorum* (*Gen.* 40. 15); nec addit, a quo: pudet enim eum malorum fratrum, magis quam eos ipsos, qui hæc perpetraverant. Ita nos quoque affici convenit, ut pro iis, qui nobis injuriam inferunt, vehementius angamur, quam

Digitized by Google

illi ipsi : detrimentum enim ad illos transit. Sicut enim qui clavos calcibus impetunt, altumque sapiunt, hujusmodi furoris ergo commiseratione ac lacrymis digni sunt : eodem modo qui eos lædunt, a quibus nihil injuriæ acceperunt, multis lamentis ac fletibus potius, quam exsecrationibus digni sunt, ut qui suas ipsimet animas feriant. Nihil enim sceleratius est anima malum imprecante, nec impurius lingua, hujusmodi sacrificia offerente. Homo es ; ne aspidum virus evomas : homo es ; ne bellua fias. Ideo os tibi datum est, non ut mordeas, sed ut aliorum vulneribus medearis. Recordare quid tibi præceperim, inquit Deus, remittere nempe ac condonare. Tu vero me obsecras, ut socium me tibi ad evertenda præcepta mea adjungam, ac fratrem corrodis, linguam cruentas, non secus ac furiosi propriis carnibus dentes cruore perfundunt. Quanta diabolum voluptate afficiet, quanto risu existimas, cum ejusmodi preces audit? quam Deum irasci, teque aversari atque odisse, cum talia rogas? quo quid gravius esse queat? Nam si nefas est eum ad mysteria accedere, qui inimicos habet ; annon is, qui non tantum hostem habet, sed etiam ei imprecatur, ab ipso quoque templi ambitu arcendus est? Hæc igitur cogitantes, atque hujus sacrificii causam agnoscentes, nempe quod pro hostibus mactatus Christus sit, id demus operam, ut ne inimicum quidem habeamus ; ac si habeamus, pro illo precemur : ut nos quoque peccatorum nostrorum veniam consequuti, cum fiducia tribunali Christi adstemus ; cui gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Cap. 3. v. 1. *Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut numquid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis?*

1. Quod futurum erat, ut ipsi ab aliis objiceretur, nempe quod seipsum attolleret, hoc ipse antevertens posuit : quamvis etiam tanta præmonitione ante usus fuisset, ac dixisset : *Et ad hæc quis idoneus est?* et, *Ex sinceritate loquimur ;* sed tamen hæc ipsi minime sufficiunt. Ea enim ipsius consuetudo est : ut longe absit, ut magni quidpiam de se dicere videatur, vehementerque atque incredibilem quemdam in modum istud fugit. Tu vero hinc quoque singularem ipsius sapientiam animadverte. Rem enim, quæ tristitiæ speciem habet, hoc est afflictiones, usque adeo extulit, ac luculentam et illustrem rem esse ostendit, ut ex his, quæ dixerat, hæc ei objectio emerserit. Quod etiam in epistolæ fine facit. Postquam enim innumera pericula, contumelias, anxietates, angustias, ac cætera ejusmodi recensuit, hæc verba mox subjunxit : *Non nosipsos commendamus, sed occasionem vobis damus gloriandi* (2. *Cor.* 3. 12). Atque istud quoque rursus illic vehementer, atque cum majori consolatione ponit. Etenim hic caritatis verba sunt : *Aut numquid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis?* illic autem necessario sane ac utiliter sensu et animo plena sunt quæ dicit : *Non* enim, inquit, *rursus nos commendamus, sed occasionem vobis damus gloriandi ;* ac rursus, *Putatis quod vobis nosipsos excusemus? Coram Deo in Christo loquimur. Timeo autem ne forte, cum venero, non quales volo invcniam vos, et ego inveniar a vobis qualem non vultis* (2. *Cor.* 12. 19. 20). Siquidem ne adulationis opinionem subeat, ut qui honorem ab ipsis ambiat, his verbis utitur : *Timeo ne forte, cum venero, non quales volo inveniam vos, et ego inveniar a vobis qualem non vultis.* Verum hæc quidem non sine multa reprehensione ; initio autem non ita, sed mitiori sermone utitur. Quidnam autem his verbis sibi vult? De tentationibus ac periculis loquutus est, quodque ubique a Deo triumphatur in Christo, atque orbis universus hos triumphos novit. Quoniam igitur magnifica quædam de se proloquutus erat, idcirco objectionem sibi ipsemet struit, dicens : *Incipimus iterum nosipsos commendare?* Quod autem ait, hunc sensum habet : Fortasse quispiam hoc nobis objecerit : Quid hoc est, Paule? hæc de te loqueris, ac teipsum effers? Hanc igitur suspicionem solvens, ait : Non hoc volumus, nempe nosipsos jactare atque attollere : imo tantum abest ut commendatitiis ad vos epistolis opus habeamus, ut vos ipsi nobis epistolæ instar sitis. 2. *Nam epistola nostra vos estis,* inquit. Quid est, *Vos estis?* Si commendatione apud alios opus mihi fuisset, vos epistolæ loco in medium produxissem : quod et in priori epistola dicebat : *Signaculum enim apostolatus mei vos estis* (1. *Cor.* 9. 2). At hoc loco id non ita exprimit, sed per ironiam quamdam, ut majores aculeos orationi addat : *Aut numquid egemus commendatitiis epistolis?* Atque pseudapostolos innuens, subjecit : *Sicut quidam ad vos, aut ex vobis commendatitiis epistolis,* ad alios. Deinde quoniam grave erat, quod dixerat, id mitigat, hæc verba subjungens : *Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus :* 3. *manifestati quod epistola estis Christi.* Hoc loco non solum amoris, sed etiam recte factorum testimonium ipsis tribuit, quippe qui ejusmodi sint, ut magistri dignitatem per virtutem suam demonstrare queant. Hoc enim significat quod ait, *Epistola nostra vos estis.* Id quod literæ fecissent, nempe ut nos commendarent, ac reverentiam nobis conciliarent ; hoc ipsi præstatis, dum homines vos vident atque audiunt. Discipulorum enim virtus, magistro plus ornamenti, atque commendationis affert, quam ulla epistola. *Scripta in cordibus nostris.* Hoc est, quam omnes norunt : adeo nimirum vos quoquo gentium circumferimus, atque animo versamus. Non secus ac si diceret : Nostra apud alios commendatio vos estis : vos enim in corde semper habemus, ac vestra recte facta apud omnes

Digitized by Google

ὅτως οἱ ἀδικοῦντες τοὺς οὐδὲν ποιοῦντας αὐτοῖς κα-
ὸν, ἅτε τὰς ἑαυτῶν πλήττοντες ψυχάς, πολλῶν ὀδυρ-
ῶν ἄξιοι καὶ θρήνων, οὐκ ἀρῶν. Οὐδὲν γὰρ μιαρώ-
ερον ψυχῆς ἀρωμένης, οὐδὲ γλώττης ἀκαθαρτότερον
ιαῦτα θυούσης. Ἄνθρωπος εἶ, μὴ ἀσπίδων ἰὸν ἐμέ-
ῃς· ἄνθρωπος εἶ, μὴ γένῃ θηρίον. Διὰ τοῦτό σοι
όμα γέγονεν, οὐχ ἵνα δάκνῃς, ἀλλ' ἵνα θεραπεύῃς
ἑτέρων τραύματα. Ἀναμνήσθητι τί σοι παρῄνεσα,
σὶν ὁ Θεός· συγχωρεῖν καὶ ἀφιέναι. Σὺ δὲ καὶ ἐμὲ
ιρακαλεῖς κοινωνὸν γενέσθαι τῆς ἀνατροπῆς τῶν
ῶν προσταγμάτων, καὶ ἐσθίεις τὸν ἀδελφὸν, καὶ
ινίττεις τὴν γλῶτταν, καθάπερ οἱ μαινόμενοι ἀπὸ
ν οἰκείων μελῶν τοὺς ὀδόντας. Πῶς οἶει τὸν διά-
βολον ἥδεσθαι καὶ γελᾷν, ὅταν τοιαύτης εὐχῆς ἀκού-
σῃ; πῶς τὸν Θεὸν παροξύνεσθαι καὶ ἀποστρέφεσθαι
καὶ μισεῖν, ὅταν τοιαῦτα παρακαλῇς; οὗ τί γένοιτ' ἂν
χαλεπώτερον; Εἰ γὰρ μυστηρίοις οὐ χρὴ προσιέναι
ἐχθροὺς ἔχοντα· τὸν οὐκ ἔχοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ κα-
ευχόμενον, πῶς οὐχὶ καὶ τῶν περιβόλων αὐτῶν ἀπείρ-
γεσθαι δεῖ; Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες, καὶ τῆς θυσίας τὴν
ὑπόθεσιν εἰδότες, ὅτι ὑπὲρ ἐχθρῶν ἐτύθη, μήτε [473]
ἐχθρὸν ἔχωμεν, κἂν ἔχωμεν, ὑπερευχώμεθα· ἵνα καὶ
ἡμεῖς τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν λαβόντες συγχώρησιν,
μετὰ παῤῥησίας τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ παραστῶ-
μεν· ᾧ ἡ δόξα, κράτος, τιμὴ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ϛ'.

χόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; εἰ μὴ
ῥῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν
ρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν;

. Ὅπερ ἔμελλεν αὐτῷ παρ' ἑτέρων ἀνθυποφέρε-
, ὅτι Ἐπαίρεις σαυτὸν, τοῦτο προλαβὼν αὐτὸς τέ-
ε· καίτοι τοσαύτῃ ἐπιδιορθώσει χρησάμενος ἔμπρο-
, καὶ εἰπὼν, *Πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;* καὶ, ὅτι
ειλικρινείας λαλοῦμεν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀρκεῖται
νοις. Τοιοῦτον γὰρ αὐτοῦ τὸ ἦθος· τοῦ δοκεῖν
ἑαυτοῦ μέγα τι λέγειν *πόῤῥω* καθέστηκε, καὶ
ι πολλῆς τῆς περιουσίας αὐτὸ φεύγει καὶ ὑπερ-
ς. Σὺ δέ μοι κἀντεῦθεν σκόπει τὴν περιουσίαν
ῦ τῆς σοφίας. Πρᾶγμα γὰρ δοκοῦν εἶναι σκυθρω-
τὰς θλίψεις λέγω, οὕτως ἐπῆρε, καὶ ἔδειξε λαμ-
ὸν καὶ περιφανὲς, ὡς ταύτην αὐτῷ τὴν ἀντίθε-
κ τῶν εἰρημένων ἀνακύψαι. Ποιεῖ δὲ αὐτὸ καὶ
τῷ τέλει. Μετὰ γὰρ τὸ μυρίους ἀριθμῆσαι κιν-
ς, ὕβρεις, στενοχωρίας, ἀνάγκας, καὶ ὅσα τοιαῦ-
πήγαγε λέγων, *Οὐχ ἑαυτοὺς συνιστάνομεν, ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος.* Καὶ τί-
αὐτὸ πάλιν ἐκεῖ σφοδρῶς, καὶ μετὰ πλείονος
μυθίας. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀγάπης ἐστὶ τὰ *ῥή-*
Εἰ μὴ χρῄζομεν ὥς τινες συστατικῶν ἐπι-
ῶν; ἐκεῖ δὲ γέμει τινὸς τοῦ φρονήματος τὰ λε-
α ἀναγκαίως καὶ χρησίμως καὶ θυμοῦ *a*. *Οὐ*
άλιν, φησὶν, *ἑαυτοὺς συνιστάνομεν, ἀλλ'*
ιὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος· καὶ, *Πάλιν*
ε, ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; Ὅτι κατενώπιον
εοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. Φοβοῦμαι γὰρ μή
λθὼν οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, καὶ ἐγὼ
ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε. Ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ κο-
ς δόξαν λαμβάνειν, ὡς ἐφιέμενος τῆς παρ' αὐ-
ῆς, ταῦτά φησι, *Φοβοῦμαι μή πως ἐλθὼν*
ους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν,
θέλετε. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν μετὰ κατηγορίας
· ἐν ἀρχῇ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἡμερώτερον. Τί
ὃ φησιν; Εἶπε περὶ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν
ν. καὶ ὅτι πανταχοῦ πομπεύεται παρὰ τοῦ
Θεοῦ ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἡ οἰκουμένη πᾶσα τοὺς
θριάμβους οἶδε τούτους. Ἐπεὶ οὖν μεγάλα περὶ αὐ-
τοῦ ἐφθέγξατο, ἀνθυποφέρει ἑαυτῷ λέγων· *Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν;* Ὁ δὲ λέγει,
τοῦτό ἐστιν· Ἴσως τις ἡμῖν ἀντερεῖ, Τί τοῦτο, ὦ
Παῦλε; ταῦτα περὶ σεαυτοῦ λέγεις, καὶ σαυτὸν ἐπαί-
ρεις; Ταύτην οὖν λύων τὴν ὑπόνοιαν, φησὶν, ὅτι Οὐ
τοῦτο βουλόμεθα, οἷον κομπάζειν καὶ ἑαυτοὺς ἐπαί-
ρειν· [474] ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχομεν τοῦ δεηθῆναι
πρὸς ὑμᾶς συστατικῶν ἐπιστολῶν, ὡς ὑμᾶς ἀντὶ ἐπι-
στολῆς ἔχειν. *Ἡ γὰρ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε,*
φησί. Τί ἐστιν, *Ὑμεῖς ἐστε;* Εἰ ἔδει πρὸς ἑτέρους
ἡμᾶς συσταθῆναι, ὑμᾶς ἂν παρηγάγομεν εἰς μέσον
ἀντ' ἐπιστολῆς· ὃ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ ἔλεγεν·
Ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε.
Ἀλλ' οὕτω μὲν ἐνταῦθα οὐ λέγει, μετ' εἰρωνείας δὲ,
ὥστε πληκτικώτερον ποιῆσαι τὸν λόγον· *Εἰ μὴ χρῄζομεν συστατικῶν ἐπιστολῶν;* Καὶ αἰνιττόμενος
τοὺς ψευδαποστόλους, ἐπήγαγεν· *Ὥς τινες, πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν ἐπιστολῶν,* πρὸς ἄλ
λους. Εἶτα, ἐπειδὴ βαρὺ ἦν τὸ εἰρημένον, παραμυθεῖται αὐτὸ ἐπάγων καὶ λέγων· *Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη ὑπὸ πάντων· φανερούμενοι, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ.* Ἐνταῦθα οὐ μόνον αὐτοῖς
ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ κατορθώματα μαρτυρεῖ, εἴ γε
ἱκανοί εἰσι δεῖξαι πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τῆς οἰκείας
ἀρετῆς τοῦ διδασκάλου τὸ ἀξίωμα. Τοῦτο γάρ ἐστιν,
Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε. Ὅπερ ἂν ἐποίησε
τὰ γράμματα συνιστῶντα ἡμᾶς καὶ αἰδεσίμους ποι-
οῦντα, τοῦτο ὑμεῖς ποιεῖτε, καὶ ὁρώμενοι καὶ ἀκουό-
μενοι. Μαθητῶν γὰρ ἀρετὴ τὸν διδάσκαλον εἴωθε κο-
σμεῖν καὶ συνιστᾷν πάσης μᾶλλον ἐπιστολῆς. *Ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.* Τουτέστιν, ἣν
πάντες ἴσασιν· οὕτως ὑμᾶς πανταχοῦ περιφέρομεν,
καὶ ἐν νῷ ἔχομεν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Ἡ σύστασις ἡμῶν
πρὸς ἑτέρους ὑμεῖς ἐστε· καὶ γὰρ ἔχομεν ὑμᾶς ἐν
τῇ καρδίᾳ διηνεκῶς, καὶ πρὸς ἅπαντας τὰ ὑμέτερα
ἀνακηρύττομεν κατορθώματα. Οὐ τοίνυν τῷ καὶ πρὸς
ἑτέρους ὑμᾶς εἶναι σύστασιν ἡμῶν, δεόμεθα ἐπιστο-

ebatur φρονήματος.

Digitized by Google

ἀῶν παρ' ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ τῷ σφόδρα φιλεῖν ὑμᾶς, οὐ δεόμεθα πρὸς ὑμᾶς συστάσεως· πρὸς γὰρ τοὺς ἀγνῶτάς τις δεῖται γραμμάτων· ὑμεῖς δὲ ἐν τῇ διανοίᾳ ἡμῶν ἐστε. Καὶ οὐκ εἶπεν, *Ἐστὲ*, ἁπλῶς, ἀλλὰ, *Ἐγγεγραμμένη*· τουτέστιν, οὐδὲ ἀποπεσεῖν δύνασθε. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ γραμμάτων ἀναγινώσκοντες, οὕτως ἀπὸ τῆς καρδίας ἡμῶν γινώσκοντες ἴσασι πάντες τὴν ἀγάπην ἡμῶν, ἣν ἔχομεν περὶ ὑμᾶς.

β'. Εἰ τοίνυν τὰ γράμματα διὰ τοῦτό ἐστιν, ἵνα δηλώσῃ ὅτι ὁ δεῖνά μοι φίλος, καὶ ἀπολαυέτω παῤῥησίας [a], ἀρκεῖ ἡ ὑμετέρα ἀγάπη τὸ πᾶν ἀνύσαι. Ἂν τε γὰρ πρὸς ὑμᾶς ἴωμεν, οὐ δεόμεθα ἑτέρων τῶν συνιστώντων ἡμᾶς, τῆς φιλίας ὑμῶν προλαμβανούσης· ἄν τε πρὸς ἑτέρους, οὐ χρῄζομεν πάλιν γραμμάτων, τῆς αὐτῆς ἀγάπης ἀντὶ τούτων ἀρκούσης ἡμῖν πάλιν· περιφέρομεν γὰρ τὴν ἐπιστολὴν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Εἶτα ἐπὶ μεῖζον ἐπαίρων αὐτοὺς, καὶ ἐπιστολὴν Χριστοῦ καλεῖ, λέγων· *Φανερούμενοι, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ*. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, λαμβάνει λοιπὸν ὑπόθεσιν καὶ ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἐξετάσαι τὰ τοῦ νόμου. Καὶ ἄλλως δὲ αὐτοὺς ἐνταῦθά φησιν εἶναι ἐπιστολήν· ἀνωτέρω μὲν γὰρ ὡς συνιστῶντας· διὸ ἐπιστολὴν ἐκάλεσεν· [475] ἐνταῦθα δὲ ἐπιστολὴν Χριστοῦ, ὡς ἔχοντας τὸν νόμον ἐγγεγραμμένον τοῦ Θεοῦ. Ἃ γὰρ ἐβούλετο ὁ Θεὸς δηλῶσαι πᾶσι καὶ ὑμῖν, ταῦτα γέγραπται ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἡμεῖς δὲ παρεσκευάσαμεν ὑμᾶς, ὥστε δέξασθαι τὰ γράμματα. Καθάπερ Μωϋσῆς τοὺς λίθους καὶ τὰς πλάκας ἐκόλαψεν, οὕτως ἡμεῖς τὰς ὑμετέρας ψυχάς· διό φησι, *Διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν*. Ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ ἴσον εἶχον· καὶ γὰρ ἐκεῖναι ὑπὸ Θεοῦ ἐγράφησαν, καὶ αὗται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. Ποῦ τοίνυν ἡ διαφορά; *Ἐγγεγραμμένη, οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος· οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις*. Ὅσον δὲ τὸ μέσον Πνεύματος καὶ μέλανος, καὶ λιθίνης πλακὸς καὶ σαρκίνης, τοσοῦτον τὸ διάφορον τούτων κἀκείνων· οὐκοῦν καὶ οἱ διακονήσαντες τοῦ διακονήσαντος ἐκείνοις. Διά τοι τοῦτο, ἐπεὶ μέγα ἐφθέγξατο, ταχέως ἐπιλαμβάνεται ἑαυτοῦ, λέγων· *Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν*· καὶ πάλιν ὅλον ἀνατίθησι τῷ Θεῷ· τούτων γὰρ ἡμῖν ὁ Χριστὸς αἴτιος, φησίν. *Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν τι λογίσασθαι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν*. Ὅρα πάλιν καὶ ἑτέραν ἐπιδιόρθωσιν. Καὶ γὰρ μεθ' ὑπερβολῆς τὴν ἀρετὴν ταύτην μάλιστα κέκτηται, τὴν ταπεινοφροσύνην λέγω. Διόπερ ὅταν εἴπῃ τι μέγα περὶ ἑαυτοῦ, πάσῃ κέχρηται σπουδῇ, ὥστε σφοδρῶς παραμυθήσασθαι τὸ εἰρημένον τρόπῳ παντί· ὃ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ, λέγων, *Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν τι λογίσασθαι ὡς ἐξ ἑαυτῶν*. Τουτέστιν, Οὐχ οὕτως εἶπον, *Πεποίθησιν ἔχομεν*, ὡς τὸ μὲν ἡμέτερον εἶναι, τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὸ πᾶν αὐτῷ ἀνατίθημι καὶ λογίζομαι. *Ἡ γὰρ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς Διαθήκης*. Τί ἐστιν, *Ἱκάνωσε;* Δυνατοὺς ἐποίησε καὶ ἐπιτηδείους. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο, τὸ κομίσαι τοιαύτας πλάκας καὶ ἐπιστολὰς τῇ οἰκουμένῃ, πολὺ μείζους τῶν πρότερων. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος*. Ἰδοὺ πάλιν ἄλλη διαφορά. Τί οὖν; ἐκεῖνος οὐκ ἦν πνευματικὸς ὁ νόμος; πῶς οὖν φησιν, *Οἴδαμεν ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι;* Πνευματικὸς μὲν, ἀλλ' οὐ πνεῦμα παρεῖχεν· οὐ γὰρ πνεῦμα ἐκόμισε Μωϋσῆς, ἀλλὰ γράμματα· ἡμεῖς δὲ ἐπιστεύθημεν πνεῦμα διδόναι. Διὸ καὶ ἐπεξεργάζεται αὐτὸ λέγων· *Τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς φησιν, ἀλλ' ἐκείνους αἰνιττόμενος τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐπὶ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς. Γράμμα δὲ ἐνταῦθα τὸν νόμον φησὶ, τὸν κολάζοντα τοὺς πλημμελοῦντας· πνεῦμα δὲ τὴν χάριν τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος τοὺς ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν νεκρωθέντας ζωοποιοῦσαν. Εἰπὼν γὰρ τὴν διαφορὰν τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν πλακῶν, οὐκ ἐνδιατρίβει αὐτῇ, ἀλλὰ παραδραμὼν αὐτὴν ταύτην ἐπὶ πλεῖον ἐργάζεται, ᾗ μάλιστα ἐλεῖν τὸν ἀκροατὴν ἠδύνατο, ἀπὸ τοῦ συμφέροντος καὶ κούφου. Οὔτε γὰρ πόνον ἔχει, φησὶ, καὶ μείζονα παρέχει τὴν χάριν. Εἰ γὰρ περὶ Χριστοῦ διαλεγόμενος, ἐκεῖνα μάλιστα τίθησιν, ἃ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ ἐστι μᾶλλον ἢ τῆς ἀξίας, καὶ ἀλλήλοις [476] συνδέδεται· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς διαθήκης, ἀναγκαίως τοῦτο ποιεῖ. Τί οὖν ἐστι τὸ, *Γράμμα ἀποκτείνει;* Εἶπεν ὅτι ἐν πλαξὶ λιθίναις, καὶ καρδίαις σαρκίναις, οὐδέπω δὲ μεγάλην ἐδόκει διαφορὰν λέγειν. Προσέθηκε οὖν ὅτι ἐκείνη γράμμασι καὶ μέλανι, αὕτη δὲ πνεύματι. Οὔτε τοῦτο πάνυ αὐτοὺς διήγειρε. Λέγει οὖν λοιπὸν ὅπερ ἱκανὸν αὐτοὺς πτερῶσαι, ὅτι τὸ μὲν ἀποκτείνει, τὸ δὲ ζωοποιεῖ.

γ'. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἐν τῷ νόμῳ ὁ ἁμάρτημα ἔχων, κολάζεται· ἐνταῦθα ὁ ἁμάρτημα ἔχων, προσελθὼν βαπτίζεται, καὶ γίνεται δίκαιος· δίκαιος δὲ γινόμενος ζῇ, τοῦ θανάτου τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλαγείς. Ὁ νόμος ἐὰν λάβῃ φονέα, ἀναιρεῖ· ἡ χάρις ἐὰν λάβῃ φονέα, ζωτίζει καὶ ζωοποιεῖ. Καὶ τί λέγω φονέα; Σύλα ἔλαβεν ἐν σαββάτῳ συλλέξαντα ὁ νόμος, καὶ ἐλίθασε· τοῦτό ἐστι, *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει*. Μυρίους ἀνδροφόνους καὶ ληστὰς λαμβάνει ἡ χάρις, καὶ βαπτίζουσα ἀπαλλάττει τῶν προτέρων κακῶν· τοῦτό ἐστι, *Τὸ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Ἐκεῖνος ἀπὸ ζῶντος νεκρὸν ἐργάζεται τὸν ἀλόντα· αὕτη ἀπὸ νεκροῦ ζῶντα κατασκευάζει τὸν ὑπεύθυνον. *Δεῦτε γὰρ πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι*· καὶ οὐκ εἶπε, Κολάσω ὑμᾶς, ἀλλ', *Ἀναπαύσω ὑμᾶς*. Ἐν γὰρ τῷ βαπτίσματι θάπτεται τὰ ἁμαρτήματα, ἐξαλείφεται τὰ πρότερα, ζωοποιεῖται ὁ ἄνθρωπος, ὥσπερ εἰς πλάκα αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐγγράφεται πᾶσα ἡ χάρις. Ἐννόησον τοίνυν ὅση τοῦ Πνεύματος ἡ ἀξία, ὅταν αἱ πλάκες αὐτοῦ βελτίους τῶν προτέρων, ὅταν μείζόν τι καὶ αὐτῆς τῆς ἀναστάσεως ἐπιδεικνύηται. Καὶ γὰρ ἡ νέκρωσις αὕτη τῆς προτέρας χαλεπωτέρα, ἧς καὶ ἀπαλλάττει, καὶ τοσούτῳ, ὅσῳ ψυχὴ σώματος βελτίων· καὶ αὕτη δι' ἐκείνης συνίσταται ἡ ζωὴ, ἣν τὸ Πνεῦμα δίδωσιν· εἰ δὲ ταύτην δυνατὸν χαρίσασθαι, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐλάττονα· ἐκείνην μὲν γὰρ προφῆται εἰργάσαντο, ταύτην δὲ οὐκέτι. Οὐδεὶς γὰρ δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Οὐδὲ

[a] Edit, παῤῥησίας. Ms. προστασίας.

Digitized by Google

prædicamus. Quo fit, ut non modo quia apud alios quoque commendationis instar nobis estis, epistolis vestris minime indigeamus; sed ideo quoque commendatione nobis apud vos minime opus est, quod vos apprime amem. Etenim ad ignotos quidem literis nuispiam opus habet; vos autem nobis in animo stis. Nec vero solum dixit, *Estis*, sed *Inscripti*, hoc st, nec mihi ex animo excidere potestis. Sicut enim x literis, qui eas legunt, sic ex corde nostro, qui hoc orunt, nostram erga vos dilectionem perspectam abent.

2. Quocirca si literarum hoc munus est, ut ex iis queat hunc aut illum mihi amicum esse, hic libertate natur, ad id totum conficiendum satis est vestra ga me caritas. Nam sive ad vos proficiscamur, alioi commendatione minime indigemus, quod amor ga me vester id muneris jam occuparit : sive ad os, literis rursus nihil nobis opus est, utpote quis eadem dilectio earum loco satis sit : circumferis enim epistolam in cordibus nostris. Mox altius huc eos attollens, epistolam quoque Christi eos vo-, dicens : *Manifestati quod epistola estis Christi.* que id loquutus occasionem hinc atque initium nit legem examinandi. Atque alio modo suam eos stolam esse hic ait : superius enim eos idcirco epiam appellabat, quod ab ipsis commendaretur : autem epistolam Christi eos vocat, ut qui Dei m inscriptam habeant. Nam quæ Deus cum ibus aliis, tum vobis etiam nota esse volebat, in cordibus vestris inscripta sunt. Nos porro ita comparavimus, ut literas exciperetis. Ut enim es lapides et tabulas sculpsit, sic nos quoque as vestras : ideo ait, *Ministrata a nobis.* At in pari conditione erant : nam et illæ a Deo conotæ erant, et hæc a Spiritu. Quanam ergo in re imen situm est? *Scripta non atramento, sed Spi-Dei viventis : non in tabulis lapideis, sed in tabulis s carnalibus.* Quantum autem inter Spiritum et entum, atque inter lapideas et carnales tabulas est, tantum etiam inter has et illas est discrimiac proinde inter eos quoque, qui his operam unt, et eum, qui illis operam navavit. Ob eamcausam, quia magnifice loquutus fuerat, confeseipsum carpit, dicens : 4. *Fiduciam autem habemus per Christum ad Deum;* ac rursus tod Deo adscribit : horum enim nobis Christus est, inquit. 5. *Non quod sufficientes simus e aliquid ex nobis tamquam ex nobis.* Vide rursus m etiam præmunitionem; siquidem hac virtute, it humilitate, in primis Paulus excellit. Eoque quoties de seipso magnifice aliquid ait, nihil tudii adhibeat, ut id quovis modo mitiget ac t. Quod etiam hoc loco his verbis facit : *Non imus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tamex nobis.* Hoc est, Non ita dixi, *Fiduciam ha*ac si aliud nostrum sit, aliud Dei; sed totum Deo adscribo. *Nostra enim sufficientia ex Deo qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti.* st, *Idoneos nos fecit?* Fecit ut huic muneri pares esse possimus. Parvum porro hoc non est, nimirum tales tabulas et epistolas, prioribus multo majores ac præstantiores orbi attulisse : unde etiam subjunxit, *Non literæ, sed spiritus.* En rursus aliud discrimen. Quid autem? annon lex quoque illa spiritualis erat? quomodo ergo ait : *Scimus quod lex spiritualis est* (*Rom.* 7. 14)? Spiritualis quidem erat, sed spiritum minime præbebat : non enim spiritum Moses, sed literas attulit; nostræ autem fidei commissum est, ut spiritum demus : unde etiam istud studiose prosequitur, dicens, *Litera enim occidit, spiritus autem vivificat.* Hæc autem non temere dixit, sed eos subindicans qui de Judaicis altum sapiebant. Per literam autem hoc loco legem intelligit, quæ peccantes supplicio afficiebat; per spiritum autem gratiam baptismi, qua ii, qui a peccato interempti sunt, ad vitam revocantur. Postquam enim discrimen illud commemoravit, quod inter utriusque tabulæ naturam erat, non in eo hæret, sed ulterius progressus, hoc latius prosequitur : qua ratione auditorem magis capere poterat, nimirum ab utilitate et facilitate. Neque enim laborem habet, inquit, et majorem gratiam affert. Nam si de Christo loquens, ea potissimum ponit quæ benignitatis ipsius potius, quam nostri meriti sunt, quæque inter se devincta sunt, multo magis hoc necessario facit, cum de testamento loquitur. Quidnam igitur hæc verba significant, *Litera occidit?* Dixerat quidem in tabulis lapideis et cordibus carneis; at pondum magnum quoddam discrimen proferre videbatur. Adjunxit itaque, quod illa litera aut atramento, hæc spiritu perscripta sit. Hoc autem non eos admodum excitabat. Hoc ergo demum dicit, quod vel pennas illis afferre queat, nempe, *Litera occidit, spiritus autem vivificat.*

3. Quidnam autem hoc est? In lege is qui peccatum habet, punitur; hic qui peccatum habet, accedens baptizatur, ac justus efficitur : justus autem effectus, vivit, utpote peccati morte liberatus. Lex si homicidam arripuerit, eum morte afficit : gratia si homicidam ceperit, illuminat ac vivificat. Quid autem homicidam dico? Lex eum, qui sabbati die ligna collegerat, arreptum lapidibus obruit (*Num.* 15); hoc enim est quod ait, *Litera occidit :* gratia contra sexcentos homicidas et latrones accepit, ac baptismi aqua tinctos prioribus malis liberat; hoc est, *Spiritus vivificat.* Illa eum, qui deprehensus est, ex vivo mortuum reddit : hæc reum ex mortuo vivum efficit. *Venite* enim, inquit, *ad me omnes qui laboratis et onerati estis :* et non dixit, excruciabo vos, sed, *reficiam vos* (*Matth.* 11. 28). Etenim in baptismo peccata sepeliuntur, priora delentur, homo vivificatur, omnis gratia in ipsius pectore, tamquam in tabulis inscribitur. Itaque reputes, velim, quanta Spiritus dignitas sit, quippe cum ipsius tabulæ prioribus meliores sint, atque ipsa etiam resurrectione præstantius aliquid ostendat. Nam et mors ea, a qua ipsa liberat, priore gravior est, et quidem tanto, quanto anima corpori præstat : atque ea vita, quam Spiritus impertit, per eam conflatur. Quod si hanc afferre potest, multo

Digitized by Google

magis minorem : illam etenim prophetæ quoque contulerunt, hanc autem non perinde. Nemo enim, Deo uno excepto, peccata remittere potest. Quin ne illam quidem citra Spiritus opem præbebant prophetæ. Nec vero hoc dumtaxat mirum est, quod vivificet, sed etiam quod id faciendi potestatem aliis quoque præbuerit. *Accipite* enim, inquit, *Spiritum sanctum* (*Joan.* 20. 22). Quid ita ? an id sine Spiritu non licebat ? Sed ut ostenderet Deus illum supremæ potentiæ ac regiæ illius essentiæ esse, eamdemque vim habere, his verbis utitur : ideoque subjungit, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Quandoquidem igitur nos vita donavit, viventes maneamus, nec ad priorem mortem rursus redeamus : *Christus* enim *jam non moritur* (*Rom.* 6. 10). Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, nec vult semper nos gratiæ beneficio salutem consequi ; alioqui enim omnium vacui futuri sumus : ac proinde a nobis quoque aliquid conferri vult. Itaque hoc conferamus, ut animam viventem conservemus.

Animæ vita, quæ. — Quid autem animæ vita sit, a corpore disce. Etenim corpus tum demum vivere dicitur cum sano quodam gressu incedit : at ubi dissolutum jacet, ac præpostere movetur, etiamsi vivere aut ambulare videatur, tamen quavis morte gravior est hujusmodi vita. Eodem modo si nihil sani loquatur, sed eorum, qui mentis emotæ sunt, verbis utatur, atque alia pro aliis cernat, rursus miserabilior est ille, quam mortui. Sic anima quoque, cum nihil sani habet, etiamsi viventis speciem præbeat, tamen mortua est : cum aurum non ut aurum, sed ut magnum aliquid ac pretiosum cernit ; cum futura non cogitat, sed humi sorpit ; cum pro aliis alia facit. Unde enim nos anima præditos esse constat? annon ex actionibus ? Cum igitur suis ipsa muneribus non fungitur, annon mortua est? Verbi gratia, cum virtutis cura non tenetur, sed rapit ac flagitiose vivit, unde queam dicere animam tibi inesse ? an quod ambules ? At hoc bruta etiam habent. An quod edas ac bibas ? At hoc ferarum quoque est. An quod recto corpore sis, ac duobus pedibus insistas ? At hoc mihi potius indicat te belluam humana forma esse. Nam cum cætera eadem tibi cum bellua sint, erectio autem non item, hoc ipso vehementius me turbas ac perterrefacis, magisque portentum id esse existimo, quod cerno. Etenim si feram humana lingua loquentem cernerem, non propterea hominem esse dicerem : quin hoc ipso nomine potius feram, fera prodigiosiorem. Unde ergo mihi exploratum esse queat, humanam animam tibi inesse, cum ut asini calcitres, ut cameli memor sis injuriarum, ut ursi mordeas, ut lupi rapias, ut vulpes fureris, ut serpentes vafer ac fraudulentus sis, ut canis impudenter te geras ? unde, inquam, te humana anima præditum esse intelligere queam ? Vultis mortuam ac viventem animam ostendam ? Ad priscos illos viros sermonem conferamus, ac, si placet, divitem illum, qui Lazari tempore erat (*Luc.* 16), in medium proferamus ; atque, quidnam tandem mors animæ sit, intelligemus. Etenim ille mortuam animam habebat ; idque ex iis quæ faciebat liquet : eorum enim munerum, quæ animæ sunt, nullum exsequebatur, sed solum edebat ac bibebat et voluptatibus operam dabat.

Tales nunc etiam sunt, qui immisericordia et crudelitate laborant : mortuam enim hi quoque animam habent, ut et ille. Universus enim is calor, qui ab amore erga proximum manat, absumptus est, ipsaque magis quam exanime corpus mortua est. At pauper non ita ; sed in ipsa philosophiæ arce stans, elucebat : et quamvis perpetua fame conflictaretur, ac ne necessarius quidem cibus ipsi suppeteret, tamen ne sic quidem blasphemi quidquam adversus Deum loquutus est, sed omnia generoso animo tulit. Hoc porro non parvum animæ opus est, sed maximum et nervorum et sanitatis argumentum. Cum autem hæc desiderantur, liquet ideo ea interiisse, quia anima mortua sit. Annon mortuam animam illam esse dicemus, quam invadit diabolus, feriens, lancinans, mordens, calcibus impetens, nec tamen ea quidquam horum sentit, sed mortua jacet, nec, cum ipsi opes suæ adimuntur, dolet : verum ille quidem insolitas, hæc autem immobilis manet, et instar corporis anima orbati nullo sensu afficitur ? Nam cum Dei timor una cum cura ac diligentia non adest, talem eam esse necesse est, ac mortuis miseriorem. Neque enim in saniem et cinerem ac pulverem, corporis in modum, anima dilabitur, sed in ea, quæ his fœtidiora sunt, in ebrietatem, in avaritiam, in absurdos amores et intempestivas cupiditates. Quod si ipsius fœtorem certius intueri cupis, da mihi puram animam, ac tum perspicue cernes quam fœtida sit turpis illa et impura. Nunc enim id minime perspicere poteris ; nam quamdiu fœtori assueti sumus, id non sentimus : at cum spiritualibus sermonibus alimur, tunc malum illud agnoscimus, etiamsi permultis indifferens esse videatur. Ac de gehenna nondum loquor ; sed si libet præsentia expendamus, nec eum qui turpia perpetrat, sed eum qui turpia loquitur, consideremus, quam ridiculus sit, quamque sese primum contumelia afficiat, atque, ut qui cœnum aliquod ex ore emittit, sic se ipse contaminet. Etenim si fluxio usque adeo impura est, cogita, quæso, qualis hujus cœni scaturigo sit : *Ex abundantia enim cordis os loquitur* (*Matth.* 12. 34). Ego vero non hoc tantum nomine lugeo, sed quod apud nonnullos ne turpe quidem istud videatur. Hinc mala omnia incrementum capiunt, cum et peccamus, nec tamen peccare nobisipsis videmur.

Obscœna loqui quantum malum. — Visne igitur scire quantum malum sit turpia loqui ? Animadverte quomodo eos, qui te audiunt, obscœnitatis tuæ pudeat. Quid enim vilius, quid contemptius homine turpia loquente ? Nam qui tales sunt, in histrionum classem, atque in prostitutæ pudicitiæ mulierum ordinem sese contrudunt : imo etiam plus illis, quam vobis, pudoris inest. Quonam autem modo uxorem ad pudicitiam erudire queas, cum per hujusmodi verba eam ad libidinem instituas ? Præstat saniem ex ore emittere,

Digitized by Google

ἐκείνην δὲ χωρὶς Πνεύματος παρεῖχον οἱ προφῆται. Οὐ τοῦτο δέ ἐστι μόνον τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ζωοποιεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἑτέροις τοῦτο παρέσχε ποιεῖν. *Λάβετε γὰρ, φησὶ, Πνεῦμα ἅγιον.* Διὰ τί; χωρὶς Πνεύματος γὰρ οὐκ ἐνῆν; Ἀλλὰ δεικνὺς ὁ Θεὸς, ὅτι τοῦτο τῆς ἐξουσίας ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω, καὶ τῆς οὐσίας τῆς βασιλικῆς ἐκείνης καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει ἰσχὺν, καὶ τοῦτό φησι· διὸ καὶ ἐπάγει, *Ὧν ἐὰν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται, καὶ ὧν ἐὰν κρατῆτε, κεκράτηνται.* Ἐπεὶ οὖν ἐζωοποίησεν ἡμᾶς, μένωμεν ζῶντες, καὶ μὴ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανίωμεν νεκρότητα· *Ὁ Χριστὸς γὰρ οὐκέτι ἀποθνήσκει.* Ὁ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· καὶ οὐ βούλεται ἀεὶ χάριτι ἡμᾶς σώζεσθαι, ἐπεὶ κενοὶ πάντων ἡμεῖς ἐσόμεθα· διὸ καὶ παρ' ἡμῶν εἰσφέρεσθαί τι βούλεται. Εἰσενέγκωμεν τοίνυν, καὶ τὴν ψυχὴν ζῶσαν διατηρῶμεν.

Τί δέ ἐστι ψυχῆς ζωὴ, ἀπὸ τοῦ σώματος μάνθανε. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα τότε λέγομεν ζῆν, ὅταν βαδίζῃ ὑγιῆ τινα βάδισιν· ὅταν δὲ κατακέηται [477] διαλυθὲν, καὶ παρὰ τάξιν κινῆται, κἂν δοκῇ ζῆν ἡ βαδίζειν, παντὸς θανάτου χαλεπωτέρα ἡ τοιαύτη ζωή. Κἂν φθέγγηται μηδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ τῶν παραπλήγων ῥήματα, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων βλέπῃ, πάλιν τῶν τετελευτηκότων ἐλεεινότερος ὁ τοιοῦτος. Οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ὅταν μηδὲν ὑγιὲς ἔχῃ, κἂν δοκῇ ζῆν, τέθνηκεν· ὅταν τὸ χρυσίον μὴ βλέπῃ ὡς χρυσίον, ἀλλ' ὡς μέγα τι καὶ τίμιον, ὅταν τὰ μέλλοντα μὴ ἐννοῇ, ἀλλὰ χαμαὶ σύρηται, ὅταν ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα πράττῃ. Πόθεν γὰρ δῆλον ὅτι ψυχὴν ἔχομεν; οὐκ ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν; Ὅταν οὖν τὰ αὐτῆς μὴ ἐνεργῇ, οὐχὶ τέθνηκεν; Οἷον, ὅταν μὴ ἐπιμελῆται ἀρετῆς, ἀλλὰ ἁρπάζῃ καὶ παρανομῇ, πόθεν δύναμαι εἰπεῖν ὅτι ψυχὴν ἔχεις; ὅτι βαδίζεις; Ἀλλὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀλόγων. Ἀλλ' ὅτι ἐσθίεις καὶ πίνεις; Ἀλλὰ τοῦτο καὶ τῶν θηρίων. Ἀλλ' ὅτι ὀρθὸς ἑστηκας ἐπὶ δύο ποσί; Τοῦτό μοι μᾶλλον δείκνυσιν, ὅτι θηρίον εἶ ἀνθρωπόμορφον. Ὅταν μὲν γὰρ τὰ ἄλλα ἔχῃς ἐκείνου, τὴν δὲ διανάστασιν μηκέτι, μᾶλλόν με ταράττεις καὶ ἐκδειματοῖς, καὶ μᾶλλον τέρας εἶναι νομίζω τὸ φαινόμενον. Καὶ γὰρ εἰ θηρίον εἶδον ἀνθρωπίνῃ φθεγγόμενον τῇ φωνῇ, οὐκ ἂν δι' αὐτὸ τοῦτο ἔφην ἄνθρωπον εἶναι [a], ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο θηρίον θηρίου τερατωδέστερον. Πόθεν οὖν δυνήσομαι μαθεῖν, ὅτι ψυχὴν ἔχεις ἀνθρώπου, ὅταν λακτίζῃς ὡς οἱ ὄνοι, ὅταν μνησικακῇς ὡς αἱ κάμηλοι, ὅταν δάκνῃς ὡς αἱ ἄρκτοι, ὅταν ἁρπάζῃς ὡς οἱ λύκοι, ὅταν κλέπτῃς ὡς αἱ ἀλώπεκες, ὅταν δολερὸς ᾖς ὡς οἱ ὄφεις, ὅταν ἀναισχυντῇς ὡς ὁ κύων; πόθεν δυνήσομαι μαθεῖν ὅτι ψυχὴν ἔχεις ἀνθρώπου; Βούλεσθε δείξω νεκρὰν ψυχὴν καὶ ζῶσαν; Ἄγωμεν τὸν λόγον πάλιν ἐπὶ τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας ἐκείνους, καὶ, εἰ δοκεῖ, τὸν πλούσιον εἰς μέσον καταθώμεθα τὸν ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, καὶ εἰσόμεθα τί ποτέ ἐστι ψυχῆς νέκρωσις. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος νεκρὰν εἶχε ψυχὴν, καὶ δῆλον ἀφ' ὧν ἐποίει· τῶν μὲν γὰρ ψυχῆς ἔργων οὐδὲν ἔπραττεν, ἤσθιε δὲ καὶ ἔπινε καὶ ἐτρύφα μόνον.

δ'. Τοιοῦτοί εἰσι καὶ νῦν οἱ ἀνελεήμονες καὶ ὠμοί· νεκρὰν γὰρ ἔχουσι καὶ οὗτοι ψυχὴν, ὥσπερ ἐκεῖνος. Τὸ γὰρ θερμὸν αὐτῆς ἅπαν τὸ ἀπὸ τῆς φιλίας τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀνήλωται, καὶ ἔστιν ἀψύχου σώματος νεκροτέρα. Ὁ δὲ πένης οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ἄκρῳ τῆς φιλοσοφίας ἑστὼς διέλαμπε· καὶ λιμῷ παλαίων διηνεκεῖ, καὶ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐπορῶν τροφῆς, οὐδὲ οὕτως εἶπέ τι βλάσφημον εἰς τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἔφερεν ἅπαντα γενναίως. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο ψυχῆς ἔργον, ἀλλὰ καὶ τῆς εὐτονίας, καὶ τῆς ὑγείας τεκμήριον μέγιστον. Ὅταν δὲ ταῦτα μὴ ᾖ, δῆλον ὅτι παρὰ τὸ νενεκρῶσθαι ἀπόλωλεν. Ἢ οὐ νεκρὰν ἐκείνην εἶναι φήσομεν, εἰπέ μοι, ᾗ ἔπεισι μὲν ὁ διάβολος πλήττων, κεντῶν, δάκνων, λακτίζων, αἰσθάνεται δὲ ἐκείνη οὐδενὸς [478] τούτων, ἀλλὰ κεῖται νενεκρωμένη, καὶ τῆς περιουσίας αὐτῆς ἀφαιρουμένης οὐκ ἀλγεῖ, ἀλλ' ἐφάλλεται μὲν ἐκεῖνος, μένει δὲ αὕτη ἀκίνητος, ὥσπερ σῶμα ψυχῆς ἀπελθούσης, οὐδὲ αἰσθανομένη; Ὅταν γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος μὴ παρῇ μετὰ ἀκριβείας, τοιαύτην αὐτὴν εἶναι ἀνάγκη, καὶ νεκρῶν ἀθλιωτέραν. Οὐδὲ γὰρ εἰς ἰχῶρα διαλύεται καὶ τέφραν καὶ κόνιν ἡ ψυχὴ, καθάπερ τὸ σῶμα, ἀλλ' εἰς τὰ τούτων δυσωδέστερα, εἰς μέθην καὶ θυμὸν καὶ πλεονεξίαν, εἰς ἀτόπους ἔρωτας καὶ ἀκαίρους ἐπιθυμίας. Εἰ δὲ βούλει αὐτῆς ἀκριβέστερον ἰδεῖν τὸ δυσῶδες, δός μοι ψυχὴν καθαρὰν, καὶ τότε ὄψει σαφῶς πῶς ἐστι δυσώδης ἡ αἰσχρὰ αὕτη καὶ ἀκάθαρτος. Νῦν μὲν γὰρ οὐ δυνήσῃ συνιδεῖν· ἕως γὰρ ἂν ὦμεν ἐν συνηθείᾳ δυσωδίας, οὐκ αἰσθανόμεθα· ὅταν δὲ πνευματικοῖς τρεφώμεθα ῥήμασι, τότε εἰσόμεθα ἐκεῖνο τὸ κακόν· καίτοι πολλοῖς ἀδιάφορον τοῦτο εἶναι δοκεῖ. Καὶ οὐδέπω λέγω περὶ γεέννης· ἀλλ', εἰ βούλεσθε, τὰ παρόντα ἐξετάσωμεν, καὶ μὴ τὸν αἰσχρὰ πράττοντα, ἀλλὰ τὸν αἰσχρὰ φθεγγόμενον, πῶς ἐστι καταγέλαστος, πῶς ἑαυτὸν καθυβρίζει πρῶτον· καθάπερ τις βόρβορόν τινα ἀπὸ τοῦ στόματος ἀφιεὶς, οὕτως ἑαυτὸν μολύνει. Εἰ γὰρ τὸ ῥεῖθρον οὕτως ἀκάθαρτον, ἐννόησον οἷα ἡ πηγὴ τοῦ βορβόρου τούτου· *Ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ.* Ἐγὼ δὲ οὐ διὰ τοῦτο πενθῶ μόνον, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ εἶναι δοκεῖ τῶν ἀτόπων τοῦτο παρά τισιν. Ἐντεῦθεν ἅπαντα αὔξεται τὰ κακὰ, ὅταν καὶ ἁμαρτάνωμεν, καὶ μηδὲ πλημμελεῖν νομίζωμεν.

Βούλει οὖν μαθεῖν ὅσον κακὸν τὸ αἰσχρὰ φθέγγεσθαι; Ἐννόησον τοὺς ἀκούοντας, πῶς ἐρυθριῶσιν ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ τῇ σῇ. Τί γὰρ εὐτελέστερον ἀνδρὸς αἰσχρολόγου; τί ἀτιμότερον; Εἰς γὰρ τὴν τῶν μίμων ὠθοῦσιν ἑαυτοὺς οἱ τοιοῦτοι τάξιν, καὶ εἰς τὴν τῶν πεπορνευμένων γυναικῶν· μᾶλλον δὲ, ἐκεῖναι ἐρυθριῶσι μᾶλλον, ἢ ὑμεῖς. Πῶς δύνασαι διδάξαι γυναῖκα σωφρονεῖν, παιδεύων αὐτὴν εἰς ἀσέλγειαν διὰ τούτων ἐκβαίνειν τῶν ῥημάτων; Βέλτιον σηπεδόνα ἀπὸ τοῦ στόματος ἀφιέναι, ἢ ῥῆμα αἰσχρόν. Νῦν δὲ, ἂν μὲν δζῃ τὸ στόμα, οὐδὲ τῶν κοινῶν μετέχεις σιτίων· τοσαύτης δὲ δυσωδίας οὔσης ἐν τῇ ψυχῇ, μυστηρίων τολμᾷς κοινωνεῖν, εἰπέ μοι; Καὶ εἰ μὲν σκεῦος ἀκάθαρτόν τις λαβὼν, ἐπὶ τῆς τραπέζης κατ-

[a] Hæc, τοῦτο ἔφην ἄνθρωπον εἶναι, etc. deerant in Morelli Edito.

Digitized by Google

ἔθετο τῆς σῆς, ξύλοις αὐτὸν ἂν παίων ἤλασας· τὸν δὲ Θεὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς αὐτοῦ (τράπεζα γὰρ αὐτοῦ, τὸ στόμα τὸ ἡμέτερον εὐχαριστίας πληρούμενον), σκεύους ἀκαθάρτου παντὸς ῥήματα βδελυρώτερα προφέρων, οὐκ οἴει παροξύνειν, εἰπέ μοι; καὶ πῶς ἕνι τοῦτο; Οὐδὲν γὰρ οὕτω παροργίζει τὸν ἅγιον καὶ τὸν καθαρὸν, ὡς τὰ ῥήματα ταῦτα· οὐδὲν οὕτως ἰταμοὺς καὶ ἀναισχύντους ποιεῖ, ὡς τὸ λέγειν τοιαῦτα καὶ ἀκούειν· οὐδὲν οὕτως ἐκλύει [a] τὰ νεῦρα τῆς σωφροσύνης, ὡς ἡ διὰ τούτων ἀναπτομένη φλόξ. Μύρον ἐνέθετό σου τῷ στόματι ὁ Θεός· σὺ δὲ νεκροῦ δυσωδέστερα ἀποτίθεσαι ῥήματα, καὶ αὐτὴν ἀναιρεῖς τὴν ψυχὴν, καὶ ἀκίνητον [479] ποιεῖς. Καὶ γὰρ ὅταν ὑβρίζῃς, οὐκ ἔστι τοῦτο ψυχῆς φωνὴ, ἀλλὰ θυμοῦ· ὅταν αἰσχρὰ λέγῃς, οὐκ ἐκείνη ἐφθέγξατο, ἀλλ' ἡ ἀκολασία· ὅταν κακηγορῇς, ἡ βασκανία· ὅταν ἐπιβουλεύῃς, ἡ πλεονεξία. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἐκείνης, ἀλλὰ τῶν παθῶν αὐτῆς, καὶ τῶν νοσημάτων. Ὥσπερ οὖν τὸ φθείρεσθαι οὐχ ἁπλῶς τοῦ σώματος, ἀλλὰ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ πάθους τοῦ ἐν τῷ σώματι· οὕτω δὴ καὶ ταῦτα, τῶν προσγινομένων αὐτῇ παθῶν. Εἰ γὰρ βούλει ψυχῆς ἀκοῦσαι φωνῆς ζώσης, ἄκουσον Παύλου λέγοντος· *Ἔχοντες τροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*· καὶ, *Ἔστι παρισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια*· καὶ, *Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ*. Ἄκουσον Πέτρου λέγοντος, *Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι*· *ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι*· ἄκουσον τοῦ Ἰὼβ εὐχαριστοῦντος καὶ λέγοντος, *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο*. Ταῦτα ψυχῆς ζώσης τὰ ῥήματα, ταῦτα ἐνεργούσης τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν. Οὕτω καὶ Ἰακὼβ ἔλεγεν· *Ἐὰν δῷ μοι Κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι*· οὕτω καὶ Ἰωσὴφ, *Πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ;* Ἀλλ' οὐχ ἡ βάρβαρος ἐκείνη, ἀλλ' ὥσπερ μεθύουσα καὶ παραπαίουσα, οὕτως ἐφθέγγετο λέγουσα, *Κοιμήθητι μετ' ἐμοῦ*. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ζηλώσωμεν τὴν ζῶσαν ψυχὴν, φύγωμεν τὴν νενεκρωμένην, ἵνα καὶ τῆς μελλούσης ἐπιτύχωμεν ζωῆς· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

[a] Μς., διαλύει.

ΟΜΙΛΙΑ Ζ'.

Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ;

α'. Εἶπεν, ὅτι λίθιναι αἱ πλάκες αἱ Μωϋσέως, ὡς ὅτι γράμματα εἶχον, καὶ ὅτι σάρκιναι αὗται, αἱ καρδίαι τῶν ἀποστόλων, καὶ πνεύματι ἦσαν ἐγγεγραμμέναι· καὶ ὅτι τὸ μὲν γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ· ἐλείπετο λοιπὸν τῇ συγκρίσει ταύτῃ προσθεῖναι καὶ ἕτερον οὐ μικρὸν, τὸ τῆς δόξης Μωϋσέως· ὅπερ ἐνταῦθα οὐδεὶς εἶδεν ἐπὶ τῆς Καινῆς τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς. Διὸ καὶ μέγα ἐδόκει εἶναι, ἐπειδὴ αἰσθητὴ ἦν δόξα· ὀφθαλμοῖς γὰρ ἑωρᾶτο σώματος, εἰ καὶ ἀπρόσιτος ἦν· ἡ δὲ τῆς Καινῆς νοητή. Οὐ γὰρ σαφὴς τοῖς ἀσθενεστέροις τῆς τοιαύτης ὑπεροχῆς ἡ κατάληψις· ἀλλ' ἐκείνη μᾶλλον αὐτοὺς ἦρε, καὶ ἐπέστρεφε πρὸς ἑαυτήν. Ἐπεὶ οὖν εἰς ταύτην ἐνέπεσε τὴν σύγκρισιν, καὶ σπουδάζει δεῖξαι τὴν ὑπεροχὴν, σφόδρα δὲ δύσκολον ἦν διὰ τὸ παχὺ τῶν ἀκροατῶν· ὅρα τί ποιεῖ, καὶ πῶς αὐτὸ μεθοδεύει, πρῶτον ἀπὸ λογισμῶν [480] τὴν διαφορὰν εἰσάγων, καὶ πλέκων αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων. Εἰ γὰρ ἐκείνη μὲν θανάτου, αὕτη δὲ ζωῆς ἡ διακονία, ἀναμφίβολον ὅτι καὶ ἡ δόξα αὕτη μείζων ἐκείνης, φησίν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εἶχεν αὐτὴν δεῖξαι τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς σωματικοῖς, τῷ συλλογισμῷ παρέστησεν αὐτῆς τὸ ὑπερέχον, λέγων· *Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐνεγήθη ἐν δόξῃ, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ;* Διακονίαν δὲ θανάτου τὸν νόμον λέγει. Καὶ σκόπει πῶς καὶ ἐν τῇ συγκρίσει πολλὴν ποιεῖται τὴν ἀσφάλειαν, ὥστε μηδεμίαν δοῦναι τοῖς αἱρετικοῖς λαβήν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὁ ποιητικὸς τοῦ θανάτου, ἀλλ', *Ἡ διακονία του θανάτου*· διακονεῖ γὰρ εἰς θάνατον, οὐκ ἔτικτε θάνατον. Ἡ γὰρ τοῦ θανάτου ποιητικὴ, ἡ ἁμαρτία ἦν· οὗτος δὲ τὴν κόλασιν ἐπῆγε, καὶ τῆς ἁμαρτίας δεικτικὸς ἦν, οὐ ποιητικός· ἀπεκάλυπτε γὰρ σαφέστερον τὸ κακὸν καὶ ἐκόλαζεν, οὐκ ὤθει εἰς τὸ κακόν· καὶ διηκόνει, οὐ πρὸς τὸ γενέσθαι ἁμαρτίαν ἢ θάνατον, ἀλλὰ πρὸς τὸ δοῦναι δίκην τὸν ἁμαρτόντα· ὥστε καὶ ἀναιρετικὸς ἦν ταύτῃ τῆς ἁμαρτίας.

Ὁ γὰρ οὕτω φοβερὰν αὐτὴν δεικνὺς, εὔδηλον ὅτι καὶ φευκτὴν ποιεῖ. Ὥσπερ οὖν ὁ τὸ ξίφος μεταχειρίζων, καὶ τὸν κατάδικον ἀποτέμνων, διακονεῖ τῷ δικαστῇ ἀποφαινομένῳ, καὶ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἀναιρῶν, καίτοι γε αὐτὸς ἀποτέμνων, ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἀποφαινόμενος καὶ καταδικάζων, ἀλλ' ἡ τοῦ κολαζομένου [a] πονηρία· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα οὐκ αὐτὸς ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία· αὕτη καὶ ἀνῄρει καὶ κατεδίκαζε· τιμωρούμενος δὲ οὗτος, ἐκείνης ὑπετέμνετο τὴν ἰσχὺν, τῷ φόβῳ τῆς τιμωρίας ἀναστέλλων αὐτήν. Οὐκ ἠρκέσθη δὲ τούτῳ μόνῳ εἰς τὴν παράστασιν τῆς ὑπεροχῆς, ἀλλὰ καὶ ἕτερον προστίθησι, λέγων· *Ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις*. Ὅρα πῶς πάλιν ὑποτέμνεται τὸ φρόνημα τὸ Ἰουδαϊκόν. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἦν ἢ γράμματα ὁ νόμος· οὐ βοηθειά τις ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἐκπηδῶσα, καὶ ἐμπνέουσα τοῖς ἀγωνιζομένοις, καθάπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἀλλὰ στῆλαι καὶ γραφαὶ θάνατον φέρουσαι τοῖς τὰ γράμματα παραβαίνουσιν. Εἶδες πῶς διορθούμενος τὴν

[a] Α, καταδικαζομένου.

Digitized by Google

quam verbum obscœnum. Ac nunc, si fœteat os, ne ad communes quidem cibos admitteris, cum autem anima usque adeo fœteat, heus tu, mysteria percipere non dubitas? Ac si aliquis vas impurum acciperet, atque in mensa tua collocaret, fustibus quoque cæsum illum exigeres: tu vero Deum habens in mensa ipsius mensa enim ipsius os nostrum est, cum gratiarum plenum est), quovis impuro vase exsecrabiliora verba proferens, quæso te, non eum ad iracundiam provocare putas? et qui hoc fieri queat? Nihil enim æque mentem illum ac purum exacerbat, ut verba hæc: nihil ita temerarios et impudentes homines reddit, hujusmodi verba loqui et audire: nihil æque pudicitiæ nervos refringit, ut flamma, quæ per ea excitur. Deus unguentum ori tuo imposuit; tuo vero gravere fœtidiora verba in eo recondis, atque animam ipsam occidis et immobilem reddis. Etenim si aliquem contumelia afficis, hoc non animæ, sed pudicitiæ vox est; cum obscœna loqueris, non illa, sed libido loquuta est; cum obtrectas, invidia; cum opidias struis, avaritia. Hæc enim non animæ sunt, sed perturbationum ipsius ac morborum. Quemadmodum enim corrumpi, non simpliciter corporis est, sed mortis et vitii quod in corpore est: eodem modo ista quoque, adventitiarum animæ perturbationum sunt. Nam si viventis animæ vocem audire vis, audi Paulum dicentem: *Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti sumus* (1. *Tim.* 5. 8); et, *Quæstus magnus est pietas* (*Ibid. v.* 6); et, *Mihi, mundus crucifixus est, et ego mundo* (*Gal.* 6. 14). Audi Petrum dicentem, *Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do* (*Act.* 3. 6): audi Job gratias agentem ac dicentem, *Dominus dedit, Dominus abstulit* (*Job* 1. 21). Hæc viventis animæ verba sunt, hæc suam vim exserentis. Sic Jacob etiam dicebat, *Si dederit mihi Dominus panem ad manducandum, et vestimentum ad induendum* (*Gen.* 28. 20): sic et Joseph, *Quo pacto faciam verbum hoc malum, et peccabo coram Deo* (*Ibid.* 39. 9)? At non perinde barbara illa, sed velut ebria ac delirans, ita loquebatur dicens, *Dormi mecum* (*Ibid. v.* 7). Hæc igitur cum noverimus, viventem animam æmulemur, mortuam fugiamus, ut futuram quoque vitam consequamur: quam utinam nobis omnibus consequi contingat, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA VII.

3. v. 7. *Quod si ministratio mortis literis effor-mata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent fii Israel intendere in faciem Moysis, propter gloam vultus ejus, quæ evacuatur:* 8. *quomodo non agis ministratio spiritus erit in gloria?*

Dixerat quod Mosis tabulæ lapideæ essent, ut o quod literas haberent, et quod carnales essent, tolorum corda, et spiritu descripta, et quod litera leret, spiritus autem vivificaret. Supererat jam comparationi aliud non modicum adjiciendum, e Mosis gloria: quam quidem nemo hoc in Testamento corporeis oculis vidit. Unde etiam a videbatur, quoniam gloria ea sub sensum ca-: corporis enim oculis cernebatur, licet ad accedere nemo posset, cum contra gloria Novi menti intellectu cerneretur. Neque enim imioribus perspicua est hujusmodi præcellentiæ io; verum gloria illa magis eos attollebat, atd se convertebat. Quoniam igitur in hujusmodi rationem inciderat, atque quantum hæc illam llat demonstrare studebat, idque propter aum crassitiem difficile erat; vide quid faciat, et te id moliatur: primo rationes, ex quibus dis- agnoscatur, inducens, easque ex iis quæ xerat contexens. Nam si illa mortis, inquit, utem vitæ ministratio est; dubium esse non quin hæc quoque gloria illam antecellat. Quia acere non poterat, ut corporeis oculis eam dam proponeret, ipsius præstantia argumento vit dicens: *Quod si ministratio mortis fuit in quomodo non magis ministratio spiritus erit in*

Per mortis autem ministerium legem intelque interim vide, quam sedulo in ista comac caveat, ne ullam hæreticis ansam præbeat. Non enim dixit, Lex mortem efficit, sed, *Mortis ministratio est:* mortem enim ministrabat, non autem pariebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat; lex autem supplicium invehebat, ac peccatum indicabat, non autem faciebat. Malum enim apertius detegebat, ac plectebat, non autem ad malum impellebat: neque ad id ministrabat, ut peccatum fieret, aut mors exsisteret, sed ut pœnas daret is qui peccasset: ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat.

Lex quomodo mortem afferebat. — Nam dum ipsa peccatum adeo formidandum esse ostenderet, proculdubio hoc etiam faciebat, ut ipsum fugiendum esse videretur. Sicut igitur is, qui ensem in manus sumit, ac sonti caput amputat, judici pronuntianti ministrum se præbet; neque ipse est qui interimit, etiamsi ipse caput abscindat; nec rursum is, qui sententiam profert et condemnat, sed ejus de quo supplicium sumitur improbitas: ita hic quoque non lex necem afferebat, sed peccatum ipsum erat, quod et interimebat et condemnabat; hæc vero, in sontem animadvertens, vim illius succidebat, supplicii metu eum coercens. Nec vero satis habuit Paulus præstantiæ declarandæ causa hoc solum protulisse, sed aliud quoque adjungit, dicens: *In literis deformata in lapidibus.* Vide quomodo rursus Judaicos spiritus deprimat. Nihil enim aliud lex erat, quam literæ; non autem subsidium ullum e literis prodiens, atque aspirans iis qui dimicant, sicut in baptismo, sed tabulæ et scripturæ, mortem iis qui literas violabant afferentes. Vides quo pacto Judaicum contentionis studium retundens, per ipsa quoque vocabula auctoritatem legis nunc dejiciat, lapidem dicens et literas et ministrationem mortis, addensque præterea, quod de-

Digitized by Google

formata atque impressa? Hinc enim nil aliud designat, quam quod lex in uno loco defixa erat, non quemadmodum spiritus, qui ubique aderat, vim magnam cunctis inspirans : vel certe hoc indicat, quod literæ minas multas efflabant, et quidem ejusmodi minas quæ deleri non possent, sed semper manerent, utpote saxis insculptæ. Deinde etiam, dum vetera laudibus efferre videtur, rursus Judæorum accusationem simul inspergit. Cum enim dixisset, *In literis, deformata in lapidibus, fuit in gloria ;* subjunxit, *Ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi.* Quod quidem magnam eorum imbecillitatem animique ad res terrenas propensionem declarabat. Ac rursus dicit, non, Propter tabularum gloriam, sed, *Propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur.* Ostendit enim eum, qui tabulas ferebat, gloria affici, non autem illas. Non enim dixit, Quia non possent intendere in tabulas, sed, *In vultum Moysis :* ac rursus non dixit, Propter gloriam tabularum, sed, *Propter gloriam vultus ipsius.* Deinde postquam eam extulit, vide quo pacto eam rursus dejiciat dicens, *Quæ evacuatur :* quamquam hoc accusationis rationem non habet, sed extenuationis. Non enim dixit, Quæ corrupta est, aut, Quæ mala est ; sed, Quæ desinit, ac finem accipit. *Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?* Fidenti enim animo jam Novi Testamenti dignitatem attollit, ut omnis dubitationis expertem. Ac vide quid agit : opposuit lapidem cordi, et literas spiritui. Deinde cum ea quæ ex utrisque orirentur indicasset, non jam quæ ex utrisque sint ponit ; sed postea quam id quod a litera ortum habet expressit, nempe mortem et condemnationem, id quod a spiritu proficiscitur, non item exprimit, hoc est, vitam et justitiam, sed ipsum spiritum : quod quidem sermonem amplificabat. Novum enim Testamentum non vitam solam dabat, sed etiam spiritum, a quo vita afferebatur, subministrabat : quod vita multo majus erat. Ideo dixit, *Ministratio spiritus.* Ac postea rursus eamdem rem inculcat, dicens : 9. *Nam si ministratio damnationis, gloria.*

2. Ac dilucidius exponit quidnam his verbis significetur, *Litera occidit ;* hoc videlicet inquiens, quod ante diximus, nempe legem peccatum indicare, non autem efficere. *Multo magis ministratio justitiæ abundat in gloria.* Etenim tabulæ illæ peccatores ostendebant, ac supplicio afficiebant : hæc autem peccatores non modo non puniebat, sed etiam justos efficiebat ; baptismus enim hoc largiebatur. 10. *Non enim glorificatum est, quod glorificatum est in hac parte, propter excellentem gloriam.* Superioribus verbis id quidem ostendit, quod hoc quoque in gloria sit, nec simpliciter in gloria, sed quod etiam abundet : non enim dixit, Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? sed, *Abundat in gloria ;* supradictis nimirum argumentis id probans. Hic vero præcellentia quoque quanta sit, his verbis ostendit : si hanc cum illa comparem, ne gloria quidem est Veteris Testamenti gloria. Quibus verbis non hoc simpliciter adstruit, quod gloria non sit, sed comparationis ratione ; unde etiam subjunxit, *In hac parte,* hoc est, si comparatio habeatur. Nec tamen hoc Vetus Testamentum traducit, sed vehementer etiam ipsum commendat : etenim comparationes de rebus cognatis fieri consueverunt. Mox aliud argumentum movet, quod alia quoque ratione præstantiam demonstrat. Quale istud? Nimirum a tempore dicens : 11. *Si autem quod evacuatur, per gloriam est ; multo magis id quod manet, est in gloria.* Illud enim finem accepit ; hoc perpetuo manet. 12. *Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur.* Quia enim auditor tot ac tanta de Novo Testamento audierat, atque hanc gloriam oculis ipsis usurpare cupiebat, vide quonam pacto ipsum ad futurum ævum rejiciat. Ideo spem in medium protulit, dicens, *Habentes igitur talem spem.* Qualem tandem? Quod majorem dignitatem quam Moses consequuti sumus, non tantum nos apostoli, sed etiam omnes fideles. *Multa fiducia utimur.* Apud quem? quæso ; apud Deum, an apud discipulos? Apud vos, inquit, quos discipulos habeo : hoc est : Cum libertate ubique loquimur, nihil occultantes, nihil dissimulantes, nihil suspicantes, sed perspicue loquentes : nec veremur ne oculorum vestrorum aciem perstringamus, quemadmodum Moses Judæorum. Nam quod istud subindicarit, audi quæ sequuntur ; imo vero historiam prius referre necessarium est : nam et ipse eam assidue versat. Quænam igitur est hæc historia? Cum Moses acceptis denuo tabulis descenderet, gloria quædam ex ipsius vultu exsiliens, adeo effulgebat, ut Judæi nec ad eum accedere, nec cum eo colloqui possent, quousque faciei suæ velamen imposuisset. Sic enim in Exodo scriptum est : *Cum descendisset Moyses de monte, duæ tabulæ erant in manibus ejus. Et ignorabat quod glorificatus esset aspectus faciei ejus : et timuerunt appropinquare ei. Et vocavit eos Moyses, et loquutus est ad eos. Et postquam cessavit loqui ad eos, imposuit faciei suæ velamen. Cum autem ingrediebatur ut loqueretur coram Domino, tollebat velamen quousque egrederetur* (*Exod.* 34. 29 - 34). Hujus historiæ mentionem faciens ait : 13. *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus quod evacuatur.* Quod autem dicit, est ejusmodi : Nihil necesse est, ut Mosis instar nosipsos obvelemus : potestis enim ipsi in gloriam hanc, qua cincti et ornati sumus, intueri, etsi multo major ac splendidior est quam illa Mosis. Videsne quantum illi profecerint? Nam qui in priore epistola dicebat, *Lac vobis potum dedi, non cibum* (1. *Cor.* 3. 2), hic ait : *Multa fiducia utimur :* ac Mosem in medium producit, sermonemque per comparationem provehit, ut hac quoque ratione auditorem in altum subducat. Ac primum Judæis ipsos anteponit dicens, Non opus habemus velamine, quemadmodum ille apud eos, quibus præerat : quæ sequuntur autem ad legislatoris dignitatem ducunt, et multo majora sunt. Interim autem, quæ deinceps sequuntur, audiamus. 14. *Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum,*

Digitized by Google

Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν, καὶ διὰ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν καθαιρεῖ τὸ ἀξίωμα λίθον εἰπών, καὶ γράμματα, καὶ διακονίαν θανάτου, καὶ προσθεὶς ὅτι ἐντετυπωμένη; Ἐντεῦθεν γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει, ἢ ὅτι ἐν ἑνὶ χωρίῳ ὁ νόμος ἵδρυτο, οὐ καθάπερ τὸ πνεῦμα πανταχοῦ παρῆν πολλὴν ἐμπνέον τὴν ἰσχὺν ἅπασιν· ἢ ὅτι πολλὴν ἐμπνεῖ τὴν ἀπειλὴν τὰ γράμματα, καὶ ἀπειλὴν οὐδὲ ἀφανισθῆναι δυναμένην, ἀλλὰ διαπαντὸς μένουσαν, ἅτε λίθοις ἐγκεκολαμμένην. Εἶτα καὶ δοκῶν ἐγκωμιάζειν τὰ παλαιὰ, κατηγορίαν πάλιν ἀναμίγνυσιν Ἰουδαίων. Εἰπὼν γὰρ, *Ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ*, ἐπήγαγεν, *Ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως*· ὃ πολλῆς ἦν αὐτῶν ἀσθενείας καὶ χαμαιζηλίας. Καὶ πάλιν, οὐ, *Διὰ τὴν δόξαν τῶν πλακῶν*· ἀλλὰ, *Διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην*, φησί. Δείκνυσι γὰρ τὸν φέροντα δοξαζόμενον, οὐκ ἐκείνας. Οὐ γὰρ εἶπε, Διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι εἰς τὰς πλάκας, ἀλλ', *Εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως*· καὶ πάλιν, [481] οὐ, *Διὰ τὴν δόξαν τῶν πλακῶν, ἀλλὰ, Διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ*. Εἶτα ἐπειδὴ ἐπῆρεν αὐτὴν, ὅρα πῶς πάλιν καθαιρεῖ λέγων, *Τὴν καταργουμένην*. Οὐ μὴν τοῦτο κατηγορίας ἐστὶν, ἀλλὰ ἐλαττώσεως· οὐδὲ γὰρ εἶπε, Τὴν διεφθαρμένην, τὴν πονηρὰν, ἀλλὰ, Τὴν παυομένην, καὶ τέλος λαμβάνουσαν. *Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ;* Τεθαρρηκὼς γὰρ λοιπὸν τὰ τῆς Καινῆς αἴρει, ὡς ἀναμφισβήτητα. Καὶ σκόπει τί ποιεῖ· ἀντέστησε λίθον καρδίᾳ, καὶ γράμμα πνεύματι. Εἶτα δείξας τὰ ἐξ ἀμφοτέρων, οὐκέτι τίθησι τὰ ἐξ ἀμφοτέρων· ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τοῦ γράμματος θεὶς, τὸν θάνατον καὶ τὴν κατάκρισιν, τὸ ἀπὸ τοῦ πνεύματος οὐκέτι τίθησι, τὴν ζωὴν καὶ τὴν δικαιοσύνην, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα· ὅπερ μείζονα ἐποίει τὸν λόγον. Ἡ γὰρ καινὴ Διαθήκη οὐ ζωὴν ἐδίδου μόνον, ἀλλὰ καὶ πνεῦμα ἐχορήγει τὸ τὴν ζωὴν παρέχον· ὃ πολλῷ μεῖζον τῆς ζωῆς ἦν· διόπερ εἶπεν, *Ἡ διακονία τοῦ πνεύματος*. Εἶτα πάλιν τὸ αὐτὸ περιστρέφει, λέγων, *Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως, δόξα*.

β'. Καὶ ἑρμηνεύει σαφέστερον τί ἐστι, *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει*, τοῦτο λέγων ὅπερ ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, ὅτι δεικτικὸς ἁμαρτίας ἦν ὁ νόμος, οὐ ποιητικός. *Πολλῷ μᾶλλον ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης περισσεύει ἐν δόξῃ*. Ἐκεῖναι μὲν γὰρ αἱ πλάκες τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐδείκνυον καὶ ἐκόλαζον· αὕτη δὲ τοὺς ἁμαρτωλοὺς οὐ μόνον οὐκ ἐκόλαζεν, ἀλλὰ καὶ δικαίους ἐποίει· τοῦτο γὰρ τὸ βάπτισμα ἐχαρίζετο. *Καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης*. Ἐν μὲν οὖν τοῖς προτέροις ἔδειξεν, ὅτι καὶ τοῦτο ἐν δόξῃ, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐν δόξῃ, ἀλλὰ καὶ περισσεύει· οὐ γὰρ εἶπε, Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ; ἀλλὰ, *Περισσεύει ἐν δόξῃ*, τὴν ἀπὸ τῶν λογισμῶν τῶν εἰρημένων ἔχων ἀπόδειξιν. Ἐνταῦθα καὶ τὴν ὑπεροχὴν, ὅση, δείκνυσι λέγων, ὅτι Ἐὰν συγκρίνω ταύτην ἐκείνῃ, οὐδὲ δόξα ἐστὶν ἡ δόξα τῆς Παλαιᾶς· οὐχ ἁπλῶς τὸ μὴ εἶναι δόξαν κατασκευάζων, ἀλλὰ τῷ τῆς συγκρίσεως λόγῳ· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Τούτῳ τῷ μέρει*· τουτέστι, κατὰ τὸν τῆς συγκρίσεως λόγον. Οὐ μὴν τοῦτο διαβάλλει τὴν Παλαιὰν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτὴν συνίστησιν· αἱ γὰρ συγκρίσεις ἐπὶ τῶν συγγενῶν εἰώθασι γίνεσθαι. Εἶτα καὶ ἄλλον κινεῖ λογισμὸν τὸν ἀποδεικνύντα τὴν ὑπεροχὴν καὶ ἑτέρωθεν. Ποῖον δὴ τοῦτον; Τὸν ἀπὸ τοῦ χρόνου, λέγων· *Εἰ δὲ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ*. Τὸ μὲν γὰρ ἐπαύσατο, τὸ δὲ μένει διηνεκῶς. *Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παρρησίᾳ χρώμεθα*. Ἐπειδὴ γὰρ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀκούσας ὁ ἀκροατὴς περὶ [482] τῆς Καινῆς, ἐζήτει καὶ ὀφθαλμοφανῶς τὴν δόξαν ταύτην ἰδεῖν, ὅρα ποῦ αὐτὸν ἐξακοντίζει πρὸς τὸν μέλλοντα αἰῶνα. Διὸ καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς μέσον ἔθηκε λέγων, *Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα*. Τοιαύτην; ποταπήν; Ὅτι μειζόνων ἠξιώθημεν ἢ Μωϋσῆς, οὐχ οἱ ἀπόστολοι μόνον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ πιστοί. *Πολλῇ παρρησίᾳ χρώμεθα*. Πρὸς τίνα, εἰπέ μοι; πρὸς τὸν Θεὸν, ἢ πρὸς τοὺς μαθητάς; Πρὸς ὑμᾶς τοὺς μαθητευομένους, φησί· τουτέστι, Μετ' ἐλευθερίας πανταχοῦ φθεγγόμεθα, οὐδὲν ὑποστελλόμενοι, οὐδὲν ἀποκρυπτόμενοι, οὐδὲν ὑφορώμενοι, ἀλλὰ σαφῶς λέγοντες· καὶ οὐ δεδοίκαμεν μὴ πλήξωμεν ὑμῶν τὰς ψυχὰς, καθάπερ Μωϋσῆς τὰς Ἰουδαίων. Ὅτι γὰρ τοῦτο ἠνίξατο, ἄκουσον τῶν ἑξῆς· μᾶλλον δὲ τὴν ἱστορίαν πρῶτον ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν συνεχῶς περιστρέφει. Τίς οὖν ἡ ἱστορία; Ὅτε ἐκ δευτέρου τὰς πλάκας κατῆει λαβὼν ὁ Μωϋσῆς, δόξα τις ἐκπηδῶσα τοῦ προσώπου αὐτοῦ τοσοῦτον ἀπέλαμπεν, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς Ἰουδαίους προσιέναι αὐτῷ καὶ διαλέγεσθαι, ἕως ὅτε ἐπέθηκε κάλυμμα τῷ προσώπῳ. Καὶ γέγραπται οὕτως ἐν τῇ Ἐξόδῳ· *Ἡνίκα κατέβη Μωϋσῆς ἐκ τοῦ ὄρους, αἱ δύο πλάκες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ᾔδει Μωϋσῆς ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ· καὶ ἐφοβήθησαν ἐγγίσαι αὐτῷ. Καὶ ἐκάλεσεν αὐτοὺς Μωϋσῆς, καὶ ἐλάλησε πρὸς αὐτούς. Καὶ ἐπειδὴ κατέπαυσε Μωϋσῆς λαλῶν πρὸς αὐτοὺς, ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κάλυμμα. Ἡνίκα δὲ εἰσεπορεύετο ἐναντίον τοῦ Κυρίου λαλεῖν, περιῄρει τὸ κάλυμμα ἕως τοῦ ἐκπορεύεσθαι αὐτόν*. Ταύτης οὖν ἀναμνήσας τῆς ἱστορίας, φησί· *Καὶ οὐ καθάπερ Μωϋσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, ὥστε μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου*. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐ χρεία καλύπτεσθαι ἡμᾶς, καθάπερ Μωϋσῆς· δυνατοὶ γὰρ ὑμεῖς ἰδεῖν τὴν δόξαν ταύτην, ἣν περικείμεθα, καίτοι πολλῷ μείζονα καὶ φαιδροτέραν οὖσαν ἐκείνης. Εἶδες τὴν προκοπήν; Ὁ γὰρ ἐν τῇ προτέρᾳ εἰπὼν, *Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα*, ἐνταῦθα λέγει, ὅτι *Πολλῇ παρρησίᾳ χρώμεθα*· καὶ Μωϋσέα εἰς μέσον παράγει, κατὰ σύγκρισιν προάγων τὸν λόγον, καὶ ταύτῃ τὸν ἀκροατὴν ἀνάγων. Καὶ τέως Ἰουδαίων αὐτοὺς προτίθησι λέγων, ὅτι Οὐ δεόμεθα καλύμματος, καθάπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν ἀρχομένων· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ εἰς αὐτὸ τοῦ νομοθέτου τὸ ἀξίωμα ἀνάγει, ἢ καὶ πολλῷ μεῖζον. Τέως δὲ τῶν ἑξῆς ἀκούσωμεν· *Ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν*. *Ἄχρι γὰρ τῆς σή-*

Digitized by Google

μερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐν τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. Ὅρα τί κατασκευάζει διὰ τούτων. Ὅπερ γὰρ γέγονεν ἐπὶ Μωϋσέως τότε ἅπαξ, τοῦτο ἐπὶ τοῦ νόμου γίνεται διηνεκῶς. Οὐκ ἄρα τοῦ νόμου διαβολὴ τὸ εἰρημένον, ὥσπερ οὐδὲ Μωϋσέως τότε καλυπτομένου, ἀλλὰ τῶν ἀγνωμόνων Ἰουδαίων· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔχει τὴν οἰκείαν δόξαν, οὗτοι δὲ αὐτὴν ἰδεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν. [483] Τί τοίνυν διαπορεῖτε, φησίν, εἰ τὴν δόξαν ταύτην ἰδεῖν οὐ δύνανται τὴν τῆς χάριτος, ὅπου γε τὴν ἐλάττω τὴν Μωϋσέως οὐκ εἶδον, οὐδὲ πρὸς τὸ πρόσωπον ἴσχυσαν ἀτενίσαι τὸ ἐκείνου; τί δὲ ταράττεσθε, εἰ οὐ πιστεύουσιν Ἰουδαῖοι Χριστῷ, ὅπου γε οὐδὲ τῷ νόμῳ πιστεύουσι; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν χάριν ἠγνόησαν, ἐπειδὴ οὐδὲ τὴν παλαιὰν Διαθήκην εἶδον, οὐδὲ τὴν ἐν αὐτῇ δόξαν· δόξα γὰρ νόμου, πρὸς Χριστὸν ἐπιστρέψαι.

γ'. Ὁρᾷς πῶς κάντεῦθεν καθαιρεῖ τὸ τῶν Ἰουδαίων φύσημα; Ἀφ' ὧν γὰρ ἐδόκουν πλεονεκτεῖν, τοῦ τὴν ὄψιν Μωϋσέως ἐξαστράπτειν, ἀπὸ τούτων δείκνυσιν αὐτῶν τὸ παχὺ καὶ χαμαίζηλον. Μὴ τοίνυν τούτῳ καλλωπιζέσθωσαν· τί γὰρ τοῦτο πρὸς Ἰουδαίους τοὺς μὴ ἀπολαύσαντας; Διὸ καὶ συνεχῶς αὐτὸ περιστρέφει, νῦν μὲν λέγων, ὅτι *Τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐν τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται·* νῦν δὲ, ὅτι *Ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται,* καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν δεικνὺς ἐπικείμενον· ἀνωτέρω δὲ, *Ὥστε μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην·* οὗ τί γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον; ὅταν μηδὲ καταργουμένης δόξης, μᾶλλον δὲ τῆς μηδὲ οὔσης τῇ συγκρίσει, δύνωνται θεαταὶ γενέσθαι, ἀλλὰ καλύπτηται ἀπ' αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ἀτενίσαι εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου, τουτέστι, τοῦ νόμου, ὅ τι τέλος ἔχει. *Ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν.* Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸ κάλυμμα, φησὶ, τότε; Ὅτι τὰ μέλλοντα προδιέγραφεν. Οὐ γὰρ μόνον τότε οὐκ εἶδον, ἀλλ' οὐδὲ νῦν ὁρῶσι τὸν νόμον. Καὶ ἡ αἰτία παρ' αὐτοῖς [a] · ἡ γὰρ πώρωσις γνώμης ἐστὶν ἀναισθήτου καὶ ἀγνώμονος. Ὥστε ἡμεῖς ἐσμεν οἱ καὶ τὸν νόμον εἰδότες· ἐκείνοις δὲ οὐχ ἡ χάρις μόνον, ἀλλὰ καὶ οὗτος συνεσκίασται. *Ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐν τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει, φησὶ, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Τοῦτο αὐτὸ οὐ δύνανται συνιδεῖν ὅτι πέπαυται, ἐπειδὴ τῷ Χριστῷ οὐ πιστεύουσιν. Εἰ γὰρ διὰ τοῦ Χριστοῦ πέπαυται, ὥσπερ οὖν καὶ πέπαυται, καὶ ὁ νόμος τοῦτο [b] προλαβὼν εἶπε, πῶς οἱ μὴ δεχόμενοι τὸν Χριστὸν τὸν καταργήσαντα τὸν νόμον, δυνήσονται ἰδεῖν, ὅτι κατήργηται ὁ νόμος; Οὐ χωροῦντες δὲ τοῦτο ἰδεῖν, εὔδηλον ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου τοῦ ταῦτα λέγοντος τὴν ἰσχὺν ἀγνοοῦσι, καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν. Καὶ ποῦ τοῦτο εἶπε, φησὶν, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται; Οὐκ εἶπε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων ἔδειξε· καὶ πρῶτον μὲν, τῷ τὰς θυσίας καὶ τὴν ἁγιστείαν ἅπασαν ἐν ἑνὶ κατακλεῖσαι τόπῳ, τῷ ναῷ, καὶ αὐτὸν ὕστερον καθελεῖν. Εἰ γὰρ μὴ ἐβούλετο αὐτὰς παύσασθαι καὶ τὸν περὶ τούτων νόμον ἅπαντα, δυοῖν θάτερον ἂν ἐποίησεν, ἢ οὐκ ἂν καθεῖλε τὸν ναὸν, ἢ καθελὼν, οὐκ ἂν ἀπηγόρευσεν ἀλλαχοῦ θύεσθαι. [484] Νῦν δὲ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἅβατον ταῖς τοιαύταις κατέστησεν ἱερουργίαις· μόνον δὲ τὸν ναὸν αὐταῖς ἀνεῖς καὶ ἀποτάξας, εἶτα αὐτὸν τοῦτον ὕστερον καθελὼν, καὶ εἰς τέλος ἔδειξε διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι πέπαυται τὰ τοῦ νόμου διὰ Χριστοῦ· καὶ γὰρ τὸν ναὸν ὁ Χριστὸς καθεῖλεν. Εἰ δὲ βούλει καὶ διὰ ῥημάτων ἰδεῖν πῶς διὰ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖται, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ νομοθέτου λέγοντος οὕτω· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν ἐντελῆται ὑμῖν. Καὶ ἔσται, πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται.* Εἶδες πῶς ἔδειξεν ὁ νόμος ὅτι ἐν Χριστῷ παύεται; Ὁ γὰρ προφήτης οὗτος, τουτέστιν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, οὗ ἀκούειν ἐκέλευσε Μωϋσῆς, καὶ σάββατον καὶ περιτομὴν καὶ τἄλλα πάντα ἔπαυσε. Καὶ ὁ Δαυὶδ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο δηλῶν, ἔλεγε περὶ τοῦ Χριστοῦ· *Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ,* οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών. Διὸ καὶ σαφῶς ὁ Παῦλος ἑρμηνεύων αὐτὸ, φησὶν, ὅτι *Μετατιθεμένης τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.* Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν φησὶ· *Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας· τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω.* Καὶ ἑτέρας δὲ πολλῷ τούτων πλείους δυνατὸν ἐκ τῆς Παλαιᾶς παραγαγεῖν μαρτυρίας, δηλούσας πῶς διὰ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖται ὁ νόμος. Ὥστε ὅταν ἀποστῇς τοῦ νόμου, τότε ὄψει τὸν νόμον καλῶς· ἕως δ' ἂν αὐτὸν κατέχῃς, καὶ μὴ πιστεύῃς Χριστῷ, οὐκ οἶδας οὐδὲ αὐτὸν τὸν νόμον. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν, σαφέστερον τοῦτο αὐτὸ κατασκευάζων, *Ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐν τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει τὸ κάλυμμα· ἵνα μή τις νομίσῃ τῆς ἀσαφείας τοῦ νόμου εἶναι τὸ εἰρημένον, καὶ δι' ἑτέρων μὲν αὐτὸ καὶ ἔμπροσθεν ἔδειξε (τῷ γὰρ εἰπεῖν, *Ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν*, δείκνυσιν αὐτῶν τὸ ἔγκλημα ὄν), καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τούτῳ πάλιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐν τοῖς γράμμασι μένει τὸ κάλυμμα, ἀλλ', *Ἐν τῇ ἀναγνώσει·* ἡ δὲ ἀνάγνωσις ἐνέργεια τῶν ἀναγινωσκόντων ἐστί· καὶ πάλιν, *Ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς.* Σαφέστερον δὲ αὐτὸ τῇ λέξει τῇ ἑξῆς ἐδήλωσεν, ἀνακεκαλυμμένως εἰπών, *Κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.* Ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ὄψει Μωϋσέως, οὐ διὰ Μωϋσέα ἔκειτο, ἀλλὰ διὰ τὴν τούτων παχύτητα καὶ σαρκικὴν γνώμην.

δ'. Κατηγορήσας τοίνυν αὐτῶν ἱκανῶς, δείκνυσι καὶ

[a] Editi, παρ' αὐτούς, Ms. παρ' αὐτοῖς.
[b] *Legebatur* τὸ αὐτό.
[c] Leg., ἐντέλληται, vel ἐντείληται.

Digitized by Google

oniam in Christo evacuatur. Vide quid per hæc verba
strnat. Nam quod tum semel in Mose contigit, hoc
rpetuo in lege contingit. Nec tamen his verbis
em criminatur, quemadmodum nec Mosem tum
e obvelantem, sed Judæorum vecordiam : illa enim
m gloriam habet; at isti eam intueri nequiverunt.
id igitur mirum vobis est, inquit, si hanc gratiæ
riam cernere nequeant, cum minorem illam Mosis
perspexerint, nec illius vultum obtueri potue-
? quid turbamini, si Judæi Christo non credant,
ne legi quidem credant? Nam ob id gratiam
m ignorarunt, quoniam ne Vetus quidem Testa-
tum nec ipsius gloriam cognoverunt; siquidem
gloria in hoc sita est, quod ad Christum ani-
*con*vertat.

Vides ut hinc quoque Judæorum fastum retun-
Etenim unde illi præstantiore conditione se esse
mabant, nempe quod Mosis facies fulgorem emit-
, hinc eorum crassitiem et abjectionem ostendit.
rgo hoc nomine illi glorientur : quid enim hoc ad
os qui frui non potuerunt? Unde etiam id as-
inculcat, nunc videlicet ipsum velamen in
is Testamenti lectione non revelatum manere
s, quia in Christo evacuetur; nunc, usque in
rnum diem, quo tempore legitur Moses, id ipsum
en in ipsorum corde positum esse; ac tum in
ne, tum in eorum corde imponi dicens. Supe-
ero dixerat : *Ut intendere non possent filii Israel*
em Mosis, propter gloriam vultus ejus quæ eva-
: quo quid abjectius fingi possit? cum ne ejus
gloriæ, quæ evanescit, imo si cum altera
itur, nulla est spectatores esse queant, sed ab
obtegatur, ut non intendant in finem ejus
vacuatur, hoc est in legem, quæ finem habet.
'usi sunt sensus eorum. Et quid hoc, dixerit ali-
l velamen illud? Quoniam futura præsignabat.
enim tunc tantum non viderunt, sed ne nunc
legem vident. Hoc autem ipsorum vitio fit :
enim mentis stuporem ac vecordiam declarat.
nos sumus, qui legem cognitam habemus :
s non modo gratia, sed ipsa quoque lex ob-
est. *Usque in hodiernum enim diem idipsum*
in lectione Veteris Testamenti manet, inquit,
latum, quia in Christo evacuatur. Quod autem
c sententiam habet : Hoc ipsum cernere ne-
eam finem accepisse, quia Christo non cre-
enim si per Christum finem accepit, ut vere
idque etiam lex ante dixit : qui fieri queat,
hristum, a quo lex antiquata est, non reci-
egem ipsam antiquatam esse perspiciant?
i hoc perspicere nequeunt, palam sane est,
ius etiam legis quæ hæc dicit vim ac robur
ne universam ignorent. At ubinam dixit, in-
x se in Christo aboleri? Non solum dixit,
per res ipsas demonstravit : ac primum
nod sacrificia et sanctificationem omnem in
hoc est in templo, concluserit, atque hoc
mplum postea destructum sit. Nisi enim sa-
*lege*m omnem de his institutam finem ha-
bere voluisset, duorum alterum fecisset, aut templum non sustulisset, aut, si sustulisset, sacrificia certe aliis in locis fieri non prohibuisset. Nunc vero, cum universo terrarum orbi et ipsi quoque Jerusalem aditum ad hujusmodi sacrificia præcluserit, solumque templum ipsis permiserit et assignarit, atque hoc ipsum postea sustulerit : per res ipsas tandem declaravit, legis ritus per Christum finem accepisse : siquidem templum a Christo sublatum est. Quod si per verba quoque videre libet, quomodo per Christum lex abrogata sit, ipsummet legislatorem audi, sic loquentem : *Prophetam vobis suscitabit Deus de medio fratrum vestrorum, tamquam me : ipsum audietis in omnibus, quæcumque mandaverit vobis. Et erit, omnis anima quæ prophetam illum non audierit, exterminabitur* (*Deut.* 18. 18. 19). Vides quo pacto lex ostenderit, quod in Christo finem acceptura esset? Etenim propheta hic, id est, Christus secundum carnem, quem Moses audire jussit, et sabbatum et circumcisionem aliaque omnia sustulit. Ac David hoc quoque ipsum indicans, de Christo dicebat : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec* (*Psal.* 109. 4), non autem secundum ordinem Aaron. Ob eamque causam Paulus perspicue hoc exponens, ait : *Translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat* (*Hebr.* 7. 12). Atque alio loco his rursum verbis utitur : *Sacrificium et oblationem noluisti : holocausta et pro peccato non placuerunt tibi : tunc dixi, Ecce venio* (*Psal.* 39. 7; *Hebr.* 10. 5-7). Atque alia multo his plura testimonia ex Veteri Testamento proferre licet, quibus, quomodo lex per Christum abrogata sit, perspicuum fiat. Itaque posteaquam a lege abscesseris, tum demum legem pulchre perspicies : quamdiu autem eam retinueris, nec Christo credideris, ne legem quidem ipsam perspectam habiturus es. Ideo, ut hoc ipsum luculentius adstruat, subjunxit : 15. *Sed in hodiernum usque diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* Quoniam enim dixerat, in Veteris Testamenti lectione velamen manere; ne quis hæc verba de legis obscuritate intelligenda esse existimaret, tum per alia verba hoc ipsum prius demonstravit (nam cum dixisset, *Obtusi sunt sensus eorum*, ostendit eos in culpa esse); tum rursus in his quoque verbis. Non enim dixit, In literis manet velamen, sed, *In lectione;* lectio porro legentium actio est : ac rursum, *Cum legitur Moyses.* Dilucidius autem istud deinceps indicavit, aperte dicens, *Velamen positum est super cor eorum.* Quandoquidem et in Mosis facie non ob Mosem positum erat, sed propter eorum crassitiem et carnalem mentem.

4. Cum igitur eos satis coarguisset, jam correctionis etiam modum ostendit. Quinam autem hic modus est? 16. *Cum autem conversus fuerit ad Dominum*, hoc est, a lege abscesserit, *auferetur velamen.* Viden' velamen illud non faciem Mosis, sed faciem Judæorum obtexisse? Non enim ut Mosis gloria occultaretur, hoc fiebat, sed ne illi viderent : neque enim capaces erant. Itaque illorum hoc vitium erat : neque enim fecit, ut ille quidquam ignoraret, sed ut illi. Nec dixit qui-

Digitized by Google

dem, Cum legem reliquerit ; sed hoc subindicavit cum diceret : *Cum enim conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Ad extremum usque in historia perstitit. Etenim cum Moses Judæos alloqueretur, faciem suam obvelabat ; cum autem ad Dominum se convertebat, eam detegebat. Hoc autem rei futuræ figura erat ; nempe quod, cum ad Dominum nosipsos converterimus, tunc legis gloriam ac nudam legislatoris faciem perspiciemus ; imo non hoc tantum, sed in Mosis classe atque ordine erimus. Vides quo pacto Judæum ad fidem excitet ? dum ostendit eum, si ad fidem accesserit, non modo Mosem intueri posse, sed etiam in eodem quo legislator ille gradu atque ordine esse. Non modo enim eam gloriam cernes, inquit, quam tum minime vidisti, sed et ipse in eadem qua ille gloria futurus es, imo multo etiam majore, atque tanta, ut ne illa quidem gloriæ speciem præbeat, si cum hac compararetur. Quonam tandem modo ? Quoniam, cum ad Dominum conversus fueris, atque in gratia esse cœperis, illa gloria frueris, cum qua Mosis gloria collata, usque adeo inferior est, ut ne gloria quidem sit. Et tamen quamvis exigua ea sit, longeque minor ista, tamen quamdiu Judæus eris, ne hanc quidem consequeris ; ergo neque tunc Judæi illam videbant, neque nunc vident : si autem fidem amplexus fueris, hac multo majorem divino beneficio perspicies. Et quidem, cum fidelibus verba faceret, glorificatum fuisse negabat id quod glorificatum fuerat : hic autem non ita, sed quo pacto ? *Cum conversus fuerit ad Dominum, tolletur velamen ;* sensim videlicet illum subvehens, ac primum quidem in eodem cum Mose gradu collocans, deinde autem majorum rerum consortem eum faciens. Nam cum Mosem, inquit, in gloria videris, tum demum ad Deum te convertes, amplioreque quam hæc sit gloria frueris. Itaque a principio vide quotnam res posuerit, quæ discrimen efficerent, atque illud ostenderent, Novum Testamentum Veteri præstare, non autem cum eo pugnare atque ipsi adversari. Illud, inquit, et litera, et lapis, et mortis ministratio erat, et aboletur ; et tamen ne hac quidem gloria Judæi digni habiti sunt : hoc autem carnalis tabula est, et spiritus, et justitia, et constanter manet ; atque omnes eo digni habemur, non unus tantum, ut tum Moses illo minore : *Nos* enim *omnes*, inquit, *revelata facie gloriam*, non Moysis, sed *Domini intuemur.* Verum quoniam nonnulli, rebus quæ in confesso erant reluctantes, hæc verba, *Cum autem conversus fuerit ad Dominum*, de Filio dicta esse contendunt, accuratius istud expendamus, illud prius ponentes, unde id se adstruere ac confirmare putant. Quidnam autem hoc est ? Quemadmodum, inquiunt, Scriptura dicit, Spiritus est Deus : eodem modo etiam hoc loco, Spiritus Dominus est. Non enim dixit, Spiritus est Dominus, sed, Dominus est Spiritus. Multum porro inter hanc et illam compositionem interest. Nam cum ita loqui vult, ut tu ais, adjectivo articulum non addit. Quin aliter etiam omnia ea, quæ supra commemorata sunt, de quonam dixerit, videamus : velut cum dicebat, *Litera occidit, Spiritus autem vivificat ;* ac rursus, *Scripta non atramento, sed Spiritu Dei viventis :* utrum de Filio an de Spiritu ? Liquet profecto quod de Spiritu : ad eum enim a litera eos vocabat. Etenim ne quis, cum Spiritus vocabulum audivisset, ac deinde hoc secum reputans, Si Moses ad Dominum conversus fuerit, ipse autem ad Spiritum, inferiore conditione esse arbitraretur : ut hujusmodi suspicioni medeatur, his verbis utitur : 17. *Dominus autem Spiritus est.* Hoc est, Ipse quoque Dominus est. Atque ut intelligas ipsi de Paracleto sermonem esse, subjunxit, *Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Neque enim dixeris, eum ita loquutum fuisse : Ubi autem Dominus Domini. Libertatem autem dixit, habita ratione pristinæ servitutis. Deinde, ne eum de futuro tempore loqui putes, ait : 18. *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes ;* non illam, inquam, quæ finem accipit, sed quæ manet ; *in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem tamquam a Domino Spiritu.*

Spiritus sanctus in Dei ordine est.—Vides quo pacto rursus Spiritum in Dei ordine collocet, eosque in apostolorum classem subvehat ? Etenim prius dixerat, *Epistola estis Christi ;* et hoc loco, *Nos autem omnes revelata facie.* Atqui ipsi legem, Mosis instar, gestantes venerant. Sed quemadmodum, inquit, nos velamine non opus habuimus : sic nec vos quidem, qui evangelium suscepistis. Atqui longe major est hæc gloria ; neque enim vultus nostri est, sed Spiritus : et tamen vos, æque ac nos, in eam oculorum aciem intendere potestis. Illi namque nec per mediatorem ; vos autem sine mediatore potestis majorem videre : illi Mosis faciem cernere non potuerunt ; vos Spiritus quoque gloriam potestis. Quod si Spiritus inferiorem locum obtineret, hæc certe, ut illis majora, minime posuisset.

5. Quidnam autem est, *Gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur ?* Apertius id quidem demonstrabatur, cum miraculorum dona vim suam exsererent : tamen ne nunc quidem id perspicere difficile fuerit ei, qui fidei oculis præditus fuerit. Nam simul atque baptizamur, supra solem anima exsplendescit, a Spiritu perpurgata : ac non modo gloriam Dei prospicimus, sed illinc quoque splendorem aliquem haurimus. Sicut enim purum argentum, ad solis radios situm, ipsum quoque radios emittit, non ob suam dumtaxat naturam, sed etiam ob solarem fulgorem : eodem modo anima defæcata, atque argento splendidior effecta, a Spiritus gloria radium suscipit, ac vicissim remittit. Unde etiam ait, *Speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria*, Spiritus, *in gloriam*, nostram, quam contrahimus, quæque talis est qualem esse par est, *a Domino Spiritu.*

Spiritus sanctus ejusdem dignitatis cujus Pater est.—Vide quomodo hoc item loco Spiritum Dominum appellet. Atque alibi quoque ipsius dominationem perspicere licet : *Ministrantibus* enim *ipsis Domino*, inquit, *ac jejunantibus, dixit Spiritus sanctus : Segregate mihi Paulum et Barnabam* (*Act.* 13. 2). Ob id

Digitized by Google

τὸν τρόπον τῆς διορθώσεως. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; *Ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον*, ὅπερ ἐστὶν ἀποστῆναι τοῦ νόμου, *περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα*. Ὁρᾷς ὅτι οὐ τοῦ προσώπου Μωϋσέως κάλυμμα ἦν ἐκεῖνο, ἀλλὰ τῆς ὄψεως τῆς Ἰουδαϊκῆς; Οὐ γὰρ ἵνα κρύπτηται ἡ δόξα Μωϋσέως, τοῦτο ἐγίνετο, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι μὴ βλέπωσιν· οὐδὲ γὰρ ἐχώρουν. Ὥστε ἐκείνων ἐλάττωμα τοῦτο· [485] οὐδὲ γὰρ τοῦτον ἐποίει τι ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἐκείνους. Καὶ οὐκ εἶπε μὲν, Ἡνίκα ἂν ἀφῇ τὸν νόμον, τοῦτο δὲ ἠνίξατο. *Ὅτε γὰρ ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα*. Μέχρι τέλους ἐπέμεινε τῇ ἱστορίᾳ. Καὶ γὰρ ὅτε Ἰουδαίοις διελέγετο Μωϋσῆς, ἐκάλυπτεν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· ὅτε δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπέστρεφεν, ἀποκεκαλυμμένον ἦν. Τοῦτο δὲ τύπος ἦν τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ὅτι ὅταν ἐπιστρέψωμεν πρὸς Κύριον, τότε ὀψόμεθα τὴν δόξαν τοῦ νόμου, καὶ γυμνὸν τὸ πρόσωπον τοῦ νομοθέτου· μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ τότε ἐσόμεθα καὶ ἐν τάξει Μωϋσέως. Εἶδες πῶς ἐκκαλεῖται τὸν Ἰουδαῖον ἐπὶ τὴν πίστιν, δεικνὺς ὅτι οὐ μόνον Μωϋσέα δύναται ἰδεῖν, πρὸς τὴν χάριν ἐλθών, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ γενέσθαι τῇ τάξει τοῦ νομοθέτου; Οὐ γὰρ μόνον, φησὶ, τὴν δόξαν ὄψει ἣν τότε οὐκ εἶδες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν δόξῃ ἔσῃ τῇ αὐτῇ· μᾶλλον δὲ πολλῷ πλείονι, καὶ τοσαύτῃ, ὥστε μηδὲ δόξαν ἐκείνην φαίνεσθαι ταύτῃ παραβαλλομένην. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅτι πρὸς τὸν Κύριον ἐπιστρέψας, καὶ γενόμενος ἐν τῇ χάριτι, ἐκείνης ἀπολαύσῃ τῆς δόξης, πρὸς ἣν ἡ δόξα Μωϋσέως συγκρινομένη οὕτως ἐλάττων ἐστὶν, ὡς μηδὲ δόξα εἶναι. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ μικρὰ καὶ σφόδρα ἀποδέουσα ἐκείνης, Ἰουδαῖος μὲν ὢν, οὐδὲ ταύτης ἀξιωθήσῃ [οὐκ οὖν ἴδον αὐτὴν Ἰουδαῖοι οἱ τότε, οὐ νῦν [a]]· πιστὸς δὲ γένομενος, καὶ τὴν πολλῷ μείζονα αὐτῆς καταξιωθήσῃ θεάσασθαι. Καὶ ὅτε μὲν τοῖς πιστοῖς διελέγετο, οὐ δεδοξάσθαι τὸ δεδοξασμένον ἔλεγεν· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πῶς; *Ὅταν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα*· κατὰ μικρὸν αὐτὸν ἀνάγων, καὶ ἐν τάξει Μωϋσέως πρῶτον ἱστὰς, καὶ τότε τῶν μειζόνων ποιῶν κοινωνόν. Ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν Μωϋσέα ἐν δόξῃ, τότε λοιπὸν καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρέψεις, καὶ μείζονος ἀπολαύσεις ταύτης. Ὅρα τοίνυν ἐξ ἀρχῆς πόσα τέθεικε τὰ ποιοῦντα τὴν διαφοράν, καὶ δεικνύντα τῆς Καινῆς πρὸς τὴν Παλαιὰν τὴν ὑπεροχὴν, οὐ τὴν μάχην, οὐδὲ τὴν ἐναντίωσιν. Ἐκείνη γράμμα, φησὶ, καὶ λίθος, καὶ θανάτου διακονία, καὶ καταργεῖται· καὶ ὅμως οὐδὲ ταύτης ἠξιώθησαν οἱ Ἰουδαῖοι τῆς δόξης· αὕτη σαρκίνη ἡ πλάξ, καὶ πνεῦμα καὶ δικαιοσύνη, καὶ μένει· καὶ πάντες αὐτῆς καταξιούμεθα, οὐχ εἷς μόνος, καθάπερ Μωϋσῆς τῆς ἐλάττονος τότε· *Ἡμεῖς* γὰρ, φησὶ, *πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου κατοπτριζόμεθα*, οὐ τὴν Μωϋσέως. Ἀλλ' ἐπειδή τινες τὸ, *Ἡνίκα ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον*, περὶ τοῦ Υἱοῦ εἰρῆσθαί φασι, τοῖς σφόδρα ὡμολογημένοις ἀντιπίπτοντες [b] ἀκριβέστερον αὐτὸ ἐξετάσωμεν, θέντες πρότερον ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ δοκοῦσιν αὐτὸ κατασκευάζειν. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; Καθάπερ, φησὶ, λέγει Πνεῦμα ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Πνεῦμα ὁ Κύριος. Ἀλλ' οὐκ εἶπε, Πνεῦμα ὁ Κύριος, [486] ἀλλ', *Ὁ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι*. Πολὺ δὲ ταύτης κἀκείνης τῆς συνθήκης τὸ μέσον. Ὅταν γὰρ βούληται οὕτω λέγειν, ὡς σὺ φῂς, τῷ ἐπιθέτῳ ἄρθρον οὐ προστίθησιν. Ἄλλως δὲ ἴδωμεν πάντα ὅσα διελέχθη ἄνωθεν, περὶ τίνος εἴρηκεν· οἷον, ὅτε ἔλεγε, *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ Πνεῦμα ζωοποιεῖ*· καὶ πάλιν, *Ἐγγεγραμμένη, οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος*· ἆρα περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἢ περὶ τοῦ Πνεύματος; Εὔδηλον ὅτι περὶ τοῦ Πνεύματος· πρὸς γὰρ τοῦτο ἀπὸ τοῦ γράμματος αὐτοὺς ἑκάλει. Ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας τις Πνεῦμα, εἶτα λογισάμενος, εἰ Μωϋσῆς πρὸς Κύριον ἐπέστρεψεν, αὐτὸς δὲ πρὸς Πνεῦμα, ἔλαττον ἔχειν νομίσῃ, διορθούμενος τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν, φησὶν, *Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι*. Καὶ τοῦτο Κυρίου ἐστὶ, φησί. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι περὶ τοῦ Παρακλήτου ὁ λόγος, ἐπήγαγεν· *Οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία*. Οὐ γὰρ δήπου τοῦτο ἂν εἶποις αὐτὸν λέγειν, Οὗ δὲ ὁ Κύριος τοῦ Κυρίου. Ἐλευθερίαν δὲ εἶπε πρὸς τὴν ἔμπροσθεν δουλείαν. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι περὶ μέλλοντος χρόνου λέγει, φησὶν· *Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι*· οὐ τὴν παυομένην ἐκείνην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν· *τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος*.

Εἶδες πῶς πάλιν ἐν τάξει τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τίθησι, καὶ αὐτοὺς εἰς τὴν τάξιν ἀναβιβάζει τῶν ἀποστόλων; Καὶ γὰρ ἔμπροσθεν εἴρηκεν, *Ἐπιστολή ἐστε Χριστοῦ*· καὶ ἐνταῦθα, *Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ*. Καίτοι αὐτοὶ ἦλθον φέροντες κατὰ Μωϋσέα νόμον. Ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς, φησὶν, οὐκ ἐδεήθημεν καλύμματος, οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς οἱ δεξάμενοι. Καίτοι γε πολλῷ μείζων αὕτη ἡ δόξα, οὐ γὰρ τοῦ προσώπου ἡμῶν αὕτη, ἀλλὰ τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ὅμως ἡμῖν ὁμοίως ἀτενίσαι δύνασθε εἰς ταύτην. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐδὲ διὰ μεσίτου, ὑμεῖς δὲ καὶ χωρὶς μεσίτου δύνασθε τὴν μείζονα· ἐκεῖνοι εἰς τὴν Μωϋσέως οὐκ ἴσχυσαν, ὑμεῖς καὶ εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος· οὐκ ἂν δὲ, εἰ καταδεέστερον τὸ Πνεῦμα ἦν, ὡς μείζονα ταῦτα ἐκείνων ἔθηκε.

ε'. Τί δέ ἐστι, *Τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα;* Σαφέστερον μὲν τοῦτο ἐδείκνυτο, ἡνίκα τῶν σημείων τὰ χαρίσματα ἐνήργει· πλὴν οὐδὲ νῦν δύσκολον αὐτὸ κατιδεῖν τῷ πιστοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντι. Ὁμοῦ τε γὰρ βαπτιζόμεθα, καὶ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἡ ψυχὴ λάμπει, τῷ Πνεύματι καθαιρομένη· καὶ οὐ μόνον ὁρῶμεν εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖθεν δεχόμεθά τινα αἴγλην. Ὥσπερ ἂν εἰ ἄργυρος καθαρὸς πρὸς τὰς ἀκτῖνας κείμενος, καὶ αὐτὸς ἀκτῖνας ἐκπέμψειεν, οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας φύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς λαμπηδόνος τῆς ἡλιακῆς· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ καθαιρομένη, καὶ ἀργύρου λαμπροτέρα γινομένη, δέχεται ἀκτῖνα ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ Πνεύματος, καὶ ταύτην ἀντιπέμπει. Διὸ καί φησι, *Κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης*, τῆς τοῦ Πνεύματος, *εἰς δόξαν*, τὴν ἡμετέραν, τὴν ἐγγινομένην, καὶ [487] τοιαύτην οἵαν εἰκὸς, *ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος*.

Ὅρα πῶς καὶ ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα Κύριον καλεῖ,

[a] Hæc, οὐκ οὖν ἴδον αὐτὴν Ἰουδαῖοι οἱ τότε, οὐ νῦν quæ in Ed. deerant, et Int. Lat. legerat, ex Ms. mutuamur.
[b] Editi, ἀντιπίπτοντες. Ms., ἀντιτείνοντες.

Digitized by Google

Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ αὐτοῦ τὴν κυριότητα ἔστιν ἰδεῖν· *Λειτουργούντων γὰρ αὐτῶν, καὶ νηστευόντων τῷ Κυρίῳ*, φησὶν, *εἶπε τὸ Πνεῦμα· Ἀφορίσατέ μοι Παῦλον καὶ Βαρνάβαν.* Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, *Λειτουργούντων αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, Ἀφορίσατέ μοι*, ἵνα τὸ ὁμότιμον δείξῃ. Καὶ πάλιν ὁ Χριστός φησιν, *Ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ ὁ κύριος αὐτοῦ*· τὸ δὲ Πνεῦμα, ὡς ἄνθρωπος οἶδε τὰ ἑαυτοῦ, οὕτως οἶδε τὰ τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ διδασκόμενον· ἐπεὶ ἡ εἰκὼν οὐ μένει. Καὶ τὸ ἐνεργεῖν δὲ καθὼς βούλεται, δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν κυριότητα. Τοῦτο μεταμορφοῖ, τοῦτο οὐκ ἐᾷ συσχηματίζεσθαι ἡμᾶς τῷ αἰῶνι τούτῳ, τοῦτο δημιουργὸν τῆς τοιαύτης κτίσεως. Ὥσπερ γάρ φησι, *Κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· οὕτω φησὶ, *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεός, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.* Βούλει σοι δείξω τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων αἰσθητικώτερον; Ἐννόησον Παῦλον, οὗ τὰ ἱμάτια ἐνήργει, Πέτρον, οὗ καὶ αἱ σκιαὶ ἴσχυον. Οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ βασιλέως ἔφερον εἰκόνα, καὶ ἀπρόσιτοι ἦσαν αὐτῶν αἱ μαρμαρυγαὶ, τοσοῦτον τὰ ἱμάτια αὐτῶν καὶ αἱ σκιαὶ ἐνήργησαν. Βασιλέως γὰρ ἱμάτια καὶ τοῖς λῃσταῖς ἐστι φοβερά. Θέλεις ἰδεῖν καὶ διὰ τοῦ σώματος λάμπουσαν ταύτην; *Ἀτενίσαντες*, φησὶν, *εἰς τὸ πρόσωπον Στεφάνου, εἶδον ὡς πρόσωπον ἀγγέλου.* Ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὴν ἔνδοθεν ἀστράπτουσαν δόξαν. Ὅπερ γὰρ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ προσώπου εἶχε, τοῦτο οὗτοι ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιέφερον, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. Τὸ μὲν γὰρ Μωϋσέως αἰσθητικώτερον ἦν, τοῦτο δὲ ἀσώματον. Καὶ καθάπερ πυραυγῆ σώματα ἀπὸ τῶν λαμπρῶν σωμάτων ἐπὶ τὸ πλησίον ἀπορρέοντα, καὶ ἐκείνοις μεταδίδωσι τῆς οἰκείας αὐγῆς· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πιστῶν συμβαίνει. Διὰ δὴ τοῦτο τῆς γῆς ἀπαλλάττονται οἱ τοῦτο πάσχοντες, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὀνειροπολοῦσιν. Οἶμοι· καλὸν γὰρ ἐνταῦθα καὶ στενάξαι πικρὸν, ὅτι τοσαύτης ἀπολαύοντες εὐγενείας [a], οὐδὲ τὰ λεγόμενα ἴσμεν, διὰ τὸ ταχέως ἀπολλύναι τὰ πράγματα, καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἐπτοῆσθαι. Αὕτη γὰρ ἡ δόξα ἡ ἀπόῤῥητος καὶ φρικώδης μέχρι μὲν μιᾶς καὶ δευτέρας ἡμέρας ἐν ἡμῖν μένει, λοιπὸν δὲ αὐτὴν κατασβέννυμεν, τὸν χειμῶνα ἐπάγοντες τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ τῇ πυκνότητι τῶν νεφῶν ἀποκρουόμενοι τὰς ἀκτῖνας.

Χειμὼν γὰρ τὰ βιωτικὰ, καὶ χειμῶνος σκυθρωπότερα. Οὐ γὰρ κρυμὸς τίκτεται ἐντεῦθεν, οὐδὲ ὑετὸς, οὐδὲ πηλὸν ποιεῖ καὶ τέλμα βαθὺ, ἀλλὰ τὰ πάντων χαλεπώτερα τούτων, γέενναν συνίστησι, καὶ τὰ τῆς γεέννης κακά. Καὶ καθάπερ ἐν κρυμῷ σφοδρῷ πέπηγε πάντα τὰ μέλη, καὶ ἔστι νεκρά· οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τῶν ἁμαρτημάτων φρίττουσα ἡ ψυχὴ, οὐδὲν τῶν αὐτῆς ἐργάζεται, πεπηγυῖα καθάπερ ὑπὸ [488] κρυμοῦ τοῦ συνειδότος. Ὅπερ γὰρ τῷ σώματι ψῦχος, τοῦτο πονηρὸν συνειδὸς τῇ ψυχῇ· ὅθεν καὶ δειλία γίνεται. Οὐδὲν γὰρ δειλότερον τοῦ τοῖς βιωτικοῖς προσηλωμένου· τὸν γὰρ τοῦ Κάϊν βίον ὁ τοιοῦτος ζῇ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τρέμων. Καὶ τί λέγω θανάτους καὶ ζημίας καὶ προσκρούματα καὶ κολακείας καὶ θεραπείας; καὶ γὰρ καὶ τούτων χωρὶς μυρίας δέδοικε μεταβολάς. Καὶ τὸ μὲν ταμιεῖον γέμει χρυσίου, ἡ ψυχὴ δὲ οὐκ ἀπήλλακται τοῦ τῆς πενίας φόβου· καὶ μάλα εἰκότως. Ὡς ἐπὶ πραγμάτων γὰρ ὁρμεῖ [b] σαθρῶν, καὶ εὐμεταπτώτων· κἂν μὴ αὐτὸς ὑπομείνῃ τὴν μεταβολὴν, ἐν ἑτέροις γινομένην ὁρῶν, ἀπόλωλε· καὶ πολλὴ μὲν ἡ δειλία, πολλὴ δὲ ἡ ἀνανδρία. Οὐδὲ γὰρ μόνον πρὸς κινδύνους ἄτολμος ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πάντα· κἂν ἐπιθυμία χρημάτων ἐμπέσῃ, οὐχ ὡς ἀνὴρ ἐλεύθερος ἀποκρούεται τὴν προσβολὴν, ἀλλ' ὡς ἀργυρώνητος πάντα πράττει, καθάπερ δεσποίνῃ χαλεπῇ τῇ φιλαργυρίᾳ δουλεύων· κἂν εὔμορφόν τινα κόρην ἴδῃ, κατέπτηχεν εὐθέως ἀλοὺς, καὶ ὥσπερ κύων λυττῶν ἕπεται, δέον τοὐναντίον ποιεῖν.

ς'. Ὅταν γὰρ ἴδῃς γυναῖκα ὡραίαν, μὴ τοῦτο σκόπει ὅπως ἀπολαύσῃς τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ πῶς ἀπαλλαγῇς τῆς ἐπιθυμίας. Καὶ πῶς τοῦτο ἔνι, φησίν; οὐ γάρ ἐστι τὸ ἐρᾶν ἐμόν. Ἀλλὰ τίνος, εἰπέ μοι; Τῆς τοῦ δαίμονος ἐπηρείας. Ὅλως δαίμονα εἶναι νομίζεις τὸ ἐπιβουλεῦον; Οὐκοῦν πύκτευε καὶ μάχου νοσήματι. Ἀλλ' οὐ δύναμαι, φησί. Φέρε οὖν, πρῶτον τοῦτό σε διδάξομεν, ὅτι τῆς σῆς ῥᾳθυμίας τὸ γινόμενον, καὶ ὅτι σὺ παρὰ τὴν ἀρχὴν τῷ δαίμονι δέδωκας πάροδον, καὶ νῦν, ἂν ἐθέλῃς, μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἀπώσῃ τῆς εὐκολίας. Εἰπὲ γάρ μοι, οἱ μοιχεύοντες, ἐρῶντες μοιχεύουσιν, ἢ ἁπλῶς κινδύνων ἐπιθυμοῦντες; Εὔδηλον ὅτι ἐρῶντες. Ἆρ' οὖν συγγνώμης τυγχάνουσιν; Οὐδαμῶς. Τί δήποτε; Ὅτι αὐτῶν ἐστι τὸ ἁμάρτημα. Ἀλλὰ τί μοι συλλογισμοὺς πλέκεις, φησίν; ἐγὼ σύνοιδα ἐμαυτῷ βουλόμενος ἀποκρούσασθαι τὸ πάθος, καὶ οὐκ ἰσχύω, ἀλλ' ἐφέστηκε καὶ πιέζει καὶ ὀδυνᾷ χαλεπῶς. Βούλει μὲν ἀποκρούσασθαι, ἄνθρωπε, οὐ ποιεῖς δὲ ἃ τῶν ἀποκρουομένων ἐστίν· ἀλλὰ ταὐτὸν πάσχεις, οἷον ἂν εἴ τις πυρέττων, καὶ ψυχρῶν ἐμφορούμενος ναμάτων, λέγοι· Πόσα ἐπινοῶ βουλόμενος σβέσαι τὸν πυρετὸν καὶ οὐκ ἰσχύω, ἀλλὰ μᾶλλόν μου τὴν φλόγα ἀνάπτω;

Ἴδωμεν οὖν μήποτε καὶ σὺ τὰ μὲν ἐκκαίοντα ποιεῖς, νομίζεις δὲ ἐπινοεῖν τὰ σβεννύντα. Οὔ, φησίν. Εἰπὲ οὖν, τί ποτε ἐπεχείρησας ποιῆσαι πρὸς τὸ σβέσαι τὸ πάθος; τί δέ ἐστιν ὅλως τοῦ πάθους αὐξητικόν; Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες ὑπεύθυνοι τοῖς ἐγκλήμασι τούτοις ἐσμὲν (πλείους γὰρ ἂν εὕροιμεν τῷ τῶν χρημάτων, ἢ τῷ τῶν σωμάτων ἁλισκομένους ἔρωτι), ἀλλὰ κοινὸν πᾶσι προκείσεται τὸ φάρμακον, καὶ τούτοις κἀκείνοις. Καὶ γὰρ κἀκεῖνο ἔρως ἄτοπος, καὶ τοῦτο, ἀλλ' οὗτος ἐκείνου [489] δριμύτερος καὶ ὀξύτερος. Ὅταν οὖν τοῦ μείζονος περιγενώμεθα, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸν ἐλάττω ῥᾳδίως αἱρήσομεν. Καὶ πῶς, εἰ δριμύτερος οὗτος, φησὶν, οὐ πάντες ἁλίσκονται τῷ κακῷ, ἀλλ' οἱ πλείους περὶ χρήματα μεμήνασιν; Ὅτι πρῶτον μὲν ἀκίνδυνος αὕτη εἶναι δοκεῖ ἡ ἐπιθυμία· ἔπειτα, εἰ καὶ ὀξυτέρα ἐστὶν ἡ τῶν σωμάτων, ἀλλὰ

[a] Εὐγενείας, sic ms., et marg. Savil., et ita legit Interpres Latinus. Editi, εὐεργεσίας.

[b] Editi, ὁρμᾷ, ms. ὁρμῇ, Savil. legendum putat ὁρμεῖ, et hanc lectionem veriorem esse probat Dunæus in Notis Savilianis, exemplis ex Demosthene et ex Thucydide mutuatis.

Digitized by Google

enim his verbis Scriptura utitur, *Ministrantibus ipsis Domino, Segregate mihi*, ut eum ejusdem dignitatis esse ostendat. Ac rursum ait Christus, *Servus nescit quid faciat dominus ejus* (*Joan.* 15. 15) : ut autem homo novit ea quæ sua sunt, ita Spiritus novit quæ Dei sunt (1. *Cor.* 2. 11), non quod edoceatur : nam ita similitudo sibi non constaret. Quin hinc quoque auctoritatem ac dominationem suam ostendit, quod, prout vult, operatur. Hic nos transformat, hic nos huic sæculo conformari non sinit, hic hujusmodi creationis artifex est. Quemadmodum enim ait, *Creati in Christo Jesu* (*Ephes.* 2. 10) : eodem modo ait, *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis* (*Psal.* 50. 12). Vis hoc tibi ab apostolis quoque sensibiliori modo ostendam ? Paulum cogita, cujus vestes operabantur ; Petrum, cujus ipsæ quoque umbræ viribus pollebant. Neque enim, nisi Regis imaginem gestassent, et incomparabilis quidam fulgor ex ipsis effulsisset, eorum vestes atque umbræ tot miracula edidissent. Regis quippe vestes latronibus etiam terrori sunt. Libetne videre hanc per corpus quoque collucentem ? *Intuentes*, inquit, *faciem Stephani, viderunt tamquam faciem angeli* (*Actor.* 5. 15). Quamquam nihil istud erat præ gloria ea, quæ interne rutilabat. Nam quod Moses in vultu habebat, hoc isti in anima circumferebant, atque adeo multo amplius. Etenim id quod Mosi contingebat, sensui subjectum erat ; hoc autem corporis expers est. Et sicut ignea corpora, a splendidis corporibus in id quod propinquum est defluentia, ipsis quoque splendorem suum impertiunt : eodem modo in fidelibus quoque usu venit. Ob eamque causam a terra abscedunt, qui ita affecti sunt, cælestiaque sola ipsis in mente versantur. Hei mihi ! hic enim acerbe quoque ingemiscere pulchrum fuerit, quod, cum tanta nobilitate prædili simus, tamen ne ea quidem quæ dicuntur novimus, quia confestim has res nobis perire sinimus, atque iis quæ in sensum cadunt inhiamus. Arcana enim hæc et tremenda gloria ad unum quidem aut alterum diem in nobis manet ; deinceps autem eam exstinguimus, dum negotiorum hujusce vitæ tempestatem accersimus, ac per nubium densitatem radios propulsamus.

Hæc vita tempestas est. — Tempestas enim res hujusce vitæ sunt, ac tempestate tristiores. Neque enim hinc frigus oritur, nec pluvia nec lutum ac profundus limus, sed, quæ his omnibus graviora sunt, nempe gehenna et gehennæ mala. Et quemadmodum grassante acerrimo frigore membra omnia concrescunt, ac mortua sunt : sic etiam animus in peccatorum frigore contremiscens, nullum munus suum exsequitur, ut qui videlicet conscientia ac si gelu concretus sit. Quod enim corpori frigus est, hoc animo mala conscientia : unde etiam timiditas exsistit. Nihil enim homine mundanis rebus affixo timidius fingi potest : nam qui ejusmodi est, ut Cain vivit, quotidie tremens (*Gen.* 4). Quid autem mortes et detrimenta et offensiones et assentationes et obsequia commemorem ? nam, ut hæc omittam, sexcentas mutationes extimescit. Atque arca quidem auro referta est, animus autem paupertatis metu minime vacat ; ac merito quidem. In rebus enim imbecillis et quæ facile mutentur ancoram figit : etiamsi ipse naufragium non patiatur, in aliis tamen id perspiciens, examinatur ; atque ut ingenti timiditate, ita ingenti ignavia laborat. Neque enim hujusmodi homo in periculis dumtaxat, sed in omnibus aliis ignavus est. Nam si pecuniarum cupiditas irruerit, non ut ingenuus vir impetum propulsat ; sed ut pretio emptum mancipium quidvis facit, avaritiæ tamquam acerbæ dominæ serviens. Si formosam aliquam puellam conspicatus fuerit, protinus captus trepidat, rabidique canis in morem eam sequitur, cum contra faciendum sit.

6. Etenim cum formosam mulierem cernis, ne hoc spectes quomodo cupiditatis tuæ compos fias, sed quomodo cupiditate libereris. Et quanam ratione hoc fieri possit, inquies ? neque enim amare mei est arbitrii. Cujus ergo, dic mihi ? Insultus dæmonis. Omnino igitur dæmonem esse arbitraris, qui insidias struat ? Luctare igitur, ac pugna cum morbo. At non possum, inquies. Age igitur hoc primum te docebimus, ignaviæ tuæ esse id quod tibi accidit, teque ab initio dæmoni aditum præbuisse, ac nunc, si voluntas ita tulerit, eum facillime propellere posse. Dic mihi, qui adulterium perpetrant, utrum amore ducti id perpetrant, an quod simpliciter pericula expetant ? Amore ducti haud dubie. Num igitur veniam propterea obtinent ? Minime. Quid ita ? Quoniam ipsorum est peccatum. At quid syllogismos nectis ? inquies ; conscius mihi ipse sum, me affectum hunc submovere velle, nec tamen id possum, sed id imminet, graviterque me premit et excruciat. Vis quidem illud, o homo, submovere ; at non ea facis, quæ repellere possint ; verum perinde facis, ut si quis febri correptus, ac sese frigida aqua ingurgitans, dicat : Quanta comminiscor, dum febrim exstinguere studeo nec possum, sed flammam potius meam accendo ?

Cupiditatis exstinguendæ modus. — Videamus igitur num tu quoque ea facias, quæ morbum inflamment, cum te ea excogitare putes, quæ exstinguant. Non, inquis. Dic igitur, quidnam, ut morbum exstingueres, facere umquam es conatus ? quid autem omnino est, quod morbum augeat ? Etenim, licet non omnes his criminibus obnoxii simus (plures enim reperire est, qui pecuniarum quam qui corporum amore teneantur) ; commune tamen omnibus, tam his quam illis remedium proponetur. Nam et ille amor absurdus est, et hic quoque ; verum hic illo acrior est ac vehementior. Quamobrem si majorem superaverimus, non est dubium quin minorem quoque facile vincamus. At, inquies, si acrior hic amor est, qui fit, ut non omnes hoc malo corripiantur, sed plures ad insaniam usque pecunias ament ? Primum quia periculo carere videtur hæc cupiditas ; deinde quoniam, etsi corporum cupiditas acrior est, tamen citius exstinguitur. Nam si perstaret, ut pecuniarum cupiditas, eum qui captus esset funditus perderet. Age igitur, de hoc corporum amore ad vos disseramus, ac videa-

Digitized by Google

mus undenam incrementum sumat hoc malum : sic enim perspectum habebimus, utrum culpa nostra contrahatur, necne : ac, si culpa nostra contrahitur, nihil non faciamus, quo superiores eo simus ; si autem extra culpam sumus, quid frustra nosipsos maceramus? quid item iis, qui eo capiuntur, non ignoscimus potius, quam succensemus? Unde igitur nascitur hic amor? Ab elegantia formæ, inquies, cum scilicet pulchra et venusta ea fuerit, quæ vulnus infert. Frustra et temere hæc dicis. Nam si formæ pulchritudo amatores alliceret, omnes haberet amatores hæc puella : quod si non omnes habet, proinde nec naturæ nec eleganti formæ, sed impudicis oculis istud adscribendum est. Nam cum eam curiose intuens suspexeris, atque adamaris, telum excepisti. Quisnam autem, inquies, facere possit, ut pulchram mulierem cernens, non eam laudet? Quo fit, ut cum res hujusmodi mirari, voluntatis nostræ minime sit, ne amor quidem in nostro arbitrio situs sit. Absiste, o homo! Quid omnia simul confundis, undique in orbem excurrens, nec mali radicem perspicere volens? siquidem plerosque video, qui formam admirentur ac laudibus efferant, nec tamen ament. Et qui fieri potest, inquis, ut qui mirantur, non item ament? Ne tumultuare, quæso; hoc enim dicere paro ; sed expecta, et audies Mosem, filium Jacob admirantem, ac dicentem : *Et erat Joseph pulchra facie, et aspectu decorus valde* (*Gen.* 39. 6). Num igitur propterea is amabat, qui hæc dicebat? Minime. Non enim, inquies, eum quem laudabat cernebat. Atqui erga auditas quoque formas ita quodammodo afficimur, non modo erga conspectas. Verum ne mihi in his rebus contentionem moveas ; annon David admodum formosus erat, ac subrufus cum oculorum pulchritudine? quæ oculorum elegantia maxime violenta pulchritudinis pars est. Num igitur quispiam ipsius amore captus est? Minime : non igitur una cum admiratione amor etiam nascitur. Nam et matres multi habuerunt corporis pulchritudine florentissimas : num igitur filii earum amore incensi sunt? Absit istud. Quamquam enim id quod cernunt admirentur, tamen in fœdum amorem non incidunt. At, rursum inquies, hoc ipsis natura præstat. Quænam, oro, natura? Quia matres sunt, inquies. Annon audis Persas nemine cogente, cum matribus suis misceri, nec unum aut duos, sed universam gentem? Quin citra hæc liquido hinc constat morbum hunc non corporis elegantiæ, nec simpliciter pulchritudini adscribendum esse, sed animi socordiæ atque oberrationi. Permulti etenim, cum innumeras præstanti forma mulieres præteriissent, deformibus sese dederunt : ex quo perspicuum est, amorem a formæ venustate minime proficisci. Nam si ita esset, ii, qui in amorem inciderunt, ab illis potius quam ab istis capti fuissent. Quidnam igitur in causa est? inquies ; nam si formæ honestas non facit ut quispiam amet, unde igitur amor causam ac radicem habet? an a malo dæmone? Habet quoque illinc ortum, sed non hoc est quod quæritur ; verum annon ipsi quoque in causa simus. Neque enim illorum dumtaxat sunt insidiæ, sed cum illis a nobis primum. Non aliunde perniciosus hic morbus æque ortum trahit, atque a consuetudine et verborum blanditiis, et otio ac cessatione, quodque nihil quod agamus, habeamus.

7. *Modus exstinguendæ libidinis.* — Magna quippe, magna, inquam, consuetudinis vis est, atque adeo tanta, ut in naturæ necessitatem migret. Quod si consuetudinis est hanc procreare, non dubium quin eadem exstinguere. Sane multi amantes sic amare desierunt, cum quas amabant, non cernerent. Hoc autem ad breve quidem tempus acerbum ac perquam injucundum esse videtur ; at progressu temporis suave efficitur, ac ne si velint quidem, morbum revocare queant. Quid igitur, inquies, cum citra consuetudinem ullam ab ipso primo aspectu captus fuero? Hic quoque in causa est corporis desidia, aut delicia, aut quod ea quæ opus sunt non cures, nec in necessariis negotiis verseris. Nam qui talis est, instar erronis cujuspiam quovis malo transfigitur : atque hujusmodi animam, non secus ac puerum vagantem, quisque vult in servitutem trahit. Quoniam enim ipsa hoc a more positum habet, ut aliquid operetur, si ipsius a rebus honestis, actionem comprimas, quia nihil agere non potest, alia pariat necesse est. Sicut enim terra, cum nec seritur nec plantatur, herbam dumtaxat profert : ita et anima, cum necessariarum rerum nihil habet quod agat, atque aliquid agere cupiat, prava rebus se tradit. Et sicut oculus, qui cernere non cessat, prava cernat necesse est, cum bonis objectis careat : sic etiam animus, cum se a necessariis abduxerit, jam circa inutilia versatur. Alioqui quod occupationis cura primum quoque impetum propellere queat, multis argumentis liquet. Quamobrem cum pulchram mulierem conspexeris, ab eaque te affectum senseris, eam ne ultra cernas, et liberatus es. Et qui fieri poterit, inquies, ut eam ultra non cernam, cum civitate trahar? Aliis rebus, quæ animum distrahant, te addicas, libris nimirum, necessariis curis, patrociniis, opitulationibus eorum, quibus injuria infertur, precibus, rerum futurarum meditationi : his animum adstringe. Sic non recens tantum vulnus curabis, sed concretum etiam atque inveteratum facile discutes. Nam si contumelia, ut est in proverbio, amanti persuadet, ut amorem abrumpat, quomodo non multo magis spirituales hæ incantationes malum istud superent, dummodo ab eo nos removere in animum inducamus? Quod si cum illis versemur ac confabulemur, quæ hujusmodi tela in nos contorquent, ac de illis tum loquamur, tum audiamus, morbum hoc procto alimus. Quonam ergo modo ignem exstingui optes, cum quotidie flammam accendas? Ac de consuetudine hæc mihi ad juvenes dicta sint : nam quod ad viros attinet, eosque qui philosophari norunt, nihil perinde juvat, ut Dei timor, gehennæ memoria, regni cælorum cupiditas ; hæc enim ad exstinguendum ignem sufficiunt. Ac præterea illud tecum reputa, id quod cernis nihil aliud esse, quam pituitam et sanguinem ac corrupti alimenti succum. At lætus ac

Digitized by Google

ττον ἐκείνη σβέννυται· ὡς εἴ γε παρέμενεν, ὡς ἡ
ὢν χρημάτων, κἂν ἀπώλεσε τὸν ἁλόντα ἅρδην.
ρε οὖν, περὶ τούτου ὑμῖν διαλεχθῶμεν, τοῦ τῶν
ημάτων, καὶ ἴδωμεν πόθεν αὔξεται τὸ κακόν· οὕτω
ρ εἰσόμεθα, εἴτε ἡμέτερον τοῦτο ἔγκλημα, εἴτε
χ ἡμέτερον· καὶ εἰ μὲν ἡμέτερον, πάντα πράξω-
ν[a], ὥστε περιγενέσθαι· εἰ δὲ οὐχ ἡμέτερον, τί
την κόπτομεν ἑαυτούς; τί δὲ οὐ συγγινώσκομεν,
ἀ' ἐγκαλοῦμεν τοῖς ἁλισκομένοις; Πόθεν οὖν τί-
ται οὗτος ὁ ἔρως; Ἀπὸ εὐμορφίας προσώπου,
νίν, ὅταν καλὴ καὶ εὐειδὴς ἡ τιτρώσκουσα ᾖ. Εἰκῇ
ἶτα λέγεις καὶ μάτην. Εἰ γὰρ τῆς εὐμορφίας τὸ
στὰς ἐπισπάσασθαι, πάντας ἂν ἔσχεν ἐραστὰς ἡ
ὐτὴ κόρη· εἰ δὲ οὐ πάντας ἔχει, οὐ τῆς φύσεως
το, οὐδὲ ἐξ εὐμορφίας, ἀλλ' ἐξ ἀκολάστων ὀφθαλ-
· ὅταν γὰρ ἰδὼν περιέργως θαυμάσῃς καὶ ἐρα-
ς, ἐδέξω τὸ βέλος. Καὶ τίς ἂν δύναιτο καλὴν γυ-
α ὁρῶν, μὴ ἐπαινέσαι τὴν ὁρωμένην; φησίν. Εἰ
ν οὐ τῆς προαιρέσεως ἡμῶν τὸ τὰ τοιαῦτα θαυ-
ειν, οὐκ ἐν ἡμῖν ἄρα ὁ ἔρως. Ἐπίσχες, ἄνθρωπε.
άντα φύρεις ὁμοῦ, πανταχοῦ περιτρέχων, καὶ
κακοῦ τὴν ῥίζαν οὐκ ἐθέλων ἰδεῖν; καὶ γὰρ πολ-
ὁρῶ θαυμάζοντας καὶ ἐπαινοῦντας, οὐκ ἐρῶν-
έ. Καὶ πῶς ἔνι θαυμάζοντας μὴ ἐρᾶν; Μὴ θο-
· τοῦτο γὰρ ἔρχομαι εἰπεῖν· ἀλλ' ἀνάμεινον,
κούσῃ τοῦ Μωϋσέως; θαυμάζοντος τὸν παῖδα τοῦ
ὸβ, καὶ λέγοντος· *Καὶ ἦν Ἰωσὴφ καλὸς τῷ
, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει σφόδρα.* Ἆρα οὖν ἦρα ὁ
ι λέγων; Οὐδαμῶς. Οὐδὲ γὰρ ἑώρα, φησί, τὸν
ούμενον. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἀκουόμενα κάλλη
μέν τι τοιοῦτον, οὐ πρὸς τὰ ὁρώμενα μόνον.
ὲ μὴ φιλονεικῇς ἡμῖν ἐν τούτοις, ὁ Δαυὶδ οὐκ
αῖος σφόδρα, καὶ ὑπέρυθρος μετὰ κάλλους
μῶν; δ δὴ μάλιστά ἐστι τυραννικώτερον μέρος
μορφίας, τῶν ὀφθαλμῶν τὸ κάλλος. Ἆρ' οὖν
η τις αὐτοῦ; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἄρα μετὰ τοῦ θαυ-
καὶ τὸ ἐρᾶν γίνεται. Καὶ γὰρ καὶ μητέρας
πολλοὶ σφόδρα ἀνθούσας τῇ τοῦ σώματος ὥρᾳ.
; ἠράσθησαν αὐτῶν οἱ παῖδες; Ἄπαγε· ἀλλὰ
ζουσι μὲν τὸ ὁρώμενον, οὐκ ἐμπίπτουσι δὲ εἰς
αἰσχρόν. Πάλιν γὰρ τῆς φύσεως τὸ κατόρθω-
ι. Ποίας φύσεως, εἰπέ μοι; Ὅτι μητέρες εἰσί,
Εἶτα οὐκ ἀκούεις, ὅτι Πέρσαι, μηδενὸς κατ-
ζοντος, ταῖς αὐτῶν μίγνυνται μητράσι, καὶ
οὐδὲ δεύτερος, ἀλλ' ὁλόκληρον ἔθνος; Χωρὶς
ιν, κἀκεῖθεν [490] δῆλον, ὅτι τὸ νόσημα τοῦτο
ὥρας τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς εὐμορφίας ἐστὶν
ἀλλὰ τῆς ῥᾳθύμου καὶ πλανωμένης ψυχῆς.
γοῦν πολλάκις μυρίας εὐπρεπεῖς παραδρα-
γυναῖκας, ταῖς αἰσχροτέραις ἔδωκαν ἑαυτούς·
ον ὅτι οὐ τῆς εὐμορφίας τὸ ἐρᾶν· ἢ γὰρ ἂν
εἶναι πρὸ τούτων τοὺς ἐμπεσόντας. Τί οὖν τὸ
εἰ γὰρ μὴ τῆς εὐμορφίας τὸ ἐρᾶν, πόθεν
ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν, φησίν; Ἀπὸ δαίμονος
; Ἔχει μὲν καὶ ἐκεῖθεν· ἀλλ' οὐ τοῦτό ἐστι
ίμενον, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ ἡμεῖς αἴτιοι. Οὐ γὰρ
μόνον ἡ ἐπιβουλὴ, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων καὶ

ἡμῶν πρώτων [b]. Οὐδαμόθεν γὰρ ἑτέρωθεν οὕτω τίκτεται τὸ πονηρὸν τοῦτο νόσημα, ὡς ἀπὸ συνηθείας, καὶ κολακείας ῥημάτων, καὶ σχολῆς καὶ ἀργίας καὶ τοῦ μηδὲν ἔχειν ποιεῖν.

Ζ'. Μεγάλη γὰρ, μεγάλη τῆς συνηθείας ἡ τυραννὶς, καὶ τοσαύτη, ὡς εἰς φύσεως ἀνάγκην καθίστασθαι [c]. Εἰ δὲ συνήθεια τὸ τίκτειν αὐτὴν, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸ σβεννύναι. Πολλοὶ γοῦν ἐρῶντες οὕτως ἐπαύσαντο, μὴ ὁρωμένων τῶν ἐρωμένων. Τοῦτο δὲ πρὸς βραχὺ μὲν δοκεῖ πικρὸν εἶναι, καὶ σφόδρα ἀηδές· τῷ χρόνῳ δὲ ἡδὺ γίνεται, καὶ οὐδὲ βουλομένοις λοιπὸν ἔνι ἀνακτήσασθαι τὸ πάθος. Τί οὖν ὅταν συνηθείας χωρὶς ἀπὸ πρώτης τῆς ὄψεως ἁλῶ; Κάνταῦθα ἀργία τοῦ σώματος, ἢ τρυφὴ [d], καὶ τὸ μὴ φροντίζειν τῶν προσηκόντων, μηδὲ ἐν ἀναγκαίοις εἶναι πράγμασι. Καθάπερ γὰρ πλάνος τις ὁ τοιοῦτος περιερχόμενος, παντὶ περιπείρεται πονηρῷ· καὶ καθάπερ παιδίον ἄφετον, ὁ βουλόμενος ἀνδραποδίζει τὴν τοιαύτην ψυχήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος αὐτῇ ἐνεργεῖν, ὅταν αὐτῆς παύσῃς τὴν ἐνέργειαν τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, ἐπειδὴ ἀργεῖν οὐ δύναται, ἀναγκάζεται ἕτερα τίκτειν. Καθάπερ ἡ γῆ, ὅταν μὴ σπείρηται μηδὲ φυτεύηται, βοτάνην ἀναδίδωσιν ἁπλῶς· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ὅταν μὴ ἔχῃ τι πράξαι τῶν ἀναγκαίων, πάντως τοῦ πράττειν ἐπιθυμοῦσα, πονηροῖς ἑαυτὴν δίδωσι πράγμασι. Καὶ ὥσπερ ὀφθαλμὸς τοῦ μὲν ὁρᾶν οὐ παύεται, καὶ διὰ τοῦτο ὄψεται πονηρὰ, ὅταν ἀγαθὰ μὴ ᾖ ὑποκείμενα· οὕτω καὶ ὁ λογισμὸς, ὅταν τῶν ἀναγκαίων ἑαυτὸν ἀπαγάγῃ, περὶ τὰ ἄχρηστα στρέφεται λοιπόν· ἐπεὶ ὅτι καὶ τὴν πρώτην προσβολὴν δύναται ἀποκρούσασθαι ἀσχολία καὶ φροντὶς, πολλαχόθεν δῆλον. Ὅταν οὖν ἴδῃς γυναῖκα καλὴν, καὶ πάθῃς τι πρὸς αὐτὴν, μηκέτι ἴδῃς, καὶ ἀπηλλάγης. Καὶ πῶς δυνήσομαι μηκέτι ἰδεῖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἑλκόμενος, φησίν; Ἑτέροις σεαυτὸν δὸς, περιέλκουσι τὴν ψυχὴν, βιβλίοις, φροντίσιν ἀναγκαίαις, προστασίαις, βοηθείαις ἀδικουμένων, εὐχαῖς, φιλοσοφίᾳ τῇ περὶ τῶν μελλόντων· τοιούτοις κατάδησον τὴν ψυχήν. Οὕτως οὐχὶ νεαρὸν ἕλκος διορθώσῃ μόνον, ἀλλὰ παγὲν καὶ χρόνιον γενόμενον ἀποτρίψῃ ῥᾳδίως. [491] Εἰ γὰρ ὕβρις τὸν ἐρῶντα πείθει καταλύειν τὸν ἔρωτα, κατὰ τὴν παροιμίαν, πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον αἱ πνευματικαὶ αὗται ἐπῳδαὶ περιέσονται τοῦ κακοῦ, μόνον ἂν ἐθέλωμεν ἀποστῆναι; Ἂν δὲ ἀεὶ προσομιλῶμεν καὶ συναναστρεφώμεθα ταῖς τοξευούσαις ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα τοξεύματα, καὶ λέγοντες καὶ ἀκούοντες τὰ παρ' ἐκείνων, τρέφομεν τὸ νόσημα. Πῶς οὖν ἀξιοῖς σβεσθῆναι τὸ πῦρ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν φλόγα ἀνάπτων; Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν τὰ τῆς συνηθείας πρὸς τοὺς νέους εἰρήσθω· ὡς τοῖς γε ἀνδράσι, καὶ φιλοσοφεῖν ἐπισταμένοις, πάντων μείζων ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, ἡ τῆς γεέννης μνήμη, ἡ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιθυμία· ἱκανὰ γὰρ ταῦτα σβέσαι τὸ πῦρ. Μετὰ δὲ τούτων κἀκεῖνο ἐννόει, ὅτι οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ ὁρώμενον, ἢ φλέγμα καὶ αἷμα καὶ τροφῆς διασεσηπυίας χυμός. Ἀλλὰ φαιδρὸν τὸ ἄνθος τῆς ὄψεως, φησίν. Ἀλλ'

[a] *atur* πράξομεν.

[b] Ms., καὶ ἡμῶν πρῶτον.

[c] *Legebatur* μεθίστασθαι.

[d] *Legebatur* τροφή.

Digitized by Google

οὐδὲν τῶν ἀνθῶν τῶν ἀπὸ τῆς γῆς φαιδρότερον· ἀλλὰ καὶ ταῦτα σήπεται καὶ μαραίνεται. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἐνταῦθα τῷ ἄνθει πρόσεχε· ἀλλ' ἐνδότερον διάβηθι τῷ λογισμῷ, καὶ τὸ δέρμα τὸ καλὸν ἐκεῖνο περιελὼν τῷ λογισμῷ, περιεργάζου τὰ ὑπὸ τοῦτο κείμενα. Ἐπεὶ καὶ τὸ τῶν ὑδεριώντων σῶμα ἀποστίλβει λαμπρὸν, καὶ οὐδὲν ἡ ἐπιφάνεια φαῦλον ἔχει, ἀλλὰ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ ἔνδον ἀποκειμένου χυμοῦ πληττόμενοι, φιλεῖν τοὺς τοιούτους οὐ δυνάμεθα. Ἀλλ' ὑγρὸς ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ γοργὸς, καὶ καλῶς ἀποτεταμένη ἡ ὀφρὺς, καὶ κυαναῖ αἱ βλεφαρίδες, καὶ ἥμερος ἡ κόρη, καὶ γαληνὸν τὸ ὄμμα. Ἀλλ' ὅρα ὅτι αὐτὸ τοῦτο πάλιν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ νεῦρα καὶ φλέβες καὶ ὑμένες καὶ ἀρτηρίαι. Σὺ δέ μοι τὸν καλὸν τοῦτον ὀφθαλμὸν ἐννόησον νοσοῦντα, γηρῶντα, ὑπὸ ἀθυμίας μαραινόμενον, ὑπὸ ὀργῆς οἰδοῦντα, πῶς εἰδεχθῆς, πῶς ταχέως ἀπόλλυται, καὶ τῶν γεγραμμένων τάχιον ἀφανίζεται. Ἀπὸ τούτων μετάγαγε τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ κάλλος τὸ ἀληθινόν. Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ, φησὶ, κάλλος ψυχῆς. Ἀλλ' ἂν ἐθέλῃς, ὄψει· καὶ ὥσπερ τοὺς ἀπόντας καλοὺς ἔστιν ὀφθαλμοῖς μὴ ἰδόντα τῷ νῷ θαυμάσαι· οὕτω δυνατὸν ψυχῆς κάλλος χωρὶς ὀφθαλμῶν ἰδεῖν. Οὐχ ὑπέγραψας πολλάκις μορφὴν εὐειδῆ, καὶ ἔπαθές τι πρὸς τὴν διάπλασιν; Ἀνατύπωσον καὶ νῦν ψυχῆς κάλλος, καὶ ἐντρύφα τῇ εὐμορφίᾳ. Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ, φησὶν, ἀσώματα. Καὶ μὴν τῶν σωμάτων αὐτὰ μᾶλλον ὁρῶμεν τῷ νῷ. Διὰ τοῦτο γοῦν θαυμάζομεν καὶ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, καίτοι γε μὴ ὁρῶντες, καὶ τρόπων ἦθη καὶ ψυχῆς ἀρετήν. Κἂν ἴδῃς ἄνθρωπον ἐπιεικῆ καὶ μέτριον, μᾶλλον θαυμάσῃ τοῦτον ἢ ἐκείνην τὴν εὔμορφον ὄψιν· κἂν ἴδῃς ὑβριζόμενον, καὶ φέροντα ἀδικούμενον, μετὰ τοῦ θαυμάζειν ἔρα τῶν τοιούτων, κἂν γεγηρακότες ὦσι. Καὶ γὰρ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος, καὶ ἐν γήρᾳ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐραστὰς, καὶ οὐδέποτε μαραίνεται, ἀλλ' ἀνθεῖ διηνεκῶς. Ἵν' οὖν καὶ αὐτοὶ τοῦτο κτησώμεθα, τοὺς ἔχοντας αὐτὸ θηρῶμεν, καὶ ἐραστὰ[492] τούτων γινώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ δυνησόμεθα, ταύτην λαβόντες τὴν εὐμορφίαν, τῶν αἰωνίων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Η'.

Ἔχοντες οὖν τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης.

α'. Ἐπειδὴ μεγάλα ἐφθέγξατο, καὶ Μωϋσέως ἑαυτὸν προῦθηκε, καὶ τοὺς πιστοὺς πάντας, αἰσθόμενος τῆς ὑπερβολῆς καὶ τοῦ μεγέθους τῶν εἰρημένων, ὅρα πῶς μετριάζει πάλιν. Καὶ γὰρ ἐπαίρειν ἔδει διὰ τοὺς ψευδαποστόλους καὶ τοὺς ἀκροατὰς, καὶ πάλιν παραμυθεῖσθαι τὸν ὄγκον, οὐχὶ καθαιρεῖν, ἐπεὶ τοῦτο παίζοντος ἦν. Διόπερ ἑτέρως αὐτὸ μεθοδεύει, τῷ δεικνύναι, ὅτι οὐκ ἐκ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων γέγονεν, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ πᾶν· διὸ καί φησιν, *Ἔχοντες οὖν τὴν διακονίαν ταύτην.* Οὐδὲν γὰρ πλέον ἡμεῖς εἰσηνέγκαμεν, ἀλλ' ἢ διάκονοι μόνον ἐγενόμεθα, καὶ τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσιν ὑπηρετήσαμεν. Διόπερ οὐκ εἶπε παροχὴν, οὐδὲ χορηγίαν, ἀλλὰ *Διακονίαν*, καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπήγαγε, *Καθὼς ἠλεήθημεν.* Καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ, φησὶ, τὸ διακονήσασθαι τούτοις, ἀπὸ ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας. Καίτοι γε ἐλέους ἐστὶ τὸ κακῶν ἀπαλλάξαι, οὐχὶ τὸ καὶ τοσαῦτα δοῦναι ἀγαθά· ἀλλ' ὁ τοῦ Θεοῦ ἔλεος καὶ τοῦτο ἔχει. *Οὐκ ἐκκακοῦμεν.* Καὶ τοῦτο δὲ αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ λογιστέον. Τὸ γὰρ, *Καθὼς ἠλεήθημεν*, καὶ ὑπὲρ τῆς διακονίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ, *Οὐκ ἐκκακοῦμεν*, εἰρῆσθαι νόμιζε. Καὶ σκόπει πῶς σπουδάζει τὰ καθ' ἑαυτὸν καθαιρεῖν. Τὸν γὰρ τοιούτων ἀξιωθέντα, φησὶ, καὶ τηλικούτων, καὶ ταῦτα ἀπὸ ἐλέου μόνον καὶ φιλανθρωπίας, οὐδὲν μέγα τοιούτους ἐπιδείκνυσθαι πόνους, καὶ κινδυνεύειν καὶ πειρασμοὺς ὑπομένειν. Διὰ τοῦτο οὐ μόνον οὐ καταπίπτομεν, ἀλλὰ καὶ χαίρομεν, καὶ παῤῥησιαζόμεθα. Εἰπὼν γοῦν, *Οὐκ ἐκκακοῦμεν*, ἐπήγαγεν· *Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.* Καὶ τί ἐστι, *Τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης*; Οὐκ ἐπαγγελλόμεθα, φησὶ, καὶ ὑπισχνούμεθα μεγάλα, καὶ ἕτερα δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων δείκνυμεν, καθάπερ ἐκεῖνοι· διὸ καὶ ἔλεγε, *Τὰ κατὰ πρόσωπον, βλέπετε*· ἀλλὰ τοιοῦτοί ἐσμεν, οἷοι ὁρώμεθα, οὐχὶ διπλόην τινὰ ἔχοντες, οὔτε τοιαῦτα λέγοντες καὶ ποιοῦντες ἃ κρύπτειν δεῖ καὶ συσκιάζειν αἰσχυνομένους καὶ ἐρυθριῶντας. Καὶ τοῦτο ἑρμηνεύων, ἐπήγαγε, *Μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ.* Ὃ γὰρ ἐνόμιζον ἐγκώμιον εἶναι ἐκεῖνοι, τοῦτο αἰσχρὸν καὶ καταγέλαστον ἀποφαίνει. [493] Τί δέ ἐστιν, *Ἐν πανουργίᾳ*; Δόξαν εἶχον μὴ λαμβανόντων ἐκεῖνοι, ἐλάμβανον δὲ καὶ ἔκρυπτον· δόξαν εἶχον ἁγίων καὶ ἀποστόλων δοκίμων, ἦσαν δὲ μυρίων γέμοντες κακῶν. Ἀλλ' ἡμεῖς, φησὶ, τούτοις ἀπειπάμεθα (ταῦτα γὰρ καὶ κρυπτὰ αἰσχύνης καλεῖ), τοιοῦτοι ὄντες οἷοι φαινόμεθα, καὶ οὐδὲν ἔχοντες συνεσκιασμένον, καὶ οὐκ ἐν τῷ βίῳ μόνον τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κηρύγματι· τοῦτο γάρ ἐστιν, *Οὐδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας*· οὐ τῷ προσώπῳ καὶ τῇ ἐπιδείξει, ἀλλ' αὐτῇ τῇ τῶν πραγμάτων ἀποδείξει. *Συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων.* Οὐ γὰρ πιστοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπίστοις ἐσμὲν κατάδηλοι, προκείμενοι πᾶσιν εἰς τὸ βασανίσαι τὰ ἡμέτερα, ὡς ἂν ἐθέλοιεν· καὶ ἀπὸ τούτου συνίσταμεν ἑαυτοὺς, οὐκ ἀπὸ τοῦ ὑποκρίνεσθαι, καὶ προσωπεῖον περιῴρειν φαιδρόν. Λέγομεν οὖν μηδὲν λαμβάνειν, καὶ μάρτυρας ὑμᾶς καλοῦμεν· λέγομεν μηδὲν συνειδέναι ἑαυτοῖς πονηρὸν, καὶ τούτου πάλιν τὴν μαρτυρίαν παρ' ὑμῶν ἔλκομεν, οὐ καθάπερ ἐκεῖνοι, συσκιάζοντες τὰ καθ' ἑαυτοὺς, πολλοὺς ἀπατῶσιν. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὸν βίον ἡμῶν πᾶσιν εἰς μέσον προτίθεμεν, καὶ τὸ κήρυγμα ἀπογυμνοῦμεν, ὥστε πάντας αὐτὸ καταμανθάνειν. Εἶτα ἐπειδὴ οἱ ἄπιστοι ἠγνόουν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, ἐπήγαγεν, ὅτι οὐχ ἡμῶν τοῦτο ἔγκλημα, ἀλλὰ

Digitized by Google

splendidus oris flos est, inquies. Sed terræ etiam floribus nihil lætius ac jucundius est; qui tamen etiam marcescunt, atque in putredinem abeunt. Quocirca ne hic quoque ad florem attende, sed interius animo transi, et a pulchra illa cuti cogitationem avertens, explora quæ sub ea sita sint. Quandoquidem etiam hydropicorum corpus nitet ac lucet, nec quidquam fœdi in superficie habet; sed tamen humoris illius, qui intus conditus est, cognitione perculsi, hujusmodi homines oculari non sustinemus. At tener et versatilis est oculus, ac recte porrectum supercilium, et cæruleæ palpebræ, et suavis pupilla, et serenus aspectus? At rursum hoc vide, quod istud quoque nihil aliud est, quam nervi et venæ atque arteriæ. Quin hunc ipsum pulchrum oculum, ægrum, senio affectum, mœrore afflictum, ira tumentem cogita, quam illicet deformis sit, quam celeriter pereat, quam vivus etiam pictura evanescat. Ab his jam cura, ut ad veram pulchritudinem animum traducas. At, inquis, animæ pulchritudinem non cerno. At, si libuerit, omnes: et sicut absentes formosos, licet oculis non videas, mente admirari potes; eodem modo animæ pulchritudinem etiam sine oculis perspicere licet. Annon egregiam formam sæpe cogitatione formasti, eoque figmento nonnihil te affici sensisti? Effinge nunc quoque animæ pulchritudinem: atque hujusmodi formæ elegantia te oblecta. At, inquis, non cerno ea, quæ corpore vacant. Atqui ista animo magis intuemur, quam corpora: siquidem ob hanc quoque causam et angelos et archangelos admiramur, quamvis eos minime cernamus: probos item mores animæque virtutem. Ac si probum hominem et moderatum videris, magis hunc admiraberis, quam elegantem illam faciem. Quod si injuria affectum videris eamque patienter ferentem, hujusmodi hominem ama, etiamsi senio confectus sit. Nam hujusmodi animæ pulchritudo in senectute quoque amatores multos habet, nec unquam marcescit, sed perpetuo floret. Igitur ut hanc quoque ipsi pulchritudinem adipiscamur, eos qui hac polleat captemus, atque ipsorum amatores simus. Sic enim nos quoque hanc pulchritudinem consequuti, ad æterna bona pervenire poterimus: quæ utinam nobis consequi detur, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA VIII.

. 4. v. 1. *Ideo habentes hanc ministrationem, uxta quod misericordiam consequuti sumus, non deficimus,* 2. *sed abdicavimus occulta dedecoris.*

. Quoniam magna quædam loquutus fuerat, ac sum et fideles omnes Mosi anteposuerat, atque am eorum quæ dixerat magnitudinem esse sentat, vide quo pacto rursus modestiam præ se fe- Nam et propter pseudapostolos atque auditores efferre debebat, et rursum tumorem illum miti-, non autem omnino tollere; nam hoc ludentis set. Quocirca hoc alia via aggreditur, ostendens mne non nostris meritis ac virtutibus, sed divina gnitate contigisse: proinde ait, *Habentes igitur strationem hanc.* Neque enim quidquam amplius avimus, quam quod ministri exstitimus, beneficue a Deo datis administram operam præbuimus. fit, ut nec largitionis nec suppeditationis, sed sterii vocabulo usus sit. Ac ne hoc quidem cons addidit: *Juxta quod misericordiam consequuti s.* Nam hoc quoque ipsum, quod his ministravi- a Dei misericordia et benignitate profectum est. quam misericordiæ est, e malis exemisse, non a tot insuper beneficiis affecisse; sed hoc etiam Dei misericordia. *Non deficimus.* Hoc quoque humanitati acceptum referendum est. Nam illa *Juxta quod misericordiam consequuti sumus,* mare debes tam ad ministerium referri, quam quod sequitur, *Non deficimus.* Ac velim animtas, quam seipsum deprimere studeat. Nam qui tantis, inquit, beneficiis ornatus sit, idque diantum misericordia et benignitate, non magni iam fecit, si tales labores suscepit, si pericula tentationes sustinet. Ideo non solum non consanimo, sed etiam gaudemus, ac verborum libertate utimur. Postquam enim dixit, *Non deficimus,* subnectit, *Sed abdicavimus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei.* Quid sibi volunt hæc, *Occulta dedecoris?* Non, inquit, magna profitemur ac pollicemur et alia rebus ipsis ostendimus, quemadmodum illi: unde etiam dicebat, *Quæ in faciem sunt, perspicitis* (2. *Cor.* 10. 7): verum tales omnino sumus, quales cernimur, non fictum ac velut duplicem animum gerentes, nec ea dicentes atque agentes, quæ præ pudore ac rubore occultanda et velut umbris quibusdam obvolvenda sint. Idque exponens, subjunxit, *Non ambulantes in astutia.* Nam quod illi laudi ducebant, hoc ipse fœdum ac ridiculum esse statuit. Quidnam autem est, *In astutia?* In ea existimatione illi erant, quasi ab accipiendis muneribus abstinerent, cum tamen occulte acciperent: sanctorum ac proborum apostolorum existimatione florebant, cum interim innumeris vitiis scaterent. At nos, inquit, hæc abjecimus (nam hæc sunt, quæ occulta dedecoris vocat), quippe qui tales simus, quales videmur; nec quicquam, non modo in vita nostra et moribus, sed nec prædicatione tectum atque adumbratum habemus: hoc enim significat, quod ait, *Neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis.* Hoc est, non vultu et ostentatione, sed ipso rerum documento. *Commendantes nos ipsos ad omnem conscientiam hominum.* Non enim fidelibus tantum, sed et infidelibus perspicui sumus, ac quibusvis expositi, ut res nostras explorent: atque hinc nosipsos commendamus, non a fuco ac simulatione, aut quod splendidam larvam circumferamus. Dicimus itaque nos nullum munus accipere; atque hujus rei vos testes vocamus: dicimus nos nullius flagitii nobis conscios esse; atque hujus rei rursus a vobis testimo-

Digitized by Google

nium petimus; non ut illi solent, qui vitia sua obtegentes multos decipiunt. Nam nos et vitam nostram cunctis in medium proponimus, et doctrinam ita patefacimus, ut quivis eam intelligere possint. Mox autem, quia infideles vim hujusce doctrinæ minime perspectam habebant, subjunxit, hoc non sibi, sed eorum stupori assignandum esse, dicens: 3. *Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in iis qui pereunt opertum est*, 4. *in quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium*. Quod hic dicit, eamdem vim habet, quam ea, quæ prius dixit: *Aliis odor mortis sumus in mortem, aliis odor vitæ in vitam* (2. *Cor.* 2. 16).

2. *Marcionistarum et Manichæorum errores.* — Quid sibi vult illud, *Deus hujus sæculi?* Qui Marcionis morbo laborant, de rerum Opifice, justo quidem illo, sed non item bono, hæc dicta esse contendunt: aiunt enim Deum quemdam justum esse, qui non sit bonus. Manichæi autem his verbis diabolum significari asserunt; hinc nimirum alium rerum conditarum effectorem, præter eum qui vere est, perquam stolide inducere cupientes. Habet enim hoc familiare Scriptura, ut deum non ex ipsius dignitate, sed ex eorum qui ipsius imperio subsunt imbecillitate nuncupet: ut cum mamonam dominum dicit, et ventrem deum. Neque enim propterea aut venter deus est, aut mamona dominus, sed eorum demum, qui sese ipsis subjecerint. Atvero nos illud dicimus, non de diabolo quidem hæc verba habita esse, sed de universorum Deo; sicque legendum esse, *Infidelium hujus sæculi mentes Deus excæcavit*. Nam futurum ævum infideles non habiturum est, sed hoc dumtaxat. Si vero quis aliter legat, nempe *Deus hujus sæculi*, ne hinc quidem ulla calumniæ ansa porrigitur: neque enim hinc ostenditur, eum hujus tantum sæculi Deum esse Nam et Deus cæli dicitur; nec tamen cæli tantum Deus est: et, Deus præsentis diei, dicimus; nec tamen hæc ita dicimus, quasi ipsius imperium unius diei angustiis circumscribamus. Quin Deus quoque Abrahæ dicitur, et Deus Isaac, et Deus Jacob; cum tamen non eorum tantum sit Deus. Ac pleraque etiam alia hujusmodi testimonia in Scripturis inveniri possunt. Quonam porro modo excæcavit? Non sane quod in hoc ulla ipsius actio fuerit, absit, sed quia id passus est ac permisit: nam Scripturæ mos est ita loqui, ut cum ait, *Tradidit eos Deus in reprobum sensum* (*Rom.* 1. 28). Quoniam enim illi prius fidem abrogarunt, seque indigna reddiderunt qui mysteria viderent, illos ipse dereliquit. Quid enim hic faciendum erat? an invitos trahere, suaque arcana iis, qui ea cernere recusabant, aperire? At magis contempsissent illi, nec videre voluissent: unde etiam mox subjunxit, *Ut non fulgeat eis illuminatio evangelii gloriæ Christi;* non ad hoc, ut Deo non credant, sed ut quæ sint interna mysteria infidelium mens minime perspiciat: quod etiam ille nobis præcepit, ut ne margaritas ante porcos conjiciamus (*Matth.* 7. 6). Etenim si ea infidelibus detexisset, eorum morbus magis incruduisset. Nam si quis oculis laborantem cogat solares radios respicere, illius infirmitatem magis auget. Ideo medici eos in tenebris abditos tenent, ne morbus ingravescat. Sic ergo hic etiam intelligendum est, nempe quod isti vitio suo increduli exstiterunt. Increduli autem effecti, evangelii arcana minime jam perspexerunt, Deo nimirum radios suos illis deinceps subducente. Id quod etiam discipulis dicebat, *Propterea in parabolis loquor ipsis, quia audientes non audiunt* (*Matth.* 13. 13). Verum ut quod dico exemplo dilucidius fiat, finge gentilem esse quemdam, qui res nostras pro fabulis habeat: hic igitur plusne ex eo commodi capiet, si ingressus fuerit ac mysteria conspexerit, quam si foris maneat? Ideo ait: *Ut non fulgeat illis illuminatio;* in Mosis videlicet historia adhuc hærens. Nam quod illius ætate Judæis accidit, hoc evangelii tempore omnibus infidelibus usu venit. Quidnam autem sit, quod ait opertum illis fuisse ac minime declaratum, audi quid ipse dicat: *Ut non fulgeat eis illuminatio evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.* Nempe quod orbis salus crux est ipsiusque gloria, quod is qui crucifixus est cum multo splendore venturus sit; atque alia omnia, tam præsentia, quam futura, tam in aspectum cadentia, quam occulta et ineffabilis rerum quæ exspectantur adventus. Unde etiam αὐγάσαι dixit, hoc est irradiare, ne tu totum in hac vita quæras. Est enim velut radius quispiam Spiritus, id quod nunc datur. Id quod etiam superius indicans, odoris ac rursum pignoris vocabulo usus est, declarans multo majorem partem in futuro ævo exspectandam esse. Sed tamen hæc omnia ipsis occultata sunt, et ob id occultata, quia prius ipsi fidem Deo abrogarunt. Postea, ut ostendat, non Christi modo, sed etiam Patris gloriam iis incognitam esse, qui eam non viderunt, adjecit, *Qui est imago Dei.* Cave enim in Christo solo consistas. Ut enim per eum Patrem cernis, ita, si ipsius gloriam ignores, ne Patris quidem gloriam cognitam habebis. 5. *Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Jesum.*

3. Quinam hic sermonis tenor est? quid hoc cum iis, quæ ante dicta sunt, commune habet? Vel eos notat ut insolentius sese efferentes, et discipulis suadere cupientes, ut ab eorum nominibus sibi nomen imponant, sicut in superiore epistola dicebat, *Ego sum Pauli, ego autem Apollo* (1. *Cor.* 3. 4): aut aliud quiddam gravissimum significat. Quidnam hoc! Quoniam acerrimum in ipsos bellum illi gerebant, atque insidias undique ipsis struebant. Num, inquit, adversum nos pugnatis, ac non adversus eum qui a nobis prædicatur? neque enim nosipsos prædicamus: ego servus sum, ego eorum qui prædicationem excipiunt minister, operam omnem alteri navans, atque ipsius gloriæ causa quidvis faciens. Itaque, dum mihi bellum infers, ea quæ illius sunt dejicis. Tantum enim abest, ut ex evangelico munere quidquam mihi arrogem, ut ne servus quidem vester esse propter Christum recusaturus sim, quandoquidem ipsi visum est tanto in pretio vos habere, tantoque amore vos complecti, ac salutis vestræ causa quidvis agere.

Digitized by Google

τῆς ἐκείνων ἀναισθησίας. Διὸ καί φησιν· *Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον, ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων.* Ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπεν, *Οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν*, τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησι.

β'. Τί δέ ἐστιν, *Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου*; Οἱ μὲν τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες, λέγουσι περὶ τοῦ Δημιουργοῦ τοῦ δικαίου μόνον, καὶ οὐκ ἀγαθοῦ, ταῦτα εἰρῆσθαι· λέγουσι γὰρ εἶναί τινα Θεὸν δίκαιον, καὶ οὐκ ἀγαθόν. Μανιχαῖοι δέ φασι τὸν διάβολον ἐνταῦθα λέγεσθαι, ἐκ τούτου δημιουργὸν τῆς κτίσεως ἕτερον ἐπεισαγαγεῖν παρὰ τὸν ὄντα βουλόμενοι, σφόδρα ἀνοήτως. Οἶδε μὲν γὰρ πολλάκις ἡ Γραφὴ Θεὸν καλεῖν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας τοῦ καλουμένου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀσθενείας τῶν ὑποταττομένων· ὡς ὅταν τὸν μαμωνᾶν κύριον λέγῃ, καὶ τὴν κοιλίαν θεόν. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο οὔτε ἡ κοιλία θεὸς, οὔτε ὁ μαμωνᾶς κύριος. Ἀλλ' ἐκείνων τῶν ὑποκατακλινόντων ἑαυτούς. Ἡμεῖς δὲ ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι οὔτε περὶ τοῦ διαβόλου τοῦτο εἴρηται, ἀλλὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ· καὶ οὕτως ἀναγνωστέον, ὅτι *Τῶν ἀπίστων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τὰ νοήματα.* Ὁ γὰρ μέλλων οὐκ ἔχει ἀπίστους, ἀλλ' ὁ παρὼν μόνος. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρως τις ἀναγινώσκοι, οἷον, ὅτι *Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου*, οὐδὲ τοῦτο ἔχει τινὰ λαβήν· οὐ γὰρ οὗτο δείκνυσιν αὐτὸν τούτου μόνον ὄντα τοῦ αἰῶνος τούτου. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς οὐρανοῦ λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὐρανοῦ μόνον Θεός· καὶ ὁ Θεὸς τῆς παρούσης ζωῆς λέγομεν, καὶ οὐκ εἰς ἐκείνην μόνην συγκλείοντες αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, [494] τοῦτό φαμεν· καὶ Θεὸς δὲ Ἀβραὰμ λέγεται, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ· καὶ οὐκ ἐκείνων μόνον ἐστὶ Θεός. Καὶ πολλὰς ἂν τις καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἐν ταῖς Γραφαῖς εὕροι μαρτυρίας. Πῶς οὖν ἐτύφλωσεν; Οὐκ ἀργήσας εἰς τοῦτο, ἄπαγε, ἀλλ' ἀφεὶς καὶ συγχωρήσας· καὶ γὰρ ἔθος τῇ Γραφῇ οὕτω λέγειν· ὡς ὅταν εἴπῃ, *Παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν.* Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ ἠπίστησαν πρῶτοι, καὶ ἀξίους ἑαυτοὺς κατεσκεύασαν τοῦ ἰδεῖν τὰ μυστήρια, καὶ αὐτὸς λοιπὸν εἶασεν. Ἀλλὰ τί ἔδει ποιῆσαι; πρὸς βίαν ἕλκειν, καὶ ἐκκαλύπτειν μὴ βουλομένοις ἰδεῖν; Ἀλλὰ μᾶλλον ἂν κατεφρόνησαν, καὶ μᾶλλον εἶδον· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης Χριστοῦ*· οὐ πρὸς τὸ ἀπιστῆσαι τῷ Θεῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἀπιστίαν μὴ ἰδεῖν τίνα ἐστὶ τὰ ἔνδον· ὃ ἡμῖν ἐπέταξε, μὴ ῥίπτειν τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων κελεύσας. Εἰ γὰρ καὶ ἀπιστοῦσιν ἐξεκάλυψε, μᾶλλον ἂν ἡ νόσος αὐτῶν ἐπετρίβη. Καὶ γὰρ εἰ ὀφθαλμιῶντά τις ἀναγκάσειε πρὸς τὰς αὐγὰς ἰδεῖν, ἐπιτείνει μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν. Οὕτω καὶ ἐν σκότει κατακλείουσιν αὐτοὺς ἰατρῶν τινες, ὥστε μὴ ἐπιτρῖψαι τὸ νόσημα. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα νοητέον, ὅτι οὗτοι μὲν γεγόνασιν ἄπιστοι ἑαυτούς· γενόμενοι δὲ ἄπιστοι, οὐκέτι ἐώρων τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου, τοῦ Θεοῦ λοιπὸν ἀποστόμου τὰς ἀκτῖνας αὐτοῖς. Ὅπερ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν, ὅτι *Διὰ τοῦτο ἐν παροιμίαις λαλῶ αὐτοῖς, ὅτι ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν.* Ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ παραδείγματος σαφέστερον ὃ λέγω γένηται, ὑπόθου τινὰ Ἕλληνα εἶναι μύθους τὰ ἡμέτερα ἡγούμενον· οὗτος οὖν πῶς ὠφεληθήσεται μᾶλλον, εἰσελθὼν καὶ ἰδὼν τὰ μυστήρια, ἢ ἔξω μένων; Διὰ τοῦτό φησιν· *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν*, ἐπιμένων ἔτι τῇ ἱστορίᾳ Μωϋσέως. Ὅπερ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους γέγονεν ἐπ' ἐκείνου, τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν ἀπίστων γίνεται ἐπὶ τοῦ εὐαγγελίου. Καὶ τί ἐστι τὸ συνεσκιασμένον, καὶ ὅπερ αὐτοῖς οὐκ ἔστι πεφωτισμένον; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ.* Οἷον, ὅτι ὁ σταυρὸς τῆς οἰκουμένης σωτηρία καὶ αὐτοῦ δόξα, ὅτι αὐτὸς οὗτος ὁ σταυρωθεὶς μετὰ πολλῆς περιφανείας μέλλει παραγίνεσθαι, τὰ ἄλλα πάντα, τὰ παρόντα, τὰ μέλλοντα, τὰ ὁρώμενα, τὰ οὐχ ὁρώμενα, ἡ ἀπόῤῥητος τῶν προσδοκωμένων περιφάνεια. Διὸ καὶ αὐγάσαι εἶπεν, ἵνα μὴ τὸ ὅλον ἐνταῦθα ζητῇς· ὥσπερ γὰρ αὐγή τις ἐστὶ μόνον τοῦ Πνεύματος ἡ δεδομένη. Τοῦτο γοῦν καὶ ἀνωτέρω δηλῶν, ὁσμὴν εἶπε, καὶ πάλιν ἀῤῥαβῶνα, δεικνὺς ὅτι τὸ πλέον ἐκεῖ μένει. Ἀλλ' ὅμως ταῦτα ἅπαντα κέκρυπται ἀπ' αὐτῶν· κέκρυπται δὲ, ἐπειδὴ ἠπίστησαν πρότεροι. Εἶτα δεικνὺς, ὅτι οὐχὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν ἀγνοοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς οἱ ταύτην οὐκ ἰδόντες, ἐπήγαγεν, *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ.* Μὴ γὰρ μέχρι τοῦ Χριστοῦ στῇς μόνον. Ὥσπερ γὰρ διὰ τούτου τὸν Πατέρα ὁρᾷς· οὕτως ἀγνοήσας τὴν τούτου δόξαν, οὐδὲ [495] τὴν ἐκείνου εἴσῃ. *Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν.*

γ'. Καὶ ποία αὕτη ἀκολουθία; τί τοῦτο πρὸς τὰ εἰρημένα ἔχει κοινόν; Ἢ ἐκείνους αἰνίττεται ὡς ἐπαίροντας ἑαυτοὺς, καὶ πείθοντας τοὺς μαθητὰς ἀπ' αὐτῶν ἑαυτοὺς ὀνομάζειν, ὅπερ ἐν τῇ προτέρᾳ ἔλεγεν, *Ἐγὼ εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ*· ἢ ἕτερόν τι βαρύτατον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ἐπειδὴ σφόδρα αὐτοὺς ἐπολέμουν, καὶ ἐπεβούλευον αὐτοῖς πάντοθεν, Μὴ γὰρ ἡμῖν μάχεσθε, φησὶ, καὶ πολεμεῖτε; ἢ τῷ [a] δι' ἡμῶν κηρυττομένῳ; οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύττομεν· ἐγὼ δοῦλός εἰμι, ἐγὼ διάκονός εἰμι καὶ τῶν δεχομένων τὸ κήρυγμα, ἑτέρῳ πάντα πραγματευόμενος, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου δόξης πᾶν ὁτιοῦν ποιῶν. Ὥστε ἐμοὶ πολεμῶν, τὰ ἐκείνου καταβάλλεις. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω εἰς ἐμαυτόν τι περιστῆσαι τῶν τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι καὶ ὑμῶν οὐ παραιτήσομαι εἶναι δοῦλος διὰ τὸν Χριστὸν, ἐπειδὴ ἐκείνῳ ἔδοξεν οὕτω τιμῆσαι ὑμᾶς, ἐπειδὴ οὕτως ὑμᾶς ἐφίλησε, καὶ πάντα ὑπὲρ ὑμῶν ἔπραξε. Διὸ καὶ λέγει, *Ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Χριστόν.* Εἶδες ψυχὴν δόξης καθαράν; Οὐ γὰρ δὴ μόνον, φησὶ, τῶν δεσποτικῶν οὐδὲν νοσφιζόμεθα, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἑαυτοὺς ὑποτάσσομεν δι' ἐκεῖνον. *Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους*

[a] Ἢ τῷ. Savil. mavult οὐ τῷ, quod proposuerat Dunæus.

Digitized by Google

φῶς λάμψαι, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Εἶδες πῶς πάλιν τοῖς ζητοῦσι τὴν δόξαν ἐκείνην ἰδεῖν τὴν ὑπερβάλλουσαν, τὴν Μωϋσέως λέγω, δείκνυσι μετὰ προσθήκης ἀστράπτουσαν; Καθάπερ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως, οὕτως εἰς τὰς ὑμετέρας καρδίας ἔλαμψε, φησί. Καὶ πρότερον ἀναμιμνήσκει τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως γενομένων, αἰσθητοῦ φωτὸς καὶ σκότους αἰσθητοῦ, δεικνὺς ὅτι αὕτη μείζων ἡ δημιουργία. Καὶ ποῦ εἶπεν, *Ἐκ σκότους φῶς λάμψαι;* Ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν προοιμίοις τῆς κτίσεως· *Σκότος γὰρ ἦν*, φησὶν, *ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς.* Ἀλλὰ τότε μὲν εἶπε, *Γενηθήτω, καὶ ἐγένετο*· νῦν δὲ οὐκ εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν γέγονε φῶς· οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι καὶ νῦν εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἔλαμψε. Διὰ τοῦτο οὐδὲ αἰσθητὰ πράγματα ὁρῶμεν τοῦ φωτὸς λάμποντος τούτου, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς τὸ ἀπαράλλακτον τῆς Τριάδος; Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Πνεύματός φησιν· *Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος*· περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*· περὶ δὲ τοῦ Πατρὸς, *Ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Χριστοῦ.* Ὥσπερ γὰρ εἰπὼν, *Τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ*, ἐπήγαγεν, *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*, δεικνὺς ὅτι καὶ τῆς ἐκείνου δόξης ἀπεστερήθησαν· οὕτως εἰπὼν, *Τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ*, ἐπήγαγεν, *Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ*, δεικνὺς ὅτι διὰ τούτου τὸν Πατέρα γινώσκομεν, ὥσπερ οὖν καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτῷ προσαγόμεθα. [496] *Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν.* Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα εἶπε περὶ τῆς ἀπορρήτου δόξης· ἵνα μή τις λέγῃ. Καὶ πῶς τοσαύτης δόξης ἀπολαύοντες μένομεν ἐν θνητῷ σώματι; φησὶν, ὅτι τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ μάλιστά ἐστι τὸ θαυμαστὸν, καὶ δεῖγμα μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὅτι σκεῦος ὀστράκινον τοσαύτην ἠδυνήθη λαμπρότητα ἐνεγκεῖν, καὶ τηλικοῦτον φυλάξαι θησαυρόν. Ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς θαυμάζων ἔλεγεν, *Ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν*· πάλιν ἐκείνους αἰνιττόμενος τοὺς καυχωμένους ἐφ' ἑαυτοῖς. Τό τε γὰρ μέγεθος τῶν δοθέντων, τό τε ἀσθενὲς τῶν δεξαμένων δείκνυσι τὴν ἰσχὺν, οὐχ ὅτι μεγάλα ἐχαρίσατο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μικροῖς οὖσι· τὸ γὰρ ὀστράκινον τὸ εὔθραυστον [a] τῆς θνητῆς φύσεως αἰνιττόμενος ἔλεγε, καὶ τὸ τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἀσθενὲς ἐμφαίνων. Ὑστράκου γὰρ ἄμεινον οὐδὲν αὕτη διάκειται· οὕτως ἐστὶν εὐεπηρέαστος, καὶ θανάτῳ καὶ νόσοις καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαις καὶ ἑτέροις μυρίοις διαλυομένη ῥᾳδίως. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ καταστέλλων ἐκείνων τὸ φύσημα, καὶ πᾶσι δεικνὺς ὅτι οὐδὲν ἀνθρώπινον τῶν καθ' ἡμᾶς.

δ'. Καὶ γὰρ τότε μάλιστα διαφαίνεται ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ὅταν δι' εὐτελῶν ἐνεργῇ μεγάλα. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγεν, *Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.* Καὶ ἐν τῇ Ἰαλαιᾷ δὲ διὰ κωνώπων καὶ μυιῶν ὁλόκληρα στρατόπεδα βαρβάρων ἐτροπώσατο (διὸ καὶ μεγάλην δύναμιν αὐτοῦ τὴν κάμπτην ἐκάλει), καὶ ἐν ἀρχῇ γλώττας συγχέων μόνον, τὸν μέγαν πύργον ἐκεῖνον τὸν ἐν Βαβυλῶνι κατέλυε. Καὶ ἐν τοῖς πολέμοις δὲ νῦν μὲν διὰ τριακοσίων ἄπειρα στρατόπεδα ἥλασε, νῦν δὲ διὰ σαλπίγγων πόλεις καθεῖλε· μετὰ δὲ ταῦτα διὰ παιδίου μικροῦ καὶ εὐτελοῦς τοῦ Δαυὶδ, ἅπασαν τῶν βαρβάρων τὴν παράταξιν ἐτροπώσατο. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα δώδεκα μόνους ἀπεστέλας, τῆς οἰκουμένης περιεγένετο, δώδεκα, καὶ τούτους ἐλαυνομένους, πολεμουμένους. Ἐκπλαγῶμεν οὖν τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, θαυμάσωμεν, προσκυνήσωμεν· ἐρωτήσωμεν Ἰουδαίους, ἐρωτήσωμεν Ἕλληνας, τίς ἔπεισε τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐκστῆναι τῶν πατρίων ἐθῶν, καὶ πρὸς ἑτέραν μετατάξασθαι πολιτείαν; ὁ ἁλιεὺς, ἢ ὁ σκηνοποιός; ὁ τελώνης, ἢ ὁ ἀγράμματος καὶ ἰδιώτης; Καὶ πῶς ἂν ἦν ταῦτα λόγον, εἰ μὴ θεία δύναμις ἦν ἡ πάντα κατορθοῦσα δι' ἐκείνων; Τί δὲ καὶ λέγοντες ἔπειθον ἐκεῖνοι; Βαπτίσθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ σταυρωθέντος. Ποίου; Ὃν οὐκ εἶδον, οὐδὲ ἐθεάσαντο. Ἀλλ' ὅμως ταῦτα λέγοντες καὶ κηρύττοντες, ἔπειθον, ὅτι οἱ μὲν μαντευόμενοι καὶ ἐκ προγόνων αὐτοῖς παραδοθέντες, οὐκ εἰσὶ θεοὶ, ὁ δὲ προσηλωθεὶς, οὗτος Χριστὸς, πάντας ἐφείλκετο. Καίτοι γε ὅτι μὲν ἐσταυρώθη καὶ ἐτάφη, παντὶ που δῆλον ἦν· ὅτι δὲ [497] ἀνέστη, οὐδεὶς πλὴν ὀλίγων εἶδεν. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἔπεισαν τοὺς οὐχ ἑωρακότας· καὶ οὐχ ὅτι ἀνέστη μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθε, καὶ ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Πόθεν οὖν τὸ πιθανὸν τοῖς λόγοις τούτοις, εἰπέ μοι; Οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Καὶ γὰρ πρῶτον αὐτὴ ἡ καινοτομία πᾶσι προσίστατο· ὅταν τε καὶ τοιαῦτά τις καινοτομῇ, χαλεπώτερον τὸ πρᾶγμα γίνεται, ὅταν ἀναμοχλεύῃ παλαιᾶς συνηθείας θεμέλια, ὅταν ἐκ βάθρων ἀναστῇ νόμους. Πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲ οἱ κήρυκες ἀξιόπιστοι εἶναι ἐδόκουν, ἀλλὰ καὶ ἔθνους παρὰ πᾶσι μεμισημένου [b], καὶ δειλοὶ καὶ ἀμαθεῖς. Πόθεν οὖν περιεγένοντο τῆς οἰκουμένης; πόθεν ὑμᾶς καὶ τοὺς ὑμετέρους προγόνους τοὺς δοκοῦντας φιλοσοφεῖν, μετὰ τῶν θεῶν αὐτῶν ἐξέβαλον; οὐκ εὔδηλον ὅτι ἀπὸ τοῦ τὸν Θεὸν ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν; Οὐδὲ γὰρ ἔνι [c] ταῦτα ἀνθρωπίνης δυνάμεως κατορθώματα, ἀλλὰ θείας τινὸς καὶ ἀπορρήτου. Οὐχὶ, φησὶν, ἀλλὰ γοητικῆς. Οὐκοῦν ἐξηθῆναι ἔδει τὴν τῶν δαιμόνων ἀρχὴν, καὶ ἐπιτεθῆναι τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν. Πῶς οὖν καθῄρηται καὶ ἠφάνισται, καὶ ἀπ' ἐναντίας ἐκείνοις τὰ ἡμέτερα; Ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἦν τὰ γινόμενα, οὐκ ἀπὸ τοῦ κηρύγματος μόνου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας αὐτῆς. Πότε γὰρ κατ-

[a] Marg. Savil., τὸ εὔφθαρτον.

[b] *Legebatur* ἔθνος.... μεμισημένον.

[c] Lege ἐστί.

Digitized by Google

Unde etiam ait, *Nos autem servos vestros propter Christum.* Viden' animum ab omni gloriæ studio purum? Tantum abest, inquit, ut eorum, quæ Domini sunt, quidquam usurpemus, ut etiam nosipsos vobis propter eum subjiciamus. 6. *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus vestris.* En quomodo rursus lis, qui eximiam illam gloriam, Mosis videlicet, videre cupiebant, ostendit etiam cum additamento fulgentem! Sicut in vultum Mosis, inquit, ita in corda vestra effulsit. Et quidem prius ea, quæ in rerum conditarum initio exstiterunt, in memoriam revocat, lucem nimirum in sensum cadentem et tenebras; ostendens hoc opificium illo præstantius esse. Verum ubinam dixit, *De tenebris lucem splendescere?* In principio ac rerum conditarum primordiis: *Tenebræ* enim, inquit, *erant super faciem abyssi.* Et dixit Deus, *Fiat lux, et facta est lux* (*Gen.* 1. 2. 3). Sed tunc quidem dixit, *Fiat*, et, *Factum est*; nunc autem non dixit, sed ipse nobis lux factus est. Quocirca nec res sensiles hac luce affulgente intuemur, sed Deum ipsum per Christum. Videsne quo pacto nihil in Trinitate sit diversum? Nam de Spiritu dicit, *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tamquam a Domino Spiritu* (2. *Cor.* 3. 18); de Filio, *Ut non fulgeat illis illuminatio evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei*; de Patre denique, *Qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus vestris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi.* Quemadmodum enim cum dixisset, *Evangelii gloriæ Christi*, subjecit, *Qui est imago Dei*, his verbis indicans eos illius quoque gloria orbatos esse: ita cum dixisset, *Scientiæ Dei*, adjecit, *In facie Christi*, ut ostendat nos per Christum ad Patris cognitionem pervenire, ut etiam per Spiritum ad eum adducimur. 7. *Habemus autem istum thesaurum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis.* Quoniam enim de arcana illa gloria multa et ampla verba fecerat, ne quis diceret: Qui fit igitur, ut tantam gloriam consequuti, in mortali corpore maneamus? Hoc ipsum, inquit, est summopere mirandum, ac luculentissimum divinæ potentiæ argumentum, quod fictile vasculum tantum splendorem ferre ac tantum thesaurum tueri potuerit. Cujus etiam rei admiratione ipse commotus dicebat: *Ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis*; his verbis eos rursus subindicans, qui de seipsis gloriabantur. Nam et donorum magnitudo, et eorum qui his affecti sunt imbecillitas, vim Dei demonstrant, non modo quia magna largitus est, sed quia parvis et abjectis: fictile quippe dixit, ut humanæ naturæ fragilitatem significaret, carnisque nostræ imbecillitatem conspicuam redderet. Testa namque nihilo melius illa se habet; adeo offensionibus patet, ac morte, morbis, cæli intemperiis, atque innumeris aliis malis facile dissolvitur. Hæc porro dicebat, tum ut eorum arrogantiam comprimeret, tum ut nihil rerum nostrarum humanum esse demonstraret.

4. Nam tum demum Dei vis maxime elucet, cum per viles et abjectos ingentes res patrat. Ac proinde alio etiam loco aiebat, *Virtus mea in infirmitate perficitur* (2. *Cor.* 12. 9). In Veteri quoque Testamento per culices et muscas totos barbarorum exercitus in fugam vertebat (ideo erucam magnam vim suam appellabat [*Joel.* 2. 25]), et olim linguas dumtaxat confundendo, ingentem illam turrim Babylonicam delevit. In bellis insuper nunc per trecentos viros infinitam hostium manum profligabat, nunc tubarum clangore urbes evertebat, ac postea per exiguum ac vilem adolescentem Davidem universam barbarorum aciem in fugam agebat. Eodem itaque modo hic quoque missis solum duodecim viris de orbe victoriam adeptus est, duodecim, idque cum ipsi infesta omnia haberent, ac bello ab omnibus vexarentur. Dei ergo potentiam admiremur et adoremus: sciscitemur ex Judæis, sciscitemur ex gentilibus, quisnam universo terrarum orbi persuaserit, ut a patriis institutis abscederet, atque ad alteram vivendi rationem sese conferret? piscator, an tentoriorum effector? publicanus, an indoctus ac literarum expers? Quam autem hoc rationem haberet, nisi vis divina fuisset, quæ per illos omnia conficeret? Nam quid dicentes illi, persuadebant? Baptizemini in nomine crucifixi (*Act.* 2. 38). Cujus tandem? Quem numquam viderant. Et tamen cum hæc dicerent ac prædicarent, auditoribus persuadebant, eos qui vaticinabantur, atque a majoribus traditi ipsis erant, deos non esse. Christus vero clavis affixus omnes attrahebat. Atqui, quod in crucem sublatus ac sepultus fuisset, apud omnes constabat; quod autem resurrexisset, pauci omnino viderant. Nihilo secius tamen hoc ipsum iis, qui non viderant, persuaserunt: nec id solum, sed etiam, quod in cælos ascendisset, atque ad judicium de vivis ac mortuis ferendum venturus esset.

Apostoli quomodo orbem subegerunt. — Unde igitur, quæso, persuadendi vis in his sermonibus? Non aliunde, quam a Dei potentia. Primum enim novitas ipsa omnium animos offendebat: cum autem in hujusmodi rebus quispiam innovat, tunc gravior res efficitur, ut cum priscorum rituum fundamenta effringit, ac leges radicitus evellit. Huc accedit, quod præcones non fide digni viderentur. Nam et ex ea natione erant, quæ omnibus odiosa esset, et ipsi timidi ac doctrinæ expertes erant. Unde igitur orbem subegerunt? unde vos et majores vestros, qui philosophi videbantur, atque deos ipsos ejecerunt? annon liquet illos Deum secum habuisse? Neque enim tam præclara facinora in humanam potentiam cadunt, sed in divinam quamdam et ineffabilem. Minime vero, inquiunt isti; sed præstigiis usi sunt. Ergo dæmonum imperium augeri oportebat, atque idolorum cultum amplificari. Qui igitur factum est, ut ea deleta atque exstincta sint, et ex contrario nostra efflorescant? Quare hinc quoque liquet, Dei calculo hæc contigisse: neque a prædicatione tantum, sed ab ipsa quoque vitæ ratione. Quando enim tanta virginitas passim toto orbe consita est? quando par opum, vitæ, atque

Digitized by Google

aliarum omnium rerum contemptus ? Nam flagitiosi ac præstigiatores nihil ejusmodi effecerint, sed contraria omnia : at hi angelicam vitæ rationem nobis et in nostra et in barbara regione atque in extremis terræ recessibus non modo docuerunt, sed etiam perfecerunt. Unde perspicuum est, Christi vim fuisse quæ hoc totum ubique fecerit, vim, inquam, illam ubique lucentem ac fulgure quovis celerius hominum mentes illustrantem. Hæc igitur omnia cogitantes, atque apertum promissionis futurorum bonorum argumentum ex iis quæ facta sunt capientes, invictam illam Crucifixi potentiam nobiscum adorate : ut et intolerandos cruciatus effugiatis, et sempiternum regnum assequamini : quod utinam nobis contingat, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA IX.

CAP. 4. v. 8. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur : aporiamur, sed non destituimur* : 9. *persequutionem patimur, sed non derelinquimur.*

1. In eo adhuc immoratur, ut ostendat omne hoc negotium divinæ potentiæ adscribendum esse : quo eorum arrogantiam coerceat, qui in seipsis gloriabantur. Non enim, inquit, hoc solum mirabile est, quod hunc thesaurum in fictilibus vasis asservemus ; sed etiam quod, cum sexcentis incommodis premamur, atque omni ex parte pulsemur, eum tamen tuemur nec amittimus. Et quidem si vel adamantinum vas esset, tanto tamen thesauro gestando, tantisque insidiis sustinendis impar esset : nunc autem et ferimus et per Dei gratiam nihil grave patimur. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* Quid est ? *In omnibus?* In hostibus, in amicis, in necessariis, in aliis, quorum penuria laboramus, ab hostibus, a nostris. *Sed non angustiamur.* Ac vide quomodo pugnantes res dicat, ut hinc quoque Dei vim commonstret. *Tribulationem patimur*, inquit, *sed non angustiamur : aporiamur, sed non destituimur :* hoc est, non ad extremum usque concidimus. Plerisque enim in locis dolemus, nec quod volumus assequimur, non sic tamen ut a propositis rebus excidamus : hæc quippe non eo permittit Deus ut vincamur, sed ut exerceamur. *Persequutionem patimur, sed non derelinquimur : dejicimur, sed non perimus.* Quamvis enim tentationes contingant, non ea tamen contingunt, quæ ex tentationibus oriri solent : idque per Dei potentiam et gratiam. Alibi autem hæc Deum idcirco permittere ait, tum ob ipsorum humilitatem, tum ad aliorum securitatem : *Ne* enim *insolentius efferar*, inquit, *datus est mihi stimulus* (2. *Cor.* 12. 7); et rursus, *Ne quis existimet de me supra id quod videt, et audit ex me* (*Ibid.* v. 6); et alio loco, *Ne fidentes simus in nobis ipsis* (*Ibid.* 1. 9) : hic vero, Ut Dei potentia elucescat.

Ex tentationibus quantum lucrum. — Videsne quantus quæstus ex tentationibus redeat ? Nam et Dei vim ostendebant, et gratiam amplius detegebant ; *Sufficit* enim *tibi gratia mea* (*Ibid.* 12. 9), inquit ; et ad humilitatem concitabant, alios compescebant, et illos tolerantiores efficiebant : *Patientia* enim, inquit, *probationem operatur, probatio spem* (*Rom.* 5. 4). Nam qui in quamplurima pericula inciderant, atque ex iis spe divina freti emerserant, hinc docebantur ut illi magis hærerent in omnibus. 10. *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corpore nostro.* Quidnam erat hæc mortificatio Domini Jesu, quam circumferebant ? Mortes quotidianæ, per quas resurrectionis specimen edebatur. Nam si quis est, inquit, qui Christum mortem obiisse, atque resurrexisse non credat, in nos intueatur, qui singulis diebus morimur, atque ad vitam revocamur : ac tum resurrectioni fidem habeat. Viden' quomodo aliam adhuc tentationum causam invenerit ? Quam tandem ? *Ut et vita Jesu*, inquit, *manifestetur in corpore nostro ;* in eo videlicet, quod nos e periculis extrahat. Ita fit, ut quod infirmitatis ac derelictionis speciem habet, hoc ipsius resurrectionem prædicet. Neque enim, si nullis molestiis afficeremur, perinde ipsius potentia declarata fuisset, ut nunc declaratur, cum patimur nec tamen vincimur. 11. *Etenim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestetur in nobis in carne nostra mortali.* Passim hunc morem tenet, ut cum quidpiam obscure dixerit, id rursus exponat : id quod hoc quoque loco fecit, illud quod dixerat apertius declarans. Propterea tradimur, inquit, hoc est mortificationem circumferimus, ut vitæ ipsius potentia perspicua fiat, non sinentis nimirum mortalem carnem tanta perpetientem, malorum agmine vinci. Hoc aliter quoque accipi potest. Quomodo ? Ut alio loco ait, *Si commoriamur, et convivemus* (2. *Tim.* 2. 11). Ut enim nunc ipsius mortem perferimus, atque ipsius causa vitam cum morte commutare volumus, ita etiam ipse exstinctos ad vitam revocare tunc volet. Nam si nos e vita ad mortem venimus, ipse quoque e morte ad vitam nobis dux erit. 12. *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Non jam de corporea morte loquens, sed de tentationibus et de quiete. Nos enim in periculis ac tentationibus versamur, inquit ; vos autem in quiete vitam eam, quæ in periculis comparatur, percipitis : atque ea quidem, quæ cum periculo conjuncta sunt, ipsi sustinemus ; at vos rebus secundis fruimini : neque enim pares tentationes suffertis. 13. *Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi propter quod loquutus sum, et nos credimus propter quod et loquimur :* 14. *scientes quoniam qui suscitavit Dominum Jesum, et ipse suscitabit nos per Jesum.* Submonuit nos psalmi, insignem philosophiam complectentis, qui maxime possit in periculis excitare. Hæc enim verba vir justus pronuntiavit, cum in magnis periculis esset, et

Digitized by Google

θενία τοσαύτη πανταχοῦ τῆς γῆς ἐφυτεύθη; πότε χρημάτων ὑπεροψία καὶ ζωῆς καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων; Οἱ γὰρ μοχθηροὶ καὶ γόητες οὐδὲν τοιοῦτον ἀνύσαιεν, ἀλλὰ τἀναντία ἅπαντα· οὗτοι δὲ ἀγγέλων ἡμῖν εἰσηγήσαντο πολιτείαν· οὐκ εἰσηγήσαντο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατώρθωσαν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἐν τῇ τῶν βαρβάρων, ἐν αὐταῖς τῆς γῆς ταῖς ἐσχατιαῖς. Ὅθεν δῆλον ὅτι πάντα ἡ τοῦ Χριστοῦ πανταχοῦ δύναμις ἦνυσεν, ἡ πανταχοῦ λάμπουσα, καὶ ἀστραπῆς ἀπάσης ὀξύτερον τὰς τῶν ἀνθρώπων καταυγάζουσα διανοίας. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογισάμενοι, καὶ τῆς τῶν μελλόντων ὑποσχέσεως, τὰ γεγενημένα λαβόντες ἀπόδειξιν ἐναργῆ, προσκυνήσατε μεθ' ἡμῶν τὴν ἄμαχον τοῦ σταυρωθέντος ἰσχύν, ἵνα καὶ τὰς ἀφορήτους φύγητε κολάσεις, καὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας ἐπιτύχητε· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλιμπανόμενοι.

Digitized by Google

dignitate admirari possit? Interemptus est Filius, qui dirimendæ injuriæ causa venerat; Filius, inquam, verus atque unigenitus. ac ne sic quidem Pater eos, qui ipsi necem intulerunt, aversatus est, nec dixit, Misi legationis causa Filium meum; illi autem non modo ipsum audire recusarunt, sed etiam de medio sustulerunt, atque in crucem egerunt: æquum est jam eos derelinquere: verum contra omnino fecit; et quia ille abscessit, nobis hanc provinciam mandavit. *Qui dedit nobis ministerium reconciliationis:* 19. *quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum.* Videsne caritatem, vim omnem verborum, cogitationem omnem excedentem? Quisnam erat, qui injuriam acceperat? Ipse. Quisnam fuit, qui primus ad delendam inimicitiam venit? Ipse. At, inquies, Filium misit, non autem ipse venit. Filium quidem misit, sed tamen non is solum hortabatur, sed Pater quoque, et cum eo et per eum: ob idque etiam dicebat Apostolus, *Deus erat mundum sibi reconcilians in Christo.* Hoc est, per Christum. Quoniam enim dixerat, *Qui dedit nobis ministerium reconciliationis*, temperamento quodam utitur, dicens: Ne existimetis summam hujus rei auctoritatem penes nos esse; ministri tantum sumus: Deus est qui totum hoc efficit, qui per Unigenitum terrarum orbem reconciliavit. Quo tandem id modo? nam hoc est admirabile, non solum quod amicus effectus sit, sed etiam quod sic amicus. Sic, quomodo? Peccata ipsis remittens; nam aliter amicitia contrahi non poterat: unde etiam subdidit, *Non reputans illis delicta ipsorum.* Etenim si admissorum peccatorum rationem exposcere voluisset, omnes periissemus: omnes quippe mortui erant. Sed tamen cum tantus peccatorum numerus esset, non modo nullas a nobis pœnas expetivit, sed etiam nobiscum in gratiam rediit; non modo remisit, sed nec imputavit. Sic et nobis faciendum est, ut inimicis nostris ignoscamus, quo eamdem veniam impetremus. *Et posuit in nobis verbum reconciliationis.* Neque enim nos ad grave aliquod negotium venimus, sed ut omnes Deo amicos efficiamus. Quoniam, inquit, verbis meis fidem non adhibuerunt, in exhortando ipsi perstate, donec persuaseritis. Ideo subjunxit: 20. *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.*

3. Vides quomodo hoc negotium extulerit, cum Christum ipsum supplicantem induxit; imo non Christum solum, sed etiam Patrem? Horum enim verborum hic sensus est: Pater Filium misit, qui ipsius nomine exhortaretur, atque apud hominum genus legationis munus susciperet: sed quoniam ille necatus abscessit, nos legationi illi successimus, atque et illius et Patris nomine vos exhortamur. Tanto nimirum in pretio est apud eum hominum genus, ut et Filium dederit, idque cum eum mactatum iri sciret, et vestra causa nos apostolos creârit. Itaque non abs re dicebat, *Omnia propter vos. Pro Christo igitur legatione fungimur;* ac si diceret, Christi vice: non enim ipsius muneri successimus. Quod si hoc magnificentius aliquanto tibi dictum videtur, audi quæ sequuntur, ex quibus ostendit, quod non Christo dumtaxat, sed Patri quoque hoc faciant. Nam ob id etiam adjunxit, *Tamquam Deo per nos exhortante.* Non enim per Filium tantum suum, sed et per nos quoque, qui ipsius muneri successimus, exhortamur. Quamobrem ne existimetis vos a nobis rogari: Christus ipse vos rogat, Pater ipse per nos vos orat. Ecquid est quod cum tam eximia benignitate conferri possit? Ipse enim post innumera sua beneficia contumeliis affectus, non modo nullas pœnas sumpsit, verum etiam Filium suum dedit, ut ipsi reconciliemur. Qui autem eum acceperunt, adeo in gratiam reduci non curarunt, ut etiam eum morte affecerint. Rursum alios deprecatores misit, iisque missis, ipse est qui rogat. Quid autem rogat? *Reconciliamini Deo.* Non dixit, Dei gratiam recuperate; neque enim ipse est qui inimicitias gerit, sed vos: Deus quippe numquam inimicitias gerit. Atque etiam ut legatus missus, causam disceptans. 21. *Eum enim*, inquit, *qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Non priora dico, inquit, nempe quod contumelia eum affecistis, quod eum a quo nihil injuriæ acceperatis, quod præclare de vobis meritum, quod nullas a vobis pœnas expetivit, quod prior injuria affectus, prior rogat: nihil horum nunc commemoretur. Annon vel ob unum hoc beneficium, quod nunc in vos contulit, æquum fuerit ut cum ipso in gratiam redeatis? Et quod tandem? *Eum qui non noverat peccatum, pro vobis peccatum fecit.* Nam etiamsi nihil omnino præstitisset, sed hoc dumtaxat fecisset cogita, quæso, quanti illud æstimandum erat, quod Filium suum pro iis, a quibus contumelia affectus fuerat, dedisset. Nunc vero et magna præstitit, et præterea eum qui læsus fuerat, pro iis qui læserant, cruciari permisit. At hoc minime quidem dixit Apostolus, sed, quod multo his majus erat, posuit. Quidnam autem? *Eum*, inquit, *qui non noverat peccatum*, qui ipsamet justitia erat, *peccatum fecit;* hoc est, ut peccatorem condemnari passus est, ut maledictum hominem mori: *Maledictus* enim, *qui pendet in ligno* (*Deut.* 21. 23). Multo quippe atrocius erat ita mori, quam dumtaxat mori: quod ipse quoque alio loco subindicat, dicens, *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (*Philipp.* 2. 8). Neque enim cruciatum dumtaxat ea res habebat, sed et ignominiam. Animadverte itaque quot ab eo beneficia acceperis. Magnum enim censendum est, cum quis, etiam peccator, pro alio quicumque sit mortem oppetit: at cum justus etiam est qui patitur, et pro peccatoribus moritur; nec solum moritur, sed etiam ut exsecrandus, nec ut exsecrandus tantum moritur, verum etiam ingentia hinc, et quæ numquam exspectaveramus, bona nobis conciliat (*Ut* enim *efficiamur Dei justitia in ipso*, inquit): quænam hæc oratio, quænam mens hæc consequi atque exprimere queat? Eum enim, qui justus erat, inquit, peccatorem fecit, ut peccatores justos efficiat. Imo ne sic quidem loquutus est, sed quod longe sublimius erat, dixit.

Digitized by Google

neque enim affectionem, sed qualitatem ipsam posuit. Non enim dixit, Fecit peccatorem, sed, *Fecit peccatum*; non, Eum qui peccatum non perpetrarat, sed, Qui ne peccatum quidem norat: ut et nos efficiamur, non justi, sed justitia ipsa, atque adeo Dei justitia. Dei enim ipsa est, cum non ex operibus (nam in iis nullam labem inveniri necesse esset), sed ex gratia, quæ peccatum omne prorsus delet, justificamur. Hoc porro simul nec animis efferri nos sinit, quod Deus id totum nobis tribuerit, et beneficii magnitudinem ostendit. Prior enim illa legis atque operum justitia est, hæc vero Dei justitia. Hæc igitur cogitantes, magis verba ista, quam gehennam timeamus; magis has res, quam ipsum cælorum regnum admiremur; nec grave esse judicemus pœna affici, sed peccare. Nam etiamsi ipse in nos minime animadverteret, nos tamen de nobis ipsis pœnas sumere deberemus, qui tam ingrati in bene de nobis meritum exstitimus. Et quidem, amasiam quispiam habens, sæpe etiam sibi mortem conscivit, quod ea potiri non potuisset; atque etiam potitus, si quid in eam peccarit, ne luce quidem se dignum existimat: nos autem tam benignum Dominum contumeliis incessentes, non nosipsos in gehennæ flammam injiciemus? Mirum aliquid, singulare, quodque plerisque incredibile videbitur, dicam: major ei qui, cum tam benignum Dominum ostenderit, pœnas luit, consolatio futura est, si sana mente sit, eumque, ut par est, amet, quam ei de quo supplicium non sumitur.

4. Atque hoc vel ex communi consuetudine perspici potest. Nam qui hominem sibi carissimum læsit, tum maxime quiescit, cum a seipso pœnas exegerit, ac mali aliquid perpessus fuerit: ut et David dicebat, *Ego qui pastor sum, peccavi; ego qui pastor sum, iniique egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me et contra domum patris mei* (2. *Reg.* 24. 17). Ad hæc cum Absalonem amisit, gravissimas a seipso pœnas exposcebat: quamquam non ipse erat, qui injuriam intulerat, sed qui acceperat; sed tamen quia ingenti amore filium defunctum complectebatur, doloribus sese conficiebat, hac ratione leviorem sibi ejus casum efficiens. Sic nos igitur, cum in eum peccamus, in quem peccare minime oportebat, pœnam de nobisipsis sumamus. Annon eos videtis, qui clarissimis filiis orbati sunt, quomodo discrucientur ac capillos vellant, quoniam solatii loco illis est, pro iis quos amant sese affligere? Quod si, cum nihil mali in homines nobis carissimos admiserimus, levamur tamen, cum ex eorum calamitatibus dolore ipsi afficimur; annon cum ipsi sumus, qui eos ad iracundiam concitavimus et injuriam intulimus, multo magis nos recreabit pœnas dare, quam pœna non affici? Nemini id dubium est. Si quis erga Christum eo amore est, quo debet, quid dicam intelligit, quomodo, ne ipso quidem ignoscente, quin seipsum cruciet non sustinebit: maximum enim supplicium eo ipso pendit, quod ipsum ad iracundiam exstimulavit. Nec vero me fugit incredibilia plerisque videri quæ dico; sed tamen ita se res habet, ut dixi. Quocirca si Christum ita amemus, ut amandus est, peccatorum nostrorum ipsimet vindices erimus. Iis enim, qui cujusvis hominis amore flagrant, non illud molestum est, quod pro offenso ejus quem amant gravius aliquid patiantur, sed illud ante omnia, quod eum quem diligunt offenderint. Ac si ille ira commotus, injuriam acceptam non ulciscatur, hoc ipso amicum gravius excruciat: contra, si quid pœnarum sumat, plus ei levationis affert. Ne igitur gehennam perhorrescamus, sed id potius timeamus ne Deum offendamus: hoc enim illo atrocius est, cum infensus vultum suum a nobis avertit; hoc quovis supplicio gravius atque acerbius. Atque ut quantum hoc malum sit intelligas, animadverte quod dico. Si quis rex latronem aliquem ac facinorosum hominem pœnas luentem conspiciens, carum et unicum ac germanum filium necandum dederit, atque una cum morte crimen quoque ab illo ad filium, longe ab illius flagitiis remotum, transtulerit, ut reum et a supplicio eximat et ab infamia vindicet, atque insuper ad ingentem dignitatem evexerit; ac deinde ipse post allatam illi ejusmodi salutem amplissimamque gloriam ab eo, in quem tanta beneficia contulerit, contumeliis afficiatur; annon ille, si modo mente constet, millies mortem oppetere mallet, quam tam ingrati animi crimine laborare? Hoc itaque nunc quoque perpendamus, atque ob offensum beneficum acerbos gemitus emittamus: nec quia injuriis a nobis lacessitus longanimem se præbet, fidentem animum præferamus, verum ob id quoque ipsum distorqueamur. Nam etiam apud homines, cum quis impacta sibi in dextram maxillam alapa sinistram quoque præbet, majorem ultionem sumit, quam si mille plagas inflixisset: et cum maledictis impetitus, non modo maledicta non regerit, sed etiam conviciatori suo fausta precatur, gravius eum ferit, quam si sexcentis eum probris aspersisset. Quod si in hominibus, cum is quem injuria affecimus lenem se nobis præbet, erubescamus; quanto magis in Deo metuendum illis est, qui peccandi finem non faciunt, nec quidquam adversi patiuntur: siquidem in capitis ipsorum perniciem, inenarrabilis cruciatus asservatur. Hæc igitur animo volventes, peccatum ante omnia timeamus: hoc enim pœna est, hoc gehenna, hoc innumera mala. Nec vero tantum timeamus, sed etiam fugiamus, ac Deo perpetuo placere studeamus: hoc enim regnum est, hoc vita, hoc innumera bona. Ita fiet ut et hic jam regno potiamur, et futuris bonis: quæ utinam omnes consequamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

μέγεθος. Ἐκείνη γὰρ ἡ προτέρα νόμου καὶ ἔργων δικαιοσύνη, αὕτη δὲ Θεοῦ δικαιοσύνη. Ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες φοβηθῶμεν τῆς γεέννης μᾶλλον τὰ ῥήματα ταῦτα, αἰδεσθῶμεν μᾶλλον τῆς βασιλείας τὰ πράγματα, καὶ μὴ νομίσωμεν χαλεπὸν εἶναι τὸ κολάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἁμαρτάνειν. Καὶ γὰρ αὐτὸς εἰ μὴ ἐκόλαζεν ἡμᾶς, αὐτοὺς ἐχρῆν ἀπαιτῆσαι δίκην ἑαυτοὺς, οὕτως ἀγνώμονας περὶ τὸν εὐεργέτην γενομένους. Νῦν δὲ ἐρωμένην μέν τις ἔχων, πολλάκις καὶ ἑαυτὸν κατέσφαξε, μὴ τυχὼν τοῦ ἔρωτος· καὶ τυχὼν δὲ, πεπλημμελημένως εἰς αὐτὴν, οὐδὲ ἄξιον ζῆν ἡγεῖται· εἰς δὲ ὃν οὕτω φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον ὑβρίζοντες, οὐχ αὑτοὺς ἐμβαλοῦμεν εἰς τὸ πῦρ τῆς γεέννης; Εἶπω τι παράδοξον καὶ θαυμαστὸν, καὶ πολλοῖς ἴσως πιστόν· μείζων ἔσται παραμυθία τῷ κολαζομένῳ μετὰ τὸ παροξῦναι τὸν οὕτω φιλάνθρωπον, ἐὰν νοῦν ἔχῃ, καὶ φιλῇ τὸν Δεσπότην, ὡς φιλεῖν δεῖ, ἢ τῷ μὴ κολαζομένῳ.

δ'. Καὶ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς κοινῆς συνηθείας ἔστιν εἶν. Ὁ γὰρ εἰς τὸν φίλτατον ἠδικηκὼς, τότε μάλιστα παύεται, ὅταν ἑαυτὸν ἀπαιτήσῃ δίκην, καὶ πάθῃ ικῶς· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Δαυὶδ ἔλεγεν, *Ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἥμαρτον, καὶ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα· ὶ οὗτοι, τὸ ποίμνιον, τί ἐποίησαν; Γενέσθω ἡ ὶρ σοὺ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου.* Καὶ ὅτε τὸν δεσαλὼμ ἀπώλεσε, δίκην ἑαυτὸν ἀπῄτει τὴν χάτην· καίτοι γε οὐκ ἦν αὐτὸς ὁ ἠδικηκὼς, ἀλλ' ὁ ικημένος· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ σφόδρα ἐφίλει τὸν ελθόντα, κατέτεινεν ἑαυτὸν ταῖς ὀδύναις, ταύτῃ ραμυθούμενος ἑαυτόν. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ὅταν αρτάνωμεν εἰς ὃν οὐκ ἐχρῆν [519] ἁμαρτάνειν, ην ἑαυτοὺς ἀπαιτῶμεν. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς ἀποβαλόν- ; παῖδας γνησίους, ὅτι διὰ τοῦτο καὶ κόπτονται τρίχας τίλλουσιν, ἐπειδὴ παραμυθίαν ἔχει τὸ άζειν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῶν φιλουμένων; Εἰ δὲ, ὅταν δὲν ἐργασώμεθα ἡμεῖς τοὺς φιλτάτους δεινὸν, κει παραμυθίαν ἡμῖν τὸ κακῶς πάσχειν, ὑπὲρ ὧν ἶνοι κακῶς πεπόνθασιν· ὅταν αὐτοὶ ὦμεν οἱ παρναντες καὶ ὑβρικότες, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς παύσει τὸ δίκην δοῦναι, ἢ τὸ μὴ [a] κολάζεσθαι κσιν; Παντί που δῆλον. Εἴ τις φιλεῖ τὸν Χριστὸν, φιλεῖν δεῖ, οἶδεν ὃ λέγω, πῶς οὐδὲ αὐτοῦ συγχωντος ἀνέξεται μὴ κολάζεσθαι· τὴν γὰρ μεγίστην κσιν ὑπομένεις παροξύνας αὐτόν. Καὶ οἶδα μὲν πολλοῖς ἄπιστα λέγων, πλὴν ἀλλ' οὕτως ἐστὶν ὥσπερ εἴρηκα. Ἐὰν τοίνυν φιλῶμεν τὸν Χριστὸν, ὡς φιλεῖν δεῖ, ἑαυτοὺς τιμωρησόμεθα ἁμαρτάνοντες. Τοῖς γὰρ ὁτουοῦν ἐρῶσιν οὐ τὸ κακόν τι παθεῖν ἀηδὲς, ὑπὲρ ὧν παρώξυναν τὸν ἐρώμενον, ἀλλ' αὐτὸ πρὸ πάντων τὸ παροξῦναι τὸν ἀγαπώμενον. Κἂν ὀργισθεὶς οὗτος μὴ κολάσῃ, μειζόνως ἐβασάνισε τὸν ἐραστήν· ἂν δὲ δίκην ἀπαιτήσῃ, μᾶλλον παρεμυθήσατο. Μὴ τοίνυν γέενναν φοβώμεθα, ἀλλὰ τὸ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ· τοῦτο γὰρ ἐκείνου χαλεπώτερον, ὅταν ἀποστρέφηται ὀργιζόμενος· τοῦτο πάντων χεῖρον, τοῦτο πάντων φορτικώτερον. Καὶ ἵνα μάθῃς ἡλίκον ἐστὶν, ἐννόησον τοῦτο ὃ λέγω. Εἴ τις κολαζόμενον ἰδὼν ἄνθρωπον λῃστὴν καὶ κακοῦργον, αὐτὸς βασιλεὺς ὤν, τὸν ἀγαπητὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ καὶ γνήσιον ἔδωκεν ὥστε σφαγῆναι, καὶ μετὰ τοῦ θανάτου καὶ τὴν αἰτίαν ἀπ' ἐκείνου μετήνεγκεν ἐπὶ τὸν υἱὸν οὐκ ὄντα τοιοῦτον, ἵνα καὶ σώσῃ τὸν κατάδικον, καὶ τῆς πονηρᾶς ὑπολήψεως ἀπαλλάξῃ, εἶτα μετὰ ταῦτα εἰς μεγάλην ἀρχὴν αὐτὸν ἀναγαγὼν, μετὰ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν δόξαν τὴν ἀπόῤῥητον, ὑβρίζετο παρὰ τοῦ τοιαῦτα πεπονθότος· οὐκ ἂν εἵλετο μυριάκις ἀποθανεῖν ἐκεῖνος, εἴ γε νοῦν εἶχεν, ἢ τοσαύτῃ ἀγνωμοσύνῃ φανῆναι ὑπεύθυνος ὤν; Τοῦτο δὴ καὶ νῦν λογιζώμεθα, καὶ στένωμεν πικρῶς ἐφ' οἷς παρωξύναμεν τὸν εὐεργέτην· μηδὲ, ἐπειδὴ μακροθύμως ὑβριζόμενος φέρει, διὰ τοῦτο θαῤῥῶμεν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο δακνώμεθα. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅταν τις πληγεὶς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, δῷ καὶ τὴν ἀριστερὰν, μειζόνως ἀμύνεται, ἢ εἰ μυρίας ἔδωκε πληγάς· καὶ ὅταν λοιδορηθεὶς, μὴ μόνον οὐκ ἀντιλοιδορήσῃ, ἀλλὰ καὶ εὐλογήσῃ, χαλεπώτερον ἔπληξεν, ἢ εἰ μυρίοις ὀνείδεσιν ἔπλυνεν. Εἰ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων, ὅταν ὑβρίζοντες μακροθυμίας ἀπολαύωμεν, καταισχυνόμεθα· [520] πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ δεδοικέναι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας διηνεκῶς, καὶ οὐδὲν πάσχοντας δεινόν· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἡ ἄφατος αὐτοῖς θησαυρίζεται τιμωρία. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντες, πρὸ πάντων ἁμαρτίαν φοβώμεθα· τοῦτο γὰρ κόλασις, τοῦτο γέεννα, τοῦτο τὰ μυρία κακά. Μὴ φοβώμεθα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ φεύγωμεν, καὶ τῷ Θεῷ σπουδάζωμεν διηνεκῶς ἀρέσκειν· τοῦτο γὰρ βασιλεία, τοῦτο ζωὴ, τοῦτο τὰ μυρία καλά. Οὕτω καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τῆς βασιλείας ἐπιτευξόμεθα, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sic legendum, ut notavit Savilius et Interpres Latinus legit. Edit καὶ τὸ μή.

Digitized by Google

ΟΜΙΛΙΑ ΙΒ'.

Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. Λέγει γάρ· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι.

α'. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὁ Θεὸς παρακαλεῖ, καὶ ἡμεῖς πρεσβεύομεν καὶ ἱκετεύομεν, καταλλάγητε τῷ Θεῷ· ἵνα μὴ ἀναπέσωσιν, ἐντεῦθεν αὐτοὺς πάλιν φοβεῖ καὶ διανίστησι λέγων, *Παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς.* Μὴ γάρ, ἐπειδὴ παρακαλεῖ, φησὶ, καὶ ἔπεμψε πρεσβευσομένους, διὰ τοῦτο ῥᾳθυμῶμεν· ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο καὶ ἐπειγώμεθα πρὸς τὸ ἀρέσαι τῷ Θεῷ, καὶ πνευματικὴν συναγαγεῖν ἐμπορίαν (ὅπερ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν, ὅτι *Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ συνέχει ἡμᾶς*· τουτέστι, θλίβει, ὠθεῖ, κατεπείγει), ἵνα μὴ μετὰ τοσαύτην κηδεμονίαν ἀναπεσόντες [a], καὶ μηδὲν γενναῖον ἐπιδειξάμενοι, τῶν τοσούτων ἐκπέσητε ἀγαθῶν. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ ἔπεμψε παρακαλέσοντας, νομίσητε τοῦτο ἀεὶ εἶναι· μέχρι τῆς παρουσίας αὐτοῦ τῆς δευτέρας τοῦτο ἔσται, μέχρι τότε παρακαλεῖ, ἕως ἂν ὦμεν ἐνταῦθα· μετὰ δὲ ταῦτα δίκη καὶ κόλασις. Διὰ τοῦτο, Συνεχόμεθα, φησίν. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῶν ἀγαθῶν αὐτοὺς καὶ τῆς φιλανθρωπίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς βραχύτητος τῆς τοῦ καιροῦ κατεπείγει ἀεί. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησι, *Νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία*· καὶ πάλιν, *Ὁ Κύριος ἐγγύς*. Ἐνταῦθα δέ τι καὶ πλέον ποιεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ τὸ λειπόμενον τοῦ χρόνου βραχὺ καὶ μικρὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτον μόνον τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον εἶναι εἰς σωτηρίαν, ἐνάγει. *Ἰδοὺ γάρ*, φησὶ, *νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ ἡμέρα σωτηρίας*. Μὴ τοίνυν προδῶμεν τὸ εὔκαιρον, ἀλλ' ἐπιδειξώμεθα ἀξίαν τῆς χάριτος τὴν σπουδήν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐπειγόμεθα, καὶ τὸ βραχὺ καὶ τὸ ἐπιτήδειον εἰδότες τοῦ καιροῦ· διὸ καὶ ἔλεγε, *Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν. Συνεργοῦντες* [521] *ὑμῖν· ὑμῖν γὰρ συνεργοῦμεν μᾶλλον, ἢ τῷ Θεῷ, ὑπὲρ οὗ πρεσβεύομεν.* Οὐδενὸς γὰρ ἐκείνος δεῖται, ἀλλ' ἡ σωτηρία πᾶσα εἰς ὑμᾶς διαβαίνει. Εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ λέγει συνεργεῖν, οὐδὲ τοῦτο παραιτεῖται· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησι, *Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί.* Ταύτῃ φησὶ τοὺς ἀνθρώπους σώζειν πάλιν· *Καὶ παρακαλοῦμεν.* Ἐκεῖνος μὲν γὰρ παρακαλῶν, οὐχ ἁπλῶς παρακαλεῖ, ἀλλὰ ταῦτα προτεινόμενος τὰ δικαιώματα· ὅτι τὸν Υἱὸν ἔδωκε τὸν δίκαιον, τὸν οὐδὲ ἁμαρτίαν εἰδότα, καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν ἐποίησεν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δίκαιοι· ἅπερ ἔχοντα, καὶ Θεὸν ὄντα, οὐδὲ παρακαλεῖν δεῖ, καὶ ταῦτα ἀνθρώπους, καὶ προσκεκρουκότας, ἀλλὰ παρακαλεῖσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ἀλλ' ὅμως παρακαλεῖ· ἡμεῖς δὲ παρακαλοῦμεν, δικαίωμα μὲν μηδὲν ἔχοντες ἡμῶν εἰπεῖν οὐδὲ εὐεργέτημα, ἓν δὲ μόνον, τὸ ὑπὲρ Θεοῦ, καὶ τοιαῦτα ἐπιδειξαμένου, παρακαλεῖν. Παρακαλοῦμεν δὲ ἵνα τὴν εὐεργεσίαν δέξησθε, καὶ μὴ ἀποκρούσησθε τὴν δωρεάν. Πείσθητε τοίνυν ἡμῖν, καὶ μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν δέξησθε. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν, ὅτι τοῦτό ἐστι καταλιτὴ μόνον, τὸ πιστεῦσαι τῷ καλοῦντι, ἐπάγει ταῦτα, τὴ περὶ τὸν βίον σπουδὴν ἀπαιτῶν. Τὸ γὰρ ἀπαλλαγῆναι ἁμαρτημάτων καὶ φίλον γενόμενον, τοῖς πρότερα ἐγκαλινδεῖσθαι πάλιν, ἐπ' ἔχθραν ἐπανελθεῖν ἐκ καὶ εἰς κενὸν τὴν χάριν δέξασθαι, κατὰ τὸν τοῦ ἡμ. λόγον.

Οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τῆς χάριτος μέγα ὠφελούμεθα εἰς σωτηρίαν, ἀκαθάρτως ζῶντες· ἀλλὰ καὶ βλαπτόμεθα μειζόνως ταύτῃ βαρούμενοι καὶ ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι ὅτι καὶ μετὰ ἐπίγνωσιν τοιαύτην καὶ δωρεὰν ἐκ τ πρότερα ἐπανήλθομεν κακά. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲ τίθησιν, ὥστε μὴ τραχὺν ποιῆσαι τὸν λόγον· ὅτι ἐ οὐδὲν ὠφελούμεθα λέγει μόνον. Εἶτα καὶ προφητικ ἀναμιμνήσκει, κατεπείγων αὐτοὺς, καὶ συνωθῶν εἰ τὸ διαναστῆναι πρὸς τὴν τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀπ λῆψιν. *Λέγει γάρ*, φησὶ· *Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. Καιρὸς εὐπρόσδεκτος*· ποῖος οὗτος; Ὁ τῆ δωρεᾶς, ὁ τῆς χάριτος, ὅτε οὐκ ἔστιν εὐθύνας ἀπο τηθῆναι τῶν ἁμαρτημάτων οὐδὲ δίκην δοῦναι, ἀλ μετὰ τῆς ἀπαλλαγῆς καὶ μυρίων ἀπολαῦσαι ἀγαθ δικαιοσύνης, ἁγιασμοῦ, τῶν ἄλλων ἁπάντων. Οὐ γὰρ ἔδει καμεῖν, ὥστε ἐπιτυχεῖν τοῦ καιροῦ τούτ ἀλλ' ἰδοὺ, μηδὲν καμόντων ἡμῶν παραγέγονεν ἐ εσιν φέρον ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν. Διὸ καὶ εὐπρό δεκτον καλεῖ, ἐπειδὴ καὶ τοὺς μυρία πεπλημμελη τας προσεδέχετο, καὶ οὐχ ἁπλῶς προσεδέχετο, ἀλ εἰς τὴν ἀνωτάτω ἦγε τιμήν· καθάπερ, ἐπειδὰν βασιλεὺς, οὐ δικαστηρίου καιρὸς, ἀλλὰ χάριτος κ σωτηρίας. Διὸ καὶ εὐπρόσδεκτον αὐτὸν καλεῖ, ἕως ἔτι ἐν τῷ σκάμματί ἐσμεν, ἕως ἐν τῷ ἀμπελῶνι ἐργαζόμεθα, ἕως λείπεται ἡ ἑνδεκάτη.

β'. Προσέλθωμεν, καὶ βίον ἐπιδειξώμεθα [522] ἀγαθόν· καὶ γὰρ εὔκολον. Ὁ γὰρ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ἀγωνιζόμενος, ἐν ᾧ τοσαύτη κέχυται δωρεὰ, ἐν ᾧ τοσαύτη χάρις, εὐκόλως ἐπιτεύξεται τῶν βραβείων. Καὶ γὰρ ἐπὶ βασιλέων τῶν κάτω ἐν μὲν τῷ καιρῷ τῶν ἑορτῶν αὐτῶν, καὶ ὅτε ἐν ὑπάτων φαίνονται σχήματι, καὶ μικρὸν προσενεγκὼν μεγάλας λαμβάνει δωρεάς· ἐν ταῖς ἡμέραις, αἷς ἂν δικάζωσι, πολλῆς ἀκριβείας χρεία, πολλῆς ἐξετάσεως. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἐν τῷ καιρῷ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀγωνισώμεθα· ἡμέρα χάριτός ἐστι, χάριτος θείας· διὸ καὶ εὐκόλως ἐπιτυχόμεθα τῶν στεφάνων. Εἰ γὰρ τοσούτων γέμοντας κακῶν καὶ προσήκατο, καὶ ἀπήλλαξε· πάντων ἀπαλλαγέντας, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντας, οὐ τοῦ μᾶλλον προσδέξεται; Εἶτα, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, ἐκτὸς μέσον τιθεὶς, καὶ ἐντεῦθεν κελεύων τὸ παράδειγμα λαμβάνειν, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐργάζεται· διὸ καὶ ἐπάγει, *Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν*· οὐκ ἀπὸ τοῦ καιροῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κατορθωσάντων αὐτοὺς πείθων. Καὶ ὅρα πῶς ἀτύφως, οὐ γὰρ εἶπε

[a] Savil. in marg., καταπεσόντες.

Digitized by Google

HOMILIA XII.

CAP. 6. v. 1. *Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* 2. *Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi.*

1. Quoniam enim Deum rogare dixerat, apostolos autem legatione fungi, atque obsecrare ut cum Deo in gratiam redirent ; ne segniores inde redderentur, hinc rursus eos terret et excitat dicens, *Ne itaque in vacuum Dei gratiam recipiatis.* Neque enim propterea nos socordiæ demus, inquit, quia Deus nos rogat, ac legatos ad nos misit : imo vero ob hoc ipsum majore studio et diligentia Deo placere, ac spirituales merces colligere curemus (id quod etiam superius dicebat, *Caritas Dei urget nos*, hoc est, premit, impellit) : ne alioqui post tantam Dei sollicitudinem collapsi, nec ullum egregium virtutis specimen edentes, tantis bonis excidamus. Ne igitur existimetis, inquit, quia hortatores misit, perpetuum id fore : usque ad secundum ipsius adventum hoc erit : tantum hortatur dum hic sumus ; postea sequitur pœna et cruciatus Propterea, Urgemur, inquit. Neque enim eos solum a bonorum magnitudine ac Dei benignitate, sed etiam temporis brevitate semper exstimulat : unde et alio loco ait, *Nunc enim propior est nostra salus* (*Rom.* 13. 11) ; et rursus, *Dominus prope est* (*Philipp.* 4. 5). Hic vero quidpiam amplius facit. Neque enim hinc tantum eos ad salutem impellit, quod breve atque exiguum sit id temporis quod restat, sed hinc etiam, quod solum hoc tempus ad eam adipiscendam appositum sit. *Ecce enim nunc tempus acceptabile, ecce dies salutis.* Ne igitur occasionem nobis perire sinamus, sed dignum accepta gratia studium exhibeamus. Nam ideo et ipsi festinamus, quod et brevitatem et opportunitatem temporis perspectam habeamus : unde etiam dicebat, *Adjuvantes autem exhortamur. Adjuvantes*, vos scilicet : vos enim potius, quam Deum pro quo legationis munus obimus, adjuvamus. Ipse enim nulla re indiget, verum salus omnis ad vos permeat. Atque ut etiam Dei adjutorem se esse dicat, ne hoc quidem ille repudiat : nam et alio loco dicit, *Dei adjutores sumus* (1. *Cor.* 3. 9). Atque hac ratione homines rursum salutem impertire ait : *Et exhortamur.* Ille quippe cum exhortatur, non simpliciter exhortatur, sed has justificationes affert ; quod justum illum Filium, qui ne peccatum quidem nosset, donaverit, et pro nobis peccatoribus ipsum peccatum fecerit, ut nos justi efficiamur : quæ quidem cum habeat, ac Deus sit, ne rogare quidem eum oportet, homines præsertim, et a quibus offensus fuerat, verum singulis diebus rogari ; nihilo secius tamen rogat : at nos, cum rogamus, nullum omnino jus, nullum beneficium proferre possumus ; verum unum hoc, quod Dei, qui tanta bona dederit, nomine vos obsecramus. Obsecramus porro, ut oblatum beneficium accipiatis, nec munus repudietis. Morem itaque nobis gerite, ac videte ne in vacuum gratiam accipiatis. Etenim ne illi in hoc uno reconciliationem positam esse existimarent, ut vocanti fidem adhiberent, ideo hæc verba adjungit, quibus studium in vitæ ratione efflagitat. Nam qui, posteaquam peccatis liberatus atque in amicitiam receptus est, in prioribus flagitiis rursus volutatur, is ad inimicitias redit ; ac frustra, quantum ad vitam attinet, gratiam Dei accepit.

Gratia non multum juvat ad salutem, si impure vivamus. — Neque enim magnum quidpiam ad salutem nobis affert gratia, si impure vivamus : quin potius detrimentum in nos accersit, vehementius in peccatis gravatos, ut qui post ejusmodi cognitionem ac beneficium ad priora vitia nos ipsos referamus. At nondum hoc ponit, ne molestam atque asperam orationem reddat : hoc solum dicit, nullam hinc ad nos utilitatem redire. Deinde prophetiæ quoque memoriam refricat, quo eorum animos ad capessendum salutis studium impellat et urgeat. *Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Tempus acceptabile : quodnam istud ? Tempus videlicet beneficii et gratiæ, in quo de peccatis admissis rationes non exposcuntur nec pœnæ penduntur, in quo una cum reconciliatione innumeris quoque bonis fruimur, justitia nimirum, sanctificatione, aliisque omnibus. Quantos enim labores suscipere par erat, ut hanc occasionem nancisceremur ? at ecce, nullo a nobis suscepto labore, adest, omnium ante admissorum veniam afferens. Ac proinde acceptabile hoc tempus vocat, quoniam eos quoque, qui innumeris sceleribus sese obstrinxerant, admittebat, nec tantum admittebat, sed ad summum etiam honoris gradum subvehebat : non secus atque adveniente rege judicii tempus non est, sed gratiæ ac salutis. Ob eam causam acceptabile hoc tempus vocat, quamdiu adhuc in scammate versamur, quamdiu adhuc in excolenda vinea operam navamus, quamdiu undecima hora superest.

2. Accedamus, ac vitam nostram recte instituamus : id enim facile est. Nam qui eo tempore certat, quo tantum beneficium ac tanta gratia effusa est, palmam facili negotio consequetur. Etenim apud terrenos quoque imperatores, cum festi eorum dies agitantur, atque in consulari habitu cernuntur, is etiam qui exiguum munus offert, magnis donis afficitur ; iis autem diebus, queis judicis munus exercent, magna diligentia magnoque examine opus est. Sic nos etiam hujus beneficii tempore decertemus : dies gratiæ est, divinæ inquam gratiæ, unde etiam facile coronas adipiscemur. Nam si, cum tot vitiis scateremus, et admisit nos et iis liberavit ; omnibus solutos, eaque quæ nostri muneris sunt præstantes, annon multo magis admissurus est ? Postea id quod perpetuo facit, ut seipsum in medium proponat, atque hinc exemplum sumere jubeat, hic quoque facit ;

Digitized by Google

unde etiam subjungit, 3. *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.* Non modo a tempore, sed etiam ab iis, qui præclare se gesserunt, eos permovere studet. Ac vide quam sine fastu atque arrogantia : non enim dixit, Intuemini in nos, quia tales sumus ; verum prius quæ ad se spectant enarrat, ut omnem reprehensionis causam submoveat. Ac duo eximia immaculatæ vitæ argumenta ponit, dum ait, *Nemini dantes ullam :* nec dixit accusationem, sed, quod longe minus erat, *Offensionem ;* ac si diceret, reprehensionis et querimoniæ locum nulli dantes. *Ut non vituperetur ministerium nostrum.* Hoc est, ne quis illud carpat. Nec rursus dixit, Ut non accusetur, sed, Ut ne levissima quidem in eo culpa hæreat, nec quispiam sit qui ulla in re illud insectari queat. 4. *Sed in omnibus exhibentes nosmetipsos sicut Dei ministros.* Hoc multo majus est. Neque enim in pari laude ponendum est, reprehensione vacare, atque ita se comparare, ut undique perspicuum sit, eos Dei ministros esse : non enim paris laudis est, a reprehensione liberum esse, et laudum ornamentis abundare. Nec dixit, Apparentes, sed *Exhibentes*, hoc est, demonstrantes. Deinde unde tales effecti sint exponit. Undenam igitur? *In multa patientia*, inquit. Quibus verbis bonorum omnium fundamentum posuit. Ideo non simpliciter patientiam dixit, sed multam addit, ut illius magnitudinem declararet. Unam aut alteram tulisse tentationem non magnum esset ; sed ille tentationem ceu imbrem inducit, dicens, *In tribulationibus, in necessitatibus.* Hoc afflictionum augmentum est, cum mala vitari nequeunt, ac velut necessitas quædam acerbitatum incumbit, ex qua vix te expedire queas. *In angustiis.* Famis scilicet aliarumque rerum necessariarum, vel simpliciter tentationum. 5. *In plagis, in carceribus, in seditionibus.* Atqui quodlibet horum vel solum intolerabile erat, et flagris cædi solum, et vinciri solum, et pulsum nusquam consistere posse : hoc enim significat, *In seditionibus.* At cum et hæc omnia et simul ingruunt, cogita quam firmum animum requirant. Deinceps una cum externis sua recenset : *In laboribus, in vigiliis, in jejuniis*, 6. *in castitate.* His verbis ærumnas eas innuit, quas huc atque illuc cursando ac victum sibi manibus quærendo exantlabat, noctesque quas in docendo vel etiam laborando conterebat. Ad hæc etiam nec jejunium omittebat, tametsi illa mille jejuniorum instar essent. Per castitatem rursus hoc loco vel pudicitiam intelligit, vel in omnibus rebus puritatem, vel quod muneribus abjectis gratis evangelium prædicaret. *In scientia.* Quid est, *In scientia?* In sapientia a Deo concessa, quæ vera scientia est : non ut illi, qui sapientes videntur, ac de externa scientia gloriantur, hac vero destituti sunt. *In longanimitate, in suavitate.* Hæc quoque perquam generosi animi sunt, nempe, cum undique provoceris ac pungaris, æquo animo ferre omnia. Tum autem ostendens, unde talis effectus sit, subjunxit, *In Spiritu sancto.* In ipso enim omnia hæc consequimur. At vide quandonam Spiritus sancti auxilium posuit : postquam nempe sua ostenderat. Quamquam mihi aliud quoque his verbis indicare videtur. Quidnam hoc? Nempe quod copioso Spiritu repletus esset, atque hinc quoque missionis suæ argumentum præberet, quia spiritualibus gratiis donatus fuisset. Nam etsi id quoque gratia erat ; at ipse quoque causa item erat, ut qui per sua recte facta et sudores gratiam attraxisset. Quod si quis insuper id quoque ab Apostolo indicari contendat, quod in spirituali etiam illa gratia nullam offensionis ansam dederit, ab ipsius sententia non aberrarit. Etenim illi, qui apud eos linguarum donum acceperant, ideoque arrogantiam conceperant, vituperati sunt : fieri enim potest, ut qui spiritualem gratiam acceperit, ea non ut par est utatur. At nos non ita ; verum in spiritu etiam, hoc est, in spiritualibus gratiis, inculpati fuimus. *In caritate non ficta.*

3. Hæc bonorum omnium causa erat ; hæc talem ipsum efficiebat ; hæc id præstabat, ut Spiritus, cujus ope omnia recte efficiebat, apud ipsum maneret. 7. *In verbo veritatis.* Hoc est, quod plerumque ait, non dolo tractantes nec adulterantes verbum Dei perstitimus. *In virtute Dei.* Quod nusquam non facit, ut nihil sibi, sed Deo accepta omnia referat, eaque quæ cum laude gesserit adscribat, hoc etiam hic fecit. Quoniam enim magna quædam loquutus fuerat, dixeratque se vitam semper a reprehensione alienam, ac summam philosophiam exhibuisse, Spiritui ac Deo hæc attribuit. Neque enim vulgaria erant quæ dixerat. Nam si quietam vitam agenti virtutem assequi et irreprehensibilem esse difficile est, illud tecum reputa, quam egregii animi sit, tot tentationibus vexatum semper effulsisse. Atqui non hæc sola sustinuit, sed multo his plura, quæ deinceps enumerat. In quo illud admirandum est, non quod tot tantisque fluctibus irreprehensibilis fuerit, nec quod omnia forti animo pertulerit, sed quod etiam cum voluptate omnia : quæ deinde his verbis declarat. *Per arma justitiæ, a dextris et a sinistris.* Videsne animi præsentiam firmosque sensus? Afflictiones enim arma esse ostendit, quæ non modo non dejiciant, sed etiam muniant ac firmiores efficiant. Sinistra autem ea vocat, quæ molestiæ speciem habent : nam ejusmodi sunt ea, quæ mercedem habent. Cur igitur hoc iis nomen imponit? Vel secundum vulgi opinionem, vel quia jussit nos Deus orare, ne in tentationem intremus. 8. *Per gloriam et ignominiam, per infamiam et bonam famam.* Quid ais? magnumne ad laudem tibi esse censes gloria frui? Maxime, inquit. Quid ita? nam ignominiam quidem ferre magnum est ; in gloria autem versari, annon strenuum animum requirit? Strenuum plane ac perquam ingentem, ut ne is qui ea fruitur obruatur. Quo fit, ut in eo quoque Paulus glorietur, ut et in illo : quoniam in utraque re peræque elucebat. Quomodo arma justitiæ? Quoniam multos ad pietatis studium incitat, cum magistros in honore esse conspiciunt : atque bonorum operum hoc argumentum est, et hinc Dei gloria ce-

Digitized by Google

Προσέχετε εἰς ἡμᾶς ὅτι τοιοῦτοί ἐσμεν· ἀλλὰ τέως ἐπ' ἀναιρέσει κατηγορίας τὰ καθ' ἑαυτὸν διηγεῖται. Καὶ δύο τίθησιν ὑπερβολὰς ἀμώμου βίου, *Μηδεμίαν ἐν μηδενί*, λέγων. Καὶ οὐκ εἶπε κατηγορίαν, ἀλλ' ὃ πολλῷ ἔλαττον ἦν, *Προσκοπήν*· τουτέστι, μέμψιν. κατάγνωσιν μηδενὶ παρέχοντες καθ' ἡμῶν. *Ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν.* Τουτέστιν, ἵνα μή τις αὐτῆς ἐπιλάβηται. Καὶ οὐκ εἶπε πάλιν, Ἵνα μὴ κατηγορηθῇ, ἀλλ', Ἵνα μηδὲ τὴν τυχοῦσαν αἰτίαν ἔχῃ, μή τις αὐτῇ εἰς ὁτιοῦν ἐπισκῆψαι δυνηθῇ. *Ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ διάκονοι.* Τοῦτο πολλῷ μεῖζον. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον κατηγορίας ἐλεύθερον εἶναι, καὶ τοιαῦτα ἐπιδείκνυσθαι, ὡς πάντοθεν φαίνεσθαι διακόνους ὄντας Θεοῦ· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἀπηλλάχθαι κατηγορίας, καὶ ἐγκωμίοις βρύειν. Καὶ οὐκ εἶπε, Φαινόμενοι, ἀλλὰ, *Συνιστῶντες*, τουτέστιν, ἀποδεικνύντες. Εἶτα λέγει καὶ πόθεν τοιοῦτοι ἐγένοντο. Πόθεν οὖν ἐγένοντο; *Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ*, φησί· τὸν θεμέλιον τῶν ἀγαθῶν τιθείς. Διόπερ οὐδὲ ἁπλῶς ὑπομονὴν εἶπεν, ἀλλὰ πολλὴν, καὶ δείκνυσιν αὐτῆς καὶ τὸ μέγεθος. Τὸ γὰρ ἓν τι καὶ δεύτερον ἐνεγκεῖν, οὐδὲν μέγα· ἀλλ' ἐπάγει καὶ τὰς νιφάδας τῶν πειρασμῶν, λέγων, *Ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις.* Τοῦτο ἐπίτασις θλίψεως, ὅταν ἄφυκτα ᾖ τὰ κακὰ, καὶ ὥσπερ ἀνάγκη τις ἐπικέηται τῶν δεινῶν δυσδιεξόδευτος. *Ἐν στενοχωρίαις.* Ἤτοι ταῖς τοῦ λιμοῦ φησι, καὶ ταῖς τῶν ἄλλων ἀναγκαίων· ἢ καὶ ἁπλῶς ταῖς τῶν πειρασμῶν. *Ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις.* Καίτοι τούτων καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον ἀφόρητον ἦν, καὶ τὸ μαστίζεσθαι μόνον, καὶ τὸ δεδέσθαι μόνον, καὶ τὸ μηδαμοῦ δύνασθαι στῆναι ἐλαυνόμενον· τοῦτο γάρ ἐστιν, *Ἐν ἀκαταστασίαις*· ὅταν δὲ καὶ πάντα, [523] καὶ ὁμοῦ πάντα ἐπίῃ, ἐννόησον ἡλίκης δεῖται ψυχῆς. Εἶτα μετὰ τῶν ἔξωθεν καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ τίθησιν. *Ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ἀγνότητι.* Διὰ τούτων τοὺς καμάτους αἰνίττεται, οὓς ἔκαμε περιιὼν καὶ ἐργαζόμενος, τὰς νύκτας ἐν αἷς ἐδίδασκεν, ἢ ὅτι καὶ ἐν αὐταῖς εἰργάζετο. Καὶ μετὰ τούτων ἁπάντων οὐδὲ τοῦ νηστεύειν ἠμέλει, καίτοι γε ταῦτα ἀντὶ μυρίων ἦρκει νηστειῶν. Ἀγνότητα δὲ ἐνταῦθα ἢ σωφροσύνην πάλιν, ἢ τὴν ἐν ἅπασι καθαρότητα, ἢ τὸ ἀδωροδόκητον, ἢ καὶ τὸ δωρεὰν τὸ εὐαγγέλιον κηρύττειν. *Ἐν γνώσει.* Τί ἐστιν, *Ἐν γνώσει;* Ἐν σοφίᾳ τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένῃ, τῇ ὄντως γνώσει· οὐ καθάπερ ἐκεῖνοι οἱ δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ, καὶ τῇ ἔξωθεν παιδεύσει κομπάζοντες, ταύτῃ δὲ ἐλαττούμενοι. *Ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι.* Πολὺ γὰρ καὶ ταῦτα γενναίας ἦν ψυχῆς, τὸ πάντοθεν παροξυνόμενον καὶ κεντούμενον, μακροθύμως ἅπαντα φέρειν. Εἶτα δεικνὺς πόθεν τοιοῦτος γέγονεν, ἐπήγαγεν· *Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Ἐν αὐτῷ γὰρ πάντα ταῦτα κατορθοῦμεν, φησίν. Ἀλλ' ὅρα πότε τὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἔθηκε τοῦ ἁγίου βοήθειαν· ὅτε τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπεδείξατο. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ ἕτερον λέγειν διὰ τούτου. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι καὶ Πνεύματος πολλοῦ πεπληρώμεθα, καὶ ἀποδείκνυμεν καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀποστολὴν, ἀπὸ τοῦ χαρισμάτων ἠξιῶσθαι πνευματικῶν. Εἰ γὰρ καὶ χάρις τοῦτο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αἴτιος ὁ διὰ τῶν κατορθωμάτων καὶ τῶν ἰδρώτων τὴν χάριν ἐπισπασάμενος. Εἰ δέ τις εἴποι, μετὰ τῶν εἰρημένων αὐτὸν ἐμφαίνειν τὸ ὅτι καὶ ἐν τῇ χάριτι τῇ πνευματικῇ οὐδεμίαν ἔδωκε προσκοπὴν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἐννοίας. Καὶ γὰρ οἱ τὰς γλώσσας λαβόντες παρ' αὐτοῖς, καὶ ἐπαρθέντες, ἐμωμήθησαν· ἔστι γὰρ καὶ χάρισμα λαβόντα πνευματικὸν, οὐκ εἰς δέον αὐτῷ χρήσασθαι. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν πνεύματι, τουτέστιν, καὶ ἐν τοῖς χαρίσμασιν ἀμώμητοι ἐγενόμεθα. *Ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ.*

γ'. Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, τοῦτο τοιοῦτον αὐτὸν εἰργάζετο, τοῦτο καὶ τὸ Πνεῦμα μένειν ἐποίει παρ' αὐτῷ, δι' οὗ καὶ πάντα αὐτῷ κατωρθοῦτο. *Ἐν λόγῳ ἀληθείας.* Ὁ πολλαχοῦ λέγει, ὅτι Οὐ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ νοθεύοντες διετελέσαμεν. *Ἐν δυνάμει Θεοῦ.* Ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, οὐδὲν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἀνατιθεὶς, καὶ αὐτῷ λογιζόμενος τὰ αὐτοῦ κατορθώματα, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα πεποίηκεν. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα ἐφθέγξατο, καὶ ἔφησεν ἄληπτον παρεσχῆσθαι βίον διὰ πάντων, καὶ φιλοσοφίαν ἄκραν, τῷ Πνεύματι καὶ τῷ Θεῷ ταῦτα ἀνατίθησιν. Οὐδὲ γὰρ τὰ τυχόντα ἦν τὰ εἰρημένα. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἡσυχίᾳ ζῶντα δύσκολον κατορθοῦν καὶ ἄληπτον εἶναι, τὸν ὑπὸ τοσούτων ἐνοχλούμενον πειρασμῶν, καὶ διὰ πάντων λάμψαντα, ἐννόησον ἡλίκης εἶναι ψυχῆς. Καίτοι οὐδὲ ταῦτα ὑπέμενε μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα τούτων, ἅπερ ἑξῆς τίθησι. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, οὐχ ὅτι ἄληπτος ἦν ἐν τοσούτοις κύμασι πλέων, οὐδ' ὅτι πάντα ὑπέμεινε γενναίως, [524] ἀλλ' ὅτι καὶ μεθ' ἡδονῆς πάντα· ἅπερ διὰ τῶν ἑξῆς ἡμῖν πάντα ποιεῖ φανερὰ λέγων οὕτω· *Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν.* Εἶδες ψυχῆς παράστημα, καὶ φρόνημα εὔτονον; Δείκνυσι γὰρ ὅτι ὅπλα εἰσὶν αἱ θλίψεις, οὐ μόνον οὐ καταβάλλοντα, ἀλλὰ καὶ τειχίζοντα καὶ ἰσχυροτέρους ποιοῦντα. Ἀριστερὰ δὲ καλεῖ τὰ δοκοῦντα εἶναι λυπηρά· καὶ γὰρ τοιαῦτά ἐστι τὰ τὸν μισθὸν ἔχοντα. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτω; αὐτὰ καλεῖ; Ἢ κατὰ τὴν ὑπόληψιν τῶν πολλῶν, ἢ ἐπειδὴ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς εὔχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. *Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας.* Τί λέγεις; ὅτι δόξης ἀπολαύεις, μέγα τοῦτο τίθης εἶναι; Ναὶ, φησί. Τί δήποτε; τὸ μὲν γὰρ ἀτιμίαν ἐνεγκεῖν, μέγα· τὸ δὲ δόξης μετασχεῖν, οὐ νεανικῆς δεῖται ψυχῆς; Νεανικῆς μὲν οὖν καὶ σφόδρα μεγάλης, ὥστε αὐτῆς ἀπολαύοντα μὴ ἐκτραχηλισθῆναι. Διὸ καὶ ἐπὶ τούτῳ φρονεῖ, ὡς ἐπ' ἐκείνῳ· καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ὁμοίως ἔλαμπε. Πῶς δὲ ὅπλον γίνεται δικαιοσύνης; Ὅτι ἐνάγει πολλοὺς εἰς εὐσέβειαν τὸ ἐν τιμῇ εἶναι τοὺς διδασκάλους· καὶ ἔργων δὲ ἀγαθῶν τοῦτο δεῖγμά ἐστι, καὶ τὸν Θεὸν τοῦτο δοξάζει. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ εὐμηχανίας, τὸ διὰ τῶν ἐναντίων εἰσάγειν τὸ κήρυγμα. Σκόπει δέ· ἐδέδετο ὁ Παῦλος; Καὶ τοῦτο ἦν ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου. *Τὰ γὰρ κατ' ἐμὲ*, φησὶν, *εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, ὥστε τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν.* Δόξης πάλιν ἀπῆλαυε; Καὶ τοῦτο πάλιν ἐκείνους προθυμοτέρους εἰργάζετο. *Διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας.* Οὐ γάρ

Digitized by Google

μόνον ἐκεῖνα γενναίως ἔφερε τὰ ἐν τῷ σώματι, τὰς θλίψεις, καὶ ὅσα ἀπηριθμήσατο, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς μόνης καθαπτόμενα· οὐδὲ γὰρ καὶ ταῦτα ἁπλῶς θορυβεῖν εἰώθει. Ὁ γοῦν Ἱερεμίας πολλοὺς ἐνεγκὼν πειρασμοὺς, πρὸς ταῦτα ἀπηγόρευε, καὶ ἐπειδὴ ὠνειδίζετο, ἔλεγεν· *Οὐ μὴ προφητεύσω, οὐδὲ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα Κυρίου.* Καὶ ὁ Δαυὶδ δὲ πολλαχοῦ τὸν ὀνειδισμὸν ἀποδύρεται. Καὶ ὁ Ἡσαΐας μετὰ πολλὰ ὑπὲρ τούτου παρακαλεῖ, λέγων· *Ὀνειδισμὸν τῶν ἀνθρώπων μὴ φοβεῖσθε, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε.* Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ πάλιν τοῖς μαθηταῖς, *Ὅταν εἰπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε,* φησὶν, *ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ἀλλαχοῦ δέ φησι, *Καὶ σκιρτήσατε.* Οὐκ ἂν δὲ τοσοῦτον ἔθηκε τὸν μισθὸν, εἰ μὴ πολὺς ἦν ὁ ἀγών. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς βασάνοις καὶ τὸ σῶμα μερίζεται μετὰ τῆς ψυχῆς τὰς ἀλγηδόνας· καὶ γὰρ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ὁ πόνος ἐστίν· ἐκεῖ δὲ τῆς ψυχῆς μόνης. Πολλοὶ γοῦν ἀπὸ τούτων μόνον ἔπεσον, καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν ἀπώλεσαν. Καὶ τῷ Ἰὼβ δὲ τῶν σκωλήκων καὶ τῶν τραυμάτων φορτικώτερα ἐφάνη τὰ παρὰ τῶν φίλων ὀνείδη. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀφορητότερον τοῖς ὀδυνωμένοις λόγου δυναμένου δακεῖν ψυχήν [525]. Διὸ μετὰ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἱδρώτων καὶ ταῦτα τίθησι, λέγων· *Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας.* Πολλοὶ γοῦν καὶ τῶν Ἰουδαίων διὰ τὴν δόξαν τὴν τῶν πολλῶν οὐκ ἠθέλησαν πιστεῦσαι. Ἐφοβοῦντο γὰρ οὐχ ἵνα μὴ κολασθῶσιν, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται· διὸ λέγει, *Πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες;* Καὶ πολλοὺς ἂν ἴδοιμεν, οἳ πάντων μὲν κατεφρόνησαν τῶν δεινῶν, ὑπὸ δὲ δόξης ἡττήθησαν. *Ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς.* Τοῦτό ἐστι, *Διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. Ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι.* Τοῦτό ἐστι, *Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας.* Τοῖς μὲν γὰρ ἦσαν γνώριμοι, καὶ περισπούδαστοι, οἱ δὲ οὐδὲ εἰδέναι αὐτοὺς ἠξίουν. *Ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν.* Ὡς ἐπιθανάτιοι καὶ κατάδικοι· ὅπερ καὶ αὐτὸ ἀτιμίας ἦν.

δ'. Τοῦτο δὲ ἔλεγε, δεικνὺς καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν τὴν ἄφατον, καὶ τὴν αὐτῶν ὑπομονήν. Τὸ μὲν γὰρ τῶν ἐπιβουλευόντων μέρος, ἀπεθάνομεν, καὶ τοῦτο πάντες νομίζουσι· διὰ δὲ τὸν Θεὸν διεφύγομεν τοὺς κινδύνους. Εἶτα δηλῶν καὶ τίνος ἕνεκεν ταῦτα συγχωρεῖ ὁ Θεὸς, ἐπήγαγεν, *Ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι·* μέγα ἀπὸ τῶν πειρασμῶν καὶ πρὸ τῶν μισθῶν δεικνὺς τὸ κέρδος αὐτοῖς ἐγγινόμενον, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἄκοντας αὐτοὺς ὠφελοῦντας. *Ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες.* Παρὰ μὲν γὰρ τοῖς ἔξωθεν ὑποπτευόμεθα, ὡς ἐν ἀθυμίᾳ εἶναι· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐκείνοις προσέχομεν, ἀλλα τὴν ἡδονὴν ἀκμάζουσαν ἔχομεν. Καὶ οὐκ εἶπε, *Χαίροντες,* μόνον, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ τὸ διηνεκές. *Ἀεὶ γὰρ χαίροντες,* φησί. *Τί* τοίνυν ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς ζωῆς, ἐν ᾗ τοσούτων ἐπιόντων δεινῶν, μείζων ἡ χαρὰ γίνεται; *Ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες.* Τινὲς μέν φασι πλοῦτον ἐνταῦθα λέγεσθαι τὸν πνευματικόν· ἐγὼ δὲ εἶποιμ' ἂν καὶ τὸν σαρκικόν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον ἐπλούτουν, καινῷ τινι τρόπῳ τὰς ἁπάντων ἔχοντες οἰκίας ἀνεῳγμένας αὐτοῖς. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσε διὰ τῶν ἑξῆς, εἰπών· *Ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.* Καὶ πῶς ἕνι τοῦτο; Πῶς μὲν οὖν τὸ ἐναντίον ἕνι; Ὁ γὰρ πολλὰ κατέχων, οὐδὲν ἔχει· ὁ δὲ μηδὲν ἔχων, τὰ πάντα κέκτηται. Καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὑπὸ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία ἐγίνετο. Εἰ δὲ θαυμάζεις πῶς ἔστι τὸν μηδὲν ἔχοντα τὰ πάντα ἔχειν, αὐτὸν τοῦτον εἰς μέσον ἀγάγωμεν, ὃς τῇ οἰκουμένῃ ἐπέταττε, καὶ οὐχὶ τῶν χρημάτων αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν κύριος ἦν. *Εἰ δυνατὸν γὰρ,* φησὶ *τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι.* Ταῦτα δὲ λέγει, παιδεύων μὴ ταράττεσθαι πρὸς τὰς τῶν πολλῶν δόξας, κἂν πλάνους λέγωσι, κἂν ἀγνοῶσι [a], κἂν καταδίκους νομίζωσι, κἂν ἐπιθανατίους, κἂν λυπεῖσθαι, κἂν ἐν πτωχείᾳ εἶναι, κἂν μηδὲν ἔχειν, κἂν τοὺς ἐν εὐθυμίᾳ ἀθυμεῖν· ὅτι οὐδὲ τοῖς τυφλοῖς ὁ ἥλιος καταφανής, οὐδὲ τοῖς παραπαίουσιν ἡ τῶν σωφρονούντων ἡδονὴ δήλη. Μόνοι γὰρ οἱ πιστοὶ ὀρθοὶ κριταὶ τῶν πραγμάτων εἰσὶ, καὶ οὐκ [526] ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρουσι καὶ ἀλγοῦσι τοῖς ἄλλοις. Καὶ γὰρ εἴ τις ἄπειρος ἀγώνων πυκτεύοντα θεάσαιτο τραύματα ἔχοντα καὶ στέφανον περικείμενον, ἡγήσαιτο [b] αὐτὸν ἀλγεῖν διὰ τὰ τραύματα, οὐκ εἰδὼς τὴν ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ στεφάνου. Καὶ οὗτοι τοίνυν ἐπειδὴ ἃ πάσχομεν ἴσασιν, ὑπὲρ δὲ ὧν πάσχομεν ἀγνοοῦσιν, εἰκότως ταῦτα μόνα ὑποπτεύουσι, τὰ παλαίσματα μὲν καὶ τοὺς κινδύνους ὁρῶντες, τὰ δὲ ἔπαθλα καὶ τοὺς στεφάνους καὶ τὴν τῶν ἀγώνων ὑπόθεσιν οὐκέτι. Τί οὖν ἦν πάντα ἅπερ Παῦλος κατεῖχε, λέγων, *Ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες;* Τὰ βιωτικὰ, τὰ πνευματικά. Ὃν γὰρ ὡς ἄγγελον αἱ πόλεις ἐδέχοντο, ὑπὲρ οὗ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐξορύξαντες ἂν ἔδωκαν, ὑπὲρ οὗ τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθεντο, πῶς οὗτος οὐ πάντα εἶχε τὰ ἐκείνων; Εἰ δὲ βούλει καὶ τὰ πνευματικὰ ἰδεῖν, ὄψει καὶ ἐν τούτοις μάλιστα πλουτοῦντα. Ὁ γὰρ οὕτω τῷ βασιλεῖ τῶν πάντων φίλος, ὡς καὶ ἀπορρήτων κοινωνεῖν τῷ Δεσπότῃ τῶν ἀγγέλων, πῶς οὐ πάντων εὐπορώτερος ἦν, καὶ πάντα εἶχεν; Οὐκ ἂν οὕτως ὑπέκειντο δαίμονες, οὐκ ἂν οὕτως ἐδραπέτευσε πάθη καὶ νοσήματα. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ὅταν τι πάσχωμεν διὰ τὸν Χριστὸν, μὴ μόνον γενναίως φέρωμεν, ἀλλὰ καὶ χαίρωμεν· κἂν νηστεύωμεν, ὡς τρυφῶντες σκιρτῶμεν· κἂν ὑβριζώμεθα, ὡς ἐγκωμιαζόμενοι χορεύωμεν· κἂν ἀναλίσκωμεν [c], ὡς κερδαίνοντες

[a] Legendum conjicit Dunæus καταγνῶσι
[b] Lege, ἡγήσαιτο ἄν.
[c] Savil. in marg., κἂν ἀναλίσκοντες.

Digitized by Google

lebratur. Quin illud quoque divini artificii erat, nimirum evangelii prædicationi aditum per contraria aperire. Sic enim cogita : Vinctus erat Paulus? Id quoque ad evangelii commodum cedebat. *Quæ circa me sunt*, inquit, *magis ad profectum evangelii venerunt : ita ut plures e fratribus confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui* (*Philipp.* 1. 12. 14). Rursum in gloria versabatur? Hoc quoque rursum promptitudinem illis majorem afferebat. *Per infamiam et bonam famam.* Non enim ea solum quæ corpore excipiebat, forti animo perferebat, afflictiones, eaque omnia quæ recensuit, sed ea etiam, quæ animum solum perstringebant : neque enim hæc tumultus excitare consueverunt. Ipse quippe Jeremias, cum multas tentationes tulisset, ad has faticebat, et cum conviciis incesseretur, dicebat : *Non prophetabo, nec loquar ultra in nomine Domini* (*Jer.* 0. 9). David etiam sæpe in probro se esse deplorat. tque Isaias post alia multa pro hac re sic cohortatur : *Nolite timere opprobrium hominum, et despectum rum ne metuatis* (*Isai.* 51. 7). Ac rursum Christus scipulis, *Cum dixerint*, inquit, *omne malum adver- ra vos, mentientes, gaudete et exsultate quoniam mer- s vestra copiosa est in cælis* (*Matth.* 5. 11. 12); et o loco dicit, *Et exsultate* (*Luc.* 6. 23). Atqui non tam mercedem constituisset, nisi ingens esset certamen. In cruciatibus enim corpus cum animo dolorem partitur ; hoc quippe habet dolor, ut et corpus animum afficiat : at in probris animus solus patur. Multi certe his solis prostrati sunt, animæ- suæ jacturam fecerunt. Atque ipsi Jobo vermi- et ulceribus graviora ea probra fuere, quibus ab icis oneratus fuit. Nihil enim est, nihil inquam, iis qui doloribus premuntur intolerabilius, quam tio quæ illos mordeat. Quocirca cum periculis ac probris hæc collocat, dicens, *Per gloriam et ominiam.* Multi quippe, etiam ex Judæis, ne ea ia in qua apud vulgus erant laberentur, fidem lecti noluerunt. Timebant enim, non ne supplifficerentur, sed ne ex synagoga proscriberentur n. 12. 42) : unde etiam dicebat Christus, *Quo- potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis* n. 5. 4. 4)? Ac multos cernere est, qui cum ba omnia contempsissent, a gloria superati sunt. ductores et veraces. Idem est cum illo, *Per infa- et bonam famam. Sicut qui ignoti et cogniti.* Hoc um est quod, *Per gloriam et ignominiam.* Quibus- enim noti erant, ab iisque colebantur; quidam gnoscere quidem eos dignabantur. 9. *Quasi ntes, et ecce vivimus.* Ut morti obnoxii ac damquod ipsum quoque ignominia erat.

Hoc porro dicebat, tum ut inenarrabilem Dei tiam, tum patientiam suam declararet. Nam, um penes insidiatores est, mortui sumus, atque nes existimant ; at divina potentia factum est, periculis erepti simus. Postea cur hæc Deus tat explanans, subjungit, *Ut castigati, et non icati.* Quibus indicat, ex tentationibus ingentiam ante ipsa præmia fructum ipsis exoriri, hostesque vel invitos sibi utiles esse. 10. *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Exteri suspicantur nos in mœrore esse; at nos, quid ipsi existiment, haud attendimus, verum florentissima voluptate fruimur. Nec vero gaudentes solum dixit, sed addidit, *Semper.* *Semper* enim *gaudentes*, inquit. Ecquid igitur huic vitæ par esse queat, in qua, tot calamitatibus incursantibus, auctior voluptas efficitur? *Sicut egentes, multos autem locupletantes.* Quidam aiunt hoc loco de spiritualibus opibus verba haberi ; ego autem de iis quoque, quæ ad carnem attinent : nam et his novo quodam modo prædiri erant, ut quibus omnium ædes paterent. Atque hoc perspicuum fecit ex eo quod deinceps ait, *Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes.* Et qui fieri hoc potest? inquies. Imo qui contrarium fieri potest? Nam qui multa possidet, nihil habet ; qui autem nihil habet, omnia possidet. Neque hic solum hoc usu venit, sed et in aliis rebus e contrariis contraria exsistunt. Quod si miraris quonam modo fiat, ut qui rebus omnibus caret, cuncta habeat, hunc ipsum Paulum in medium adducamus, qui orbi terrarum imperabat, nec pecuniarum tantum, sed et oculorum omnium dominus erat : nam, *Si fieri potuisset*, inquit, *oculos vestros eruissetis, et mihi dedissetis* (*Gal.* 4. 15). Hæc porro dicit, ut nos doceat ut ne ob vulgi opiniones turbemur, etiamsi nos impostores appellent, etiamsi nos ignorent, damnatos existiment, etiamsi in mœrore atque egestate versari putent et inopia premi, etiamsi, cum læti simus, mœsto animo esse dicant : quandoquidem nec cæcis perspicuus est solis splendor, nec insanis sapientium voluptas. Soli enim pii viri recti sunt rerum judices, nec de iisdem quibus alii rebus vel gaudent vel anguntur. Nam si quis palæstræ rudis pugilem vulneribus affectum spectet ac corona redimitum, cum ob vulnera discruciari judicarit, quod quantam ei corona voluptatem pariat ignoret. Eodem modo isti, quia quæ patimur norunt, ea autem ob quæ patimur nesciunt, non mirum si hæc sola suspecta habeant, ut qui certamina quidem et pericula perspiciant, præmia autem et coronas et certaminum causam non item. Quænam ergo ea omnia erant, quæ Paulus possidebat, cum diceret, *Tamquam nihil habentes et omnia possidentes?* Mundana et spiritualia. Ille enim quem urbes velut angelum exciperent, ac pro quo effossos oculos tradere, pro quo cervices suas exponere parati multi essent, annon ille omnia eorum bona possidebat? Quod si spiritualia quoque perspicere libet, videbis eum in iis maxime locupletem. Nam qui in tanta omnium Regis amicitia versabatur, ut angelorum Dominus arcana sua ipsi impertiret : qui fieri poterat, quin omnes opibus anteiret, atque omnia possideret? Non enim alioqui dæmones ita ei cessissent; non ita dolores ac morbi fugati corripuissent. Proinde nos quoque, cum propter Christum malo afficimur, non modo fortem, sed etiam lætum animum præbeamus : si jejunamus, perinde exsultemus ac si in voluptate essemus; si contumelias accipimus, ac si laudaremur choreas

Digitized by Google

agamus, si sumptus facimus, ita affecti simus, ac si quæstus faciamus; si pauperibus largimur, nosipsos accipere arbitremur : nam qui non eo animo dat, nec facile dabit. Quare cum vis spargere, non id solum specta quod expendis, sed hoc etiam quod plura lucraris; et hoc prius quam illud. Nec vero in eleemosyna solum, sed in omni quoque virtute, non laborum acrimoniam, sed præmiorum suavitatem, atque ante omnia Christum, qui certaminum causa est, tibi propone. Sic fiet, ut certamina impigre adeas, atque omnem vitæ cursum cum voluptate conficias. Neque enim quidquam est, quod tantam voluptatem afferat, ut animus sibi bene conscius. Propterea Paulus quidem, cum singulis diebus vexaretur, gaudebat et exsultabat : nunc autem homines ne per somnium quidem horum aliquid perpetientes, dolent ac mœsti sunt, nullam aliam ob causam, quam quod philosophico animo præditi non sint. Alioqui enim exponas mihi velim quid sit quamobrem lugeas? an quia pauper es, ac rerum necessariarum inopia premeris? Ergo ideo potius lugendus es, non quia ploras nec quia eges, sed quia abjecto es animo; non quia nummis cares, sed quia nummos tanti æstimas. In singulos dies morte fungebatur Paulus, nec tamen plorabat, imo etiam lætabatur : cum perpetua fame luctabatur, nec dolebat, imo etiam gloriabatur.

5. At tu, quia totius anni proventus reconditos non habes, angeris teque affligis? Non mirum, inquis : ille enim de se tantum erat sollicitus; me vero et servi et liberi et uxor sollicitum tenent. Imo vero ille non rerum suarum tantum sollicitudinem gerebat, sed universi terrarum orbis : ac tu quidem pro unica domo sollicitudine afficeris; ille autem pro tot Jerosolymitanis pauperibus, pro Macedonicis, pro omnibus denique egenis qui ubique erant, nec minus pro iis qui ipsis largiebantur, quam pro iis qui accipiebant. Duplex enim ipsum in terrarum orbem cura tangebat, nempe ut ne rebus ad vitam necessariis indigerent, et ut spiritualibus opibus abundarent. Nec vero tantum mœroris tibi afferunt filii fame laborantes, quantum ipsi fidelium omnium negotia. Quid dico fidelium? nam neque ab infidelium cura vacabat, verum ea ita conficiebatur, ut eorum loco anathema quoque fieri optaret : tu vero, ne si millies quidem fames invalesceret, pro ullo tamen homine mori velles. Ac tu quidem pro unica uxore in cura es; ille autem pro omnibus totius orbis Ecclesiis : *Sollicitudo* enim *mea*, inquit, *omnium Ecclesiarum* (2. *Cor.* 11. 28). Quousque ergo ludes, o homo, teipsum cum Paulo conferens? non tu hac tanta animi imbecillitate laborare desines? Collacrymandum enim est, non cum in paupertate sumus, sed cum peccamus : hoc quippe est, quod lacrymas meretur; nam alia risu digna sunt. At non hoc dumtaxat mihi mœrori est, inquis, sed illud quoque, quod hic potentia præditus est, ego autem jaceo. Quid tum? ipse quoque Paulus ignobilis atque abjectus plerisque videbatur. Verum Paulus ille erat, inquis. Ergo non rerum natura, sed animi imbecillitas hanc tibi mœstitiam affert. Quocirca paupertatem noli deflere, verum te ipsum, qui ita affectus sis : imo vero teipsum ne defle, sed potius corrige, nec opes quære, sed quod majorem quam infinitæ opes lætitiam parit, consectare, nempe philosophiam ac virtutem. Hæc enim si adsit, nihil nocet paupertas; si desit, nihil prosunt opes. Quid enim, oro te, utilitatis capiunt, qui opibus quidem affluunt, verum pauperes animos habent? Non tu tam miserum te ipsum censes, quam dives ille seipsum, quia non omnium opes habet. Quod si non perinde ut tu lamentatur, ipsius conscientiam explica, et lamentationes atque singultus videbis.

Opes quænam veræ sint. Pauperes divitibus feliciores. — Vis tuas tibi opes ostendam, ut beatos eos existimare desinas, qui sunt locupletes? Vides hoc cælum, quam præclarum, quam ingens, quam sublimi loco situm? Hac ille pulchritudine nihilo amplius fruitur quam tu, nec te ille propellere, totumque sui juris efficere queat : ut enim propter illum est creatum, ita etiam propter te. Quid sol, splendidum hoc sidus ac rutilans, atque oculos nostros oblectans? annon communis hic quoque omnibus mortalibus patet, atque omnes æque, tam divites quam egentes, eo fruuntur? quid stellarum corona, quid lunæ orbis? annon omnibus æque concessa sunt? Imo vero, quod dictu mirabile est, nos, qui pauperes sumus, uberius iis fruimur quam illi. Etenim illi, mero ut plurimum obruti, atque in comessationibus altissimoque somno vitam degentes, ne hæc quidem sentiunt, ut qui sub tecto se teneant atque in umbra alantur : pauperes contra ea conditione sunt, ut nulli mortalium parem ex elementis voluptatem capiant. Quin si aerem ipsum, qui ubique fusus est, exploraveris, puriore utique eo atque uberiore pauperem frui perspicies. Nam et viatores et agricolæ lætius eo afficiuntur, quam qui in urbibus degunt; et si hos quoque spectes, lætius artifices, quam qui toto die perbacchantur. Nam quid de terra dicam? annon cunctis æque patet? Minime, inquies. Quid ita? Quoniam is, qui dives est et in urbe multa terræ jugera adeptus, longa pomœria exstruit, et in agris multas partes desecat. Quid ergo? an quia desecat, solus proinde iis fruitur? Haud sane, quamlibet adnitatur : fructus etenim in omnes distribuere cogitur, ac triticum, vinum et oleum tibi elaborat, ac nusquam non tibi inservit. Amplorum etiam septorum ac domiciliorum post incredibiles sumptus et labores atque ærumnas usum tibi comparat, exiguis a te pro hujusmodi ministerio nummis acceptis. Atque hoc et in balneis et in aliis omnibus rebus usu venire comperias, ut qui divites sunt, sumptibus, curis et laboribus conficiantur; qui autem opibus carent, paucis obolis hoc assequuntur, ut his omnibus cum summa securitate fruantur. Nec vero plus fructus e terra ad divitem redit : neque enim ille decem ventres implet, cum tu unum dumtaxat. At exquisitioribus cibis ille vescitur? Sane quidem istud haud magna præstantia est : tamen hic quoque pauperem plus habere comperiemus. Nam

Digitized by Google

διακεώμεθα· κἂν πένησι παρέχωμεν, λαμβάνειν νομίζωμεν· ὁ γὰρ μὴ οὕτω διδοὺς, οὐδὲ δώσει ῥᾳδίως. Ὅταν τοίνυν θέλῃς σκορπίσαι, μὴ τοῦτο ἴδῃς μόνον, ὅτι ἀναλίσκεις, ἀλλ' ὅτι καὶ πλείονα κερδαίνεις, καὶ τοῦτο πρὸ ἐκείνου. Καὶ μὴ μόνον ἐπὶ ἐλεημοσύνης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάσης ἀρετῆς μὴ τὸ δριμὺ τῶν πόνων, ἀλλὰ καὶ τὸ γλυκὺ τῶν ἐπάθλων λογίζου· καὶ πρὸ πάντων τὴν ὑπόθεσιν τῶν παλαισμάτων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν· καὶ ῥᾳδίως ἐπιβήσῃ τῶν ἀγώνων, καὶ ἐν ἡδονῇ τὸν ἅπαντα βιώσῃ χρόνον. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖν ἡδονὴν εἴωθεν, ὡς συνειδὸς ἀγαθόν. Διὰ τοῦτο Παῦλος μὲν καθ' ἑκάστην κοπτόμενος τὴν ἡμέραν, ἔχαιρε καὶ ἠγάλλετο· οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ ὀναρ ὑπομένοντές τι τούτων, ἀλγοῦσι καὶ θρηνοῦσιν, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ μὴ φιλόσοφον ἔχειν γνώμην. Ἐπὶ τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ὁ θρῆνος; ὅτι πένης εἶ, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορεῖς; Οὐκοῦν διὰ τοῦτό σε μᾶλλον θρηνεῖν δεῖ, οὐχ ὅτι κλαίεις, οὐχ ὅτι πένης εἶ, ἀλλ' ὅτι μικρόψυχος· οὐχ ὅτι χρήματα οὐκ ἔχεις, ἀλλ' ὅτι τοσούτου τὰ χρήματα τιμᾷς. Καθ' ἑκάστην μέραν ἀπέθνησκε Παῦλος, καὶ οὐκ ἔκλαιεν, ἀλλὰ καὶ χαιρε· λιμῷ ἐμάχετο διηνεκεῖ, καὶ οὐκ ἤλγει, ἀλλὰ καὶ ἐκαλλωπίζετο.

ε'. Σὺ δὲ ὅτι μὴ πάντα ἔχεις τὰ τοῦ ἑνιαυτοῦ κείμενα, λγεῖς καὶ κόπτεις ἑαυτόν; Ναί, φησίν· ἐκεῖνος γὰρ ι ἑαυτοῦ μόνον ἐμερίμνα, ἐγὼ δὲ καὶ ὑπὲρ οἰκετῶν, ὶ παίδων καὶ γυναικός. Ἐκεῖνος μὲν οὖν [527] μόος τὰ ἑαυτοῦ οὐκ ἐμερίμνα, ἀλλὰ τὰ τῆς οἰκουμένης τάσης· καὶ σὺ μὲν ὑπὲρ οἰκίας μιᾶς, ἐκεῖνος δὲ ὲρ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πενήτων τοσούτων ὄντων, ὲρ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ, ὑπὲρ τῶν πανταχοῦ πτωόντων, ὑπὲρ τῶν διδόντων ἐκείνος οὐχ ἧττον, ἢ ν λαμβανόντων. Καὶ γὰρ διπλῆ ἦν αὐτῷ ἡ φροντὶς ὲρ τῆς οἰκουμένης, καὶ ὅπως τῶν ἀναγκαίων μὴ οροῖεν, καὶ ὅπως ἐν τοῖς πνευματικοῖς πλουτοῖεν. ι οὐχ οὕτω σε λυπεῖ [a] τὰ παιδία πεινῶντα, ὡς ἶνον τὰ τῶν πιστῶν πράγματα πάντα. Τί λέγω τὰ πιστῶν; οὐδὲ γὰρ τῆς ὑπὲρ τῶν ἀπίστων φρονος ἐλεύθερος ἦν, ἀλλ' οὕτως ὑπὸ ταύτης ἐτήκετο, ὔχεσθαι καὶ ἀνάθεμα γίνεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν· σὺ δὲ, μυριάκις ἐπικρατήσῃ λιμὸς, οὐκ ἂν ἕλοιό ποτε θανεῖν ὑπὲρ ὁτουοῦν. Καὶ σὺ μὲν ὑπὲρ γυναικὸς ; μεριμνᾷς, ἐκεῖνος δὲ ὑπὲρ πασῶν τῶν κατὰ τὴν υμένην Ἐκκλησιῶν· Ἡ γὰρ *μέριμνά μου*, φησὶ, *ὧν τῶν Ἐκκλησιῶν*. Μέχρι τίνος οὖν παίζεις, ωπε, Παύλῳ σαυτὸν παραβάλλων, καὶ οὐ παύσῃ πολλῆς ταύτης μικροψυχίας; Δακρύειν γὰρ, οὐχ ἐν πενίᾳ ὤμεν, ἀλλ' ὅταν ἁμαρτάνωμεν, δεῖ· ὁ γὰρ θρήνων ἄξιον· ὡς τά γε ἄλλα καὶ γέλωτος. ' οὐ τοῦτό με λυπεῖ, φησὶ, μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ ἐν δυναστείᾳ, ἐγὼ δὲ ἄτιμος; καὶ ἀπερριμμένος. τί τοῦτο; καὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος ἄτιμος ιπερρίμμενος εἶναι ἐδόκει τοῖς πολλοῖς. Ἀλλ' ος Παῦλος ἦν, φησίν. Οὐκοῦν οὐχ ἡ τῶν πραων φύσις, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης ἀσθένεια ποιεῖ ;ν ἀθυμίαν. Μὴ τοίνυν τὴν πενίαν θρήνει, ἀλλὰ ν τὸν οὕτω διακείμενον· μᾶλλον δὲ μὴ σαυτὸν θρήνει, ἀλλὰ διόρθου, μηδὲ χρήματα ζήτει, ἀλλ' ὁ μυρίων χρημάτων φαιδροτέρους ποιεῖ, τοῦτο δίωκε, φιλοσοφίαν καὶ ἀρετήν. Ταύτης μὲν γὰρ οὔσης, οὐδὲν πενίας βλάβος· ταύτης δὲ οὐκ οὔσης, οὐδὲν χρημάτων ὄφελος. Τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, τῶν πλουτούντων μὲν, πενιχρὰς δὲ ἐχόντων ψυχάς; Οὐχ οὕτω σὺ σαυτὸν ταλανίζεις, ὡς ἐκεῖνος ὁ πλούσιος ἑαυτὸν, ὅτι μὴ τὰ πάντων ἔχει. Εἰ δὲ μὴ κλαίει, καθάπερ σὺ, ἀνάπτυξον αὐτοῦ τὸ συνειδὸς, καὶ ὄψει τοὺς θρήνους καὶ τοὺς κωκυτούς.

Θέλεις σοι δείξω τὸν πλοῦτον τὸν σὸν, ἵνα παύσῃ μακαρίζων τοὺς ἐν χρήμασι πλουτοῦντας; Ὅρᾳς τουτονὶ τὸν οὐρανὸν, πῶς μὲν καλὸς, πῶς δὲ μέγας, πῶς δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ κεῖται; Τούτου τοῦ κάλλους οὐχὶ πλέον μὲν ἀπολαύει ἐκεῖνος, οὐδ' ἂν δυνηθείη σε παρώσασθαι, καὶ αὐτοῦ ποιῆσαι τὸ πᾶν· ὥσπερ γὰρ δι' ἐκεῖνον γέγονεν, οὕτω καὶ διὰ σέ. Τί δὲ ὁ ἥλιος, τὸ φαιδρὸν τοῦτο ἄστρον καὶ τηλαυγὲς, καὶ τὰς ὄψεις ἡμῶν εὐφραῖνον, οὐχὶ κοινὸς ἅπασι καὶ οὗτος πρόκειται, καὶ πάντες ἀπολαύουσιν ἐξ ἴσης αὐτοῦ, καὶ πλούσιοι καὶ πένητες; ἀλλ' ὁ τῶν ἄστρων στέφανος, καὶ ὁ τῆς σελήνης κύκλος, οὐχ ὁμοίως πᾶσιν ἀνεῖται; Μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, πλέον ἡμεῖς οἱ πένητες ἀπολαύομεν, ἢ ἐκεῖνοι. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ πολλὰ [528] μέθῃ βαπτιζόμενοι, καὶ ἐν κώμοις διάγοντες καὶ ὕπνῳ βαθεῖ, οὐδὲ ἐπαισθάνονται τούτων, ὑπωρόφιοι ὄντες καὶ σκιατραφούμενοι· οἱ δὲ πένητες μάλιστα πάντων εἰσὶν οἱ τοῖς στοιχείοις ἐντρυφῶντες τούτοις. Κἂν τὸν ἀέρα δὲ ἐξετάσῃς τὸν πανταχοῦ κεχυμένον, τὸν πένητα καθαρωτέρου καὶ πλείονος ἀπολαύοντα ὄψει. Καὶ γὰρ ὁδοιπόροι καὶ γεωργοὶ τῶν ἐν ἄστει μᾶλλον ἐντρυφῶσι τούτοις, καὶ αὐτῶν πάλιν τῶν ἐν ἄστει τούτων πλέον οἱ χειροτέχναι τῶν δι' ὅλης μεθυόντων τῆς ἡμέρας. Τί δὲ ἡ γῆ, οὐχὶ κοινὴ πᾶσιν ἀνεῖται; Οὐχὶ, φησί. Πῶς τοῦτο λέγεις; εἰπέ μοι. Ὅτι ὁ πλουτῶν καὶ ἐν ἄστει πλέθρα ἀπολαβὼν πλείονα, μακροὺς ἀνίστησι περιβόλους, καὶ ἐν ἀγροῖς πολλὰ ἀποτέμνεται μέρη. Τί οὖν, ἐπειδὴ ἀποτέμνεται αὐτὸς, αὐτῶν ἀπολαύει μόνος; Οὐδαμῶς, κἂν μυρία φιλονεικήσῃ· καὶ γὰρ τοὺς καρποὺς εἰς ἅπαντας ἀναγκάζεται διανέμειν, καὶ σῖτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον σοὶ γεωργεῖ, καὶ διακονεῖται σοὶ πανταχοῦ. Καὶ τῶν περιβόλων τῶν μακρῶν καὶ τῶν οἰκημάτων, μετὰ τὴν ἄφατον δαπάνην καὶ τοὺς πόνους καὶ τὰς ταλαιπωρίας, σοὶ παρασκευάζει τὴν χρῆσιν, ὀλίγον παρὰ σοῦ τῆς τοσαύτης διακονίας ἀργύριον λαβών. Καὶ ἐν βαλανείοις καὶ πανταχοῦ τὸ αὐτὸ συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν· τοὺς μὲν πλουτοῦντας καὶ χρημάσι καὶ φροντίσι καὶ πόνοις δαπανωμένους, τοὺς δὲ πένητας ὀλίγων ὀβολῶν μετὰ ἀδείας ἅπαντα καρπουμένους ταῦτα. Καὶ πλέον οὐδὲν ἀπολαύει σου τῆς γῆς· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνος μὲν δέκα γαστέρας, σὺ δὲ μίαν πληροῖς. Ἀλλὰ πολυτελεστέρων αὐτὸς μετέχει σιτίων; Μάλιστα μὲν οὐ πολλὴ τοῦτο πλεονεξία· πλὴν κἀνταῦθά σε τὸν πλέον ἔχοντα εὑρήσομεν. Ἡ γὰρ [b] πολυτέλεια αὕτη διὰ τοῦτό σοι ζηλωτὴ εἶναι δοκεῖ, ἐπειδὴ πλείονα ἔχει τὴν ἡδονήν· ἀλλ' αὕτη παρὰ τῷ

[a] *Legebatur* οὕτως ἐλύπει.

[b] Legebatur εἰ γάρ, *et infra* πλεονεκτῆ, *pro* πλεονεκτεῖ

Digitized by Google

πένητι πλείων, οὐχ ἡδονὴ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγεία· κἂν τούτῳ πλεονεκτεῖ μόνον ὁ πλούσιος, τῷ τὸ σῶμα ἀσθενέστερον κατασκευάζειν, καὶ πλείονας συνάγειν τὰς πηγὰς τῶν ἀῤῥωστημάτων. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ πένητος κατὰ φύσιν οἰκονομεῖται πάντα, τὰ δὲ ἐκείνου διὰ τὴν ἀμετρίαν εἰς φθορὰν τελευτᾷ καὶ ἀῤῥωστίαν.

ς'. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος αὐτὸ τοῦτο κατίδωμεν. Εἰ γὰρ δέοι κάμινον ἀνάψαι, εἶτα ὁ μὲν σηρικὰ ἱμάτια καὶ ὀθόνας λεπτὰς καταβάλλοι πολλὰς καὶ ἀπείρους, καὶ οὕτως αὐτὴν ἀνακαίοι, ὁ δὲ ξύλα δρυὸς καὶ πεύκης· τί πλέον ἔσχεν οὗτος ἐκείνου; Οὐδέν· ἀλλὰ καὶ ἔλαττον. Τί δέ; (οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ ἑτέρως τὸ αὐτὸ περιτρέψαι ὑπόδειγμα) εἰ ὁ μὲν ξύλα βάλλοι, ὁ δὲ σώματα ὑποκαίοι, ποίᾳ ἂν ἡδέως παρέστης καμίνῳ, τῇ τῶν ξύλων, ἢ τῇ τῶν σωμάτων; Εὔδηλον ὅτι τῇ τῶν ξύλων· ἐκείνη μὲν γὰρ κατὰ φύσιν καίεται, καὶ ἡδὺ θέαμα τοῖς ὁρῶσίν ἐστιν· αὕτη δὲ τῇ κνίσῃ καὶ τῷ ἰχῶρι καὶ τῷ καπνῷ καὶ τῇ τῶν ὀστέων δυσωδίᾳ πάντας ἂν ἀπελάσειεν. Ἔφριξας ἀκούσας, καὶ ἐδελύξω τὴν κάμινον; Τοιαῦται αἱ [529] τῶν πλουσίων γαστέρες εἰσί. Πλείονα γὰρ ἐν τούτοις σηπεδόνα, ἢ ἐν τῇ καμίνῳ ἐκείνῃ εὕροι τις ἄν, καὶ πνεύματα δυσώδη καὶ ῥεύματα ἀκάθαρτα, τῷ πανταχοῦ καὶ ἐν ἑκάστῳ μορίῳ πολλὴν εἶναι τὴν ἀπεψίαν διὰ τὴν πλησμονήν. Τοῦ γὰρ κατὰ φύσιν θερμοῦ οὐκ ἀρκοῦντος ἅπαντα κατεργάσασθαι, ἀλλὰ καταχωννυμένου, ἐπίκειται ἐκεῖνα ἄνωθεν καπνιζόμενα, καὶ πολλὴν ποιοῦντα τὴν ἀηδίαν. Τίνι οὖν ἂν τις παραβάλοι τὰς ἐκείνων γαστέρας; ἀλλὰ μὴ δυσχεράνητε πρὸς τὸν λόγον, ἀλλ' εἰ μὴ ἀληθῆ λέγω, διελέγξατε· τίνι οὖν ἄν τις αὐτὰς παραβάλοι; οὐδὲ γὰρ ὁρκεῖ τὰ εἰρημένα δεῖξαι αὐτῶν τὴν ἀθλιότητα. Εὕρον καὶ ἑτέραν εἰκόνα. Τίνα δὴ ταύτην; Καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀμαρῶν ἔνθα πολλοὶ οἱ φορυτοὶ κόπρου, χόρτου, καλάμης, λίθων, πηλοῦ, συνεχεῖς ἐμφράξεις γίνονται, καὶ ὑπερεχεῖται [a] λοιπὸν ἄνωθεν ἡ τοῦ βορβόρου ῥύμη· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τούτων κοιλίας συμβαίνει· φραττομένης γὰρ αὐτῆς κάτωθεν, ἄνωθεν ἀναβλύζει τὰ πλείονα τῶν πονηρῶν τούτων ῥευμάτων. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν πενήτων οὕτως· ἀλλ' ὥσπερ αἱ τὰ καθαρὰ προχέουσαι ῥεῖθρα πηγαί, καὶ κήπους ἄρδουσαι καὶ παραδείσους, οὕτω καὶ αἱ τούτων γαστέρες εἰσὶ καθαραὶ τῶν τοιούτων περιττευμάτων. Ἀλλ' οὐχ αἱ τῶν πλουτούντων, μᾶλλον δὲ τρυφώντων, τοιαῦται, ἀλλὰ χυμῶν, φλεγμάτων, χολῆς, αἵματος διεφθορότος, ῥεύματος σεσηπότος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων εἰσὶ πεπληρωμέναι. Διόπερ οὐδεὶς κἂν πρὸς βραχὺν ἀρκέσει χρόνον διαπαντὸς ἐν τρυφῇ ζῶν, ἀλλ' ἐν ἀῤῥωστίαις βιώσεται διηνεκέσι. Διὸ καὶ ἡδέως ἂν ἠρόμην αὐτούς, τίνος ἕνεκεν τὰ σιτία δέδοται· ἵνα φθειρώμεθα, ἢ ἵνα τρεφώμεθα; ἵνα νοσῶμεν, ἢ ἵνα ὑγιαίνωμεν; ἵνα ἀσθενῶμεν, ἢ ἵνα ἰσχύωμεν; Εὔδηλον ὅτι διὰ τροφὴν καὶ ὑγείαν καὶ ἰσχύν. Τίνος οὖν ἕνεκεν εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς ἀποκέχρησθε, νόσον καὶ ἀσθένειαν διὰ τούτων δημιουργοῦντες τῷ σώματι; Ἀλλ' οὐχ ὁ πένης, ἀλλ' ὑγείαν καὶ εὐρωστίαν καὶ ἰσχὺν διὰ τῆς λιτῆς ὠνεῖται τροφῆς. Μὴ δὴ κλαῖε διὰ πενίαν τὴν ὑγείας μητέρα, ἀλλὰ καὶ ἀγάλλου· καὶ, εἰ βούλει πλουτεῖν, καταφρόνει πλούτου. Οὐ γὰρ τὸ χρήματα ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖσθαι τοῦ ἔχειν, τοῦτο μάλιστα εὐπορία. Ἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, καὶ ἐνταῦθα τῶν πλουτούντων πάντων εὐπορώτεροι ἐσόμεθα, καὶ ἐκεῖ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] *Legebatur* ὑπερεχεῖται.

---

[530] ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

α'. Διηγησάμενος περὶ τῶν ἑαυτοῦ πειρασμῶν καὶ θλίψεων· *Ἐν ὑπομονῇ* γὰρ, φησὶν, *ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις*· καὶ δείξας ὅτι μέγα ἀγαθὸν τὸ πρᾶγμα· *Ὡς λυπούμενοι* γὰρ, φησὶν, *ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες*· καὶ ὅπλα αὐτὰ εἰπών· *Ὡς παιδευόμενοι* γὰρ, φησὶ, *καὶ μὴ θανατούμενοι*· καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν πολλὴν κηδεμονίαν διὰ τούτων ἐμφήνας καὶ τὴν δύναμιν· *Ἵνα* γὰρ *ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ*, φησὶ, *καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν*· καὶ τοὺς ἄθλους αὐτοῦ καταλέξας· *Πάντοτε* γὰρ *τὴν νέκρωσιν αὐτοῦ*, φησὶ, *περιφέρομεν*· καὶ ὅτι ἀναστάσεως τοῦτο ἀπόδειξις σαφὴς· *Ἵνα* γὰρ *καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν*, φησί· καὶ ὧν γέγονε κοινωνὸς, καὶ τίνα ἐπιστεύθη· *Ὑπὲρ Χριστοῦ* γὰρ *πρεσβεύομεν*, φησὶν, *ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν*· καὶ τίνων ἐστὶ διάκονος, ὅτι οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· καὶ ὅτι οὐ τούτῳ μόνον αἰδέσιμος, ἀλλὰ καὶ τοῖς πειρασμοῖς· *Τῷ Θεῷ* γὰρ, φησὶ, *χάρις τῷ πάντοτε ἡμᾶς θριαμβεύοντι*· μέλλει λοιπὸν αὐτοῖς καὶ ἐπιτιμᾷν, ὡς οὐ σφόδρα περὶ αὐτὸν διακειμένοις. Ἀλλὰ μέλλων, οὐκ εὐθέως ἐπὶ τοῦτο ἔρχεται, ἀλλὰ πρότερον τὰ περὶ τῆς ἀγάπης εἰπών, ἣν περὶ αὐτοὺς ἐπεδείκνυτο, τότε ἐμβαίνει καὶ εἰς τὸν περὶ τούτων λόγον. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων αἰδέσιμος ὁ ἐπιτιμῶν εἴη, ἀλλ' ὅμως ὅταν καὶ τὴν φιλίαν, ἣν ἔχει πρὸς τοὺς ἐγκαλουμένους, ἐπιδείξηται, ἀνεπαχθέστερον ποιεῖ τὸν λόγον. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν ἰδρώτων τῶν ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀγώνων ἐκβὰς, εἰς τὸν περὶ τῆς ἀγάπης μεταβαίνει λόγον, καὶ οὕτως αὐτῶν καθ-

Digitized by Google

profusa illa et exquisita vitæ ratio ideo tibi beata et expetenda esse videtur, quod majore voluptate perfusa sit; sed amplior voluptas penes pauperem est, nec solum voluptas, sed etiam sanitas; atque in hoc solo superior est dives, quod imbecillius sibi corpus efficiat, ac plures morborum fontes colligat. Quidquid enim pauper edit, modo rationi consentaneo administratur; quidquid autem dives, quia modum excedit, in corruptionem desinit et morbum.

6. Quod si placet, exemplo istud ipsum perspicianus. Si rogus accendendus sit, atque ille quidem sericas vestes et permulta tenui filo contexta lintea injiciat, atque ita eum accendat, hic contra quercea et picea ligna, quid amplius ille habet quam hic? Nihil sane; imo inferius etiam quidpiam. Quid vero? (nihil enim prohibet quominus idem exemplum alio modo invertamus) si alter ligna, alter corpora exurenda in rogum injecerit, utri tandem rogo lubentius affueris, huicne qui lignis, an ei qui corporibus inflammatus sit? Liquet profecto quod ei qui lignis incensus sit: ille enim, ut naturæ consentaneum est, ardet, ac jucundum spectaculum præbet; hic contra ejusmodi est, qui nidore et sanie ac fumo et ossium fœtore omnes procul abigat. Cohorruisti ad hæc verba, atque rogum hunc exsecraris? Tales utique sunt divitum ventres: majorem in illis, quam in illo rogo putredinem quis reperiat; ut fœtidos halitus et immundas defluxiones, quod toto corpore atque in singulis partibus ingens ob saturitatem cruditas exsistat. Jam cum naturalis calor conficiendis omnibus cibis haud par sit, verum is obruatur, urgent illi, fumum iursum excitantes, atque ingentem molestiam affe-ientes. Cuinam igitur rei eorum ventres conferre iis possit? ac velim ne vos offendat quod dicturus im; verum si falsa loquar, orationem meam refute: cuinam, inquam, rei ejusmodi ventres conferre iispiam possit? neque enim quæ diximus, ad deirandam eorum miseriam sufficiunt. Alteram rursum imaginem reperi. Quam tandem? Quemadmodum in cloacis, in quibus magna est stercoris, fœni, stipulæ, lapidum ac luti colluvies, crebræ obstructiones oriuntur, ex quibus fit tandem ut cœnum ad superiores partes sese diffundat: ita etiam in horum ventre usu venit: eo quippe ab inferiori parte obstructo, malæ illæ defluxiones magna ex parte ad superiores partes regurgitant. At apud pauperes secus res habet. Ut enim fontes, qui puros latices fundunt, atque hortos et prata irrigant, ita horum quoque ventres ab his excrementis puri sunt: cum contra divitum, vel potius deliciis studentium ventres humoribus noxiis, pituita, bile, corrupto sanguine, putrique defluxione aliisque hujusmodi rebus pleni sint. Ex quo fit, ut ne ad breve quidem tempus incolumis quis perstare possit, qui semper in deliciis vivat, verum in perpetuis morbis versetur. Quocirca lubens ex istis sciscitor, quam ob causam cibi nobis concessi sint: ut intereamus, an ut alamur? ut adversa valetudine laboremus, an ut sani simus? ut imbecilles simus, an ut firmi ac robusti? Perspicuum est quod alimoniæ, sanitatis, viriumque tuendarum causa dati sint. Cur ergo iis in contrarium abutimini, morbos atque imbecillitatem per eos corpori procurantes? Contra pauper frugali ac tenui cibo valetudinem, corporisque firmitatem ac robur sibi comparat. Proinde ob paupertatem, sanitatis parentem, ne lacrymare, sed potius exsulta; et si tibi divitiæ cordi sunt, divitias contemne. In hoc enim potissimum opes positæ sunt, non ut quis divitias habeat, sed ut ne habere quidem curet. Id quod si adepti fuerimus, et hic divitibus omnibus copiosiores erimus, et illic futura bona consequemur: quæ utinam consequamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

p. 6. v. 11. *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est.* 12. *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.*

1. Postquam tentationes suas et afflictiones expo-it; *In patientia* enim, inquit, *in ærumnis, in necesitibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in incertis ibus, in laboribus, in vigiliis;* atque ingens id bon esse ostendit; *Sicut tristes* enim, inquit, *semper em gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletes; tanquam nihil habentes, et omnia possidentes:* i etiam arma ea esse dixit; *Ut castigati* enim, ait, *on mortificati:* atque insuper magnam Dei erga curam ac potentiam per ea declaravit; *Ut* enim, iit, *sublimitas virtutis sit Dei, et non ex nobis:* ac terea certamina quoque sua enumeravit; *Semper* n, inquit, *ipsius mortificationem circumferimus:* lque item addidit, ea perspicuum resurrectionis imentum esse; *Ut* enim *et vita Jesu*, inquit, *manifestetur in carne nostra mortali:* ad hæc quarum rerum particeps exstiterit, quæque ipsius fidei commissa fuerint; *Pro Christo* enim *legatione fungimur*, inquit, *tanquam Deo per nos exhortante:* atque insuper quarum rerum minister sit, nimirum non literæ, sed spiritus: ac denique quod non eo tantum nomine venerandus sit, sed etiam ob tentationes; *Deo* enim, inquit, *gratia, qui nos semper triumphat:* jam ad eos objurgandos se accingit, ut parum sui studiosos. Nec ad hoc statim orationem confert, verum id prius agit, ut suam erga eos dilectionem ostendat, atque ita demum in hujusmodi sermonem ingreditur. Nam etsi a rebus præclare gestis venerabilis est is qui increpat, attamen cum amicitiam exhibet erga eos quos corripit, tolerabiliorem sermonem reddit. Ideo ipse quoque Paulus e tentationibus suis ac sudoribus et certaminibus egressus, ad sermonem de caritate transit, et sic illos objurgat. Quænam ergo suæ eos caritatis argumenta affert? *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii.* Et quodnam caritatis argumentum hoc est? aut

Digitized by Google

quid omnino hæc sibi verba volunt? Non sustinemus, inquit, silentio ad vos uti, sed continenter vos alloqui atque orationem ad vos habere gestimus : qui amantium mos est. Nam quod in corpore sunt manuum complexus, hoc in animo est sermonis commercium. Ad hoc etiam aliud subindicatur. Quid illud? Apud vos, inquit, quos carissimos habemus, cuncta libere loquimur, nihil dissimulantes aut reservantes. Quoniam enim jam objurgaturus est, idcirco veniam petit; illud ipsum, quod eos libere objurget, ingentis sui erga eos amoris documentum esse statuens. Jam ipsa quoque nominis adjectio magnæ amicitiæ ac ferventis affectus specimen habet : nam et eorum quos amamus nuda nomina nobis identidem in ore versari solent. *Cor nostrum dilatatum est.* Quemadmodum enim id, quod calorem affert, dilatare solet : ita etiam caritatis munus est dilatare : calida quippe ac fervens est virtus. Hæc os quoque Pauli aperiebat, et cor dilatabat. Neque enim ore tantum amo, inquit; verum etiam cor ipsum in amore consonat : ideo cum fiducia loquor, toto ore, ac tota mente.

Pauli amor erga omnes quantus. — Non enim Pauli corde quidquam latius erat, quod pios omnes, perinde atque amasius quispiam, adeo arcto amore complecteretur, non sese scindente ipsius amicitia et imbecillitatem contrahente, sed integra in unoque manente. Et quid mirum talem ipsius in pios viros animum fuisse, cum etiam in infidelibus cor ipsius universum terrarum orbem amplecteretur? Ideo non dixit, Amo vos, sed, quod majorem emphasim habet, *Os nostrum patet, cor nostrum dilatatum est;* omnes intus habemus : ac ne id quidem utcumque, sed cum ingenti amplitudine. Nam qui amatur, in intimo amantis corde sine ullo metu obambulat : idcirco ait, *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.* Objurgationem vide non parva indulgentia temperatam : id quod magnopere amantium est. Non dixit, Vos me non amatis, sed, Non pari modo : neque enim vult asperius eos insectari. Ac passim cernere est quomodo incredibili quodam fidelium amore flagret, si quis ex singulis epistolis testimonia seligat. Ad Romanos enim scribens ait, *Cupio videre vos;* et, *Sæpe proposui venire ad vos;* et, *Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam ad vos* (*Rom.* 1. 11. 13. 10). Ad Galatas autem hæc dicit, *Filioli mei, quos iterum parturio* (*Gal.* 4. 19); ad Ephesios rursus, *Hujus rei gratia flecto genua mea pro vobis* (*Ephes.* 3. 14); ad Philippenses (*a*) autem, *Quæ enim est spes mea aut gaudium aut gloriæ corona? annon vos* (1. *Thess.* 2, 19)? Quin se et in corde et in vinculis eos circumferre dicebat (*Philipp.* 1. 7). Porro cum ad Colossenses scribit, *Cupio*, inquit, *videre vos quantum certamen habeam pro vobis, et quicumque faciem meam non viderunt in carne : ut consolationem habeant corda vestra* (*Coloss.* 2. 1); et ad Thessalonicenses, *Quemadmodum si nutrix foveat filios suos, ita desiderantes vos cupiebamus vobis dare, non solum evangelium, sed etiam animas nostras* (1. *Thess.* 2. 7. 8); tum etiam ad Timotheum, *Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear* (2. *Tim.* 1. 4). Et cum ad Titum scribit, *Dilecto filio* (*Tit.* 1. 4); et item ad Philemonem similiter (*Philem.* 1. 1).

2. Ad hæc in Epistola ad Hebræos multa alia ejusmodi scribit, nec cessat consolari ac dicere : *Adhuc modicum aliquantulum, et qui venturus est, veniet et non tardabit* (*Hebr.* 10. 37) : perinde videlicet ac si mater filios tædio ac mœrore laborantes alloquatur. Sic et illis, *Non angustiamini in nobis*, inquit. Nec vero se dumtaxat eos amare ait, sed ab ipsis etiam amari, quo nimirum hinc quoque eorum animos alliciat. Atque de his quidem hoc testificans, ait, *Titus venit, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem* (2. *Cor.* 7. 7); et de Galatis, dicens, *Si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi* (*Gal.* 4. 15); et de Thessalonicensibus, *Qualem introitum habuerimus ad vos* (1. *Thess.* 1. 9); et rursus de Timotheo, *Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear* (2. *Tim.* 1. 4). Ac denique passim in epistolis hoc videas, ipsum discipulis testificantem, quod et eos amet et vicissim ab iis ametur : non tamen similiter. Hic quoque dicit, *Licet abundantius vos diligens, minus diligar* (2. *Cor.* 12. 15). Verum hoc quidem ad epistolæ calcem ait, interim autem acrius, *Non angustiamini*, inquit, *in nobis, angustiamini autem in cordibus vestris.* Vos, inquit, unum capitis; ego urbem universam ac plebem tantam. Nec dixit, Non nos capitis, sed, *Angustiamini;* idem nimirum subindicans, sed molliori verbo utens, ne acrius eos perstringeret. 13. *Eamdem autem habentes remunerationem, tamquam filiis dico, dilatamini et vos.* Atqui minime par est, prius amari, deinde amare. Quamvis enim parem amoris mensuram quis afferat, hoc tamen nomine vincitur, quod posterior ad amandum venerit. Verum hæc non accurate requiro, inquit; mihi satis fuerit, si vel meo amore provocati, mutuæ erga me benevolentiæ significationem præbeatis, diligo et amplector. Postea, ut eos ad hoc obstringi ostendat, atque ea quæ dicit ab omni assentationis suspicione vindicet, *Tamquam filiis dico*, inquit. Quid est, *Tamquam filiis?* Nil magni postulo, si, cum pater vester sim, a vobis amari velim.

Pauli prudentia et modestia. — Ac vide ipsius prudentiam et modestiam. Non hic pericula pro ipsis suscepta, non labores ac mortes ponit, quamvis multa ejusmodi commemorare queat; adeo ab omni fastu alienus est; verum unum hoc, quod eos amet, ac proinde amari quoque velit : Quia pater vester sum, inquit, quia acerrimo vestri amore incendor. Etenim illud sæpe eum qui amatur offendit, cum quis collata in eum beneficia profert; exprobrare enim videtur. Quocirca hoc minime facit Paulus, verum, Ut filii parentem diligite, inquit : quod quidem naturæ potius est, ac tale ut patri hoc suo quisque præstare debeat. Postea, ne quis existimet eum sua causa hæc dicere, demonstrat se commodis eorum consulere, cum eorum benevolentiam ad se attrahit : unde etiam sub-

(*a*) Hic error esse videtur : verba enim sequentia non Philippensibus, sed Thessalonicensibus scripta sunt.

Digitized by Google

άπτεται. Τίνο οὖν ἐστι τὰ τῆς ἀγάπης ἐνδεικτικά; *Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι.* Καὶ ποῖον τοῦτο σημεῖον ἀγάπης; τί δὲ καὶ ἔστιν ὅλως τὸ εἰρημένον; Οὐκ ἀνεχόμεθα, φησὶ, σιγᾷν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀεὶ βουλόμεθα καὶ ἐπιθυμοῦμεν φθέγγεσθαι καὶ διαλέγεσθαι ὑμῖν· ὅπερ ἔθος τῶν ἀγαπώντων ἐστί. Καὶ γὰρ ὅπερ εἰσὶν ἐπὶ σώματος περιπλοκαὶ χειρῶν, τοῦτο ἐπὶ ψυχῆς συνουσία λόγου. Μετὰ δὲ τούτου καὶ ἕτερον αἰνίττεται. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι πάντα μετὰ παῤῥησίας ὑμῖν διαλεγόμεθα, ὡς ἀγαπητοῖς, καὶ οὐδὲν ὑποστελλόμενοι οὐδὲ ταμιευόμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ λοιπὸν μέλλει ἐπιτιμᾶν, συγγνώμην αἰτεῖ, αὐτὸ τὸ ἐπιτιμᾶν μετὰ παῤῥησίας ἀπόδειξιν ποιούμενος τοῦ σφόδρα αὐτοὺς φιλεῖν. Καὶ ἡ προσθήκη δὲ τοῦ ὀνόματος φιλίας πολλῆς καὶ διαθέσεως καὶ θερμότητος· καὶ γὰρ [533] εἰώθαμεν τῶν ἀγαπωμένων συνεχῶς γυμνὰ τὰ ὀνόματα περιστρέφειν. *Ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται.* Καθάπερ γὰρ τὸ θερμαῖνον εὐρύνειν εἴωθεν· οὕτω καὶ τῆς ἀγάπης ἔργον τὸ πλατύνειν ἐστί. Θερμὴ γάρ ἐστιν ἡ ἀρετὴ καὶ ζέουσα. Αὕτη καὶ τὸ στόμα ἀνεπέτασε Παύλου, καὶ τὴν καρδίαν ἐπλάτυνεν. Οὐδὲ γὰρ τῷ στόματι μόνον φιλῶ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὴν καρδίαν συνάδουσαν ἔχω. Διὰ τοῦτο μετὰ παῤῥησίας φθέγγομαι, ὅλῳ τῷ στόματι, ὅλῃ τῇ διανοίᾳ.

Οὐδὲν γὰρ τῆς Παύλου καρδίας πλατύτερον, ἣ τοὺς πιστοὺς ἅπαντας, καθάπερ ἄν τις ἐρώμενον, οὕτω σφοδρῶς ἠγάπα, οὐ σχιζομένης αὐτοῦ τῆς φιλίας καὶ ἀσθενεστέρας γινομένης ἀλλ' ὁλοκλήρου ἐν ἑκάστῳ μενούσης. Καὶ τί θαυμαστὸν ἐπὶ πιστῶν, που γε καὶ ἐπὶ τῶν ἀπίστων τὴν οἰκουμένην πᾶσαν δέχετο ἡ καρδία Παύλου; Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Φιλῶ ὑμᾶς, ἀλλ' ἐμφαντικώτερον, *Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγεν, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται·* πάντας ἔνδον ἔχομεν· καὶ οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς, ἀλλὰ μετ' εὐρυχωρίας πολλῆς. Ὁ γὰρ φιλούμενος, μετὰ πολλῆς ἔνδον ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ φιλοῦντος βαδίζει τῆς ἀδείας· διό φησιν, *Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.* Καὶ τὴν ἐπιτίμησιν ὅρα μετὰ φειδοῦς γινομένην· ὃ τῶν σφόδρα φιλούντων ἐστίν. Οὐκ εἶπεν, Οὐ φιλεῖτε ἡμᾶς, ἀλλ', ὃ μετὰ τοῦ αὐτοῦ μέτρου· οὐ γὰρ βούλεται αὐτῶν σφόδρα καθάψασθαι. Καὶ πανταχοῦ δὲ ἴδοι τις ἂν ὡς ἐκκαίεται τῶν πιστῶν, ἐκλέγων ἑκάστης ἐπιστολῆς αὐτοῦ τὰ ῥήματα. Ῥωμαίοις μὲν γάρ φησιν, *πυθοῦ δὲ ἰδεῖν ὑμᾶς·* καὶ, *Πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς·* καὶ, *Εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.* Γαλάταις δέ φησι, *κέκραγα μου, οὓς πάλιν ὠδίνω·* Ἐφεσίοις πάλιν, *ὑπὲρ τούτου γὰρ κάμπτω τὰ γόνατά μου ὑπὲρ ὑμῶν.* Φιλιππησίοις δὲ, *Τίς γάρ μοι ἐστὶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς;* καὶ τῇ καρδίᾳ καὶ ἐν τοῖς δεσμοῖς αὐτοὺς περιφέρειν φησί· Κολασσαεῦσι δὲ, *Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὅσοι οὐκ ἑωράκασί μου τὸ πρόσωπον ἐν σαρκί, ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν·* Θεσσαλονικεῦσι δὲ, *Ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν εὐδοκοῦμεν ὑμῖν μεταδοῦναι οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς·* Τιμοθέῳ δὲ, *Μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ·* Τίτῳ δὲ, *Τῷ ἀγαπητῷ τέκνῳ·* καὶ Φιλήμονι ὁμοίως.

β'. Καὶ Ἑβραίοις δὲ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα γράφει, καὶ οὐ παύεται παρακαλῶν, καὶ λέγων, *Ἔτι μικρὸν ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ·* καθάπερ παῖδας δυσχεραίνοντας μήτηρ. Οὕτω καὶ αὐτοῖς, *Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν,* φησίν. Οὐ λέγει δὲ μόνον ὅτι φιλεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ φιλεῖται παρ' αὐτῶν, ἵνα καὶ ταύτῃ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπισπάσηται. Καίτοι τοῖς μὲν τοῦτο μαρτυρῶν φησιν, ὅτι *Ἦλθε Τίτος ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον·* καὶ Γαλάταις, *Εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν* [534] *ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι·* καὶ Θεσσαλονικεῦσιν, *Οἵαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς·* καὶ Τιμοθέῳ δὲ, *Μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ.* Καὶ παντοχοῦ δὲ τῶν Ἐπιστολῶν εὕροι τις ἂν αὐτὸν τοῦτο μαρτυροῦντα τοῖς μαθηταῖς, καὶ ὅτι ἐφίλησε καὶ ὅτι φιλεῖται· οὐ μὴν ὁμοίως. Καὶ ἐνταῦθά φησιν, *Εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι.* Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρὸς τῷ τέλει, τέως δὲ σφοδρότερον, *Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.* Ὑμεῖς ἵνα δέχεσθε, φησὶν, ἐγὼ δὲ πόλιν ὁλόκληρον, καὶ δῆμον τοσοῦτον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ δέχεσθε ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι *Στενοχωρεῖσθε·* τὸ αὐτὸ μὲν αἰνιττόμενος, μετὰ φειδοῦς δὲ, καὶ τοῦ μὴ σφόδρα καθάψασθαι. *Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς.* Καίτοι οὐκ ἔστιν ἴσον, πρότερον ἀγαπηθῆναι, εἶτα ἀγαπῆσαι. Κἂν γὰρ τὸ ἴσον τις εἰσενέγκῃ μέτρον, ἠλάττωται τῷ δεύτερος ἐπανελθεῖν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀκριβολογοῦμαι, φησὶ, κἂν παρ' ἐμοῦ λαβόντες τὰς ἀρχὰς τὸ αὐτὸ μέτρον ἐπιδείξησθε, ἀγαπῶ καὶ στέργω. Εἶτα ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ ὅτι κολακείας ἐκτὸς τὰ εἰρημένα, *Ὡς τέκνοις λέγω,* φησί. Τί ἐστιν, *Ὡς τέκνοις;* Οὐδὲν μέγα αἰτῶ, εἰ πατὴρ ὢν βούλομαι φιλεῖσθαι παρ' ὑμῶν.

Καὶ ὅρα σύνεσιν καὶ μετριοφροσύνην. Οὐ τίθησιν ἐνταῦθα τοὺς κινδύνους τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τοὺς πόνους καὶ τοὺς θανάτους, καίτοι πολλὰ ἔχων εἰπεῖν· οὕτως ἐστὶν ἄτυφος· ἀλλὰ τὸ φιλεῖν· καὶ διὰ τοῦτο ἀξιοῖ φιλεῖσθαι, Ὅτι πατὴρ ὑμῶν ἐγενόμην, φησὶν, ὅτι σφόδρα ὑμῶν περικαίομαι· ὃ μάλιστα προσίσταται [a] τῷ φιλουμένῳ πολλάκις, ὅταν τις αὐτῷ τὰς εὐεργεσίας προσφέρῃ· δοκεῖ γὰρ ὀνειδίζειν. Διὸ οὐ ποιεῖ τοῦτο Παῦλος, ἀλλ', Ὡς τέκνα πατέρα ἀγαπήσατε, φησὶν· ὃ τῆς φύσεως μᾶλλόν ἐστι, καὶ ὀφειλόμενον ἑκάστῳ πατρί. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ δι' ἑαυτὸν ταῦτα λέγειν, δείκνυσιν ὅτι διὰ τὸ ἐκείνων κέρδος καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἐπισπᾶται φιλίαν· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις.* Καὶ

[a] Sic omnino legendum ut suspicatus est Savilius et interpres Latinus legit, qui vertit *offendit*, quo sensu hoc verbum apud Chrysostomum passim usurpatur. Editi, male, προίσταται.

Digitized by Google

οὐκ εἶπε, Μὴ ἀναμίγνυσθε ἀπίστοις, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτῶν καθαπτόμενος ἅτε ἀδικούντων τὸ δίκαιον, Μὴ ἐκκλίνητε ἑαυτούς, φησί. *Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ;* Ἐνταῦθα λοιπὸν σύγκρισιν ποιεῖται οὐχὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγάπης, καὶ τῆς ἐκείνων τῶν διαφθειρόντων αὐτούς, ἀλλὰ τῆς αὐτῶν εὐγενείας, καὶ τῆς ἐκείνων ἀτιμίας· οὕτω γὰρ καὶ σεμνότερος ὁ λόγος γέγονε, καὶ αὐτῷ πρεπωδέστερος, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπεσπᾶτο. Ὡς ἂν εἴ τις παιδὶ τῶν γεγεννηκότων ὑπερορωντι καὶ μιαροῖς ἑαυτὸν ἐκδιδόντι λέγοι, Τί ποιεῖς, ὦ παιδίον; [533] τοῦ μὲν πατρὸς καταφρονεῖς, προτιμᾷς δὲ τοὺς μιαροὺς ἄνδρας, καὶ μυρίας γέμοντα; κακίας; οὐκ οἶσθα πόσον αὐτῶν βελτίων εἶ καὶ σεμνότερος ; Οὕτω γὰρ μᾶλλον αὐτὸν ὀφίστησι τῆς ἐκείνων συνουσίας, ἢ εἰ τὸν πατέρα θαυμάζοι. Ἂν μὲν γὰρ λέγῃ, Οὐκ οἶσθα πόσον ἐστὶν ὁ πατήρ σου βελτίων ἐκείνων ; οὐδὲν τοσοῦτον ἐργάσεται· ἂν δὲ τὸν πατέρα ἀφεὶς, αὐτὸν αὐτῶν προκρίνῃ, λέγων, Οὐκ οἶσθα τίς μὲν σὺ, τίνες δὲ ἐκεῖνοι; οὐκ ἐννοεῖς σου τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀτιμίαν τὴν ἐκείνων; τίς γὰρ κοινωνία σοι κἀκείνοις; τοῖς κλέπταις, τοῖς μοιχοῖς, τοῖς γόησι ; ταχέως αὐτὸν τοῖς ἐγκωμίοις τοῖς αὐτοῦ πτερώσας, ἀπορραγῆναι ἐκείνων παρασκευάσει. Τὸν μὲν γὰρ πρότερον οὐ σφόδρα δέξεται λόγον, ὅτι κατηγορία αὐτοῦ ἐστιν ἡ προτίμησις τοῦ πατρὸς, ὅταν μὴ μόνον πατέρα φαίνηται λυπῶν, ἀλλὰ καὶ πατέρα τοιοῦτον· ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι οὐδὲν τοιοῦτον πείσεται. Οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο μὴ ἐγκωμιάζεσθαι· καὶ δι' αὐτοῦ δὴ, μετὰ τῶν ἐπαίνων τοῦ ἀκούοντος, ὁ ἔλεγχος γίνεται εὐπαράδεκτος. Χαλᾶται γὰρ ὁ ἀκροατὴς, καὶ φρονήματος πληροῦται μεγάλου, καὶ διαπτύει τὴν ἐκείνων συνουσίαν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον αὐτοῦ ἐστι τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὕτω προήγαγε τὴν σύγκρισιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἕτερόν τι μεῖζον ἐπενόησε, καὶ ἐκπληκτικώτερον· πρῶτον μὲν κατ' ἐρώτησιν προαγαγὼν [a] τὸν λόγον, ὅπερ τῶν σαφῶν καὶ ὁμολογουμένων ἐστίν· ἔπειτα δὲ πλατύνων τῇ πυκνότητι καὶ τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων. Οὐ γὰρ ἓν καὶ δύο καὶ τρία, ἀλλὰ πλείονα πρὸς τούτοις ἀντὶ τῶν προσώπων τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων τίθησι, καὶ ἄκραν ἐνταῦθα ἀρετὴν, καὶ ἰσχάτην ἐκεῖ κακίαν ὑπογράφει· καὶ πολὺ τὸ μέσον καὶ ἄπειρον δείκνυσιν, ὡς μηδὲ δεηθῆναι κατασκευῆς. *Τίς γὰρ*, φησὶ, *μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; ἢ τίς συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων;*

γ'. Εἶδες πῶς γυμνὰ τὰ ὀνόματα τίθησι, καὶ ἀρκοῦντα αὐτῷ πρὸς ἀποτροπήν; Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Παρανομία, ὃ πλέον ἦν [b], οὐδὲ εἶπε, Τοῖς τοῦ φωτὸς, καὶ τοῖς τοῦ σκότους· ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἐναντία τίθησι, τὰ ἀπαράδεκτα τῶν ἐναντίων, φῶς καὶ σκότος. Οὐδὲ εἶπε, Τοῖς τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῖς τοῦ διαβόλου, ἀλλ' ὃ πολλῷ πλέον ἀφειστήκει, *Χριστῷ καὶ Βελίαρ*· τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ τὸν ἀποστάτην καλέσας; οὕτως. *Ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;* Ἐνταῦθα λοιπὸν, ἵνα μὴ δόξῃ κακίας ἁπλῶς κατηγορίαν, καὶ ἀρετῆς ἐναμμιον διεξιέναι, μέμνηται καὶ προσώπων ἀδιορίστως. Καὶ οὐκ εἶπε κοινωνίαν, ἀλλὰ τὰ ἔπαθλα τίθεται, μερίδα εἰπών. *Τίς συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὔτε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἔχει τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· (*Τίς γὰρ συμφωνία Χριστῷ πρὸς* [534] *Βελίαρ;*) οὔτε τὰ πράγματα· *Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;* Οὐκοῦν οὐδὲ ἡμᾶς δεῖ. Καὶ πρῶτον τίθησι τὸν βασιλέα, καὶ δεύτερον αὐτοὺς, τούτῳ μάλιστα αὐτοὺς ἀποσχίζων. Εἶτα εἰπὼν, *Ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων*, καὶ ἀποφηνάμενος, ὅτι *Ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ζῶντος*, ἀναγκαίως καὶ τὴν μαρτυρίαν ἐπάγει, δεικνὺς ὅτι οὐ κολακεία τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Ὁ γὰρ ἐγκωμιάζων, ἂν μὴ καὶ ἀπόδειξιν παρέχηται, δοκεῖ κολακεύειν. Τίς οὖν ἡ μαρτυρία; *Ἐνοικήσω γὰρ ἐν αὐτοῖς*, φησὶ, *καὶ ἐμπεριπατήσω.* Ἐνοικήσω ἐν ναοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· τὴν πλείονα πρὸς αὐτοὺς σχέσιν δηλῶν. *Καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν.* Τί, φησί; Θεὸν φέρεις ἐν σεαυτῷ, καὶ πρὸς ἐκείνους τρέχεις; Θεὸν τὸν οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς αὐτούς, καὶ ποῦ ταῦτα ἄξια συγγνώμης; ἐννόησον τίς ἐμπεριπατεῖ σοι, τίς ἐνοικεῖ. *Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, λέγει Κύριος.* Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ πράττετε ἀκάθαρτα· ἀλλὰ πλείονα ἀκρίβειαν ζητῶν, Μηδὲ ἅπτεσθε, φησὶ, μηδὲ ἐγγὺς γίνεσθε. Τί δέ ἐστι μολυσμὸς σαρκός; Μοιχεία, πορνεία, ἀσέλγεια πᾶσα. Τί δὲ ψυχῆς; Ἀκάθαρτοι λογισμοὶ ὡς τὸ ἐμβλέψαι ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς, μνησικακίαι, δόλοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Βούλεται τοίνυν ἑκατέρωθεν εἶναι καθαρούς. Εἶδες τὸ ἔπαθλον ὅσον; Τὸ ἀπαλλαγῆναι τῶν πονηρῶν, τὸ ἐνωθῆναι Θεῷ. Ἄκουε καὶ τῶν ἐξῆς· *Καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος.* Εἶδες ἄνωθεν τὴν παροῦσαν εὐγένειαν τὸν προφήτην προαναφωνοῦντα, τὴν διὰ τῆς χάριτος ἀναγέννησιν; *Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοί.* Ποίας; Τὸ ναοὺς Θεοῦ εἶναι, τὸ υἱοὺς καὶ θυγατέρας, τὸ ἐνοικον αὐτὸν ἔχειν καὶ ἐμπεριπατοῦντα, τὸ λαὸν αὐτοῦ γίνεσθαι, τὸ τὸν Θεὸν αὐτὸν καὶ πατέρα κεκτῆσθαι. *Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος.* Μήτε ἀκαθάρτων ἀπτώμεθα· τοῦτο γὰρ σαρκὸς μολυσμός· μήτε τῶν τὴν ψυχὴν μολυνόντων· οὗτος γὰρ πνεύματος. Καὶ οὐκ ἀρκεῖται τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπάγει, *Ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ.* Οὐ γὰρ τὸ μὴ ἀκαθάρτου ἅπτεσθαι καὶ καθαρὸν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου τινὸς ἡμῖν δεῖ ὥστε γενέσθαι ἡμᾶς ἁγίους, σπουδῆς, προσοχῆς, εὐλαβείας. Καὶ καλῶς εἶπε, *Ἐν φόβῳ Θεοῦ.* Ἔστι γὰρ ἐπιλεῖν σωφροσύνην, οὐκ ἐν φόβῳ Θεοῦ, ἀλλὰ διὰ κενοδοξίαν. Μετὰ δὲ τούτου καὶ ἕτερον αἰνίττεται εἰπών, *Ἐν φόβῳ Θεοῦ*, τὸν τρόπον, καθ' ὃν ἂν ἀνυσθείη ἡ ἁγιωσύνη. Εἰ γὰρ καὶ τυραννικὸν ἡ ἐπιθυμία, ἀλλ', ἂν ἐπιτειχίσῃς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, κατέλυσας τὴν

[a] *Legebatur* προσαγαγών.

[b] Corrigendum videtur, παρανομία, ἀλλ', ὃ πλέον ἦν, ἀνομία.

Digitized by Google

jungit, 14. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Non dixit, Nolite commisceri cum infidelibus, sed vehementius eos perstringens, utpote jus violantes, Ne deflectatis vosipsos, inquit. *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate?* Hic jam non sui amoris, et eorum qui Corinthios corrumpebant, comparationem affert, sed Corinthiorum nobilitatem cum illorum ignominia comparat : sic enim et plus gravitatis oratio contrahebat, et ipsius personæ magis conveniebat, et denique Corinthios conjunctiores ipsi reddebat. Quemadmodum si quis filio parentes aspernanti ac deleratis totum se tradenti dicat, Quid facis, o puelle? patrem contemnis, eique scelestos homines at innumeris vitiis coopertos anteponis? an te fugit, tantum illos probitate ac nobilitate superes? Hac itaque ratione ipsum magis ab eorum societate abstinet, quam si paternas laudes prædicaret. Etenim ita loquatur, An nescis quanto illis melior sit pater tuus? non tantum efficiet : sin autem omisso patre cum illis præferat, dicens : An ignoras quis tu sis, quinam illi? non in mentem venit tua nobilitas atque ingenuitas, et illorum ignominia? ecquid enim est commercii est cum furibus illis, cum adulteris, cum præstigiatoribus? confestim eum ejusmodi laude, quam pennis erectum eo adducet, ut ab illorum societate se abducat. Nam priorem orationem non ita facile excipiet, quia hoc ipso, quod pater illi anteponitur, reprehenditur ipse, ut qui non modo patri honori sit, sed etiam ejusmodi patri : hic autem nihil ejusmodi ipsi accidet. Neque enim ullus est qui laudari nolit : quin etiam illi una cum laude audienti accepta est reprehensio; cedit enim ille monenti, animoque magnos concipit, penitusque eorum societatem respuit. Enimvero non hoc solum mirandum est, quod Paulus talem comparationem invexerit, sed quod eos etiam aliquid excogitarit, atque ad incutiendum terrorem accommodatius. Primum videlicet, quod per interrogationem sermonem inducit, id quod perspicuis et certissimis rebus fieri consuevit : deinde quia per nominum multitudinem eum dilatat et amplificat. Non enim unum aut duo aut tria, sed plura ponit personarum loco rerum nomina, atque ita summam virtutem, illic extremum vitium designat; ac multum, imo infinitum inter utrumque discrimen esse ostendit, ut nec probatione res indigeat. *Quæ enim,* inquit, *participatio est justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras?* 15. *quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?* 16. *qui autem consensus templo Dei cum idolis?*

Vides quo pacto nuda nomina ponit, quæ satis ad eos ab hujusmodi rebus avertendos? Non dixit, Prævaricationi, quod plus erat quam iniquitas; nec dixit, Iis qui sunt lucis, et iis qui sunt tenebrarum, sed res ipsas inter se contrarias ponit, quæ, ut quæ sibi contraria sunt nullo modo adhærere queant, nempe lucem ac tenebras. Nec dixit, Quinam sunt Christi, et iis qui sunt diaboli; verum, multo remotius erat, *Christo et Belial;* Hebraica voce apostatam illum ita appellans. *Aut quæ pars fideli cum infideli?* Hic jam, ne vitii tantum insectationem ac virtutis commendationem prosequi videatur, personarum quoque indefinite meminit. Nec dixit, Quæ societas? sed, *Quæ pars?* Hoc est, præmium ac merces. *Quis consensus templo Dei cum idolis? vos enim estis templum Dei vivi.* Horum verborum hic sensus est : Quemadmodum Rex vester nihil cum diabolo commune habet; (*Quæ enim concordia Christo cum Belial?*) ita nec res ipsæ inter se commercium ullum habent : *Quæ* enim *communicatio luci cum tenebris?* Proinde nec vobis ullum cum istis commercium esse debet. Ac priore loco Regem ponit, secundo ipsos; hac ratione magis illos abscindens. Tum autem, postquam dixit, *Templo Dei cum idolis,* atque eos Dei vivi templum esse pronuntiavit, necessario jam testimonium quoque subjungit, ostendens se assentatione minime uti. Nam qui aliquem laudat, nisi probationem quoque afferat, adulari videtur. Quodnam ergo est hoc testimonium? *Quoniam inhabitabo in illis et inambulabo.* Inhabitabo in templis et spatiabor; uberiorem videlicet erga eos affectum indicans. *Et erunt mihi in populum, et ero illorum Deus.* Quid ais? inquit; Deum in teipso gestas, et ad illos curris? Deum, inquam, cui cum illis nihil commune est? hæccine venia digna sunt? animadverte quis in te inambulet, quis inhabitet. 17. *Propter quod exite de medio eorum et separamini, et immundum ne tetigeritis :* 18. *et ego recipiam vos, dicit Dominus.* Non dixit, Immunda ne faciatis, sed accurationem majorem requirens, Ne attingatis, inquit, nec appropinquetis. Quid autem est carnis immunditia? Adulterium, stuprum, impudicitia? Quid autem animæ? Impuræ cogitationes, libidinosus aspectus, injuriarum memoria, fraudes et cætera hujusmodi. Vult itaque nos utrimque puros esse. Videsne quantum hinc præmii exsistat? Nimirum ab improbis separari, ac cum Deo conjungi. Audi quæ sequuntur : *Et ego ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus.* Videsne ut propheta præsentem nobilitatem, hoc est regenerationem per gratiam, longe ante prædicat. (*Cap.* 7.) 1. *Has ergo promissiones habentes, carissimi.* Quas? Quod templa, quod Dei filii ac filiæ simus, quod hospitem ipsum et in nobis deambulantem habeamus, quod populus ipsius efficiamur, quod Deum ipsum ac patrem possideamus. *Emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus.* Ne impura contrectemus; hoc enim carnis inquinamentum est; nec ea quæ animam contaminant; hæc quippe est spiritus impuritas. At ne hoc quidem contentus, subjungit, *Perficientes sanctificationem in timore Dei.* Non enim puri efficimur, si nihil impuri attingamus; sed ad hoc ut sancti simus, aliud præterea requiritur, nempe studium, attentio, pietas. Pulchre addidit, *In timore Dei.* Fieri enim potest, ut quis pudicitiam præstet, non tamen id Dei metu faciat, sed ex inanis gloriæ studio. Postea aliud per hæc verba, *In timore Dei,* subindicat, modum videlicet, quo sanctitas perficiatur. Nam etsi cupiditatis magna vis tyrannis est, ta-

Digitized by Google

men, si Dei timore animum obseptum habeas, ipsius furorem infringes. Per sanctificationem hoc loco non pudicitiam dumtaxat intelligit, sed ab omni peccato liberationem : sanctus enim est, qui puritate præditus est. Purus autem tum demum effici quispiam poterit, si non solum scortatione vacet, sed etiam avaritia, livore, arrogantia, inani gloria : ac potissimum hac postrema, quæ in omnibus rebus fugienda, maximeque in eleemosyna ; nam eleemosyna non fuerit, si hoc morbo laboret, sed ostentatio et crudelitas.

Eleemosyna ostentatione careat oportet. — Nam cum ad largiendum non miseratione, sed beneficii evulgandi studio duceris, non modo id eleemosyna non est, sed etiam contumelia : fratrem quippe traduxisti. Proinde non pecunias tantummodo dare eleemosyna est, sed ex commiseratione dare. Quandoquidem ii, qui in theatris spectant, tum cinædis largiuntur tum aliis qui in scena versantur, nec tamen ea res eleemosyna est; et qui cum scortis congrediuntur, dant quidem item, nec tamen humanitas id dici potest, sed contumelia. Huic porro non dissimilis est qui gloriæ cupiditate laborat. Sicut enim ille, cum meretrici stuprum intulit, contumeliæ mercedem ipsi persolvit : ita tu quoque ab eo exigis, qui contumeliam accepit, tibique simul atque illi sinistræ famæ notam inuris ac præterea majori, quam dici queat, detrimento teipsum afficis. Ut enim bellua quædam, aut canis rabidus insiliens : ita flagitiosus hic morbus atque hæc inhumanitas bona nostra nobis eripit : inhumanitas quippe ac sævitia est hæc res ; imo etiam scelus ea gravius. Nam qui crudelis est, egenti quidem nihil impertit ; at tu pejus eo facis : iis enim, qui dare volunt impedimento es. Nam cum munus tuum jactas atque in vulgus effers, simul et accipientis famam deles, et cum qui dare parat, si ignavi animi fuerit, reprimis. Neque enim jam ei daturus est, ut qui jam acceperit nec perinde egeat, sed illum sæpe insectabitur, si postquam acceperit accedat, et impudentem habebit.

4. *Contra eleemosynam ex ostentatione factam. Pauperes feliciores sunt divitibus in rebus ad salutem pertinentibus.*—Ecqua ergo eleemosyna hæc est, cum et teipsum et eum qui accipit dedecore afficis, et duplici quoque nomine eum, qui hoc edixit : quia eo eleemosynæ tuæ spectatore non contentus, oculos quoque conservorum præter eum requiris, et quia legem ab eo institutam, qua id prohibetur, violas? Volebam alia quoque persequi, velut jejunium et precationem, ac quantam illic quoque inanis gloriæ studium perniciem afferat, demonstrare; verum in mentem mihi venit, me sermonem quemdam necessarium superiore disputatione non absolvisse. Et quis tandem hic sermo erat? Dicebam scilicet, quod pauperes etiam in rebus temporariis meliori conditione sint, quam divites, cum de sanitate ac lætitia verba facerem : atque id aperte demonstrabatur. Age itaque hodie hoc planum faciamus, eos non in sæcularibus modo, sed in sublimioribus quoque rebus superiores partes ferre. Utra enim ad cælorum regnum inducit, opulentia an paupertas? Ab ipso cælorum Domino audiamus : de illis enim ait, facilius esse camelum introire per foramen acus, quam divitem in regnum cælorum ; de pauperibus autem contra omnino : *Si* enim *vis*, inquit, *perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me, et habebis thesaurum in cœlis* (*Matth.* 19. 24. 21). Quod si placet, alia quoque ratione id, quod a nobis dictum est, consideremus. *Arcta*, inquit, *et angusta est via, quæ ducit ad vitam* (*Matth.* 7. 14). Uter ergo per arctam viam iter facit, isne qui in deliciis, an qui in egestate degit? isne qui solus est, an qui infinitas sarcinas gestat? qui mollis est ac dissolutus, an qui curis ac sollicitudinibus afficitur? Verum quid verbis opus est, cum ad personas ipsas venire liceat? Pauper erat Lazarus, et valde pauper; dives contra is, qui in foribus jacentem præteribat : uter in regnum cælorum ingressus est, atque Abrahæ sinu deliciatur? uter rursus in flammis excruciatur, ac ne stillam quidem aquæ consequi potest? At etiam pauperes plerique perituri sunt, inquis : ac contra divites multi arcanis illis bonis fruentur. Imo contra cernere est, paucos quidem divites, pauperes autem multo plures ad salutem pervenire. Ac velim diligenter consideres hinc opum impedimenta, hinc paupertatis vitia. Quamquam nec opum nec paupertatis hæc vitia sunt, sed utrumque eorum, qui his præditi sunt : sed tamen utrum e duobus telum firmius muniat, videamus. Quodnam vitium paupertas habere videtur? Mendacium. Quodnam rursus divitiæ? Superbiam, malorum omnium matrem, quæ etiam diabolum ut diabolus esset, cum prius talis minime esset, effecit. Rursus malorum omnium radix est avaritia (1. *Tim.* 6. 10) : uter itaque huic radici vicinior est, divesne an pauper? Dives proculdubio : quo enim quis pluribus opibus undique cinctus est, eo plures expetit. Ad hæc inanis gloriæ studium sexcentas virtutes labefactat : at non procul item ab hac sedes habet dives. Quid autem, inquit, pauperis incommoda non affers, afflictionem videlicet atque angustiam? At hæc illi cum divite sunt communia : imo etiam majore ex parte hujus sunt, quam illius. Ita fit, ut quæ paupertatis mala esse videntur, utriusque communia sint; quæ autem divitiarum, ea divitem solum vexent. Quid vero, inquies, cum pauper ob rerum necessariarum penuriam multa scelera perpetrat? At nullus pauper tot scelera ob egestatem admittit, quot divites ob amplas et uberes opes admittunt, et ne quæ domi congesta habent amittant. Neque enim pauper necessaria perinde expetit, ut dives supervacanea ; nec rursus tantam ad improbitatem exercendam viam ac facultatem habet, quantam ille. Proinde si et vult magis et plus potest, liquet profecto quod plura quoque designabit. Neque enim pauper famem ita reformidat, ut dives metu contremiscit ac pene exanimatur, ne bona ei sua pereant, et discruciatur se nondum omnia omnium bona accepisse. Proinde cum et inani gloriæ et superbiæ et avaritiæ, quæ malorum omnium radix est, propinquior sit; quam tandem salutis spem

Digitized by Google

αὐτῆς μανίαν. Ἀγιωσύνην δὲ ἐνταῦθα οὐχὶ σωφροσύνην μόνον λέγει, ἀλλὰ τὴν πάσης ἁμαρτίας ἀπαλλαγήν· ἅγιος γάρ ἐστιν ὁ καθαρός. Καθαρὸς δὲ ἂν τις γένοιτο, οὐχὶ εἰ πορνείας ἀπαλλαγείη μόνον, ἀλλὰ καὶ πλεονεξίας καὶ βασκανίας καὶ ἀπονοίας καὶ κενοδοξίας· καὶ μάλιστα κενοδοξίας, ἣν πανταχοῦ μὲν φυγεῖν δεῖ, πολλῷ δὲ πλέον [535] ἐπὶ ἐλεημοσύνης· ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἴη ἐλεημοσύνη, εἰ τοῦτο ἔχει τὸ νόσημα, ἀλλ' ἐπίδειξις καὶ ὠμότης.

Ὅταν γὰρ μὴ ἐλεῶν, ἀλλ' ἐκπομπεύων ποιῇς, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἐλεημοσύνη τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ὕβρις· παρεδειγμάτισας γὰρ τὸν ἀδελφόν. Οὐκ ἄρα τὸ διδόναι χρήματα, ἀλλὰ τὸ ἐλεοῦντα διδόναι, ἐλεημοσύνη. Ἐπεὶ καὶ οἱ ἐν τοῖς θεάτροις διδόασι καὶ παισὶ πορνευομένοις, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἀλλ' οὐκ ἐλεημοσύνη τὸ τοιοῦτον· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ὑβρίζοντες εἰς τὸ σῶμα τῶν πορνευομένων γυναικῶν διδόασιν, ἀλλ' οὐ φιλανθρωπία τοῦτο, ἀλλὰ παροινία. Οὕτω καὶ ὁ κενόδοξος ἔοικε. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ὑβρίζων εἰς τὸ σῶμα τῆς πόρνης, μισθὸν αὐτῇ δίδωσι τῆς ὕβρεως· οὕτω καὶ σὺ μισθὸν ἀπαιτεῖς τὸν λαμβάνοντα τὴν ὕβριν, καὶ τὸ πονηρᾷ δόξῃ περιβαλεῖν καὶ σαυτὸν κἀκεῖνον. Καὶ μετὰ τούτων ἡ ζημία φατος. Καθάπερ γὰρ θηρίον, καὶ κύων μαινόμενος τιπηδῶν, οὕτως ἡμῶν ἁρπάζει τὰ ἀγαθὰ τὸ πονηρὸν τοῦτο νόσημα, καὶ ἡ ἀπανθρωπία αὕτη· καὶ γὰρ πανθρωπία καὶ ὠμότης τὸ τοιοῦτόν ἐστι· μᾶλλον δὲ ει τούτου χαλεπώτερον. Ὁ μὲν γὰρ ὠμὸς οὐκ ἂν ίη τῷ δεομένῳ· σὺ δὲ τούτου πλέον ποιεῖς· τοὺς υλομένους δοῦναι κωλύεις. Ὅταν γὰρ ἐκπομπεύῃς ν δόσιν, καὶ τὴν δόξαν καθελεῖς τοῦ λαβόντος, καὶ ν μέλλοντα παρέχειν ἀνεχαίτισας, ἂν ῥᾴθυμος ᾖ. δὲ γὰρ δώσει λοιπόν, ὡς εἰληφότι καὶ οὐχ οὕτω μένῳ, ἀλλὰ καὶ καταγνώσεται πολλάκις, ἂν προσῶν αἰτήσῃ μετὰ τὸ λαβεῖν, καὶ ἀναίσχυντον ήσεται.

Ζ'. Ποία οὖν ἐλεημοσύνη τοῦτο, ὅταν καὶ σαυτὸν αισχύνῃς, καὶ τὸν εἰληφότα, καὶ τὸν ἐπιτάξαντα λῇ, ὅτι τε αὐτὸν θεατὴν ἔχων τῆς ἐλεημοσύνης, ζητεῖς τοὺς τῶν συνδούλων ὀφθαλμοὺς μετ' ἐκεῖ, καὶ ὅτι τὸν νόμον τὸν ταῦτα ἀπαγορεύοντα, κεῖον ὑπ' αὐτοῦ, παραβαίνεις; Ἐβουλόμην καὶ τοῖς οις ἐπεξελθεῖν, καὶ νηστείᾳ καὶ εὐχῇ, καὶ δεῖξαι καὶ ἐκεῖ λυμαίνεται· ἡ κενοδοξία· ἀλλ' ἀνεμνήν, ὅτι λόγον τινὰ οὐκ ἤνυσα ἀναγκαῖον, ἐν τῇ πρὸ της διαλέξει. Τίς δὲ ὁ λόγος ἦν; Ἔλεγον ὅτι οἱ ητες τῶν πλουτούντων πλεονεκτοῦσιν ἐν τοῖς βιωεῖς, ὅτι περὶ ὑγείας καὶ ἡδονῆς διελεγόμην· καὶ ὡς τοῦτο ἐδείκνυτο. Φέρε οὖν σήμερον αὐτὸ δείεν, ὅτι οὐκ ἐν τοῖς βιωτικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνωτέρω παρὰ τούτοις τὸ πλέον ἐστί. Τί γὰρ βασιλείαν εἰσάγει, πλοῦτος ἢ πενία; Ἀκούσωμεν οῦ τοῦ τῶν οὐρανῶν Δεσπότου λέγοντος, περὶ ἐκείνων, ὅτι Εὐκοπώτερον κάμηλον εἰσελθεῖν διὰ τήματος ῥαφίδος, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν οὐρανῶν· περὶ δὲ πενήτων τοὐναντίον. *Εἰ γὰρ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς.* Εἰ δὲ βούλεσθε, ἑκατέρωθεν ἴδωμεν τὸ εἰρημένον [536]. *Στενὴ, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς*, φησὶν, *ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν.* Τίς οὖν βαδίζει τὴν στενὴν, ὁ ἐν τρυφῇ, ἢ ὁ ἐν πτωχείᾳ; ὁ μόνος, ἢ ὁ μυρία βαστάζων φορτία; ὁ χαῦνος καὶ διαλελυμένος, ἢ ὁ φροντίζων καὶ μεμεριμνημένος; Ἀλλὰ τίς χρεία τῶν λογισμῶν, δέον ἐπ' αὐτὰ τὰ πρόσωπα ἐλθεῖν; Πένης ὁ Λάζαρος ἦν, καὶ σφόδρα πένης· πλούσιος δὲ ὁ παρατρέχων ἐν τῷ πυλῶνι κείμενον τοῦτον· τίς οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὴν βασιλείαν, καὶ τοῖς κόλποις ἐνετρύφα τοῦ Ἀβραάμ; τίς δὲ ἀπετηγανίζετο, καὶ οὐδὲ σταγόνος ἦν κύριος; Ἀλλὰ καὶ πένητες ἀπολοῦνται πολλοὶ, φησὶ, καὶ πλούσιοι τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀπολαύσονται ἀγαθῶν. Τοὐναντίον μὲν οὖν ἔστιν ἰδεῖν, πλουσίους μὲν ὀλίγους, τῶν δὲ πενήτων πολλῷ πλείους σωζομένους. Σκόπει δὲ ἀκριβῶς ἐξετάζων τὰ τοῦ πλούτου κωλύματα, καὶ τὰ τῆς πενίας ἐλαττώματα· μᾶλλον δὲ οὔτε τοῦ πλούτου οὔτε τῆς πενίας, ἀλλ' ἑκάτερα τῶν κεκτημένων ἐστί· πλὴν ἀλλὰ ποῖον εὐκολώτερον ὄπλον ἴδωμεν. Τί οὖν ἡ πενία ἐλάττωμα ἔχειν δοκεῖ; Ψεῦδος. Τί δὲ ὁ πλοῦτος; Ὑπερηφανίαν, τὴν μητέρα τῶν κακῶν, ἣ καὶ τὸν διάβολον ἐποίησεν εἶναι διάβολον, οὐκ ὄντα τοιοῦτον ἔμπροσθεν. Πάλιν, ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία· τίς οὖν ἔστηκε τῆς ῥίζης ταύτης πλησίον, ὁ πλούσιος, ἢ ὁ πένης; οὐκ εὔδηλον ὅτι ὁ πλούσιος; Ὅσῳ γὰρ ἄν τις πλείονα περιβαλῆται, τοσούτῳ πλειόνων ἐρᾷ. Κενοδοξία πάλιν τὰ μυρία λυμαίνεται κατορθώματα· ἀλλὰ καὶ ταύτης πάλιν ἐγγὺς ὁ πλουτῶν ἐσκήνωται. Τὰ δὲ τοῦ πένητος, φησὶν, οὐ τιθεῖς, τὴν θλῖψιν, τὴν στενοχωρίαν; Ἀλλὰ τοῦτο καὶ τοῦ πλουτοῦντος κοινὸν, καὶ τούτου μᾶλλον ἢ τοῦ πένητος· ὥστε ἃ μὲν τῆς πενίας δοκεῖ εἶναι κακὰ, κοινὰ ἑκατέρων ἐστὶν, ἃ δὲ τοῦ πλούτου, μόνα ἐκείνου. Τί δὲ, φησὶν, ὅταν διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀπορίαν πολλὰ δεινὰ ὁ πένης ἐργάζηται; Ἀλλ' οὐδεὶς πένης, οὐδεὶς τοσαῦτα ἐργάζεται δεινὰ δι' ἔνδειαν, ὅσα οἱ πλουτοῦντες διὰ τὸ πλείονα περιβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἔνδον μὴ ἀπολλύναι. Οὐ γὰρ οὕτω πένης ἐφίεται τῶν ἀναγκαίων, ὡς τῶν περιττῶν ὁ πλουτῶν· οὐδ' αὖ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὸ χρήσασθαι τῇ πονηρίᾳ, ὅσην δύναμιν οὗτος. Εἰ τοίνυν καὶ βούλεται μᾶλλον καὶ δύναται, εὔδηλον ὅτι μᾶλλον καὶ πλείονα ἐργάσεται. Οὐδὲ γὰρ οὕτω δέδοικεν ὁ πένης ὑπὲρ λιμοῦ, ὡς ὁ πλούσιος ὑπὲρ τῆς ἀπωλείας τῶν ὄντων τρέμει καὶ ἄγχεται, καὶ ὑπὲρ τοῦ μηδέπω τὰ πάντων λαβεῖν. Ὅταν οὖν καὶ κενοδοξίας ἐστήκῃ πλησίον καὶ ὑπερηφανίας καὶ φιλαργυρίας τῆς ῥίζης τῶν κακῶν ἁπάντων· ποίαν ἕξει σωτηρίας ἐλπίδα, ἂν μὴ πολλὴν ἐπιδείξηται φιλοσοφίαν, πῶς δὲ βαδιεῖται τὴν στενὴν ὁδόν; Μὴ τοίνυν τὰς τῶν πολλῶν δόξας περιφέρωμεν, ἀλλὰ τὰ πράγματα ἐξετάζωμεν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ὑπὲρ μὲν χρημάτων μὴ ἑτέροις πιστεύειν, ἀλλ' ἀριθμῷ καὶ ψήφῳ τοῦτο ἐπιτρέπειν· ὑπὲρ δὲ πραγμάτων ψηφιζομένους, ἁπλῶς ταῖς ἑτέρων παρασύρεσθαι δόξαις, [537] καὶ ταῦτα ἀκριβῆ ζυγὸν ἁπάντων ἔχον-

Savil. in marg., μαίνεται, quæ lectio etiam forte quapposset.

Digitized by Google

τας καὶ γνώμονα καὶ κανόνα, τῶν θείων νόμων τὴν ἀπόφασιν; Διὸ παρακαλῶ καὶ δέομαι πάντων ὑμῶν, ἀφέντες τί τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι δοκεῖ περὶ τούτων, παρὰ τῶν Γραφῶν ταῦτα ἅπαντα πυνθάνεσθε, καὶ τὴν ἀληθῆ πλοῦτον μαθόντες, τοῦτον διώκωμεν, ἵνα καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα γάρ, ὡς καὶ προεῖπον, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν.

α'. Πάλιν τὸν περὶ ἀγάπης κινεῖ λόγον, συστέλλων τὸ τραχὺ τῆς ἐπιτιμήσεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἤλεγξε καὶ ἐπέπληξεν, ὡς φιλουμένοις μὲν, οὐχ ὁμοίως δὲ φιλοῦσιν, ἀλλ' ἀπορρηγνυμένοις τῆς ἀγάπης τῆς αὐτοῦ καὶ ἑτέροις φθόροις ἀναμιγνυμένοις, πάλιν λεαίνει τὸ σφοδρὸν τῆς ἐπιτιμήσεως λέγων, *Χωρήσατε ἡμᾶς*, τουτέστι, Φιλήσατε ἡμᾶς, καὶ χάριν αἰτεῖ λαβεῖν ἀνεπαχθῆ, καὶ τοῖς παρέχουσι πρὸς τῶν λαμβανόντων λυσιτελῆ. Καὶ οὐκ εἶπε, Φιλῆσατε, ἀλλ' ἐλεεινότερον, *Χωρήσατε*. Τίς ἡμᾶς ἀπήλασε, φησί; τίς ἐξέβαλε τῆς διανοίας τῆς ὑμετέρας; πόθεν στενοχωρούμεθα ἐν ὑμῖν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, *Στενοχωρεῖσθε ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν*· ἐνταῦθα αὐτὸ σαφέστερον δηλῶν ἔλεγε, *Χωρήσατε ἡμᾶς*, καὶ ταύτῃ πάλιν αὐτοὺς ἐφελκόμενος. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ φιλίαν, ὡς τὸ μαθεῖν τὸν φιλούμενον ὅτι σφόδρα αὐτοῦ ἐφίεται τῆς ἀγάπης ὁ φιλῶν. *Οὐδένα ἠδικήσαμεν*. Ὅρα πῶς πάλιν οὐ τίθησι τὰς εὐεργεσίας, ἀλλὰ καὶ ἀνεπαχθέστερον καὶ πληκτικώτερον ἑτέρως τὸν λόγον ποιεῖ. Ἅμα δὲ καὶ αἰνίττεται τοὺς ψευδαποστόλους, *Οὐδένα ἠδικήσαμεν*, λέγων, *οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν*. Τί ἐστιν, *Ἐφθείραμεν*; Τουτέστιν, οὐδένα ἠπατήσαμεν· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, *Μήποτε, ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἠπάτησεν, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν*. *Οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν*· οὐχ ἡρπάσαμεν, οὐκ ἐπενοήσαμεν. Καὶ οὐ λέγει τέως, Τὰ καὶ τὰ ὠφελήσαμεν, ἀλλ' ἐντρεπτικώτερον ποιῶν τὸν λόγον, *Οὐκ ἠδικήσαμεν*, φησί· μονονουχὶ λέγων, ὅτι Εἰ καὶ μηδὲν ἦμεν εὐεργετικότες, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς ἀποστρέφεσθαι ἔδει· οὐδὲ γὰρ οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἔχετε ἡμῖν ἐγκαλεῖν. Εἶτα ἐπειδὴ ᾔσθετο τῆς βαρύτητος, ἐπιδιορθοῦται πάλιν. Καὶ οὔτε ἐσίγησε καθάπαξ· οὐ γὰρ [538] ἂν διανέστησεν· οὔτε ἀδιόρθωτον εἴασε τὸ τραχὺ τοῦ λόγου· ἦ γὰρ ἂν πλέον ἔπληξε. Καὶ τί φησιν; *Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω*. Πόθεν δῆλον; *Προείρηκα γάρ*, φησίν, *ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν*. Μεγίστη φιλία αὕτη, ὅταν καὶ καταφρονούμενος, καὶ συναποθανεῖν αὐτοῖς καὶ συζῆν αἱρῆται. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐστε ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἀλλ' οὕτω, φησὶν, ὡς εἶπον. Ἕνι γὰρ καὶ φιλεῖν, καὶ κινδύνους φεύγειν· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτω.

Καὶ ὅρα κἀνταῦθα σύνεσιν ἄφατον. Οὐ γὰρ τὰ γεγενημένα ὑπὲρ αὐτῶν εἶπεν, ἵνα μὴ δόξῃ πάλιν ὀνειδίζειν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐπαγγέλλεται. Ἂν γὰρ συμβῇ, φησὶν, ἐπενεχθῆναι κίνδυνον, πάντα ἕτοιμος ὑπὲρ ὑμῶν παθεῖν, καὶ οὔτε θάνατος, οὔτε ζωή μοί τι καθ' ἑαυτὸ φαίνεται· ἀλλ' ἔνθα ἂν ἦτε ὑμεῖς, τοῦτο ἐμοὶ προτιμότερον, καὶ θάνατος ζωῆς, καὶ ζωὴ θανάτου. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀποθανεῖν δῆλον ὅτι φιλίας, τὸ δὲ ζῆν τίς οὐκ ἂν ἕλοιτο καὶ τῶν μὴ φίλων; Τίνος οὖν ἕνεκεν ὡς μέγα αὐτὸ τίθησι; Ὅτι καὶ σφόδρα μέγα ἐστί. Πολλοὶ μὲν γὰρ κακῶς πράττουσι συναλγοῦσι τοῖς φίλοις, εὐδοκιμοῦσι δὲ οὐκέτι συνήδονται, ἀλλὰ καὶ φθονοῦσιν· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' ἄν τε ἐν συμφοραῖς ἦτε, οὐ φοβούμεθα κοινωνῆσαι τῆς δυσημερίας ὑμῖν· ἄν τε καλῶς πράττητε, οὐ βαλλόμεθα τῷ φθόνῳ. Εἶτα ἐπειδὴ συνεχῶς ταῦτα ἔστρεφε λέγων, *Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν*, καὶ, *Στενοχωρεῖσθε ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν*, καὶ, *Χωρήσατε ἡμᾶς*, καὶ, *Πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς*, καὶ, *Οὐδένα ἠδικήσαμεν*, καὶ ἐδόκει πάντα ταῦτα αὐτῶν εἶναι κατάγνωσις· ὅρα πῶς καὶ ἑτέρως τὸ βαρὺ τοῦτο παραμυθεῖται λέγων, *Πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς*. Διὰ τοῦτο τοιαῦτα τολμῶ, φησὶν, οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγων, ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν παῤῥησίαν· ὃ καὶ ἀνωτέρω δηλῶν ἔλεγε, *Πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν*. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ἐπειδὴ ταῦτα λέγω, ὡς κατεγνωκὼς ὑμῶν καθάπαξ λέγω· σφόδρα γὰρ ἐφ' ὑμῖν καλλωπίζομαι καὶ καυχῶμαι· ἀλλὰ καὶ κηδόμενος, καὶ βουλόμενος ἐπιδοῦναι μειζόνως ὑμᾶς πρὸς ἀρετήν· ὃ καὶ τοῖς Ἑβραίοις μετὰ πολλὴν ἐπιτίμησιν ἔλεγε· *Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν τὰ κρείττονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν. Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν, εἰς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους*. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, *Πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν*. Πρὸς ἑτέρους καυχώμεθα, φησὶν, ὑπὲρ ὑμῶν. Εἶδες πῶς παρεμυθήσατο γνησίως; Καὶ οὐχ ἁπλῶς καυχῶμαι, φησὶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα. Ἐπήγαγε γοῦν λέγων, ὅτι *Πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει*. Ποία παράκλησις; Τῇ παρ' ὑμῶν, ὅτι διορθωθέντες, διὰ τῶν ἔργων παρεκαλέσατέ με. Τοῦτο φιλοῦντός ἐστι, καὶ ἐγκαλεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ φιλεῖσθαι καὶ δεδοικέναι μὴ, πέρα τοῦ μέτρου ἐγκαλέσας, λυπήσῃ. Διὰ τοῦτό φησι,

Digitized by Google

habiturus est, nisi insignis cujusdam virtutis specimen edat? quonam modo per arctam viam gradietur? Quæ cum ita sint, vulgi opiniones ne circumferamus, sed res ipsas expendamus. Annon absurdum fuerit, nos, cum de pecuniis agitur, aliis fidem non habere, sed numero et calculo id committere; cum autem de rebus judicandum est, in aliorum opiniones temere trahi; idque cum exactam rerum omnium lancem ac normam et amussim habeamus, nempe divinarum legum sententiam? Quocirca vos omnes rogo atque obsecro, ut, quid hic aut ille de his rebus sentiat nihil morantes, Scripturas sacras de iis consulatis, ac quæ veræ sint opes cognoscatis, cognitas omni studio consectemini, ut æternis perfruamur bonis: quæ utinam nos omnes consequamur per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

Cap. 7. v. 2. *Capite nos: neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.* 3. *Non ad condemnationem vestram dico: prædiximus enim, quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et convivendum.*

1. Rursum de caritate sermonem movet, increpationis asperitatem reprimens. Postquam enim eos coarguit, atque hoc nomine objurgavit, quod amati non perinde redamarent, sed ab ipsius amore sese abrumpentes, aliis pestiferis hominibus sese adjungerent, rursus objurgationis acerbitatem lenit dicens, *Capite nos:* hoc est, amate nos. Beneficium poscit minime grave, et quod majori iis qui dant, quam qui accipiunt, utilitati sit. Nec dixit, Amate, sed, quod miserationem redolebat, *Capite.* Quisnam nos, inquit, a vestris mentibus abegit? quis ejecit? quid causæ est, quamobrem in vobis coarctemur? Quoniam enim supra dixit, *Angustiamini in visceribus vestris*, hoc loco id apertius declarat dicens, *Capite nos:* atque hac rursus ratione ipsos ad se pertrahit. Neque enim quidquam est, quod perinde ad amandum alliciat, ut cum is qui amatur intelligit eum, qui amat, dilectionem suam summopere expetere. *Neminem læsimus.* Vide quo pacto rursus beneficia sua non recenset, verum alio modo ita loquitur, ut et minus molestiæ oratio habeat, et tamen acrius feriat. Simul etiam pseudapostolos notat, cum ait, *Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.* Quid est, *Corrupimus?* Hoc est, neminem in fraudem induximus: quemadmodum et alio loco ait, *Ne forte ut serpens Evam decepit, ita corrumpantur sensus vestri* (2. *Cor.* 11. 3). *Neminem circumvenimus;* non rapuimus, non insidias struximus. Nondum dicit, Hæc atque illa commoda vobis attulimus, sed, quo majorem ad pudorem inculiendum vim oratio haberet, *Neminem læsimus*, inquit; ac si diceret: Etiamsi nullum in nos beneficium contulissemus, tamen ne sic quidem nos adversari debebatis: neque enim aliquid aut parvum aut magnum habetis, quod mihi objicere possitis. Postea autem dicti asperitatem sentiens, sermonem rursus temperavit. Nec prorsus tacuit; neque enim eorum animos excitasset; nec rursum sermonis acerbitatem sine temperamento conditam reliquit: nam alioqui gravius ipsis vulnus inflixisset. Et quid ait? *Non ad condemnationem vestram dico.* Unde id liquet? *Prædixi enim*, inquit, *quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et convivendum.* Maxima vis amoris hæc est, cum etiam contemptus, una cum ipsis et mori et vivere vult. Neque enim utcumque estis in cordibus nostris, sed ita ut dixi. Fieri enim potest, ut et amet quis, et pericula fugiat; at nos non ita.

Pauli prudentia quanta. — Hic quoque miram Apostoli prudentiam perspice. Non enim quibus eos beneficiis jam affecisset narravit, ne ea rursus exprobrare videretur, sed de futuris pollicetur. Nam si pericula inferri contingat, inquit, quidvis pro vobis impigro animo patiar. Neque enim mihi vel mors per se, vel vita, ullius momenti esse censetur; sed ubicumque vos fueritis, vel mihi mortem vita, vel vitam morte cariorem efficietis. At mortem pro aliquo oppetere, amicitiæ apertum argumentum est; vivere autem quis nolit, etiam eorum, qui minime amici sunt? cur ergo id velut magnum posuit? Quia perquam magnum hoc est. Sunt enim multi, qui male agentibus amicis condoleant, at non perinde de eorum gloria gaudeant, verum invidia tangantur: nos autem secus. Nam sive in calamitatibus sitis, adversarum rerum vestrarum participes esse non metuimus; sive prospere agatis, livore minime percutimur. Demum, quia hæc sæpe oratione versavit dicens, *Non angustiamini in nobis;* et, *Angustiamini in visceribus vestris;* et, *Capite nos;* et, *Dilatamini et vos;* et, *Neminem læsimus;* atque hæc omnia ad eorum reprehensionem spectare videbantur. Vide quomodo aliter quoque asperitatem his verbis mitiget, 4. *Multa mihi fiducia est ad vos.* Ideo, inquit, talia audeo, non quod vos condemnem, sed quod ingenti fiducia nitar: id quod superius etiam dicebat, *Multa est mihi gloriatio pro vobis.* Cavete enim existimetis, inquit, a me hæc idcirco dici, quod vos semel ac prorsus condemnem; nam de vobis magnopere mihi placeo ac glorior; sed quia vobis consultum volo, ac vos majora virtutis incrementa facere cupio: id quod Hebræis quoque post multam objurgationem dicebat, *Confidimus autem de vobis meliora, et viciniora salutis, tametsi ita loquimur. Cupimus autem unumquemque vestrum eamdem ostentare solicitudinem ad expletionem spei usque in finem* (*Heb.* 6. 9. 11). Sic enim hoc loco, *Multa mihi gloriatio est pro vobis.* Apud alios, inquit, de vobis gloriamur. Vides quam sinceram consolationem adhibuerit? Nec utcumque glorior, dixit, sed magnopere: ideoque subjungit, *Repletus sum consolatione.* Qua consolatione? A vobis videlicet manante: quia ad meliorem frugem reversi, per opera me consolati estis. Amantis enim

Digitized by Google

hoc est, tum de eo, quod non ametur, expostulare, tum metuere ne modum in accusando excedens, mœrorem afferat. Ideo dicit, *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio.*

2. Atqui hæc cum prioribus pugnare videntur, inquies. Minime vero pugnant, sed mirifice potius consentiunt. Hæc enim efficiunt, ut illa æquioribus animis excipiantur; atque harum rerum laudatio utilitatem eam, quam reprehensiones illæ afferebant, sinceriorem reddit, ut quæ dolorem earum subducat. Ideo perquam apposite et amanter his verbis usus est. Non enim dixit, Impletus sum gaudio: sed, *Abundo*, imo non abundo, sed *Superabundo;* hinc rursus ostendens, quanta cupiditate incensus sit, utpote qui, tametsi usque adeo ametur ut gaudeat et exsultet, nondum tamen, quantum amari debeat, tantum amari se existimet, nec totum accepisse: usque adeo per ingentem suum erga eos amorem inexplebili cupiditate tenebatur. Nam ab iis, quos quis amat, vel utcumque amari, non parvam voluptatem affert, quod ipse vehementer eos amet. Itaque hoc rursum caritatis ipsius argumentum erat. Ac de consolatione quidem dixit, *Repletus sum;* accepi quod mihi debebatur; de gaudio autem, *Superabundo.* Quasi dicat: Magno contra vos mœrore affectus sum; verum abunde mihi satis fecistis, ac solatium attulistis: neque enim mihi solum mœroris causam ademistis, sed etiam uberiore lætitia me perfudistis. Deinde ipsius magnitudinem declarans, non hinc solum hoc ostendit, quod dixerit, *Superabundo gaudio*, sed ex eo etiam, quod subdit, *In omni tribulatione nostra.* Tanta, inquit, erat ea voluptas, quæ mihi a vobis allata est, ut ne tanta quidem afflictione obscurari potuerit, sed magnitudinis suæ exuberantia molestias omnes, quæ nos invaserant, fregerit, nec earum sensu nos affici permiserit. 5. *Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra.* Quoniam enim dixit, *Tribulatione*, idcirco quanta etiam ea tribulatio fuerit exponit, eamque verbis exaggerat, ut ostendat magnam eam consolationem ac lætitiam, qua ab ipsis affectus fuerit, exstitisse, quæ tantum dolorem propulsarit. *Sed omnem tribulationem passi sumus.* Quomodo omnem? *Foris pugnæ*, ab infidelibus; *intus timores*, ob eos, quorum fides imbecilla erat, ne in errorem pertraherentur. Neque enim apud Corinthios tantum, sed alibi etiam hæc contingebant. 6. *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos in adventu Titi.* Quoniam enim præclarum eis testimonium dixerat, ut assentationis opinionem a se removeret, Titum fratrem testem adducit, qui post superiorem epistolam a Corinthiis ad Paulum reversus, de eorum emendatione certiorem eum fecerat. At tu mihi velim consideres, quomodo ubique Titi præsentiam permagni æstimet. Nam et prius his verbis usus est, *Cum autem venissem Troadem propter evangelium, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum* (2. Cor. 2. 11); et hic rursus, *In adventu Titi consolationem accepimus*, inquit. Vult quippe apud eos auctoritatem ipsi conciliare, atque efficere, ut summopere ab iis ametur. Ac vide quomodo utrumque adstruat. Ex eo enim quod ait, *Non habui requiem spiritui meo*, virtutis ipsius magnitudinem commonstrat: ex eo rursum quod ait, *In tribulatione nostra ex ipsius adventu* consolationem accipiens; 7. *nec solum ex ipsius adventu, sed etiam ex consolatione, qua consolatus est in vobis;* Corinthiorum benevolentiam ipsi conciliat. Nihil enim perinde amicitias gignit atque conglutinat, ut cum quis lætum aliquid ac sanum de quopiam commemorat: id quod de Tito affirmat, dicens, Reversus ille summa lætitia animum nostrum erexit; tam fausta de vobis nuntiavit: ideo ipsius adventus magnæ nobis voluptati fuit. Non enim solum ipsius adventus nos lætitia affecit; sed etiam ea consolatio, quam ipse a vobis accepit. Quonam autem modo consolationem accepit? Per virtutem vestram, ac recte facta: unde etiam subjungit, *Annuntians nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me.* Hæc sunt quæ ipsum oblectarunt, inquit; hæc sunt, quæ ipsi solatio fuerunt. Vides quo pacto ipsum quoque magno eorum amore flagrare ostendat, ut qui eorum probitatem atque gloriam consolationem suam esse ducat, ac velut ob bona sua reversus ad Paulum glorietur? Ac vide quam ferventi affectu ea exponat: *Vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem.* Verisimile enim est eos in luctu ac dolore fuisse, quidnam esset quod beatus Paulus tantopere stomacharetur, ac tamdiu ab ipsis abesset. Quocirca non simpliciter dixit, Lacrymas, sed *Fletum;* nec Cupiditatem, sed *Acre desiderium;* nec Iram, sed zelum, et quidem zelum pro ipso, id est, quo in fornicatorem atque in Pauli accusatores exarserant. Vos, inquit, acceptis meis literis inflammati atque incensi estis. Ob eam causam gaudio abundat, ob eam causam consolatione repletus est, quod ipsos perstrinxisset. Mihi porro ista non tantum ad eorum, qua præcesserant, consolationem dicta esse videntur, sed etiam ad eorum, qui hæc præstiterant, cohortationem. Quamvis enim nonnulli, ut quidem existimo, prioribus criminibus obnoxii, atque his laudibus indigni essent, non tamen eos discernit; verum communes ponit et laudes et reprehensiones: hoc videlicet auditorum conscientiæ tribuens, ut singuli quæ ad se pertinerent seligerent. Ita enim et reprehensiones non molestæ erant, et laudes ingentem zelum excitabant.

3. Eodem nunc quoque modo ii, qui accusantur, amici debent, hoc est, ut lugeant ac lamententur, et magistrorum suorum desiderio flagrent, avidiusque eos quam ipsos parentes requirant. Ab his quippe vivere, ab illis bene vivere habent. Sic paternas objurgationes ferre convenit; sic una cum antistitibus, ob eos qui peccant, dolore affici. Non enim in ipsis totum positum est, sed partim etiam in nobis. Etenim si is, qui flagitium admisit, se quidem a patre reprehendi, a fratribus autem deliniri videat, segnior efficitur. Proinde cum pater objurgat, tu quoque cum eo irascaris, tum ut fratris curam

Digitized by Google

Πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ.

[539] β'. Ἀλλὰ ταῦτα δοκεῖ, φησὶν, ἐναντία εἶναι τοῖς πρώτοις. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συμβαίνοντα. Ταῦτα γὰρ ἐκεῖνα εὐπαράδεκτα ποιεῖ, καὶ ὁ διὰ τούτων ἔπαινος τὴν ἀπὸ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων ὠφέλειαν γνησιωτέραν ἐργάζεται, ὑποκλέπτων αὐτῶν τὸ ὀδυνηρόν. Διὸ καὶ σφόδρα γνησίως κέχρηται τοῖς ῥήμασι τούτοις, καὶ φιλοτίμως. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Πεπλήρωμαι τῇ χαρᾷ, ἀλλὰ, *Περισσεύομαι*· μᾶλλον δὲ, οὐδὲ περισσεύομαι, ἀλλὰ, *Ὑπερπερισσεύομαι*, κἀντεῦθεν πάλιν δεικνὺς τὸν πόθον, ὅτι κἂν οὕτω θλιβῆται, ὡς χαίρειν καὶ ἀγάλλεσθαι, οὐδέπω ἠγεῖται θλιβεῖσθαι, ὡς φιλεῖσθαι χρὴ, οὐδὲ τὸ πᾶν εἰληφέναι· οὕτως ἀκόρεστος τῷ σφόδρα φιλεῖν αὐτοὺς ἦν. Τὸ γὰρ παρὰ τῶν ἐρωμένων ὁπωσοῦν φιλεῖσθαι, πολλὴν φέρει τὴν χαρὰν διὰ τὸ σφόδρα αὐτοὺς φιλεῖν. Ὥστε οὔτε πάλιν τῆς αὐτοῦ ἀγάπης σημεῖον ἦν. Καὶ ἐπὶ μὲν τῆς παρακλήσεώς φησι, *Πεπλήρωμαι*· ἀπέλαυον ὅπερ ὠφείλετό μοι· ἐπὶ δὲ τῆς χαρᾶς, *Ὑπερπερισσεύομαι*· τουτέστιν, Ἠθύμησα πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀπελογήσασθε ἀρκούντως, καὶ παρεμυθήσασθε· οὐδὲ γὰρ μόνον ἀνείλετέ μοι τὴν ὑπόθεσιν τῆς λύπης, ἀλλὰ καὶ χαρὰν ἐποιήσατε πλείονα. Εἶτα δηλῶν αὐτῆς τὸ μέγεθος, οὐ τούτῳ μόνον δείκνυσιν αὐτὸ, ὃ εἶπεν, ὅτι *Ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ*, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπαγαγεῖν, *Ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν*. τοσαύτη γὰρ ἦν ἡ δι' ὑμᾶς ἡμῖν ἡδονὴ γενομένη, ὡς μηδὲ τοσαύτῃ ἀμαυρωθῆναι θλίψει, ἀλλὰ τῇ περιουσίᾳ τοῦ οἰκείου μεγέθους περιγενέσθαι τῶν καταλαβόντων ἡμᾶς λυπηρῶν, καὶ μὴ ἀφεῖναι αἴσθησιν ἡμᾶς τῶν λαβεῖν. *Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν.* ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Τῇ θλίψει*, λέγει καὶ ποταπῇ θλίψει, καὶ ἐπαίρει ταύτην τῷ λόγῳ, ἵνα δείξῃ μείζονα οὖσαν τὴν ἐκ τούτων παραμυθίαν καὶ χαράν, καὶ τοσαύτην ἀπεκρύσατο ὀδύνην. *Ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι.* Πῶς ἐν παντί; *Ἔξωθεν μάχαι, παρὰ τῶν ἀπίστων· Ἔσωθεν φόβοι*, διὰ τοὺς ἀσθενεῖς τῶν πιστῶν, μὴ παρασυρῶσιν. Οὐδὲ γὰρ παρὰ Κορινθίοις μόνον τοιαῦτα συνέβαινεν, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ. *Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Τίτου.* Ἐπειδὴ γὰρ ἄλλα αὐτοῖς ἐμαρτύρησεν εἰπὼν, ἵνα μὴ δόξῃ ἐκεῖνα λέγειν, μάρτυρα παράγει Τίτον τὸν ἀδελφὸν, ὃς τῶν αὐτῶν ἀφίκετο πρὸς τὸν Παῦλον μετὰ τὴν προτέραν ἐπιστολὴν διηγούμενος αὐτῷ τὰ τῆς αὐτῶν διορθώσεως. Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς πανταχοῦ μέγα ποιεῖται τὴν παρουσίαν Τίτου. Καὶ γὰρ ἔμπροσθέν φησιν, *Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου*· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, *Ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Τίτου παρεκλήθημεν*, φησί. Καὶ γὰρ βούλεται ἀξιόπιστον αὐτοῖς ποιῆσαι τὸν ἄνδρα, καὶ φίλον σφόδρα ποιῆσαι. Ὅρα πῶς ἀμφότερα [540] κατασκευάζει. Τῷ μὲν εἰπεῖν, *Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου*, τὸ μέγεθος αὐτοῦ δείκνυσι τῆς ἀρετῆς· τῷ δὲ εἰπεῖν, ὅτι *Ἐπὶ τῇ θλίψει ἡμῶν ἡ παρουσία αὐτοῦ ἤρκεσεν εἰς παραμυθίαν, οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν*, οἰκειοῖ τοῖς Κορινθίοις τὸν ἄνδρα. Οὐδὲν γὰρ οὕτω φιλίας ποιεῖ καὶ συγκροτεῖ, ὡς τὸ δεξιόν τι καὶ ὑγιὲς περί τινος εἰπεῖν· ὃ καὶ Τίτῳ μαρτυρεῖ λέγων, ὅτι Παραγενόμενος ἐπτέρωσεν ἡμᾶς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· τοιαῦτα περὶ ὑμῶν ἀπήγγειλε. Διὰ τοῦτο ἡ παρουσία αὐτοῦ ηὔφρανεν ἡμᾶς. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἥσθημεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν. Καὶ πῶς παρεκλήθη; Διὰ τῆς ἀρετῆς ὑμῶν, διὰ τῶν κατορθωμάτων· διὸ καὶ ἐπάγει, *Ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ.* Ταῦτα αὐτὸν ηὔφρανε, φησὶ, ταῦτα παρεκάλεσεν. Εἶδες πῶς καὶ αὐτὸν δείκνυσιν αὐτῶν σφοδρὸν ἐραστὴν, εἴ γε τὴν ἐκείνων εὐδοκίμησιν οἰκείαν παράκλησιν εἶναι ἡγεῖται, καὶ ὡς ἐπ' οἰκείοις ἀγαθοῖς ἐλθὼν ἐκαυχᾶτο παρὰ Παύλῳ; Καὶ ὅρα πῶς αὐτὰ θερμῶς ἀπαγγέλλει· *Τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον.* Εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς πενθεῖν καὶ ἀλγεῖν, τί οὕτως ἐδυσχέρανεν ὁ μακάριος Παῦλος, τί τοσοῦτον ἀπέστη χρόνον. Διὸ οὐδὲ ἁπλῶς εἶπε δάκρυα, ἀλλ' *Ὀδυρμὸν*, οὐδὲ ἐπιθυμίαν, ἀλλ' *Ἐπιπόθησιν*, οὐδὲ ὀργὴν, ἀλλὰ *Ζῆλον*, καὶ ζῆλον πάλιν τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ, τὸν ἐκ τοῦ πεπορνευκότος, τὸν ἐκ τῶν κατηγορούντων. *Ἐπυρώθητε γὰρ*, φησὶ, *καὶ ἐξεκάητε δεξάμενοί μου τὰ γράμματα.* Διὰ ταῦτα περισσεύει τῇ χαρᾷ, διὰ ταῦτα πεπλήρωται τῇ παρακλήσει, ὅτι αὐτῶν καθήψατο. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ταῦτα οὐ πρὸς παραμυθίαν τῶν ἔμπροσθεν εἰρῆσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς προτροπὴν τῶν κατιωρθωκότων αὐτά. Καὶ γὰρ εἰ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐγκλήμασιν εἶναί τινας ὑπευθύνους ἡγοῦμαι, καὶ τῶν ἐπαίνων τούτων ἀναξίους· ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς οὐ διαιρεῖ, ἀλλὰ κοινὰ τίθησι καὶ τὰ ἐγκώμια καὶ τὰ ἐγκλήματα, διδοὺς τῷ συνειδότι τῶν ἀκουόντων ἐπιλέξασθαι τὰ οἰκεῖα. Οὕτω γὰρ κἀκεῖνα ἀνεπαχθῆ ἐγίνετο, καὶ ταῦτα εἰς ζῆλον ἦγε πολύν.

γ'. Οὕτω καὶ νῦν χρὴ τοὺς ἐγκαλουμένους διακεῖσθαι, θρηνεῖν καὶ ὀδύρεσθαι, οὕτω τοὺς διδασκάλους ποθεῖν, οὕτω μᾶλλον πατέρων ἐπιζητεῖν. Δι' ἐκείνων μὲν γὰρ τὸ ζῆν, διὰ δὲ τούτων τὸ καλῶς ζῆν γίνεται. Οὕτω χρὴ φέρειν ἐπιτιμήσεις πατέρων, οὕτω τοῖς προηγουμένοις χρεὼν συναλγεῖν ἐπὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας. Οὐ γὰρ ἐν αὐτοῖς κεῖται τὸ πᾶν, ἀλλὰ καὶ ἐν ὑμῖν. Κἂν γὰρ ἴδῃ ὁ ἡμαρτηκὼς, ὅτι ἐπετιμήθη μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐκολακεύθη δὲ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ῥᾳθυμότερος γίνεται. Ἀλλ' ὅταν ὁ πατὴρ ἐπιτιμήσῃ, συνοργίσθητι καὶ σὺ, εἴτε ὡς ἀδελφοῦ κηδόμενος, εἴτε ὡς πατρὶ συναγανακτῶν· μόνον [541] ἐπίδειξαι πολλὴν τὴν σπουδὴν, καὶ πένθησον, μὴ ὅτι ἐπετιμήθη, ἀλλ' ὅτι ἥμαρτεν. Ἂν δὲ οἰκοδομήσω μὲν ἐγὼ, καταλύσῃς δὲ σὺ, τί ὠφελήσαμεν πλέον ἢ κόπους; Μᾶλλον δὲ οὐ μέχρι τούτου σοι τὰ τῆς ζημίας, ἀλλὰ καὶ κόλασιν ἄγεις ἐπὶ σαυτόν. Ὁ γὰρ κωλύων τὸ τραῦμα θεραπευθῆναι, τοῦ πεποιηκότος αὐτὸ οὐκ ἐλάττονα ἔχει κόλασιν, ἀλλὰ καὶ μείζονα. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον πλῆξαι, καὶ τὸ πληγὲν κωλῦσαι θεραπευθῆ-

Digitized by Google

ναι· τοῦτο μὲν γὰρ θάνατον τίκτει πάντως, ἐκεῖνο δὲ οὐ πάντως. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται πρὸς ὑμᾶς, ἵνα συνοργίζησθε τοῖς ἄρχουσιν, ἐφ' οἷς δικαίως ἀγανακτοῦσιν, ἵν', ὅταν ἴδητέ τινα ἐπιτιμώμενον, πάντες ἀποστρέφησθε μειζόνως ἢ ὁ διδάσκαλος. Ὑμᾶς φοβείσθω μᾶλλον, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὁ πεπλημμεληκώς. Ἂν μὲν γὰρ τὸν διδάσκαλον φοβηθῇ μόνον, ταχέως ἁμαρτήσεται· ἂν δὲ τοσούτους ὀφθαλμοὺς περιστέλληται, τοσαῦτα στόματα, ἐν πλείονι ἔσται ἀσφαλείᾳ. Ὥσπερ γὰρ, εἰ μὴ ταῦτα ποιοῦμεν, τὴν ἐσχάτην δώσομεν δίκην· οὕτως, εἰ ταῦτα ἐργαζόμεθα, τοῦ κέρδους τοῦ ἐπὶ τῇ διορθώσει κοινωνήσομεν.

Οὕτω τοίνυν ποιῶμεν· κἂν εἴποι τις, ὅτι Φιλανθρώπευσαι τὸν ἀδελφὸν, τοῦτο πρέπει Χριστιανοῖς· μανθανέτω, ὅτι ὁ ὀργιζόμενος φιλανθρωπεύεται, οὐκ ἐκεῖνος ὁ πρὸ τοῦ καιροῦ καλῶν[a] αὐτὸν, καὶ μηδὲ ἀφιεὶς αἴσθησιν λαβεῖν τοῦ πλημμελήματος. Τίς γὰρ, εἰπέ μοι, τὸν πυρεταίνοντα καὶ φρενίτιδι κατεχόμενον ἐλεεῖ, ὁ καταχλίνων ἐπὶ τῆς εὐνῆς, καὶ δεσμῶν, καὶ σίτων καὶ ποτῶν τῶν οὐ προσηκόντων ἀπάγων, ἢ ὁ διδοὺς ἀκράτου ἐμφορηθῆναι, καὶ ἐν ἐξουσίᾳ κελεύων εἶναι, καὶ πάντα ποιεῖν ἅπερ τὸν ὑγιαίνοντα δεῖ; οὐχὶ οὗτος μὲν καὶ ἐπιτρίβει τὸ νόσημα, ὁ δοκῶν φιλανθρωπεύεσθαι, ἐκεῖνος δὲ διορθοῦται; Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ψηφιζόμεθα[b]. Καὶ γὰρ φιλανθρωπίας ἐστὶ τὸ μὴ πανταχοῦ χαρίζεσθαι τοῖς κάμνουσι, μηδὲ κολακεύειν τὰς ἀτόπους αὐτῶν ἐπιθυμίας. Οὐδεὶς οὕτως ἐφίλει τὸν πορνεύσαντα παρὰ Κορινθίοις, ὡς Παῦλος, ὁ κελεύων αὐτὸν παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ· οὐδεὶς οὕτως αὐτὸν ἐμίσει, ὡς οἱ συγχροτοῦντες καὶ θεραπεύοντες· καὶ τὸ πέρας ἔδειξεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ἐφύσησαν, καὶ τὴν φλεγμονὴν μείζονα εἰργάσαντο· οὗτος δὲ καὶ κατέστελλε, καὶ οὐκ ἀπέστη, ἕως πρὸς καθαρὰν ὑγίειαν ἤγαγε· καὶ οἱ μὴ τῷ ὄντι κακῷ προσετίθεσαν, οὗτος δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἀνέσπασε. Τούτους καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα τῆς φιλανθρωπίας τοὺς νόμους. Καὶ γὰρ ἴσως ἂν ἴδῃς κατὰ χρημνῶν φερόμενον, χαλινὸν ἐμβάλλεις καὶ ἀναχαιτίζεις μετὰ σφοδρότητος, καὶ μαστίζεις πολλάκις· καίτοι γε τοῦτο κόλασίς ἐστιν, ἀλλ' ἡ κόλασις αὕτη σωτηρίας μήτηρ ἐστίν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων πρίησον· δῆσον τὸν πλημμελήσαντα, ἕως ἂν ἐξιλεώσῃ τὸν Θεόν· μὴ ἀφῇς λελυμένον, ἵνα μὴ πλέον δεθῇ τῇ τοῦ Θεοῦ ὀργῇ. Ἂν γὰρ δήσω [542], ὁ Θεὸς οὐκέτι δεσμεῖ· ἂν δὲ ἐγὼ μὴ δήσω, τὰ ἄῤῥηκτα αὐτὸν μένει δεσμά. *Εἰ γὰρ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐχθρομεν, οὐκ ἂν ἐχθρομεθα.* Μὴ δὴ ὠμότητος εἶναι νόμιζε τὸ τοιοῦτον καὶ ἀπανθρωπίας, ἀλλὰ τῆς ἄκρας ἡμερότητος, καὶ τῆς ἀρίστης ἰατρείας, καὶ πολλῆς τῆς κηδεμονίας. Ἀλλ' ἵνα καὶ ἔδοσαν χρόνον τιμωρίαν, φησί. Πόσον; εἰπέ μοι· ἐνιαυτὸν, καὶ ἔτη δύο καὶ τρία; Ἀλλ' οὐ τοῦτο ζητῶ χρόνου πλῆθος, ἀλλὰ ψυχῆς διόρθωσιν. Τοῦτο τοίνυν ἐπίδειξον, εἰ κατενύγησαν, εἰ μετεβάλοντο, καὶ τὰ πᾶν γέγονεν· ὡς, ἂν μὴ τοῦτο ᾖ, οὐδὲν ὄφελος τοῦ χρόνου. Οὐδὲ γὰρ εἰ πολλάκις ἐπεδέθη τὸ τραῦμα ζητοῦμεν, ἀλλ' εἰ ὤνησέ τι ὁ δεσμός. Εἰ μὲν οὖν ὠφέλησε καὶ ἐν χρόνῳ βραχεῖ, μηκέτι προσκείσθω· εἰ δὲ μηδὲν ὤνησε, καὶ μετὰ δέκα ἐνιαυτοὺς ἔτι προσκείσθω· καὶ ὅρος οὗτος ἔστω λύσεως, τοῦ δεσμοῦ τὸ κέρδος. Ἂν οὕτω καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπιμελώμεθα, καὶ μὴ πρὸς ἀνθρώπων βλέπωμεν δόξαν καὶ αἰσχύνην, ἀλλὰ τὴν ἐκεῖ κόλασιν καὶ τὴν ὁδὸν ἐννοοῦντες, καὶ πρὸ πάντων τὸ τὸν Θεὸν ἡμῖν ὀξύνεσθαι, σφόδρα τῆς μετανοίας ἐπιτιθῶμεν τὰ χαλινάρια· καὶ ἐπὶ τὴν καθαρὰν ἥξομεν ὑγίειαν τῆς ψυχῆς καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Hic videtur aliquid vitii subesse; καλῶν hic non placet. Alii παρακαλῶν, alii κολακεύων proposuere.
[b] Savilius legendum putat ψηφιζώμεθα. Utraque lectio quadrat.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

Ὥστε εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην.

α'. Ἀπολογεῖται λοιπὸν ὑπὲρ τῆς ἐπιστολῆς, ὅτε ὀκίνδυνον ἦν αὐτοὺς θεραπεύειν, τῆς ἁμαρτίας διορθωθείσης, καὶ δείκνυσι τοῦ πράγματος τὴν ὠφέλειαν. Ἐποίησε μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ ἔμπροσθεν, εἰπὼν, *Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.* Ποιεῖ δὲ αὐτὸ καὶ νῦν, διὰ πλειόνων οὕτως αὐτὸ κατασκευάζων. Καὶ οὐκ εἶπε, Πρότερον μὲν μετεμελόμην, νῦν δὲ οὐ μεταμέλομαι· ἀλλὰ πῶς; *Οὐ μεταμέλομαι νῦν, εἰ καὶ μετεμελόμην.* Εἰ καὶ τοιαῦτα ἦν, φησὶ, τὰ γεγραμμένα παρ' ἐμοῦ, ὡς ὑπερβαίνειν τὸ μέτριον τῆς ἐπιτιμήσεως, καὶ ποιῆσαί με μεταμεληθῆναι· ἀλλὰ τὸ πολὺ κέρδος τὸ ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐᾷ με μεταμεληθῆναι. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἀμέτρως ἐπιτιμήσας, ἀλλὰ τὰ ἐγκώμια αὐτῶν αὔξων. Τοσαύτην γὰρ ἐπεδείξασθε τὴν διόρθωσιν, φησὶν, ὡς, εἰ καὶ ἔτυχον σφοδρότερον πλήξας οὕτως, ὡς καὶ ἀγνῶναι ἐμαυτοῦ, ἐπαινεῖν με νῦν ἐμαυτὸν ἀπὸ τέλους. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ [543] τῶν παιδίων, ὅταν δέξηται θεραπείαν λυποῦσαν, οἱονεὶ τομὴν, ἢ καῦσιν, ἢ πικρὸν φάρμακον, ἀδεῶς αὐτὰ λοιπὸν κολακεύομεν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ποιεῖ. *Βλέπω γὰρ, ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς. Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν.* Εἰπὼν, ὅτι *Οὐ μεταμέλομαι*, λέγει καὶ τὴν αἰτίαν. τὸ χρήσιμον τιθεὶς ἀπὸ τῶν γραμμάτων, καὶ συνετῶς ἀπολογούμενος

Digitized by Google

gerens, tum ut cum patre indignatus : magnum studium exhibe et lacrymare, non quia objurgatus est, sed quia peccavit. Alioqui si exstruam quidem ego, tu vero destruas, quid aliud assequimur, quam ut labore nos ipsos conficiamus? Imo non modo tibi damnum infers, verum pœnam quoque tibi accersis. Nam qui obstat quominus vulnus curetur, non minori quam qui inflixit, imo etiam graviori supplicio afficitur. Neque enim par crimen est, aliquem ferire, et impedire ne remedium afferatur : hoc enim omnino mortem gignit, illud autem non omnino. Hæc autem vobis a me dicta sunt, ut cum antistites justis de causis irascuntur, vos quoque cum ipsis irascamini ; ut cum quempiam objurgatum videritis, ipsi eum magis etiam aversemini quam magister ipse. Qui deliquit, vos magis quam magistros pertimescat. Etenim si magistri solius timor in ipsius animo versetur, cito peccabit : sin autem tot oculos ac tot ora pertimuerit, cautius vitam instituet. Quemadmodum enim nisi hæc faciamus, extremas pœnas daturi sumus : ita si hæc præstemus, quæstum quem peccantium correctio parit, una consequemur.

Erga peccantes fratres quomodo agendum. — Quamobrem ita faciamus : et si quis Christianis convenire dixerit, humanitatem erga peccantem fratrem adhibere, discat ille, humanitate eum uti qui irascitur, non eum a quo præmature, qui peccat, advocatur, nec peccati sui sensu affici sinitur. Uter enim, quæso, febre ac phrenesi laborantem misericordia prosequitur? isne qui in lecto eum sternit ac vinculis astringit atque a noxiis cibis et potionibus arcet, an qui ei mero se ingurgitandi facultatem præbet, ac sui juris et arbitrii eum esse jubet omniaque facere sinit, quæ ab homine sano fieri debent? annon morbum quoque hic auget, qui humanitatis officio fungi sibi videtur, cum contra ille morbum pellat? Eodem modo hic quoque judicamus. Humanitatis enim est, ægrotis non ubique indulgere, nec præposteris ipsorum cupiditatibus adblandiri. Nemo eum, qui apud Corinthios fornicatus erat, tam amabat quam Paulus, qui eum satanæ tradi jubebat (1. *Cor.* 5) ; nemo rursus tam eum oderat, quam ii qui peccanti applaudebant et obsequebantur. Atque hoc exitus rei comprobavit. Illi enim ipsius etiam animum inflarunt, ac tumorem majorem effecerunt ; hic autem tumorem compressit, nec ante abstitit, quam cum integræ valetudini reddidisset : atque illi quidem malum, quod jam erat, auxerunt ; hic vero id, quod primum contractum fuerat, evulsit. Quocirca nos etiam has humanitatis leges addiscamus. Nam et tu, si equum videris qui in præcipitia feratur, frenum injicis, acriterque inhibes ac sæpe flagellas : quamquam cruciatus hoc est ; verum hujusmodi cruciatus salutem ei affert. Eamdem igitur erga eos qui peccant rationem tene : vinculis eum, qui scelus admisit, coerce, usque dum ipse Deum sibi propitium reddiderit : solutum eum ne linquas, ne arctioribus divinæ iræ vinculis constringatur. Si vincula ipse injecero, Deus non jam vinciet ; sin autem in vinculis eum non tenuero, ejusmodi eum vincula manent, quæ frangi non queant. *Si enim nosipsos judicaremus, non utique judicaremur* (1. *Cor.* 11. 31). Ne hanc rem crudelitatis ac sævitiæ esse arbitreris, sed summæ benignitatis præstantissimæque medendi rationis nec vulgaris sollicitudinis. Verum satis diu pœnas expenderunt, inquis. Quamdiu, quæso? annum unum et alterum ac tres? Atqui temporis moram non quæro, sed animæ correctionem. Hoc itaque fac demonstres, sintne compuncti, sintne in melius immutati ; et res tota confecta erit. Quod nisi ita sit, nihil profecto temporis diuturnitas emolumenti attulerit. Neque enim sæpiusne obligatum vulnus fuerit, quærimus, sed an ligamen illud profuerit : ac si etiam ad exiguum tempus adhibitum profuit, non amplius adhibeatur : si autem nihil juvit, etiam post decem annos adhibeatur. Hic solvendi vincti terminus esto, utilitas. Si ad hunc modum et nostri et cæterorum curam geramus, ac non hominum gloriam aut ignominiam spectemus, verum futuræ vitæ cruciatum ac probrum, atque ante omnia Dei offensionem nobis ob oculos ponentes, pœnitentiæ pharmaca non leviter imponamus ; tum ad integram sanitatem quamprimum veniemus, tum futura bona consequemur : quæ utinam omnes consequamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XV.

CAP. 7. v. 8. *Quare etsi contristavi vos per epistolam, non me pœnitet, etiamsi pœnituerit.*

1. Jam de epistola se excusat, cum correcto peccato sine periculo blandius eos alloqui poterat, ostenditque quanta ex ea re utilitas parta sit. Atque hoc quidem etiam jam ante fecerat, dicens : *Ex multa enim tribulatione et angustia cordis scripsi vobis, non ut contristemini, sed ut caritatem cognoscatis, quam abundantius habeo erga vos* (2. *Cor.* 2. 4) : hoc autem etiam nunc facit, ac pluribus verbis adstruit. Nec dixit, Prius quidem me pœnitebat, nunc autem non me pœnitet ; sed quomodo? *Non me pœnitet* nunc, *etiamsi me pœnituerit* : quasi diceret : Etiamsi ejusmodi essent ea quæ scripseram, ut increpationis modum excederent, ac me pœnitudine afficerent ; tamen magnum illud commodum, quod ex iis literis exstitit, non jam me pœnitudine tangi sinit. Hæc porro non eo dicebat, quod immodica in eos objurgatione usus esset, sed ut eorum laudes amplificaret. Tantam enim, inquit, emendationem præ vobis tulistis, ut etiamsi mihi acriorem vobis plagam intulisse contigisset, ut me ideo condemnarem, nunc tamen perspecto rei exitu factum meum laudarem. Ut in pueris usu venit, ut cum grave aliquod ipsis et acerbum medicamenti genus adhibitum est, sectio puta, vel ustio, vel amara potio quædam,

Digitized by Google

tuto jam iis blandiamur : ita hic quoque Paulus facit. *Video enim quod epistola illa, etsi ad horam, vos contristavit.* 9. *Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.* Postquam dixit, *Non me pœnitet*, causam hujus rei affert, fructum qui ex literis illis ortus est ponens, ac prudenter se purgans his verbis, *Etsi ad horam.* Brevis enim, inquit, ea molestia fuit; at utilitas perpetua. Ac tenor quidem orationis postulabat ut ita diceret, Etsi ad horam vos contristavit; at perpetuæ vobis lætitiæ atque utilitati postea fuit: verum his verbis non utitur, sed priusquam utilitatem eam exponat, ad eorum laudes rursus transit, ostenditque qua sollicitudine ipsis prospiciat, dicens : *Nunc gaudeo, non quia contristati estis ;* quid enim ex eo, quod mœrore affecti sitis, ad me lucri redit ? *sed quia contristati estis ad pœnitentiam ;* quia fructum aliquem habuit hic mœror. Ut pater, qui cum filium secari conspicit, non eo gaudet quod excrucietur, sed quod morbus propulsetur : ita quoque Paulus. Ac vide quomodo a rebus ad eos prosperum omnem successum transferat, et molestiam literis suis adscribat, cum ait, *Etsi ad horam vos contristavit*, utilitatem autem ex literis allatam eorum virtuti tribuat. Non enim dixit, Quia vos epistola correxit, etiamsi ita se res habeat, sed, *Quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nulla re detrimentum patiamini.* Vides prudentiam ineffabilem ? Nisi enim hoc fecissemus, inquit, magnum a nobis damnum accepissetis. Ac bonum inde partum ipsis adscribit, damnum vero se allaturum fuisse ait, si tacuisset. Nam si ex correctione emendatio sequutura erat ; nisi increpassem, vobis damnum intulissem, quod et mihi et vobis commune fuisset. Quemadmodum enim qui mercatori ea, quæ ad navigandum necessaria sunt, non suppeditat, ipse est qui damnum infert; eodem modo, nisi pœnitentiæ occasionem vobis præbuissemus, vos damno affecissemus. Vides quo pacto peccantes non increpare, tum magistro tum discipulo detrimentum afferat ? 10. *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Propterea, inquit, etsi me pœnituit, priusquam fructum et lucrum perspexissem, nunc tamen haud me pœnitet. Talis enim est mœstitia, quæ secundum Deum suscipitur : de qua jam verba facit, ostendens tristitiam non semper gravem esse, sed cum secundum mundum concipitur. Quid autem est, Secundum mundum ? Si ob amissas opes, si ob gloriam, si ob alicujus mortem in mœrore verseris, hæc omnia secundum mundum sunt. Ideo mortem etiam accersunt. Nam qui gloriæ causa mœrore afficitur, is etiam invidet, ac plerumque interire cogitur : cujusmodi scilicet mœrore Cain et Esaü laborarunt. Itaque per sæculi tristitiam eam intelligit, quæ mœrentibus detrimentum affert. Nam mœror ad peccata dumtaxat utilis est : id quod hinc liquido perspici potest. Qui ob amissas opes in mœrore est, damnum minime sarcit ; qui mortem alicujus mœrore prosequitur, jacentem non excitat ; qui ob morbum discruciatur, is eum adeo non depellit, ut etiam augeat. At is cui peccata mœrori sunt, solus e mœrore fructum capit ; peccata enim absumit ac delet. Quia enim medicamentum istud ad hoc tantum comparatum est, idcirco hic etiam dumtaxat vim habet utilitatemque suam exserit, in aliis vero rebus lædit.

2. At, dicet aliquis, Cain ideo in mœrore jacebat, quod apud Deum laudem non consequeretur. Imo non eam ob causam, sed quia splendentem fratrem cernebat. Nam si ob illud doluisset, fratris virtutem imitari eique gratulari debebat : nunc autem dolens, ostendebat se mœstitia huic mundo consentanea teneri. At non ita David, non Petrus, non cæteri justi, qui omni laude florebant, quod aut propter sua aut propter aliena peccata dolerent. Quamquam quid mœrore gravius ? Sed tamen, cum secundum Deum suscipitur, lætitia mundana præstabilior est. Hæc enim in nihilum desinit ; illa pœnitentiam in salutem, cujus nos numquam pœniteat, gignit. Hoc enim ille mirum habet, quod qui sic doluerit, eo nomine numquam pœnitentia ducetur : id quod maxime tristitiæ mundanæ proprium. Quid enim legitimo filio carius ? quid rursus hujusmodi morte acerbius fingi potest ? Et tamen parentes, qui in ipsa doloris vi nullius consolationem admittere sustinent seque ipsos excruciant, iidem postea ob immodicum luctum pœnitudine afficiuntur, ut qui non modo nihil inde commodi ceperint, sed gravius etiam seipsos vexarint. At non talis est mœror secundum Deum susceptus : quin potius duplex emolumentum habet, et quod dolor ille non improbetur, et quod in salutem desinat ; quo utroque lucro mundanus dolor privatur. Nam qui ita dolent, et in perniciem suam dolent, et postquam doluerint, seipsos improbant : quod signum maximum est, ipsos in perniciem suam doluisse. Contra vero in mœrore illo qui secundum Deum est : ideoque dicebat Paulus, *Pœnitentiam in salutem non pœnitendam operatur.* Nemo enim sese improbabit, quod ob peccata sese mœrore luctuque afflixerit atque obtriverit. Quod cum dixisset Paulus, non aliunde exemplum proferre, eosque quorum mœrores priscæ historiæ monumentis proditi sunt, in medium adducere necesse habuit ; verum Corinthios ipsos producit, atque ab iis quæ fecerunt verbis suis fidem adstruit, ut una cum laudibus ipsos etiam erudiat, arctiusque sibi devinciat. 11. *Ecce enim*, inquit, *hoc ipsum, quod secundum Deum contristati estis, quantam in vobis operatum est sollicitudinem ?* Vos enim; inquit, non modo eo non injecit hæc mœstitia, ut vosmetipsos condemnaretis, ut qui frustra hoc fecissetis ; verum contra diligentiores reddidit. Subjungit deinde sollicitudinis eorum argumenta. *Sed defensionem :* hoc est, purgationem apud me. *Sed indignationem*, contra illum qui peccaverat. *Sed timorem.* Etenim valde metuentium erat tantum studium ac celerrima illa correctio. Ac, ne seipsum effecre videatur, vide quam propere id leniat dicens, *Sed desiderium*, erga me ; *sed æmulationem*, pro Deo ; *sed vindictam :* nam violatæ divinæ legis vindices exstitistis.

Digitized by Google

καὶ λέγων, *Εἰ καὶ πρὸς ὥραν.* Τὸ μὲν γὰρ λυπηρὸν βραχὺ, τὸ δὲ ὠφέλιμον διηνεκές. Καὶ τὸ μὲν ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, Εἰ καὶ πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμᾶς, ἀλλὰ διὰ παντὸς ηὔφρανεν ὑμᾶς, καὶ ὠφέλησεν. Ἀλλ' οὐ λέγει τοῦτο· ἀλλὰ πρὶν ἢ τὸ κέρδος εἰπεῖν, μεταβαίνει πάλιν ἐπὶ τὰ ἐγκώμια αὐτῶν, καὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτοῦ κηδεμονίας λέγων, *Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε· τί γάρ μοι κέρδος ἀπὸ τοῦ λυπηθῆναι ὑμᾶς; ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν·* ὅτι ἔσχε τι κέρδος ἡ λύπη. Ἐπεὶ καὶ πατὴρ ὅταν ἴδῃ παῖδα τεμνόμενον, οὐχ ὅτι ὀδυνᾶται χαίρει, ἀλλ' ὅτι διορθοῦται· οὕτω καὶ οὗτος. Ὅρα δὲ πῶς ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπ' αὐτοὺς μεταφέρει τὸ πᾶν κατόρθωμα, καὶ τὸ λυπηρὸν τῇ ἐπιστολῇ λογίζεται, *Ὅτι πρὸς ὥραν ἐλύπησεν ὑμᾶς*, λέγων, τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς χρήσιμον εἶναι αὐτῶν κατόρθωμά φησιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὅτι διώρθωσεν ὑμᾶς ἡ ἐπιστολὴ, εἰ καὶ οὕτως εἶχεν, ἀλλ' *Ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. Ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεὸν, ἵνα ἐν μηδενὶ ἐξ ἡμῶν ζημιωθῆτε.* Εἶδες σύνεσιν ἄφατον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐποιήσαμεν, φησὶν, ἐζημιώσαμεν ἂν ὑμᾶς· καὶ οὐχὶ παρ' ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμᾶς ἂν ἡ βλάβη γέγονε. Καθάπερ γὰρ ὁ μὴ διδοὺς τῷ ἐμπόρῳ τὰ πρὸς τὴν ναυτιλίαν, αὐτός ἐστιν ὁ τὴν ζημίαν ποιῶν· οὕτω καὶ ἡμεῖς, εἰ μὴ παρέσχομεν ὑμῖν τὰς ἀφορμὰς τῆς μετανοίας, ἐζημιώσαμεν ἂν ὑμᾶς. Ὁρᾷς ὅτι τὸ μὴ ἐπιτιμᾷν τοῖς ἁμαρτάνουσι, ζημία ἐστὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ καὶ τῷ μαθητῇ; *Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.* Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἰ καὶ μετεμελόμην, πρὶν ἢ τὸν καρπὸν ἰδεῖν καὶ τὸ κέρδος ὅσον, οὐ μεταμέλομαι νῦν. Τοιοῦτον γὰρ ἡ κατὰ Θεὸν λύπη. Καὶ λοιπὸν περὶ αὐτῆς φιλοσοφεῖ, εἰκνὺς ὅτι οὐ πανταχοῦ χαλεπὸν λύπη, ἀλλ' ὅταν κατὰ κόσμον γίνηται. Τί δέ ἐστι, κατὰ κόσμον; Ἐὰν υπηθῇς διὰ χρήματα, διὰ δόξαν, διὰ τὸν ἀπελθόντα, άντα ἐκεῖνα κατὰ κόσμον. Διὸ καὶ θάνατον ποιεῖ. ὁ γὰρ διὰ δόξαν λυπούμενος, φθονεῖ, καὶ ἀναγκάζει ιι πολλάκις ἀπολέσθαι· οἷαν καὶ ὁ Κάϊν ἐλυπήθη πην, οἷαν ὁ Ἡσαῦ. Τὴν οὖν κατὰ κόσμον λύπην γει ταύτην τὴν [544] ἐπὶ βλάβῃ τῶν λυπουμένων. ιὶ γὰρ εἰς ἁμαρτίας μόνον ἡ λύπη χρήσιμον· καὶ ῦτο δῆλον ἐντεῦθεν. Ὁ λυπούμενος ὑπὲρ χρημάτων ωλείας, τὴν ζημίαν οὐ λύει· ὁ λυπούμενος ὑπὲρ :ελευτηκότος, τὸν κείμενον οὐκ ἀνίστησιν· ὁ λυ ύμενος ἐπὶ νόσῳ, οὐ μόνον οὐ διορθοῦται, ἀλλὰ καὶ :τρίβει τὸ νόσημα· ὁ λυπούμενος ἐφ' ἁμαρτίαις, ος μόνος ἀνύει τι πλέον ἀπὸ τῆς λύπης· δαπανᾷ ρ καὶ ἀφανίζει τὰς ἁμαρτίας. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς το κατεσκεύασται τὸ φάρμακον, ἐνταῦθα ἰσχύει ιον καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιδείκνυται, ἐπὶ δὲ τῶν ων καὶ βλάπτει.

γ'. Καὶ μὴν ὁ Κάϊν, φησὶ, διὰ τὸ μὴ παρὰ τῷ Θεῷ οκιμεῖν, ἐλυπεῖτο. Οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν λφὸν εἶδε λάμποντα· ἐπεὶ, εἰ διὰ τοῦτο ἦλγει, ζηλοῦν ἔδει, καὶ συγχαίρειν ἐκείνῳ· νυνὶ δὲ ἀλγῶν, ἐδείκνυ κατὰ κόσμον λυπούμενος. Ἀλλ' οὐχ ὁ Δαυὶδ οὕτως, οὐδὲ ὁ Πέτρος, οὐδὲ τῶν δικαίων ἕκαστος. Διὸ ηὐδοκίμουν, ἢ ὑπὲρ οἰκείων, ἢ ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἀλγοῦντες ἁμαρτημάτων. Καίτοι τί λύπης φορτικώτερον; Ἀλλ' ὅταν κατὰ Θεὸν γίνηται, τῆς ἐν τῷ κόσμῳ χαρᾶς βελτίων ἐστίν. Αὕτη μὲν γὰρ εἰς οὐδὲν τελευτᾷ, ἐκείνη δὲ μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον ἐργάζεται. Καὶ γὰρ τὸ θαυμαστὸν αὐτῆς τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐδ' ἂν μετανοήσειέ τις ἀλγήσας οὕτως· ὃ μάλιστα τῆς κοσμικῆς λύπης ἴδιόν ἐστι. Τί γὰρ παιδὸς ποθεινότερον γνησίου; τί δὲ ἀλγεινότερον τῆς τοιαύτης τελευτῆς; Ἀλλ' ὅμως οἱ ἐν ἀκμῇ τοῦ πένθους μηδενὸς ἀνεχόμενοι πατέρες, καὶ κατακόπτοντες ἑαυτοὺς, οὗτοι μετὰ χρόνον μετανοοῦσιν, ἐπειδὴ ἀμέτρως ἤλγησαν, ὡς οὐδὲν ὠνήσαντες ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως ἑαυτοὺς ἐπιτρίψαντες. Ἀλλὰ οὐχ ἡ κατὰ Θεὸν λύπη τοιαύτη· ἀλλ' ἔχει δύο πλεονεκτήματα, τὸ μὴ καταγινώσκεσθαι ἐφ' οἷς ἀλγεῖ τις, καὶ τὸ τὴν λύπην ταύτην εἰς σωτηρίαν τελευτᾷν· ὧν ἑκατέρων ἐκείνη ἐστέρηται. Καὶ γὰρ εἰς βλάβην ἀλγοῦσι, καὶ μετὰ τὸ ἀλγῆσαι σφόδρα, καταγινώσκουσιν ἑαυτῶν, μέγιστον τοῦτο σημεῖον ἐκφέροντες τοῦ ἐπὶ βλάβῃ τοῦτο ποιῆσαι. Ἡ δὲ κατὰ Θεὸν τοὐναντίον· διὸ καὶ ἔλεγε, *Μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.* Οὐδεὶς γὰρ ἑαυτοῦ καταγνώσεται, ἐὰν λυπηθῇ ἐφ' ἁμαρτίᾳ, ἐὰν πενθήσῃ, καὶ ἑαυτὸν συντρίψῃ. Ὅπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος εἰπὼν, οὐ δεῖται ἑτέρωθεν τὸ ὑπόδειγμα παραγαγεῖν ὧν εἶπεν, οὐδὲ τοὺς ἐν ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις λυπηθέντας παρενεγκεῖν εἰς μέσον, ἀλλ' αὐτοὺς Κορινθίους παράγει, καὶ ἀφ' ὧν ἐποίησαν, ἀπὸ τούτων τὴν ἀπόδειξιν παρέχεται, ἵνα καὶ μετ' ἐγκωμίων αὐτοὺς παιδεύσῃ, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπισπάσηται. *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶν, *αὐτὸ τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν;* Οὐ μόνον γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐνέβαλεν ὑμᾶς εἰς τὸ καταγνῶναι ἑαυτῶν ἡ ἀθυμία, ὡς εἰκῆ τοῦτο πεποιηκότων, ἀλλὰ καὶ σπουδαιοτέρους [545] ἐποίησεν. Εἶτα λέγει τῆς σπουδῆς τὰ τεκμήρια. *Ἀλλὰ ἀπολογίαν·* πρὸς ἐμέ. *Ἀλλὰ ἀγανάκτησιν·* πρὸς ἐκεῖνον τὸν ἡμαρτηκότα. *Ἀλλὰ φόβον·* καὶ γὰρ σφόδρα δεδοικότων ἦν ἡ τοσαύτη σπουδὴ καὶ ἡ ταχίστη διόρθωσις. Καὶ ἵνα μὴ δόξῃ ἐπαίρειν ἑαυτὸν, ὅρα πῶς ταχέως αὐτὸ παρεμυθήσατο εἰπών, *Ἀλλ' ἐπιπόθησιν·* τὴν εἰς ἐμέ· *ἀλλὰ ζῆλον·* τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ· *ἀλλ' ἐκδίκησιν·* καὶ γὰρ ἐξηδικήσατε τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους ὑβρισθέντας. *Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι.* Οὐχὶ τῷ μὴ τολμῆσαι μόνον· τοῦτο γὰρ πρόδηλον ἦν· ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ συνήδεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ ἔλεγε, *Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ*, ἐνταῦθά φησι, Καὶ ταύτης ἑαυτοὺς ἀπηλλάξατε[a] τῆς ὑποψίας, οὐχὶ τῷ μὴ ἐπαινέσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπιτιμῆσαι καὶ ἀγανακτῆσαι. *Ἆρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ*

[a] Savilius habet ἀπαλλάξατε, sed in margine legendum indicat, ἀπηλλάξατε.

Digitized by Google

ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσι, Τί οὖν ἡμῖν ἐπιτιμᾷς, εἰ ἄγνοι ἦμεν ἐπὶ τῷ πράγματι; πρὸς τοῦτο ἱστάμενος καὶ ἀνωτέρω, καὶ προδιοικούμενος αὐτὸ, ἔλεγεν ἅπερ ἔλεγεν, οἷον, *Οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην*. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ μετανοεῖν νῦν ἐφ' οἷς ἔγραψα τότε, φησὶν, ὅτι τότε μᾶλλον μετενόησα ἢ νῦν, ὅτε ἑαυτοὺς συνεστήσατε. Εἶδες πάλιν αὐτοῦ τὸ βίαιον καὶ φιλόνεικον, πῶς εἰς τοὐναντίον τὸν λόγον περιέτρεψεν; Ἐξ ὧν γὰρ ἐνόμιζον αὐτὸν διατετράφθαι, ὡς εἰκῆ ἐπιτιμήσαντα, διὰ τὴν προκοπὴν αὐτῶν, ἀπὸ τούτων δείκνυσιν ὅτι παῤῥησιάζεσθαι αὐτὸν ὅικαιον. Οὐδὲ γὰρ παραιτεῖται λοιπὸν χαρίζεσθαι ἀδεῶς, ὅταν ἐξῇ τοῦτο ποιεῖν. Ὁ γὰρ τοιαῦτα λέγων ἀνωτέρω, ὅτι *Ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστι*· καὶ, *Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός*· καὶ, *Πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστι*· καὶ ὅσα τοιαῦτα, πῶς ἐνταῦθά φησιν, *Οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος*; Οὐκ ἐναντιούμενος ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀκολουθῶν. Πῶς ἑαυτῷ ἀκολουθῶν; Ὅτι περισπούδαστον ἦν αὐτῷ, δεῖξαι τὸ φίλτρον ὃ περὶ αὐτοὺς εἶχεν. Οὐ τοίνυν ἀναιρεῖ τὸ κήδεσθαι ἐκείνου, ἀλλ' ἐνδείκνυται καὶ τὴν ἀγάπην τὴν περὶ αὐτοὺς, ὅπερ ἔφην, καὶ ὅτι μείζων αὐτὸν κατέσεισε φόβος περὶ πάσης τῆς Ἐκκλησίας. Ἐδεδοίκει γὰρ μὴ ἐπὶ πλέον νεμηθῇ τὸ κακὸν, καὶ ὁδῷ βαδίζον, ὅλην καταλάβῃ τὴν Ἐκκλησίαν. Διὸ καὶ ἔλεγε, *Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τότε· νῦν δὲ, ἐπειδὴ κατώρθωσαν, οὐκέτι αὐτὸ οὕτω τίθησιν, ἀλλ' ἑτέρως· καὶ τὸ αὐτὸ μὲν αἰνίττεται, γλυκύτερον δὲ μεταχειρίζει τὸν λόγον, λέγων, *Ἕνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς*, τουτέστιν, Ἵνα εἰδῆτε [546] πῶς ὑμᾶς φιλῶ. Τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ μὲν ἔστι τῷ προτέρῳ, ἑτέρως δὲ ἑρμηνευθὲν, ἑτέραν ἔδοξεν ἐμφασιν παρέχειν. Ἐπεὶ ὅτι τὸ αὐτό ἐστιν, ἀνάπτυξον αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν, καὶ οὐδὲν ὄψει τὸ μέσον. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα φιλῶ ὑμᾶς, φησὶν, ἐδεδοίκειν μή τι πάθητε ἐκεῖθεν ἀηδὲς, μὴ αὐτοὶ δέξησθε τὴν λύπην. Ὥσπερ οὖν ὅταν λέγῃ, *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ*; οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ μέλει· οὐδὲ γὰρ ἕνι τι συστῆναι τῶν ὄντων τῆς προνοίας ἀποστερηθὲν τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὅτι οὐ προηγουμένως διὰ τοὺς βόας ἐνομοθέτει· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Πρῶτον μὲν δι' ὑμᾶς ἔγραφον, δεύτερον δὲ καὶ δι' ἐκεῖνον, Καὶ εἶχον μὲν τὴν ἀγάπην ἐν ἑαυτῷ, καὶ χωρὶς τῆς ἐπιστολῆς, φησίν. Ἐβουλόμην δὲ αὐτὴν καὶ ὑμῖν δεῖξαι καὶ πᾶσιν ἁπλῶς διὰ τῶν γραμμάτων ἐκείνων. *Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα*· ἐπειδὴ καὶ τὴν σπουδὴν ἐδείξαμεν τὴν περὶ ὑμᾶς, καὶ τὸ πᾶν ἡμῖν κατώρθωται. Καθάπερ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγε, *Νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ*· καὶ πάλιν *Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς*; Τοῦτο γὰρ ζωὴ, τοῦτο παράκλησις, τοῦτο παραμυθία διδασκάλῳ νοῦν ἔχοντι, ἡ ἐπίδοσις τῶν μαθητευομένων.

γ'. Οὐδὲν γὰρ οὕτω δείκνυσι τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, ὡς ἡ φιλοστοργία ἡ περὶ τοὺς ἀρχομένους. Καὶ γὰρ πατέρα οὐ τὸ γεννῆσαι μόνον ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ φιλεῖν μετὰ τὸ γεννῆσαι. Εἰ δὲ ἔνθα φύσις, τοσαύτη χρεία ἀγάπης, πολλῷ μᾶλλον ἔνθα ἡ χάρις. Οὕτως οἱ παλαιοὶ πάντες ἐλαμψαν. Ὅσοι γοῦν τῶν παρ' Ἑβραίοις εὐδοκίμησαν, ἐντεῦθεν ἐφάνησαν. Οὕτω Σαμουὴλ μέγας ἐδείχθη λέγων, *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἁμαρτεῖν τῷ Θεῷ τοῦ διαλιπεῖν προσευχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν*· οὕτως ὁ Δαυὶδ, οὕτως ὁ Ἀβραὰμ, οὕτως ὁ Ἠλίας, οὕτως ἕκαστος τῶν δικαίων, τῶν ἐν τῇ Καινῇ, τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς διὰ τοὺς ἀρχομένους πλοῦτον τοσοῦτον καὶ θησαυροὺς ἀφάτους κατέλιπεν, ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας δημαγωγὸς ἦν διὰ τῶν ἔργων. Διὸ καὶ σφόδρα ἀνοήτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος, *Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς*; Τί λέγεις; τὰ ἔργα ὁρᾷς, καὶ περὶ τῆς προσηγορίας ἀμφιβάλλεις; Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰδὼν τέμνοντα ἰατρὸν ἄριστα, καὶ τῷ πεπονηκότι μέλει τοῦ σώματος βαθυβούλως, λέγοι, Τίς σε κατέστησεν ἰατρὸν, καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν; Ἡ τέχνη, ὦ βέλτιστε, καὶ ἡ νόσος ἡ σή· οὕτω καὶ τοῦτον ἡ ἐπιστήμη τοιοῦτον ἐποίησε. Καὶ γὰρ τέχνη τὸ ἄρχειν ἐστὶν, οὐκ ἀξίωμα μόνον, καὶ τέχνη τεχνῶν ἁπασῶν ἀνωτέρα. Εἰ γὰρ ἡ τῶν ἕξωθεν ἀρχὴ, τέχνη καὶ ἐπιστήμη πασῶν βελτίων ἐστὶ, πολλῷ μᾶλλον αὕτη. Καὶ γὰρ τοσούτῳ ἀμείνων ἐκείνης αὕτη ἡ ἀρχὴ, ὅσῳ τῶν ἄλλων δὲ ἐκείνη· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τὸν λόγον τοῦτον ἀκριβέστερον ἐξετάσωμεν. Ἔστι τέχνη γεωργικὴ, ἔστιν ὑφαντικὴ, οἰκοδομικὴ· αἳ καὶ ἀναγκαιόταται σφόδρα εἰσὶ, καὶ μάλιστα συνέχουσιν [547] ἡμῶν τὸν βίον. Αἱ γὰρ δὴ ἄλλαι διάκονοι τούτων εἰσὶν, ἡ χαλκευτικὴ, ἡ τεκτονικὴ, ἡ ποιμαντικὴ. Ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν τῶν τεχνῶν ἀναγκαιοτέρα πασῶν ἡ γεωργικὴ, ἣν καὶ πρώτην εἰσήγαγεν ὁ Θεὸς, τὸν ἄνθρωπον πλάσας. Ὑποδημάτων μὲν γὰρ ἄνευ καὶ ἱματίων δυνατὸν ζῆν, γεωργικῆς δὲ χωρὶς, ἀμήχανον.

Τοιούτους τοὺς ἀμαξοβίους εἶναί φασι, τοὺς παρὰ Σκύθαις νομάδας, τοὺς γυμνοσοφιστὰς τοὺς τῶν Ἰνδῶν. Οὗτοι γὰρ καὶ οἰκοδομικὴν καὶ ὑφαντικὴν καὶ τὴν τῶν ὑποδημάτων εἶασαν τέχνην, μόνης δὲ τῆς γεωργικῆς δέονται. Αἰσχύνθητε οἱ τῶν περιττῶν χρῄζοντες τεχνῶν, καὶ μαγείρων καὶ πλακουντοποιῶν καὶ ποικιλτῶν καὶ μυρίων ἑτέρων τοιούτων, ἵνα ζῆτε· αἰσχύνθητε οἱ τὰς ματαιοτεχνίας εἰσαγόντες τῷ βίῳ· αἰσχύνθητε ἐκείνους τοὺς βαρβάρους ὑμεῖς οἱ πιστοὶ, τοὺς μὴ δεομένους τέχνης. Καὶ γὰρ σφόδρα αὐτάρκη τὴν φύσιν ἐξ ὀλίγων ἐποίησεν ὁ

Digitized by Google

In omnibus exhibuistis vosipsos incontaminatos esse in negotio. Non modo quia nullum facinus aggressi essent (perspicuum enim hoc erat), sed etiam quia id perpetranti minime faverent. Quia enim in priore epistola dicebat, *Et vos inflati estis* (1. *Cor.* 5. 2); hic ait, Hac quoque suspicione vosipsos liberastis, dum non modo facinus istud non laudastis, verum etiam ei, a quo admissum fuerat, succensuistis. 12. *Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est.* Nam ne dicerent, Ecquid igitur nos objurgas, si huic facinori affines non eramus? huic objectioni superius etiam occurrens, atque ad id sibi viam præmuniens, ea dicebat quæ dicebat, nempe: *Non me pœnitet, etiamsi pœnituerat.* Tantum enim abest, inquit, ut de iis, quæ tum scripsi, me pœniteat, ut tum magis me pœnituerit, quam nunc, cum vos puros exhibuistis. Videsne rursus, quanta dicendi vi atque contentione Paulus utatur, et quomodo sermonem in contrarium retorserit? Ex eo enim ipso, unde eum pudore affectum fuisse existimabant, ut qui frustra eos objurgasset, quod in melius profecissent, ex eo ipso demonstrat se justam liberius eos alloquendi causam habuisse. Neque enim ipsis jam ad gratiam loqui recusat, cum id se facere posse videt. Etenim cum superius dixerit, *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur* (1. *Cor.* 6. 16); et, *Tradite hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis* (1. *Cor.* 5. 5): et, *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est* (1. *Cor.* 6. 18); et cætera omnia ejusdem generis: qui fit ut hic dicat, *Non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est?* Non secum ipse pugnat, cum ita loquitur, imo pulchre concordat. Quomodo secum concordat? Quoniam summo ei studio erat, vim sui erga eos amoris declarare. Quocirca non hoc amputat, quod fornicatoris illius saluti consultum velit; verum simul, ut jam dixi, suam erga eos caritatem ostendit, seque longe magis hoc metu perculsum fuisse, quod vereretur ne Ecclesia tota detrimentum ex eo flagitio acciperet, malumque latius serperet, ac sensim grassans, totam Ecclesiam occuparet. Ideo dicebat, *Modicum fermenti totam massam corrumpit* (1. *Cor.* 5. 6). Verum id quidem tunc dicebat: nunc autem, quoniam ad meliorem frugem se receperant, non jam ita loquitur, verum alio modo; atque ipsum quidem subindicat, sed suavius orationem tractat, dicens, *Ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis ad vos.* Hoc est, ut exploratum habeatis, quantopere vos amem. Hoc autem ipsum prius dixit; sed aliis verbis explicatum, speciem aliam præbere videtur. Nam quod idem sit, mentem Pauli excute, nec quidquam discriminis esse comperies. Quoniam enim, inquit, valde vos amo, verebar ne quid inde molestiæ caperetis, atque ipsi mœrore afficeremini. Sicut cum ait, *Num de bobus cura est Deo* (1. *Cor.* 9. 9)? non hoc dicit, ei boum curam minime esse; neque enim res ulla Dei providentia destituta conservari potest; sed his verbis hoc vult, Deum, cum legem illam sanciret, non præcipuam boum curam habuisse: sic et hoc loco, Propter vos, inquit, potissimum scripsi; deinde etiam illius causa. Atque infixum quidem in animo vestri amorem habebam, etiamsi nihil ad vos literarum dedissem; cæterum eum vobis per literas illas atque omnibus in universum declarare cupiebam. *Ideo consolati sumus:* quoniam et nostrum erga vos studium ostendimus, et officio plene perfuncti sumus. Sic alio quoque loco dicebat, *Nunc vivimus, si vos statis in Domino* (1. *Thess.* 3. 8); et rursus, *Quæ est ergo spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ* (1. *Thess.* 2. 19)? *nonne vos?* Discipulorum enim incrementum mente præditio magistro et vita et cohortatio et consolatio est.

3. Nihil enim eum, qui imperium gerit, æque indicat, ut amor atque indulgentia erga eos quibus præest. Nam patrem non modo sobolis procreatio facit, sed etiam post procreationem amor. Quod si ubi natura est, tantus amor requiritur: quanto magis ubi gratia? Ita veteres omnes splenduerunt. Hinc quippe omnes, qui apud Hebræos in gloria fuerunt, nominis splendorem assequuti sunt. Sic Samuel magnum se præbuit, cum diceret: *Absit a me hoc peccatum in Domino, ut cessem orare pro vobis* (1. *Reg.* 12. 23). Sic David, sic Abraham, sic Elias, sic justi omnes, tam in Veteri quam in Novo Testamento. Etenim Moyses subditorum amore ductus, ingentes opes ac thesauros omni sermone sublimiores reliquit, potius habens affligi cum populo Dei. Quin prius etiam, quam dux creatus fuisset, reipsa populi moderator erat. Quare perquam stolide ad eum Hebræus ille dicebat, *Quis te constituit principem ac judicem super nos* (*Exod.* 2. 14)? Quid ais? opera cernis, et de nomine dubitas? Perinde ac si quis medicum peritissimo secantem, atque ægræ corporis parti opem afferentem, conspiciens dicat, Quis te medicum constituit, ac secare jussit? ars nimirum ipsa, vir optime, ac morbus tuus: eodem modo hunc quoque artis scientia ad talem dignitatem evexit. Neque enim imperium tenere, dignitas tantum est, sed ars etiam, et quidem artium omnium præstantissima. Nam si æternum imperium ars est, et scientia omnium præclarissima: multo profecto magis hoc nostrum. Tanto quippe hoc imperium illo præstantius est, quanto illud reliquis antecellit: imo vero longe etiam magis. Ac si placet, hunc sermonem accuratius expendamus. Ars est agricultura, ars est textrina, ars est ædificatio: quæ etiam ipsæ perquam necessariæ sunt, ac vitam nostram maxime tuentur. Nam cæteræ, ut ferraria, fabrilis, eaque quæ in ovibus armentisque pascendis sita est, his dumtaxat ancillantur. Sed harum artium maxime necessaria est agricultura, quam etiam Deus primam invexit, cum hominem creavit. Etenim sine calceis ac vestimentis vita duci potest, sine agricultura autem nullo modo potest.

Hamaxobii, Nomades et Gymnosophistæ. — Tales Hamaxobios esse ferunt; tales Nomadas qui apud Scythas in pascuis degunt; tales apud Indos gymnosophistas (*a*). Hi enim et ædificandi et texendi et con-

(*a*) De Hamaxobiis Scythiæ et Sarmatiæ populis, qui in

Digitized by Google

ficiendarum vestium artem reliquerunt, solaque agricultura opus habent. Pudeat vos, qui supervacaneis artibus indigetis, et coquis et placentarum cupediarumque artificibus aliisque ejusdem generis permultis, ut vitam transigatis : pudeat vos qui vanas artes in vitam humanam induxistis. Vobis, qui in Christum creditis, barbari illi pudorem incutiant, quibus arte opus non est. Etenim Deus naturam ita fecit, ut paucis admodum contenta sit. Quamquam nec vos cogo, nec legem impono ut ita vivatis, verum ut Jacob postulavit. Quid autem ille postulavit? *Si mihi dederit Deus panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum* (*Gen.* 28. 20). Sic etiam Paulus imperabat, dicens : *Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus* (1. *Tim.* 6. 8). Prima itaque est agricultura, secunda textoriaeque ars, tertia ea, quæ in exstruendis ædibus sita est; quæ autem in calceamentis versatur, omnium postrema est. Apud nos quippe et famuli complures et agricolæ sunt, qui sine calceamentis vitam transigant : proinde utiles ac necessariæ artes hæ sunt. Age igitur, ipsas cum imperandi arte conferamus. Hæc enim mihi causa fuit, cur eas artes, quæ magis usui sunt, in medium adduxerim, ut cum hanc illis præstantiorem esse demonstratum fuerit, sine controversia de aliis quoque ipsa palmam ferat. Unde igitur hanc omnibus aliis magis necessariam esse probabimus? Quia hac sublata nihil illæ prosunt. Ac, si lubet, omissis aliis, agriculturam, quæ omnibus præstat magisque necessaria est, in medium proferamus. Ecquid igitur ex agricolarum labore emolumenti afferetur, si homines inter se bellum gerant, aliique aliorum bona diripiant? Nunc enim principis metus eos reprimit, conservatque ea, quæ ab illis elaborantur : quem tu metum si semel sustuleris, frustra labor ille susceptus fuerit. Quod si quis accurate rem expendat, alterum quoque imperium, quod hoc gignat ac tueatur, inveniet. Quodnam hoc tandem? Illud scilicet, per quod cuique hoc agendum est, ut sibi ipse præsit ac dominetur, atque ita se comparet, ut illiberales animi motus coerceat, et rursus virtutis surculos alat atque omni studio augeat. Duplex enim imperii genus est : alterum cujus opera homines et populis et urbibus imperant, ac civilem hanc vitam moderantur : id quod Paulus indicabat, cum diceret : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo* (*Rom.* 13. 1). Ac postea, quantum hinc commodi comparetur ostendens, hæc verba subjunxit, *Magistratus Dei minister est in bonum* (*Ibid. v.* 4); ac rursus, *Dei minister est, vindex in iram ei, qui malum egit*. Alterum est, per quod imperium in se gerit quisquis mente ac prudentia præditus est : quod ipsum quoque Paulus his verbis declaravit, *Quod si vis non timere potestatem, bonum fac* (*Rom.* 13. 3) : de eo loquens, qui sibiipsi imperat.

4. *Ecclesiæ imperium quodnam.*—At vero hic aliud quoque imperii genus est, ac civili quidem imperio sublimius. Quodnam igitur hoc est? Quod in Ecclesia viget : cujus etiam ipsius mentionem Paulus facit, cum ait : *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis : ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri* (*Hebr.* 13. 17). Hoc enim imperium tanto civili excellentius est, quanto cælum terra; imo etiam multo præstantius. Primum namque non hoc præcipue curat, ut perpetrata scelera vindicet, sed ut ne omnino quidem perpetrentur : deinde si perpetrata sint, non ut ægrotantem de medio tollat, sed ut ipsa deleantur. Ad hæc rerum quidem hujus vitæ parvam omnino rationem habet; verum pro cælestibus omnia agit : *Nostra quippe conversatio in cælis est* (*Philipp.* 3. 20), nostra quoque vita illic. *Abscondita est* enim, inquit, *cum Christo in Deo* (*Coloss.* 3. 3). Præmia etiam illic sunt, ac pro coronis illic reconditis hic curritur. Neque enim hæc vita post mortem deletur, imo tum demum clarius lucet. Quocirca non modo majorem, quam provinciarum præfecti, sed etiam quam illi ipsi, qui diademate cincti sunt, honorem acceperunt qui hoc imperium gerunt, ut qui in majoribus rebus et ob majora commoda homines fingant. At vero nec qui civile, nec qui spirituale imperium expetunt, id rite ac præclare administrare poterunt, nisi sibiipsis prius, ut par est, imperent, atque utriusque politiæ leges summo studio servent. Ut enim duplex quodammodo est imperium populare : sic illud etiam quod in se quisque habet. Atque hic quoque rursus spirituale imperium civili præstat, ut a nobis est demonstratum. Porro artes etiam quasdam perspicere est, quæ imperii speciem imitentur, ac potissimum agriculturam. Est enim plantarum velut præfectus quidam agricola : quippe qui partim eas amputet ac cohibeat, partim augeat et excolat : non secus ac præclarissimi quique principes flagitiosos homines, ac pluribus labem et perniciem afferentes suppliciis afficiunt atque exscindunt, bonos contra et modestos viros ad majus quidpiam provehunt. Quo fit ut Scriptura vinitoribus antistites comparet. Quid enim, si plantæ vocem nullam mittunt, ut in urbibus ii solent quibus injuria fit? attamen per ipsum tamen aspectum injuriam acceptam ostendunt, ut quæ a noxiis herbis in arctum coactæ marescant. Atque ut improbitas legibus coercetur : ita hic quoque artis hujus adjumento et terræ vitium et plantæ ignobilitas ac feritas corrigitur. Et enim ea omnia quæ in humanis moribus exsistunt, illic quoque reperiemus, asperitatem nimirum, mollitiem, timiditatem, temeritatem, inconstantiam; ac ramos quidem alios opibus intempestive atque in vicinorum perniciem florentes, alios rursus egentes injuriaque affectos, velut cum sepes quædam in vicinarum plantarum exitium assurgunt, atque item

plaustris quasi domibus habitabant, plurimi scriptores egerunt. Erant etiam in Africa Hamaxobii, de quibus Silius Italicus :

Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

De Nomadis etiam qui in pascendis gregibus vitam agebant, vide Strabonem multis in locis; eorumque frequens mentio est apud scriptores multos. Dicitur autem hinc Numidarum in Africa nomen manavisse.

De Gymnosophistis Indorum philosophis innumeri pene egerunt. Sic autem vocabantur, quod γυμνοί, nudi, incederent.

Digitized by Google

Θεός. Πλὴν οὐκ ἀναγκάζω, οὐδὲ νομοθετῶ οὕτω ζῆν· ἀλλ' ὡς ὁ Ἰακὼβ ᾔτησε. Τί δὲ ᾔτησεν ἐκεῖνος; *Ἐὰν δῷ μοι Κύριος ἄρτον φαγεῖν, καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι.* Οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσε λέγων· *Ἔχοντες δὲ τροφὴν καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.* Πρώτη μὲν οὖν ἡ γεωργική, δευτέρα δὲ ἡ ὑφαντική, καὶ τρίτη μετ' ἐκείνην ἡ οἰκοδομική· ἡ δὲ τῶν ὑποδημάτων πασῶν ἐσχάτη. Παρὰ γοῦν ἡμῖν εἰσι πολλοὶ καὶ οἰκέται καὶ γεωργοὶ χωρὶς ὑποδημάτων ζῶντες. Οὐκοῦν αἱ χρήσιμοι καὶ ἀναγκαῖαι αὗται. Φέρε οὖν, παραβάλωμεν αὐτὰς τῇ ἀρχιτῇ. Διὰ γὰρ τοῦτο τὰς πασῶν κυριωτέρας παρήγαγον, ἵν' ὅταν φανῇ αὕτη βελτίων ἐκείνων, ἀναμφισβήτητος ἡ κατὰ τῶν ἄλλων αὐτῇ νίκη ᾖ. Πόθεν οὖν αὐτὴν δείξομεν ἀναγκαιοτέραν οὖσαν πασῶν; Ὅτι ταύτης ἄνευ οὐδὲν ἐκείνων ὄφελος. Καὶ, εἰ δοκεῖ, τὰς ἄλλας ἀφέντες, τὴν πασῶν ἀνωτέρω καὶ κυριωτέραν εἰς μέσον ἀγάγωμεν, τὴν γεωργικήν. Τί οὖν ἔσται πλέον τῆς τῶν γεωργῶν πολυχειρίας, ὅταν ἀλλήλοις πολεμῶσι, καὶ τὰ ἀλλήλων ἁρπάζωσι; Νῦν μὲν γὰρ ὁ τοῦ ἄρχοντος φόβος κατέχει, καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων γινόμενα φυλάττει· ἐὰν δὲ ταύτην ἀνέλῃς, περιττὸς ὁ πόνος ἐκεῖνος. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ ἑτέραν ἀρχὴν εὑρήσει μητέρα ταύτης καὶ σύνδεσμον οὖσαν. Ποίαν δὴ ταύτην; Καθ' ἣν ἕκαστον αὐτόν τινα ἑαυτοῦ κρατεῖν καὶ ἄρχειν δεῖ, τὰ μὲν ἀνελεύθερα κολάζοντα πάθη, πάντα δὲ τὰ τῆς ἀρετῆς βλαστήματα ἐκτρέφοντά τε καὶ αὔξοντα μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης. Ἔστι γὰρ ἀρχῆς εἴδη, ἐν μὲν, καθ' ὃ δήμων καὶ πόλεων ἄρχουσιν ἄνθρωποι, τὸν[548] πολιτικὸν τοῦτον διορθοῦντες βίον· ὅπερ ὁ Παῦλος ἡλῶν ἔλεγε· *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ.* Εἶτα δεικνὺς αὐτῆς τὸ κέρδος, ἐπήγαγε λέγων, ὅτι *Ὁ ἄρχων Θεοῦ διάκονός ἐστιν εἰς τὸ ἀγαθόν*· καὶ πάλιν, *Θεοῦ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.* Ἕτερον δὲ, καθ' ὃ ἑαυτοῦ τις ἕκαστος ὁ νοῦν ἔχων ἄρχει· ὃ καὶ αὐτὸ παρεδήλωσεν εἰπών, *Εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει*· τὸν ἑαυτοῦ σχοντα λέγων.

δ'. Ἐνταῦθα δέ ἐστι καὶ ἑτέρα ἀρχὴ τῆς πολιτικῆς ρχῆς ἀνωτέρα. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; Ἡ ἐν τῇ Ἐκησίᾳ· ἧς καὶ αὐτῆς ὁ Παῦλος μέμνηται λέγων, *εἴθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε, τοὶ αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ς λόγον ἀποδώσοντες.* Αὕτη γὰρ ἡ ἀρχὴ τοσοῦν τῆς πολιτικῆς ἀμείνων, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανός· λλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ως γενόμενα κολάσειεν ἁμαρτήματα σκοπεῖ προηγουμένως, ἀλλ' ὅπως μὴ γένοιτο τὴν ἀρχήν· ἔπειτα γενόμενα, οὐχ ὅπως ἀπενέγκοι τὸν κάμνοντα, ἀλλ' ὅπως ἀφανισθείη. Καὶ βιωτικῶν μὲν οὐ πολὺς αὐτῇ λόγος, πάντα δὲ ὑπὲρ τῶν ἐν οὐρανοῖς πραγμάτων χρηματίζει· *Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει*, καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐκεῖ. *Κέκρυπται* γὰρ, φησὶ, *σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ*. Καὶ τὰ ἔπαθλα ἐκεῖ, καὶ οἱ δρόμοι περὶ τῶν ἐκεῖ στεφάνων. Οὐδὲ γὰρ καταλύεται μετὰ τὴν τελευτὴν αὕτη ἡ ζωὴ, ἀλλὰ τότε διαλάμπει μειζόνως. Διὰ δὴ τοῦτο, οὐχ ὑπάρχων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν τὰ διαδήματα περικειμένων μείζονά εἰσιν ἐγκεχειρισμένοι τιμὴν οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν ἀρχὴν, ὅτε ἐν μείζοσι καὶ ἐπὶ μείζοσι πλάττοντες τοὺς ἀνθρώπους. Ἀλλ' οὔτε ὁ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν μετιὼν, οὔτε ὁ τὴν πνευματικὴν, δυνήσονται καλῶς ταύτας μεταχειρίζειν, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῶν ἄρξαιεν, ὡς χρὴ, καὶ τοὺς ἑκατέρους νόμους τῆς πολιτείας φυλάξαιεν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης. Ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν πολλῶν ἀρχὴ διπλῆ τίς ἐστιν, οὕτω καὶ ἡν ἑαυτοῦ τις ἕκαστος ἄρχει. Καὶ πάλιν κἀνταῦθα ἀμείνων τῆς πολιτικῆς ἡ πνευματική, ὥσπερ ὁ λόγος ἀπέδειξεν. Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ τῶν τεχνῶν ἑνίας ἀρχὴν μιμουμένας, καὶ μάλιστα τὴν γεωργικήν. Καθάπερ γὰρ ἄρχων τίς ἐστι τῶν φυτῶν ὁ γηπόνος, τὰ μὲν περικόπτων καὶ κωλύων [κολούων], τὰ δὲ αὔξων καὶ θεραπεύων· καθάπερ καὶ οἱ τῶν ἀρχόντων ἄριστοι τοὺς μὲν πονηροὺς, καὶ τοῖς πλείοσι λυμαινομένους, τιμωροῦνται καὶ ἐκκόπτουσι, τοὺς δὲ χρηστοὺς καὶ ἐπιεικεῖς ἐπὶ μεῖζον ἄγουσι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ Γραφὴ τοὺς ἄρχοντας ἀμπελουργοῖς ἀπεικάζει. Τί γὰρ, εἰ μὴ φωνὴν ἀφιᾶσι τὰ φυτὰ, καθάπερ ἐπὶ τῶν πόλεων οἱ κακῶς πάσχοντες; ἀλλ' ὅμως διὰ τῆς ὄψεως δεικνύουσι τὴν ἀδικίαν, μαραινόμενα, στενοχωρούμενα ὑπὸ τῶν πονηρῶν βοτανῶν. Καὶ καθάπερ νόμοις κολάζεται ἡ πονηρία, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα [549] τῇ τέχνῃ ταύτῃ καὶ γῆς κακία, καὶ φυτοῦ δυσγένεια καὶ ἀγριότης διορθοῦται. Καὶ γὰρ ὅσα ἐν τοῖς ἤθεσίν ἐστι τοῖς ἀνθρωπίνοις, εὑρήσομεν καὶ ἐκεῖ, τραχύτητα, μαλακότητα, δειλίαν, προπέτειαν, ἀστάθειαν, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν πλούτῳ κομῶντα ἀκαίρως καὶ ἐπὶ κακῷ τῶν πλησίον, τὰ δὲ πενόμενα καὶ ἀδικούμενα· οἷον ὅταν οἱ φραγμοὶ κομῶντες ἐπὶ κακῷ τῶν ἐγγὺς φυτῶν αἴρωνται, ὅταν ἕτερα δένδρα ἄκαρπα καὶ ἀνήμερα εἰς ὕψος ἀναδραμόντα τὴν αὔξησιν τῶν ὑποκειμένων κωλύῃ. Καὶ καθάπερ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ βασιλεῖς ἔχουσι τοὺς λυμαινομένους αὐτῶν τῇ ἀρχῇ καὶ πολεμοῦντας· οὕτω καὶ ὁ γηπόνος θηρίων ἔφοδον, ἀνωμαλίαν ἀέρων, χάλαζαν, ἐρυσίβην, ἐπομβρίας, αὐχμοὺς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ταῦτα δὲ γίνεται, ἵνα πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ διηνεκῶς ἐλπίδα βλέπῃς. Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι τέχναι καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων

συνίστανται σπουδῆς· αὕτη δὲ τὸ πλέον ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ροπῇ ἔχει, καὶ ὅλη διόλου σχεδὸν ἐκεῖθεν ἤρτηται· καὶ δεῖ μὲν τῶν ἄνωθεν ὑετῶν, δεῖ δὲ τῆς ὡρῶν κράσεως, καὶ πρὸ πάντων τῆς αὐτοῦ προνοίας. *Οὔτε γὰρ ὁ φυτεύων, οὔτε ὁ ποτίζων τί ἐστιν, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός.* Ἔστι καὶ θάνατος ἐνταῦθα καὶ ζωή, καὶ ὠδῖνες καὶ τόκοι, καθάπερ ἐπ' ἀνθρώπων. Ἔστι γὰρ καὶ ἀποτμηθῆναι, καὶ καρπὸν ἐνεγκεῖν, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ γενέσθαι τὸ τεθνηκὸς αὐτὸ πάλιν ἄνωθεν· ἔνθα καὶ ποικίλως ἡμῖν καὶ σαφῶς διαλέγεται περὶ ἀναστάσεως ἡ γῆ. Ὅταν γὰρ ἡ ῥίζα ἐνέγκῃ καρπὸν, ὅταν τὸ σπέρμα φυῇ, οὐκ ἀνάστασις τὸ πραγμά ἐστι; Καὶ πολλὴν ἂν τις ἴδοι τῇ ἀρχῇ ταύτῃ τὴν παρὰ [a] τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἐγκειμένην καὶ σοφίαν, εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξίοι. Ἀλλ' ὅπερ ἐβουλόμην εἰπεῖν, ὅτι αὕτη μὲν περὶ γῆν ἐστι καὶ φυτὰ, ἡ δὲ ἡμετέρα περὶ ψυχῶν θεραπείαν. Ὅσον δὲ φυτῶν καὶ ψυχῶν τὸ μέσον, τοσοῦτον αὕτη βελτίων ἐκείνης. Οἱ δὲ τοῦ βίου τοῦ παρόντος ἄρχοντες, τοσοῦτον αὐτῆς ἐλάττους πάλιν, ὅσον τὸ ἐκόντος τοῦ ἄκοντος κρατεῖν βέλτιον. Αὕτη γάρ ἐστι καὶ ἡ φύσει ἀρχή. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ πᾶν τῷ φόβῳ γίνεται καὶ τῇ ἀνάγκῃ· ἐνταῦθα δὲ τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς γνώμης ἐστὶ κατόρθωμα. Καὶ οὐ ταύτῃ μόνον αὕτη βελτίων ἐκείνης, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀρχὴ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πατρότης, ὡς ἄν τις εἴποι· καὶ γὰρ πατρὸς ἔχει τὸ ἤμερον, καὶ μείζονα ἐπιτάττουσα πείθει. Ὁ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἄρχων φησὶν, Ἐὰν μοιχεύσῃς, ἀπέθανες· οὗτος δὲ κἂν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς ἴδῃς, τὰ μέγιστα ἀπειλεῖ. Καὶ γὰρ σεμνὸν τοῦτο τὸ δικαστήριον, καὶ ψυχῆς, οὐχὶ σώματος μόνον διορθωτικόν.

ε'. Ὅσον οὖν ψυχῆς καὶ σώματος τὸ μέσον, τοσοῦτον πάλιν αὕτη διέστηκεν ἐκείνης ἡ ἀρχή. Κἀκεῖνος μὲν τῶν φανερῶν κάθηται κριτής· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτων [550] ἁπάντων, ἀλλὰ τῶν ἐλεγχομένων· πολλάκις δὲ καὶ τούτων προδότης γίνεται· τὸ δὲ κριτήριον τοῦτο παιδεύει τοὺς εἰσιόντας, ὅτι ὁ παρ' ἡμῖν δικάζων, πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα εἰς μέσον ἄξει ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς οἰκουμένης θεάτρου, καὶ λαθεῖν ἀμήχανον. Ὥστε πολλῷ μᾶλλον τῶν ἔξωθεν νόμων ὁ χριστιανισμὸς τὸν ἡμέτερον συνέχει βίον. Εἰ γὰρ καὶ τὸ περὶ τῶν κεκρυμμένων τρέμειν τοῦ περὶ τῶν φανερῶν μόνον δεδοικέναι ἀσφαλέστερον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦ τὰ μείζω κολάζειν τὸ καὶ τῶν ἐλαττόνων ἀπαιτεῖν εὐθύνας μᾶλλον αὐτὸν διανίστησι πρὸς ἀρετήν· εὔδηλον ὅτι πάντων μάλιστα αὕτη ἡ ἀρχὴ τὴν ἡμετέραν συγκροτεῖ ζωήν. Εἰ δὲ βούλει, καὶ τὰς χειροτονίας τῶν ἀρχόντων ἴδωμεν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα πολὺ τὸ μέσον δῆλον. Οὐ γὰρ χρήματα δόντας ἔστι λαβεῖν τὴν ἀρχὴν ταύτην, ἀλλὰ τρόπον ἐπιδειξάμενον [b] ἄριστον· οὐδὲ ὡς ἐπὶ δόξαν ἀνθρωπίνην καὶ ἄνεσιν οἰκείαν, ἀλλ' ὡς εἰς πόνους καὶ ἱδρῶτας καὶ τὸ τῶν πολλῶν συμφέρον, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἄγεται ταύτην ὁ χειροτονηθείς. Διὸ καὶ πολλῆς ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν βοηθείας παρὰ τοῦ Πνεύματος. Κἀκεῖ μὲν μέχρι τοῦ διαγορεῦσαι τὰ πρακτέα μόνον ἔστηκεν ἡ ἀρχή· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν εὐχῶν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς χάριτος προστίθησι συμμαχίαν. Μᾶλλον δὲ ἐκεῖ μὲν οὐδὲ λόγος ὑπὲρ φιλοσοφίας οὐδεὶς, οὐδὲ κάθηταί τις διδάσκων τί ψυχὴ, καὶ τί ποτε κόσμος, καὶ τί μέλλομεν εἶναι μετὰ ταῦτα, καὶ ἐπὶ τίσιν ἀπελευσόμεθα ἐντεῦθεν, καὶ πῶς ἀρετῆς περασόμεθα, ἀλλὰ περὶ μὲν συναλλαγμάτων καὶ συμβολαίων καὶ χρημάτων πολὺς ὁ λόγος, τούτων δὲ οὐδεμία φροντὶς· ἐν δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ πάντας ὑπὲρ τούτων τοὺς λόγους ἴδοι τις ἂν γινομένους· διὸ καὶ δικαίως πάντα ἂν τις αὐτὴν καλέσειε, καὶ δικαστήριον, καὶ ἰατρεῖον, καὶ φιλοσοφίας διδασκαλεῖον, καὶ ψυχῆς παιδευτήριον, καὶ γυμνάσιον δρόμων τῶν εἰς οὐρανοὺς φερόντων. Ὅτι δὲ καὶ ἡμερωτάτη πασῶν ἡ ἀρχὴ, καίτοι μείζονα ἀκρίβειαν ἀπαιτοῦσα, δῆλον ἐντεῦθεν. Ὁ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἄρχων, ἂν λάβῃ μοιχὸν, εὐθέως ἐκόλασε. Καίτοι τί τὸ κέρδος; τοῦτο γὰρ οὐχὶ τὸ πάθος ἐστὶν ἀνελεῖν, ἀλλὰ τὸ τραῦμα ἔχουσαν ἀποπέμψαι τὴν ψυχήν. Ὁ δὲ ἐνταῦθα ἄρχων εὑρὼν, οὐχ ὅπως τιμωρήσηται, ἀλλ' ὅπως ἐξέλῃ τὸ πάθος, σπεύδει. Σὺ μὲν γὰρ ταύτὸν ποιεῖς, ὥσπερ ἄν, περὶ τὴν κεφαλὴν νοσήματος γενομένου, μὴ τὸ νόσημα παύσῃς, ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμοις· ἐγὼ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ νόσημα ἀποτέμνω· καὶ εἴργω μὲν αὐτὸν μυστηρίων καὶ ἱερῶν περιβόλων, ἀναστησάμενος δὲ αὐτὸν, καὶ ἀπαλλαγέντα τῆς κακίας, καὶ ἀμείνω τῇ μετανοίᾳ γενόμενον ἀναλαμβάνω πάλιν. Καὶ πῶς ἔστιν ἐξελεῖν μοιχείαν; φησίν. Ἔστι, καὶ σφόδρα ἔστιν ὑπὸ τοῖς [551] νόμοις γενόμενον τούτοις. Βαλανεῖον γάρ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία πνευματικὸν, οὐ ῥύπον σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἀποσμῆχον κηλῖδα τοῖς πολλοῖς τῆς μετανοίας τρόποις. Σὺ μὲν γὰρ ἄν τε ἀφῇς ἀτιμώρητον, χείρονα εἰργάσω· ἄν τε κολάσῃς, ἀνίατον εἴασας· ἐγὼ δὲ οὔτε ἀφίημι ἀτιμώρητον, οὔτε κολάζω, ὡς σὺ, ἀλλὰ καὶ δίκην ἀπαιτῶ τὴν ἐμοὶ πρέπουσαν, καὶ διορθοῦμαι τὰ γεγενημένον. Βούλει καὶ ἑτέρως μαθεῖν, πῶς σὺ μὲν ξίφη γυμνῶν, καὶ φλόγα δεικνὺς τοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὐ πολλὴν ἐργάζῃ τὴν ἰατρείαν, ἐγὼ δὲ τούτων χωρὶς πρὸς καθαρὰν ἐχειραγώγησα τὴν ὑγίειαν; Οὐ δεῖ δέ μοι λόγων οὐδὲ ῥημάτων, ἀλλὰ γῆν καὶ θάλατταν εἰς μέσον ἄγω, καὶ αὐτὴν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Καὶ ἐξέτασον, πρὶν ἢ τὸ δικαστήριον τοῦτο καθίσαι, πῶς τὰ ἀνθρώπινα διέκειτο πράγματα, πῶς οὐδὲν τῶν νῦν κατορθωθέντων οὐδὲ μέχρις ὀνόματος ἦν ἀκοῦσαί ποτε. Τίς γὰρ θανάτου κατετόλμησε; τίς χρημάτων κατεφρόνησε; τίς δόξης ὑπερεῖδε; τίς τοὺς ἐν μέσῳ

[a] Legebatur ταύτην παρά.
[b] In notis Savilianis Dunæus vult legi ἐπιδειξαμένους. Al ἐπιδειξάμενον etiam bene habet.

Digitized by Google

infrugiferæ aliæ arbores et agrestes in altum elatæ subjectarum arborum incrementum impediunt. Et sicut præfecti ac reges habent qui imperium suum labefactent atque oppugnent : ita etiam agricola ferarum incursus, aeris intemperiem, grandinem, rubiginem, imbrem, siccitatem aliaque ejusdem generis. Quæ quidem eo fiunt, ut perpetuo spes tua in Deo sita sit. Nam cæteræ quidem artes hominum quoque studio ac præsidio sese tuentur ; hæc vero ubertatis spem magna ex parte in Dei ope atque auxilio positam habet, totaque pene omnino hinc pendet : at tametsi pluvias etiam, partiumque anni temperiem desideret, potissimum tamen Dei providentiam requirit. *Neque* enim *qui plantat, aut qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus* (1. *Cor.* 3. 7). Quin hic quoque et mors et vita est, et parturigines et partus, ut in hominibus. Nam et exscindi contingit, et fructum ferre, et mori, et quod mortuum fuerit, rursus ad vitam redire : in quo etiam nobis varie ac perspicue terra de resurrectione sermocinatur. Nam *cum radix fructum fert ac semen edit*, annon id resurrectio est? Ac multam utique Dei providentiam et sapientiam imperio huic adjunctam cernere quis possit, si singula persequi velit. Verum, ut ad institutam orationem veniam, imperium illud circa terram ac stirpes versatur ; nostrum autem circa curam animarum. Quanto itaque inter stirpes et animas interest, tanto hoc imperium illo præstabilius censeri debet. Rursus qui præsentis vitæ imperio potiuntur, tanto iis, penes quos ecclesiasticum imperium est, inferiores sunt, quanto minus præclarum est invitis, quam volentibus, imperare. Nam hoc etiam naturæ consentaneum imperium est. Etenim illic quidem omnia metu ac necessitate perficiuntur ; hic voluntas liberaque animi sententia omnia exsequitur. Neque hac tantum ratione hoc imperium illi præstat, sed etiam quia non imperium modo, verum et paternitas, ut ita dicam, est : nam patris mansuetudinem habet, cumque majora præcipiat, ea tamen persuadet. Externus enim princeps dicit, Si adulterium admiseris, actum de te erit : at hic gravissimas pœnas minatur, si impudicis oculis mulierem conspexeris. Etenim grave ac venerandum est hoc tribunal ; nec corpus solum, sed animam etiam corrigit.

5. Quantum ergo inter corpus et animum discriminis est, tantum item hoc imperium ab illo distat. Ad hæc qui imperio illo fungitur, perspicuorum dumtaxat criminum judex sedet, imo ne horum quidem omnium, verum eorum tantum, quæ comperta sunt : quin plerumque etiam accidit, ut prodito jure ea dissimulet. At contra tribunal nostrum omnes qui ingrediuntur hoc docet, quod qui apud nos judicis partes tenet, nudâ omnia et aperta in communi totius terrarum orbis theatro proferet : nec cuiquam sese occultandi facultas erit. Ac proinde Christiana lex multo magis vitam nostram tuetur et continet, quam externæ. Nam si de tectis atque occultis peccatis contremiscere, cautiorem hominem reddit, quam de perspicuis tantum in metu esse, atque is, qui de levibus etiam noxis pœnas expetit, ad virtutis studium magis excitat, quam qui gravissima dumtaxat punit : non est profecto dubium quin vita nostra hoc imperio maxime fulciatur et conservetur. Quod si placet, utriusque etiam principis ordinationem consideremus : hic quippe multum discrimen perspicies. Non enim numerata pecunia hoc imperium accipere licet, sed edito probatissimæ vitæ documento : nec vero ad hoc imperium ita provehitur is qui ordinatus est, quasi ad humanam gloriam et privatam requiem, sed velut ad labores et sudores ac publicam utilitatem. Unde etiam haud parvum a Spiritu sancto auxilium consequitur. Atque illic quidem non ultra progreditur is qui imperat, quam ut quæ facienda sint edicat ; hic vero precum etiam et gratiæ subsidium adjungit. Quin potius illic ne verbum quidem ullum de philosophia habetur, nec sedet quisquam qui doceat, quid sit anima, quid mundus, quid ipsi postea futuri, et ad quæ hinc migraturi sumus, quaque ratione virtutem adipisci queamus ; verum de pactis quidem et contractibus ac pecuniis multa verba funduntur, harum autem rerum nulla prorsus cura est. At in Ecclesia sermones omnes hisce de rebus institui conspicias. Ob eamque causam quidvis eam merito nuncuparis, tribunal, medicinæ et philosophiæ scholam, et animæ ludum literarium, et gymnasium cursuum in cælum ferentium. Jam vero, quod hoc imperium omnium imperiorum lenissimum sit, etiamsi alioqui plus diligentiæ requiras, hinc liquet. Nam qui externum imperium gerit, si adulterum arripuerit, protinus in eum animadvertit. Ecquid porro hinc commodi exsistit? hoc enim non vitium est de medio tollere, sed sauciam animam abigere. At qui hic imperat, non hoc curat ut de nocente supplicium sumat, sed ut vitium evellat. Nam tu quidem perinde facis, ac si morbo aliquo in capite enato, non morbum comprimas, sed caput amputes : ego vero non ita, sed morbum trunco ; atque eum quidem a mysteriis sacrisque septis arceo, sed eumdem postea excitatum, ac vitio liberatum melioremque per pœnitentiam effectum, rursus assumo. Et qui fieri potest, inquis, ut adulterium eximatur? Potest, inquam, et quidem facile : si quis his legibus sese submittat. Balneum enim spirituale est Ecclesia, non corporis spurcitiem, sed animæ labes variis pœnitentiæ modis abstergens. Nam tu quidem, si eum impunitum dimiseris, pejorem reddis ; si supplicio affeceris, incurabilem reliquisti : ego autem nec impunitum abire sino, nec tuo more plecto ; verum simul et pœnam, quam debeo, ab eo expeto, et quod commissum est corrigo. Visne etiam aliter ex me discere quo pacto tu gladium stringens, ac flammam peccatoribus ostendens, haud magnam iis medicinam afferas ; ego autem his etiam remotis ad integram eos sanitatem ducam? Nec vero mihi oratione ac verbis opus est, sed terram ac mare, atque adeo ipsam hominum naturam in medium adduco. Ac mihi velim expendas, priusquam tribunal hoc fixum esset, quinam rerum humanarum status erat ; quomodo nihil

Digitized by Google

eorum, quæ nunc præstantur, ne nomine quidem tenus olim audiri poterat. Ecquis enim adversus mortem intrepidum animum præbuit? ecquis opes contempsit? quis gloriam pro nihilo duxit? quis fuga relictis mundi tumultibus montes et solitudinem, philosophiæ matrem, complexus est? ubinam virginitatis nomen olim erat? Hæc quippe omnia, atque his plura, tribunalis hujus beneficio nobis contigerunt: hæc nobis hoc imperium effecit. Cum igitur hæc perspecta habeatis, atque omnem hujus vitæ utilitatem, orbisque universi correctionem hinc fluere intelligatis, date operam, ut ad divinorum sermonum auditionem atque ad hos conventus et precationes crebro veniatis. Nam si ad hunc modum vos componatis, vitamque ac mores cælis dignos exhibeatis, promissa bona consequi poteritis, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA XVI.

CAP. 7. v. 13. *Ideo consolati sumus in consolatione vestra; abundantius autem magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis.*

1. En rursus quomodo laudes eorum attollat, eorumque caritatem ostendat. Posteaquam enim magnam se voluptatem cepisse asseruit, quod tantum ipsius epistola præstitisset, quodque tantum inde emolumenti ad Corinthios rediisset; *Gaudeo* enim, inquit, *non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam*; suamque erga eos caritatem his verbis declarasset: *Etiamsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis ad vos*; rursus aliud eorum benevolentiæ argumentum commemorat, quod magnam ipsis laudem conciliat, ostenditque quam sincera caritate præditi sint: *In consolatione enim vestra*, inquit, *abundantius gavisi sumus super gaudio Titi.* Atqui non est hoc hominis magno amore flagrantis, ob eum majori lætitia affici, quam ob illos. Imo vero, inquit Paulus, magni amoris hoc argumentum est: non enim tam illius, quam vestra causa sum delectatus: unde etiam mox subdit, *Quia viscera ejus refecta sunt a vobis omnibus.* Non dixit, Ipse, sed, *Viscera ipsius*; hoc est, caritas ea, qua vos complectitur. Quonam autem modo refecta sunt? *Ab omnibus*: nam id quoque amplissimæ laudi ducendum est. 14. *Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum.* Magna hæc laus habenda est, cum præceptor gloriatur: ait enim, *Non sum confusus.* Ob id gavisus sum, quod meliores exstitistis, ac rebus ipsis verba mea comprobastis. Ex quo mihi duplex ornamentum comparatum est, tum quia vestra virtus altius provecta est, tum quia minime a veritate aberrasse visus sum. *Sed sicut omnia vobis in veritate loquuti sumus, ita et gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est.* Hoc loco aliud quoque subindicat. Quemadmodum, inquit, apud vos omnia de Tito vere loquuti sumus (verisimile enim est, eum multas apud illos Titi laudes protulisse): sic vicissim ea, quæ de vestris laudibus a me ad Titum dicta sunt, vera comperta sunt. 15. *Et viscera ipsius abundantius in vobis sunt.* His verbis jam eum commendat, ut magno amore inflammatum atque ipsis devinctum. Non enim dixit, Caritas ipsius, sed *Viscera ipsius.* Deinde ne assentari videatur, ubique amicitiæ causas affert, tum ne, uti jam dixi, in adulationis suspicionem incidat, tum ut eos ad virtutem acrius incitet, laudem ad eos referens, atque ostendens eos esse, qui tantæ benevolentiæ initium atque argumentum Tito injecerint. Nam cum dixisset, *Viscera ejus abundantius sunt ad vos*, subjungit, *Reminiscentis omnium vestrum obedientiam.*

Titi laus. — Hoc autem Titi quoque gratum animum erga homines de se bene meritos ostendit, ut qui eos omnes animo complexus rediisset, perpetuaque memoria circumferret, atque et ore et mente versaret. Corinthios etiam majorem in modum ornat, quod ipsum ita sibi devinctum dimisissent. Mox obedientiam etiam ipsorum exponit, ut eorum studio stimulos addat: unde et subnectit hæc verba, *Quomodo cum timore et tremore suscepistis eum.* Non modo cum caritate, sed etiam cum summo honore. Viden' quomodo duplicis virtutis testimonium ipsis tribuat: quod et ut patrem eum amarent, et ut antistitem metuerent, nec metu eorum benevolentiam obscurante, nec benevolentia metum solvente? Atque id est quod superius dicebat: *Quod secundum Deum contristati estis, quantam in vobis operatum est sollicitudinem, sed timorem, sed desiderium* (2. *Cor.* 7. 11)! 16. *Gaudeo igitur quoniam in omnibus confido in vobis.* Viden' quomodo ob ipsos magis gaudeat? Quoniam, inquit, præceptori vestro dedecori minime fuistis, nec testimonio meo indignos vos reddidistis. Proinde non tam ob Titum lætabatur, quod tantum honorem accepisset, quam ob eos, quod tantum grati animi specimen edidissent. Nam ne illius potius amicitia ductus, in lætitia versari videatur, vide quomodo hic quoque causam afferat. Ut enim superius dixit, *Quod si quid de vobis gloriatus sum, non sum confusus*: sic etiam hoc loco, *Quoniam in omnibus confido in vobis.* Sive objurgatio adhibenda sit, non timeo, ne vos a me separemini; sive gloriandum sit, non vereor ne redarguar; sive vos, ut morigeros, sive ut caritate aut etiam zelo præditos, laudandos habeam, confido de vobis. Edixi ut exscinderetis, et exscidistis; edixi ut reciperetis, et recepistis; dixi coram Tito vos magnos quosdam et admirandos viros esse, magistrosque vereri nosse: hæc rebus ipsis vera esse demonstrastis. Nec perinde ille hæc ex me didicit, ut ex vobis. Quocirca ingenti vestri amore incensus ad me reversus est: quod plura exhibueritis, quam verba mea ferrent. (*Cap.* 8.) 1. *Notam autem vobis facio, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ.*

Digitized by Google

ρύδου; φυγών, ὄρη [a] καὶ ἐρημίαν, τὴν μητέρα τῆς
σοφίας, ἠσπάσατο; ποῦ παρθενίας ὄνομά ποτε
; Ταῦτα γὰρ πάντα, καὶ τὰ τούτων πλείονα, τού-
τοῦ δικαστηρίου κατόρθωμα γέγονε, ταύτης τῆς
χῆς ἔργα. Ταῦτ' οὖν εἰδότες καὶ καταμαθόντες, ὡς

[a] *Aberat* ὄρη.

ἐντεῦθεν πᾶσα ὠφέλεια τοῦ βίου, καὶ ἡ τῆς οἰ-
κουμένης διόρθωσις, θαμινὰ βαδίζετε παρὰ τὴν τῶν
θείων λόγων ἀκρόασιν, καὶ τὰς συνόδους τὰς ἐνταῦθα,
καὶ τὰς εὐχάς. Ἂν γὰρ οὕτως ἑαυτοὺς ῥυθμίζητε,
δυνήσεσθε τῶν οὐρανῶν ἀξίαν ἐπιδειξάμενοι πολιτείαν
τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φι-
λανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΙϚ'.

*τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει
ὑμῶν· περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ
τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα
αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν.*

'. Ὅρα πάλιν πῶς ἐπαίρει αὐτῶν τὰ ἐγκώμια,
δείκνυσι τὴν ἀγάπην. Εἰπὼν γάρ, ὅτι Ἥσθην ὅτι
οῦτον ἡ ἐπιστολὴ ἤνυσε, καὶ ὅτι Τοσοῦτον ἐκερδά-
· *Χαίρω* γάρ, φησὶν, *οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ'
ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν*· καὶ δείξας αὐτοῦ τὴν
πην· φησὶ γάρ, ὅτι *Εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ
εν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικη-
ος, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν
ῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς*· λέγει πάλιν
σημεῖον τῆς αὐτῶν εὐνοίας, ὃ πολὺν αὐτοῖς φέ-
ὸν ἔπαινον, καὶ δείκνυσι τῆς ἀγάπης αὐτῶν τὸ
ιον· *Ἐπὶ γὰρ τῇ παρακλήσει ὑμῶν περισσο-
ς μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου*, φησί.
οι γε τοῦτο οὐκ ἔστι φιλοῦντος σφοδρῶς, τὸ ἐπ'
ῳ μᾶλλον χαρῆναι, ἢ ἐπ' αὐτοῖς. Ναί, φησίν·
οὐδὲ γὰρ δι' ἐκεῖνον τοσοῦτον, ὅσον δι' ὑμᾶς
ν. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει λέγων, *Ὅτι
πλάγχνα αὐτοῦ ἀναπέπαυται ἀπὸ πάντων
·*. Οὐκ εἶπεν, Αὐτὸς, ἀλλὰ, *Τὰ σπλάγχνα αὐ-
τουτέστιν, ἡ ἀγάπη αὐτοῦ ἡ περὶ ὑμᾶς*. Καὶ
ἀναπέπαυται; *Ἀπὸ πάντων*. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο
τον ἐγκώμιον. *Ὅτι εἴ τι αὐτῷ κεκαύχημαι
ὑμῶν*. Μέγας ὁ ἔπαινος, ὅταν ὁ διδάσκαλος
ῖται· φησὶ γάρ, ὅτι Οὐ κατῃσχύνθην. Διὰ τοῦτο
ν, ὅτι βελτίους ἐφάνητε, καὶ διὰ τῶν ἔργων
τέ μου τὰ ῥήματα. Ὥστε διπλοῦς ὁ κόσμος
καὶ ὅτι ὑμεῖς ἐπεδώκατε, καὶ ὅτι ἐγὼ οὐκ ἐφά-
ῆς ἀληθείας διαπίπτων. *Ἀλλ' ὡς πάντοτε ἐν
ίᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις
ἡ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια γέγονεν*. Ἐνταῦθα καὶ
ι αἰνίττεται· ὅτι ὥσπερ παρ' ὑμῖν μετὰ ἀλη-
τάντα ἐφθεγξάμεθα· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ
πολλὰ αὐτοῖς εἰπεῖν ἐγκώμια· οὕτω καὶ τὰ
μῶν ἡμῖν Τίτῳ εἰρημένα, ἀληθῆ ἐφάνη. *Καὶ
πλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως ἐστὶν εἰς*
Τοῦτο λοιπὸν ἐκεῖνον συνιστῶντός ἐστιν, ὡς
ἐκκαιόμενον, καὶ συνδεδεμένον αὐτοῖς. Καὶ
εν, *Ἡ ἀγάπη αὐτοῦ, ἀλλὰ, Τὰ σπλάγχνα αὐ-
ῖτα, ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν, πανταχοῦ τίθησι
λίας τὰς αἰτίας, ἵν', ὅπερ εἶπον, καὶ τὴν
ίαν διαφύγῃ, καὶ ἐκείνους μᾶλλον προτρέψῃ,
τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτοὺς περιΐστὰς, καὶ δεικνὺς τὴν
ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς τοσαύτης ἀγάπης ἐκεί-
νους ἐμβαλόντας αὐτῷ. Εἰπὼν γάρ, ὅτι *Τὰ σπλάγ-
χνα αὐτοῦ περισσοτέρως ἐστὶν εἰς ὑμᾶς*, ἐπ-
ήγαγεν· *Ἀναμιμνησκομένου τὴν ἁπάντων ὑμῶν
ὑπακοήν*.

Τοῦτο δὲ καὶ τὸν Τίτον εὐγνώμονα δείκνυσι περὶ
τοὺς εὐεργέτας, εἴ γε λαβὼν αὐτοὺς ἐν τῇ ψυχῇ ἐπ-
ανῆλθεν ἅπαντας, καὶ διηνεκῶς αὐτῶν μέμνηται, καὶ
ἐκείνους ἐπὶ στόματος ἔχει καὶ ἐπὶ διανοίας. Καὶ Κο-
ρινθίους πάλιν κοσμεῖ μειζόνως, ὅτι αὐτὸν οὕτω
χειρωσάμενοι ἐξέπεμψαν. Εἶτα καὶ τὴν ὑπακοὴν αὐ-
τῶν λέγει, ἐπιτείνων αὐτῶν τὴν σπουδήν· διὸ καὶ ἐπ-
άγει ταῦτα, *Ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε
αὐτόν*. Οὐ μετὰ ἀγάπης μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τιμῆς
ἐπιτεταμένης. Εἶδες πῶς διπλῆν αὐτοῖς ἀρετὴν μαρ-
τυρεῖ, καὶ ὅτι ὡς πατέρα ἐφίλουν, καὶ ὡς ἄρχοντα
ἐδεδοίκεσαν, οὔτε διὰ τὸν φόβον ἀμαυροῦντες τὴν
ἀγάπην, οὔτε διὰ τὴν ἀγάπην ἐκλύοντος τὸν φόβον;
Τοῦτο καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν, ὅτι *Τὸ κατὰ Θεὸν λυπη-
θῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπου-
δήν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν; Χαίρω οὖν,
ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν*. Ὁρᾷς ὅτι δι' αὐ-
τοὺς μᾶλλον χαίρει; Ὅτι οὐδαμοῦ τὸν διδάσκαλον
κατῃσχύνατε, φησὶν, οὐδὲ ἀνάξιοι φαίνεσθε τῆς
ἐμῆς μαρτυρίας. Ὥστε οὐχ οὕτω διὰ Τίτον ἔχαιρεν,
ὅτι τιμῆς ἀπήλαυσε τοσαύτης, ὡς δι' αὐτοὺς, ὅτι
τοσαύτην ἐπεδείξαντο εὐγνωμοσύνην. Ἵνα γὰρ μὴ
νομισθῇ δι' ἐκεῖνον χαίρειν μᾶλλον, ὅρα πῶς καὶ ἐν-
ταῦθα τὴν αἰτίαν τίθησιν. Ὥσπερ οὖν [553] ἀνωτέρω
εἶπεν, *Ὅτι εἴ τι αὐτῷ κεκαύχημαι ὑπὲρ ὑμῶν, οὐ
κατῃσχύνθην*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Ὅτι ἐν παντὶ
θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν*. Κἂν ἐπιπλῆξαι δέοι, οὐ δέδοικα μὴ
ἀποῤῥαγῆτε, κἂν καυχήσασθαι, οὐ φοβοῦμαι, ὡς
ἐλεγχόμενος, κἂν ὡς πειθηνίους ἐπαινέσαι, κἂν ὡς
ἀγαπητικοὺς, κἂν ὡς ζῆλον ἔχοντας, θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.
Εἶπον ἐκκόψαι, καὶ ἐξεκόψατε· εἶπον δέξασθαι, καὶ
ἐδέξασθε· εἶπον ὅτι μεγάλοι τινές ἐστε καὶ θαυμαστοὶ
ἐπὶ Τίτου καὶ διδασκάλους εἰδότες αἰδεῖσθαι· ἀληθῆ
διὰ τῶν ἔργων ταῦτα ἐδείξατε. Καὶ οὐχ οὕτως ἔμαθε
ταῦτα παρ' ἐμοῦ, ὡς παρ' ὑμῶν. Ἐπανῆλθε γοῦν σφο-
δρὸς ἐραστὴς ὑμῶν γενόμενος, πλείονα τῶν λόγων
ἐπιδειξαμένων ὑμῶν. *Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ,
τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς Ἐκ-
κλησίαις τῆς Μακεδονίας*.

Digitized by Google

β'. Ἐπάρας αὐτοὺς τοῖς ἐγκωμίοις, παραίνεσιν πάλιν καθίησι. Διὰ γὰρ τοῦτο τῇ ἐπιπλήξει παρέμιξε τοὺς ἐπαίνους, ἵνα μὴ ἀπὸ ἐπιπλήξεως εἰς παραίνεσιν κατέλθῶν δυσπαράδεκτον ποιήσῃ τὸν λόγον, ἀλλὰ λεάνας αὐτῶν τὴν ἀκοὴν, οὕτω προοδοποιήσῃ τῇ παραινέσει. Βούλεται γὰρ περὶ ἐλεημοσύνης διαλεχθῆναι· διὸ καὶ προλαβὼν εἶπε, *Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαρρῶ ἐν ὑμῖν* ἀπὸ τῶν ἤδη κατωρθωμένων καὶ εἰς τοῦτο προθυμοτέρους ποιῶν. Καὶ οὐκ εἶπεν εὐθέως, Δότε οὖν ἐλεημοσύνην· ἀλλ' ὅρα τὴν σύνεσιν, πῶς πόῤῥωθεν καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ προκατασκευάζει τὸν λόγον· *Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν*, φησὶ, *τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας*. Ἵνα γὰρ μὴ ἐπαίρωνται, χάριν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, καὶ τὰ ἑτέρων διηγούμενος, τοῖς ἑτέρων ἐγκωμίοις σπουδαιοτέρους τούτους ἐργάζεται. Καὶ δύο συντίθησιν ἐπαίνους Μακεδόσι, μᾶλλον δὲ καὶ τρεῖς· καὶ ὅτι πειρασμοὺς γενναίως φέρουσι, καὶ ὅτι ἐλεεῖν ἴσασι, καὶ ὅτι πένητες ὄντες, δαψίλειαν ἐνεδείκνυντο ἐν ἐλεημοσύνῃ· καὶ γὰρ ἡρπάγησαν αὐτῶν αἱ οὐσίαι. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν, ἡνίκα αὐτοῖς ἐπέστελλεν. *Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγένεσθε*, φησὶ, *τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθάπερ κἀκεῖνοι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων*. Ἄκουσον τί μετὰ ταῦτα Ἑβραίοις ἐπιστέλλων ἔλεγε· *Καὶ γὰρ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε*. Χάριν δὲ τὸ πρᾶγμα καλεῖ, οὐχὶ καταστέλλων αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκκαλούμενος, καὶ ἀνεπίφθονον τὸν λόγον ἐργαζόμενος. Διὸ καὶ τὸ τῶν ἀδελφῶν ὄνομα προσέθηκεν, ὥστε πᾶσαν ὑποτεμέσθαι βασκανίαν· καὶ γὰρ μέλλει μεθ' ὑπερβολῆς ἐγκωμιάζειν αὐτούς. Ἄκουσον γοῦν τῶν ἐπαίνων. Εἰπὼν γὰρ, *Γνωρίζω ὑμῖν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ*, οὐκ εἶπε, Τὴν δεδομένην ἐν τῇδε καὶ τῇδε τῇ πόλει, ἀλλ' ὁλόκληρον ἐπαινεῖ τὸ ἔθνος λέγων, *Ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας*. Εἶτα καὶ αὐτὴν [554] διηγεῖται τὴν χάριν. *Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν*. Εἶδες σύνεσιν; Πρῶτον γὰρ ἐκεῖνο λέγει, οὐχ ὃ βούλεται, ἀλλ' ἕτερον πρὸ αὐτοῦ, ἵνα μὴ ζόλῃ ἐπίτηδες τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ ἀπὸ ἀκολουθίας ἑτέρας ἐπ' αὐτὸ ἔρχεσθαι· *Ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως*. Ὃ καὶ αὐτοῖς Μακεδόσι ἐπιστέλλων ἔλεγεν, ὅτι *Μιμηταὶ ἐγενήθητε τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου*· καὶ πάλιν, *Ἀφ' ὑμῶν ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθε*. Τί δέ ἐστιν, *Ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν*; Ἀμφότερα μεθ' ὑπερβολῆς γέγονεν αὐτοῖς, φησὶ, καὶ ἡ θλῖψις καὶ ἡ χαρά. Διὸ καὶ πολὺ τὸ παράδοξον ἦν, ὅτι τοσαύτη ἡδονῆς περιουσία ἀπὸ θλίψεως αὐτοῖς ἐβλάστησεν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον λύπην οὐκ ἔτεκεν, ἀλλὰ καὶ ἀφορμὴ γέγονεν αὐτοῖς εὐφροσύνης ἡ θλῖψις, καὶ ταῦτα πολλὴ οὖσα. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ἀλείφων αὐτοὺς ἐν τοῖς πειρασμοῖς γενναίους εἶναι καὶ ἀπεριτρέπτους. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐθλίβησαν, ἀλλ' οὕτως ὡς καὶ δόκιμοι γενέσθαι διὰ τῆς ὑπομονῆς· μᾶλλον δὲ οὐ λέγει, διὰ τῆς ὑπομονῆς, ἀλλ', ἡ πλέον ἦν τῆς ὑπομονῆς, χαράν [a]. Καὶ οὐδὲ χαρὰν ἁπλῶς λέγει, ἀλλὰ, περισσείαν χαρᾶς· καὶ γὰρ πολλὴ καὶ ἄφατος ἐβλάστησεν ἐν αὐτοῖς. *Καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν*. Πάλιν ἀμφότερα ταῦτα μεθ' ὑπερβολῆς. Ὥσπερ γὰρ ἡ πολλὴ θλῖψις πολλὴν χαρὰν ἔτεκε, καὶ περισσείαν χαρᾶς· οὕτως ἡ πολλὴ πενία πολὺν πλοῦτον ἔτεκεν ἐλεημοσύνης. Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπών, *Ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν*. Οὐ γὰρ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῶν παρεχόντων ἡ φιλοτιμία κρίνεται. Διὸ οὐδαμοῦ λέγει πλοῦτον τῶν δοθέντων, ἀλλὰ, *Πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν*. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐ μόνον οὐκ ἐνεπόδισεν αὐτοῖς πρὸς δαψιλείαν ἡ πτωχεία, ἀλλὰ καὶ ἀφορμὴ γέγονε τοῦ περισσεῦσαι, ὥσπερ ἡ θλῖψις τοῦ ἡσθῆναι. Ὅσῳ γὰρ ἦσαν πένητες τοσούτῳ μᾶλλον ἐφιλοτιμοῦντο, καὶ προθυμότερον παρεῖχον. Διὸ καὶ σφόδρα αὐτοὺς θαυμάζει, ὅτι ἐκ τοσαύτης πενίας τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοτιμίαν. *Ἡ γὰρ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν*, τουτέστιν, ἡ πολλὴ καὶ ἄφατος, ἔδειξεν αὐτῶν τὴν ἁπλότητα. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν, Ἔδειξεν, ἀλλὰ, Ἐπερίσσευσε· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἁπλότητα, ἀλλὰ, *Πλοῦτον ἁπλότητος*, τουτέστιν, ἀντίῤῥοπον τοῦ μεγέθους τῆς πτωχείας· μᾶλλον δὲ, καὶ πολλῷ μείζονα τὸν ὄγκον ἐπεδείξαντο τῆς δαψιλείας. Εἶτα αὐτὸ καὶ ἑρμηνεύει σαφέστερον, λέγων· *Ὅτι κατὰ δύναμιν μαρτυρῶ* (ἀξιόπιστος ὁ μάρτυς) καὶ ὑπὲρ δύναμιν τουτέστιν, Ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν· Μᾶλλον δὲ οὐ διὰ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἁπάντων αὐτὸ δηλοῖ· *Αὐθαίρετοι* γάρ, φησίν. [555] Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα ὑπερβολή. *Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως*. Ἰδοὺ καὶ τρίτη καὶ τετάρτη. *Δεόμενοι ἡμῶν*. Ἰδοὺ καὶ πέμπτη. Καὶ ἐν θλίψει ὄντες, καὶ ἐν πενίᾳ. Αὕτη ἕκτη. Καὶ ἑβδόμη, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἔδωκαν.

γ'. Εἶτα ἐπειδὴ τοῦτο μάλιστα βούλεται κατασκευάσαι παρὰ Κορινθίοις, τὸ μετὰ προαιρέσεως δοῦναι, αὐτῷ μάλιστα ἐνδιατρίβει, λέγων, *Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως*, καὶ, *Δεόμενοι ἡμῶν*. Οὐχ ἡμεῖς αὐτῶν ἐδεήθημεν, ἀλλ' αὐτοὶ ἡμῶν. Τί δεόμενοι ἡμῶν; *Τὴν χάριν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους*. Εἶδες πῶς πάλιν ἐπαίρει τὸ πρᾶγμα, σεμνοῖς ὀνόμασιν αὐτὸ καλῶν; Καὶ γὰρ ἐπειδὴ ζηλωταὶ ἦσαν πνευμάτων, χάριν αὐτὸ ὀνομάζει, ἵνα ἐπιδράμωσι· καὶ κοινωνίαν πάλιν, ἵνα μάθωσιν ὅτι λαμβάνουσιν, οὐ διδόασι μόνον. Τοῦτο οὖν ἡμᾶς παρεκάλουν, φησὶν, ὥστε ἡμᾶς ἀναδέξασθαι τὴν τοιαύτην διακονίαν. *Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν*. Τοῦτο καὶ πρὸς τὴν ποσότητά φησι, καὶ πρὸς τὰς θλίψεις. Οὐ γὰρ ἂν ἠλπίσαμεν, φησὶν, ὅτι ἐν τοσαύτῃ θλίψει ὄντες καὶ πενίᾳ, καὶ κατήπειξαν ἂν ἡμᾶς, καὶ τοσαῦτα παρεκάλεσαν. Καὶ τὴν τοῦ λοιποῦ δὲ βίου ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐδήλωσεν εἰπών· *Ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ*. Ἐν πᾶσι γὰρ ὑπήκουσαν πλέον, ἢ προσ-

[a] Χαρά in margine Savilius: vel fortasse melius χαρᾶς, ut supra in Scripturæ versu.

Digitized by Google

2. Postquam eos laudibus extulit, admonitionem ·sus adhibet. Ideo enim objurgationi laudes ad- scuit, ne ab objurgatione ad monendum delapsus, nus acceptam orationem redderet, verum lenitis us ipsorum auribus, ita sibi viam ad monendum ·aret. Vult enim de eleemosyna verba facere : unde ım prius dixit, *Gaudeo quod in omnibus confido in is.* Nimirum ab iis, quæ jam egregie præstiterant, hoc promptiores reddens. Nec vero protinus dixit, emosynam igitur date; sed animadverte sagax ip- s consilium, quomodo eminus atque ab alto ora- ıem præmuniat : *Notam* enim, inquit, *vobis facio tiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ.* Gra- n id vocat, ne animis efferantur : ac res aliorum rans id agit, ut dum alios laudat, diligentiores efficiat. Ac duas, imo tres Macedonibus laudes ıit; quod tentationes strenuo animo perferrent; d egentibus opem ferre nossent; quod quamvis inopia laborarent, munificentiam tamen in elee- ynis exhiberent : nam illis suæ quoque facultates ıtæ fuerant. Idque significabat cum in epistola, ı ad ipsos scribebat, diceret, *Vos enim imitatores estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, quoniam m passi estis a contribulibus vestris, quæ illi a Ju-* (1. *Thess.* 2. 14). Audi jam quibus postea verbis ır, cum ad Hebræos scribit, *Nam et rapinam ve- um bonorum cum gaudio suscepistis* (*Hebr.* 10. Gratiam porro hanc rem vocat, non solum ut in modestia contineat, sed etiam ut illos excitet, invidiosam orationem reddat. Quocirca fratrum ue nomen adjunxit, ut livorem omnem succidat: iis enim laudibus Macedones ornare parat. Audi ɔe quid de iis prædicet. Nam cum dixisset, *No- vobis facio gratiam Dei*, non dixit, Quæ data ı hac vel in illa civitate; verum universam gen- audibus ornat dicens : *In Ecclesiis Macedoniæ.* ipsam quoque gratiam declarat. 2. *Quoniam ulto experimento tribulationis abundantia gaudii ım fuit.* Viden' Pauli sagacitatem ? Priore enim stud non dicit quod volebat, sed alterum ante- , ne consulto hoc facere videatur, sed ex altera rum serie ad hoc venire : *In multo experimento ıtionis.* Id quod ad ipsos quoque Macedones, ıd eos scriberet, dicebat : *Imitatores facti estis ıi, excipientes verbum in tribulatione multa, cum Spiritus sancti* (1. *Thess.* 1. 6); et rursus, *A ɛtiam diffamatus est sermo Domini, non solum in lonia et in Achaia, sed etiam in omni loco vestra quæ est ad Deum, profecta est* (*Ib. v.* 8). Quid- utem his verbis sibi vult, *In multo experimento ıtionis abundantia gaudii eorum fuit?* Utrumque , mirum in modum ipsis contigit, et tribulatio ıtia. Ex quo incredibile quidpiam nascebatur, anta voluptatis ubertas et copia ex afflictione riretur. Neque enim modo mœrorem illis nul- ibulatio pepererat, sed lætitiæ quoque ipsis n præbuerat, etsi multa erat. His porro verbis ur, ut eos ad certamen ungeret ac strenuos ntesque redderet. Non enim leviter vexati fue- rant, sed ita, ut per patientiam virtus eorum explo- rata fuerit : imo vero non, Per patientiam, dixit, sed quod plus erat quam patientia, gaudium. Nec gau- dium simpliciter dicit, sed gaudii abundantiam : in- gens enim et quæ verbis explicari nequeat lætitia in ipsis nata est. *Et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum.* Utrumque rursus hoc cum exsuperantia. Quemadmodum enim multa tri- bulatio multiplex gaudium et gaudii abundantiam peperit : ita ex magna paupertate ingentes eleemo- synæ opes ortæ sunt. Hoc enim his verbis significa- vit, *Abundavit in divitias simplicitatis eorum.* Neque enim ex donorum mensura, sed ex donantium animo liberalitas æstimatur. Quamobrem nusquam donorum copiam dicit, sed, *Divitias simplicitatis eorum.* Id au- tem perinde est ac si diceret : Non modo ipsis ad liberalitatem nihil impedimenti paupertas attulit; verum occasio ipsis fuit uberius largiendi, non secus ac tribulatio amplius gaudendi. Quo enim egentiores erant, hoc majori animi promptitudine largiebantur. Unde etiam magnopere eos laudat ac suspicit, quod in tanta egestate tantæ liberalitatis specimen dede- rint. *Altissima enim eorum paupertas*, id est, ingens atque ineffabilis, simplicitatem eorum demonstravit. At vero non dixit, Demonstravit, sed, *Abundavit :* nec item, Simplicitatem, sed, *Divitias simplicitatis*, hoc est quæ paupertatis magnitudini responderet : quin potius multo majorem liberalitatem præstiterunt. Tum hoc apertius etiam exponit, dicens : 3. *Quia secundum virtutem testificor*, fide dignus testis, *et supra virtu- tem :* hoc est, Exuberavit in divitias simplicitatis eorum. Imo non per hoc tantum, sed et per ea quæ sequuntur id indicat : *Voluntarii* enim *fuerunt*, inquit. En alteram etiam amplificationem. 4. *Cum multa ex- hortatione.* En tertiam ac quartam. *Obsecrantes nos.* En quintam. Et quidem cum afflictione ac paupertate premerentur. Sexta hæc est. Septima, quod copiosis- sime dederint.

3. Postea, quia hoc potissimum apud Corinthios efficere studebat, ut libenter largirentur, in ea re præsertim immoratur, dicens, *Cum multa exhorta- tione;* et, *Obsecrantes nos.* Non eos, inquit, rogavi- mus, sed ipsi nos. Quid autem obsecrantes nos? *Gratiam et communicationem ministerii, quod fit in sanctos.* Videsne rursus quo pacto rem amplificet, in- signibus nominibus eam nuncupans ? Quia enim illi spirituum studiosi erant, gratiam id appellat, ut ad eam accurrerent : ac rursus communicationem, ut intelligerent se non tantum dare, sed etiam accipere. Hoc itaque, inquit, a nobis precibus contendebant, ut hujusmodi ministerium susciperemus. 5. *Et non sicut speravimus.* Hæc verba tum ad largitionis amplitudi- nem, tum ad calamitates refert. Numquam fore speravissemus, inquit, ut, cum in tanta calamitate ac paupertate versarentur, nos etiam urgerent ac tantopere obsecrarent. Ad hæc, qua sollicitudine in reliqua vita excolenda uterentur, his verbis declara- vit : *Sed seipsos primum dederunt Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.* In omnibus enim eorum obedien-

Digitized by Google

tia exspectationem nostram superavit. Nec enim, quia egentibus dabant, idcirco aliarum virtutum curam abjiciebant, sed seipsos Domino primum obtulerunt. Quid autem est, *Domino semetipsos dederunt?* Hoc est, consecrarunt; probati in fide exstiterunt; animi magnitudinem in tentationibus adhibuerunt, moderationem, facilitatem, caritatem, studiumque in aliis omnibus virtutibus atque alacritatem præ se tulerunt. Quid his verbis sibi vult, *Et nobis?* Hoc est, obedientes se nobis præbuerunt; dilexerunt, paruerunt, ut et Dei leges implerent, et caritatis vinculo nobiscum astringerentur. Ac perpende, quomodo hic quoque eorum intentissimum studium ostendat, dicens: *Semetipsos dederunt Domino.* Non, inquit, partim Deo, partim mundo obedierunt, sed omnia Deo, atque etiam seipsos totos ei dederunt. Neque enim ob piam largitionem arrogantia elati sunt, verum cum ingentem prius humilitatem, ingentem obedientiam et honorem, magnam philosophiam exhibuissent, ita demum eleemosynam elargiti sunt. Quid porro his verbis significatur, *Per voluntatem Dei?* Quoniam dixerat, *Semet ipsos nobis dederunt*, non, inquit, humano affectu, sed secundum Dei voluntatem hoc fecere. 6. *Ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita et perficiat in vobis gratiam istam.* Et quænam est hæc verborum series? Egregia sane ac cum iis quæ præcesserunt pulchre cohærens. Quoniam enim, inquit, eos in omnibus, hoc est in tentationibus, in eleemosynis, in nostri amore, ac reliqua vitæ puritate, acres ac ferventes esse comperimus: ut vos quoque ipsorum virtutem adæquetis, Titum misimus. Id enim his verbis indicavit, etsi non ita sit loquutus. Ac consideres velim amoris magnitudinem. Ab illis, inquit, cum rogaremur et obsecraremur, de vobis solliciti eramus, nimirum ne ab illis vinceremini. Quæ etiam nobis mittendi Titi causa fuit, ut hinc quoque excitati et commonefacti, Macedonas æmularemini. Etenim illic erat Titus, cum hæc epistola scriberetur. Ostendit autem eum jam ante Pauli cohortationem hoc facere cœpisse, cum ait: *Ut quemadmodum ante cœpit.* Unde etiam mirificis laudibus eum afficit, tum in exordio, sic loquens: *Eo quod non invenerim Titum fratrem, non habui requiem spiritui meo* (2. *Cor.* 2. 13); tum hoc loco per omnia hæc verba quæ de eo habuit, ac denique per hoc ipsum. Neque enim exigua laus est incipere, quippe quæ ferventem animum indicet. Ideoque illum misit, ex Titi præsentia magnum illis ad largitionis studium calcar addens. Ac propterea laudibus eum extollit, ut eum Corinthiis vehementius conciliet. Nam et istud magnum ad persuadendum pondus habet, cum is qui monet benevolo animo est. Pulchre autem semel et iterum ac tertio eleemosynæ mentionem faciens, gratiam eam vocat. Nunc enim ait, *Notam autem vobis facio, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ;* nunc, *Voluntarii fuerunt, cum multa oratione obsecrantes nos gratiam et communicationem;* ac rursus, *Ut quemadmodum prius cœpit, ita et perficiat in vobis gratiam istam.*

4. *Eleemosynam erogare majus est, quam mortuos ad vitam revocare.* — Etenim ingens bonum ac Dei donum hoc est, quod si præstetur, Deo ipsi nos, quantum fieri potest similes efficiat. Hoc enim potissimum homo est. Unde etiam hominis indicium quidam dicens, hoc posuit: *Magna res est*, inquit, *homo, ac magni pretii vir eleemosynæ studiosus* (*Prov.* 20. 6). Major hæc gratia est, quam mortuos ad vitam revocare. Christum enim fame laborantem alere multo præstantius est, quam in nomine Jesu a morte ad vitam homines excitare: illic enim Christo beneficium das, hic ille tibi. Porro non iis, qui beneficium accipiunt, sed iis qui dant, merces est constituta. Etenim in miraculorum editione debitorem te Deus habet, in eleemosyna autem tu Deum tibi obstrictum habes. Eleemosyna vero tum demum est, cum tu alacri animo, cum large et copiose tribuis, cum teipsum non dare, sed accipere existimas, cum ut beneficium accipiens et quæstum faciens, ac non tamquam perdens largiris: nam hoc ne beneficium quidem censendum fuerit. Qui enim inopiam alterius sublevat, is læto animo esse nec moleste ferre debet. Annon absurdum fuerit, si cum alterius mœrorem discutias, mœreas ipse? neque enim ipsi jam eleemosynæ nomen reliquum facis. Nam si idcirco mœres, quod alterius mœrorem depuleris, extremæ cujusdam crudelitatis ac feritatis argumentum edis: præstat enim non depellere, quam ita depellere. Quid autem omnino est, o homo, quod mœres? an ne aurum tuum minuatur? Si hoc animo es, prorsus ne des quidem: nisi tibi in cælis aurum tuum multis partibus augeri confidis, ne tribuas. At hic vicem tibi rependi postulas? Quid ita? Sine eleemosynam eleemosynam esse, non negotiationem. Sane multi in hac quoque vita receperunt, verum non ita receperunt, quasi superiores iis futuri, qui hic nihil acceperunt: quin potius nonnulli ex illis, ut imbecilliores, quia futuris bonis non admodum alliciebantur, hic receperunt. Et sicut helluones et imperiti homines ventrisque mancipia, ad regiam mensam acciti, congruum tempus puerorum more minime exspectantes, voluptatem suam labefactant, antevertentes ipsi, vilioribus epulis sese ingurgitant: ita hi quoque, qui in hac vita bona quærunt et accipiunt, futuræ mercedem minuunt. Itane vero tu, cum pecuniam fœnori das, sortem tuam longo post tempore recipere cupis, ac fortasse ne recipere quidem, ut ex mora fœnus tibi augeatur; hic contra statim exigis, idque cum non hic, sed illic perpetuo futurus sis; non hic judicium subiturus, sed illic causam dicturus? Et quidem si tibi quispiam ædes illic appararet, ubi commoraturus minime esses, contumeliæ id duceres; nunc autem hic dives esse studes, unde ante vesperam quoque fortasse migrandum tibi est? An te fugit nos in aliena regione tamquam hospites et advenas versari? an nescis advenas ea esse conditione, ut tum ejiciantur, cum minime id exspectant et opinantur? id quod nobis usu venit. Propterea quidquid exstruxerimus, hic relinquimus. Neque enim sinit nos Dominus ea nobiscum hinc efferre, sive

Digitized by Google

ἀδοκήσαμεν· οὐδὲ, ἐπειδὴ ἠλέουν, τῶν ἄλλων ἠμέλουν ἀρετῶν, ἀλλὰ πρῶτον ἑαυτοὺς ἔδωκαν τῷ Κυρίῳ. Τί ἐστιν, *Ἔδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ*; Ἀνέθηκαν, δόκιμοι περὶ τὴν πίστιν ἐφάνησαν, πολλὴν τὴν ἀνδρείαν ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἐπεδείξαντο, τὴν κοσμιότητα, τὴν ἐπιείκειαν, τὴν ἀγάπην, τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγαθοῖς προθυμίαν τε καὶ σπουδήν. Τί ἐστι, *Καὶ ἡμῖν;* Πειθήνιοι γεγόνασιν ἡμῖν, ἠγάπησαν, ὑπήκουσαν καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους πληροῦντες, καὶ ἡμῖν διὰ τῆς ἀγάπης συνδεδεμένοι. Σκόπει δὲ πῶς καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐπίτασιν δείκνυσι, λέγων· *Ἔδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ.* Οὐχὶ τὰ μὲν τῷ Θεῷ ὑπήκουσαν, τὰ δὲ τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ, καὶ ὅλους ἑαυτοὺς ἔδωκαν τῷ Θεῷ. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ ἠλέουν, ἀπενοήθησαν· ἀλλὰ πολλὴν ἐπιδειξάμενοι ταπεινοφροσύνην, πολλὴν ὑπακοὴν, πολλὴν τιμὴν, πολλὴν φιλοσοφίαν, οὕτω καὶ τὴν ἐλεημοσύνην εἰργάσαντο. Τί δέ ἐστι, *Διὰ θελήματος Θεοῦ;* Ἐπειδὴ εἶπεν, *Ἠμῖν ἔδωκαν ἑαυτούς*, οὐδὲ ἡμῖν ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ καὶ τοῦτο κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ γνώμην ἐποίουν. *Ὥστε ἡμᾶς παρακαλέσαι Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο ἐν ὑμῖν, οὕτως ἐπιτελέσῃ καὶ τὴν χάριν ταύτην.* Καὶ ποία ἀκολουθία αὕτη; Πολλὴ καὶ σφόδρα τῶν ἔμπροσθεν ἐχομένη. Ἐπειδὴ γὰρ εἴδομεν [a] αὐτοὺς σφοδροὺς, φησὶν, καὶ θερμοὺς ἐν ἅπασιν, ἐν πειρασμοῖς, ἐν ἐλεημοσύνῃ, ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς ἀγάπῃ, ἐν τῇ λοιπῇ τοῦ βίου καθαρότητι· ἵνα [556] καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς ἐξισωθῆτε, ἐπέμψαμεν Τίτον. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐκ εἶπε, τοῦτο δὲ ἐδήλωσε. Σκόπει φιλίας ὑπερβολήν. Παρ' ἐκείνων γὰρ παρακαλούμενοι, φησὶ, καὶ ἀξιούμενοι, τὰ ὑμέτερα ἐμερίμνωμεν, μή πως αὐτῶν ἐλαττωθῆτε. Διὸ καὶ ἀπεστείλαμεν Τίτον, ἵνα κἀντεῦθεν διεγερθέντες καὶ ὑπομνησθέντες, ζηλώσητε Μακεδόνας. Καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἐκεῖ ὢν ὁ Τίτος, ὅτε ἡ ἐπιστολὴ αὕτη ἐγράφετο. Δείκνυσι δὲ αὐτὸν καὶ κατάρξαντα τούτου πρὸ τῆς Παύλου προοπτῆς· *Ἵνα καθὼς προενήρξατο*, φησί. Διὸ καὶ μεγάλα αὐτοῦ λέγει ἐγκώμια, ἐν ἀρχῇ μὲν, ὅτι *Τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου, οὐκ ἔσχον ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου*· ἐντεῦθεν δὲ ταῦτα ἅπερ εἴρηκεν ἅπαντα, καὶ τοῦτο δὲ αὐτό. Οὐ μικρὸν γὰρ καὶ τοῦτο ἐγκώμιον, τὸ καὶ προενάρξασθαι· θερμῆς γὰρ τοῦτο καὶ ζεούσης ψυχῆς. Διὸ καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν, ἐγγίστην αὐτοῖς ἐντιθεὶς κἀντεῦθεν προτροπὴν τοῦ εἶναι, τὴν παρουσίαν Τίτου. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπαίνει τοῖς ἐπαίνοις αὐτὸν, οἰκειῶσαι βουλόμενος σφοδρότερον τοῖς Κορινθίοις τὸν ἄνθρωπον. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὸ πεῖσαι μέγα, τὸ οἰκείως διακεῖσθαι καὶ συμβουλεύοντα. Καλῶς δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς μνημονεύσας τῆς ἐλεημοσύνης, χάριν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, νῦν μὲν λέγων, *Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας*· νῦν δὲ, *Αἰτούμενοι, τὴν πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν*· καὶ πάλιν, *Ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην.*

2. Καὶ γὰρ μέγα ἐστὶν ἀγαθὸν καὶ Θεοῦ δῶρον τοῦτο, καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ κατὰ δύναμιν ἡμᾶς ἐξομοιοῖ κατορθούμενον· τοῦτο γὰρ μάλιστα ἄνθρωπος. Λέγων γοῦν τις δεῖγμα ἀνθρώπου, τοῦτο τέθεικε· *Μέγα* γὰρ, φησὶν, *ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων.* Αὕτη μείζων ἡ χάρις, ἢ νεκροὺς ἀνιστᾶν. Τοῦ γὰρ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ τοὺς ἀποθανόντας ἐγείρειν πολλῷ μεῖζον τὸ πεινῶντα τρέφειν τὸν Χριστόν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ σὺ τὸν Χριστὸν εὐεργετεῖς, ἐκεῖ δὲ αὐτός σε. Καὶ ὁ μισθὸς δὲ ἐν τῷ ποιεῖν εὖ, οὐκ ἐν τῷ πάσχειν εὖ. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ, ἐπὶ τῶν σημείων λέγω, αὐτὸς ὀφείλεις τῷ Θεῷ· ἐπὶ δὲ τῆς ἐλεημοσύνης, τὸν Θεὸν ὀφειλέτην ἔχεις. Ἐλεημοσύνη δέ ἐστιν, ὅταν μετὰ προθυμίας γίνηται, ὅταν μετὰ δαψιλείας, ὅταν μὴ νομίσῃς διδόναι, ἀλλὰ λαμβάνειν, ὅταν ὡς εὐεργετούμενος, ὅταν ὡς κερδαίνων καὶ μὴ ἀπολλύς· ἐπεὶ τοῦτο οὐδὲ χάρις. Τὸν γὰρ ἕτερον ἐλεοῦντα, χαίρειν, οὐ δυσχεραίνειν δεῖ. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, εἰ τὴν ἑτέρου λύων ἀθυμίαν, αὐτὸς ἀθυμοίης; οὐκέτι γὰρ ἐᾷς αὐτὴν ἐλεημοσύνην εἶναι. Εἰ γὰρ ἀθυμεῖς, ὅτι ἕτερον ἀπήλλαξας ἀθυμίας, ἐσχάτης ὠμότητος καὶ [557] ἀπανθρωπίας δεῖγμα ἐκφέρεις· βέλτιον γὰρ μὴ ἀπαλλάττειν, ἢ οὕτως ἀπαλλάττειν. Τί δὲ ὅλως καὶ ἀθυμεῖς, ἄνθρωπε; μὴ ἔλαττόν σοι γένηται τὸ χρυσίον; Ὅλως, εἰ τοιαύτην ἔχεις προαίρεσιν, μηδὲ δῷς· εἰ μὴ θαῤῥεῖς ὅτι πολυπλασιάζεταί σοι ἐν οὐρανοῖς, μὴ παράσχῃς. Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητεῖς τὴν ἀντίδοσιν. Διὰ τί; Ἄφες τὴν ἐλεημοσύνην ἐλεημοσύνην εἶναι καὶ μὴ ἐμπορίαν. Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα ἀπέλαβον, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔλαβον, ὡς ταύτῃ πλέον ἔξοντες τῶν οὐ λαβόντων ἐνταῦθα, ἀλλ' ἔνιοι τούτων ὡς ἀσθενέστεροι, ἐπειδὴ τοῖς ἐκεῖ οὐ σφόδρα ἐφείλκοντο. Καὶ ὥσπερ οἱ λίχνοι καὶ ἀπερόκαλοι καὶ γαστρὸς δοῦλοι ἐπὶ βασιλικὴν κληθέντες τράπεζαν, καὶ τὸν προσήκοντα καιρὸν οὐκ ἀναμένοντες, κατὰ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, λυμαίνονται αὐτῶν τὴν εὐφροσύνην, προλαμβάνοντες, καὶ κορεννύντες ἑαυτοὺς σιτίοις καταδεεστέροις· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι οἱ ἐνταῦθα ἐπιζητοῦντες καὶ λαμβάνοντες, τὸν μισθὸν ἐλαττοῦσι τὸν ἐκεῖ. Εἶτα δανείζων μὲν, μετὰ πλείονα χρόνον ἐπιθυμεῖς ἀπολαβεῖν τὸ κεφάλαιον, τάχα δὲ οὐδὲ ἀπολαβεῖν, ἵνα τῇ μελλήσει πλείονα τὸν τόκον ἐργάσῃ· ἐνταῦθα δὲ εὐθέως ἀπαιτεῖς, καὶ ταῦτα οὐ μέλλων ἐνταῦθα εἶναι, ἀλλ' ἐκεῖ διηνεκῶς, οὐ μέλλων ἐνταῦθα δικάζεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖ τὰς εὐθύνας ὑφέξων; Καὶ εἰ μέν τίς σοι κατεσκεύαζεν οἰκίας, ἵνθα μὴ ἔμελλες μένειν, ζημίαν τὸ πρᾶγμα ἐνόμισας ἄν· νῦν δὲ ἐνταῦθα βούλει πλουτεῖν, ὅθεν καὶ πρὸ τῆς ἐσπέρας μέλλεις πολλάκις ἀποδημεῖν; Οὐκ οἶδας, ὅτι ἐπ' ἀλλοτρίας διατρίβομεν, καθάπερ ξένοι καὶ πάροικοι; οὐκ οἶδας, ὅτι παροίκων ἐστὶν ἐκβάλλεσθαι, ὅτε μὴ προσδοκῶσι, μηδὲ ἐλπίζουσιν; ὅπερ καὶ ἡμεῖς πάσχομεν. Διὰ δὴ τοῦτο, ὅσα ἂν κατασκευάσωμεν, ἐνταῦθα ἀφίεμεν. Οὐ γὰρ συγχωρεῖ ὁ Δεσπότης λαμβάνοντας αὐτὰ ἀπελθεῖν, ἄν τε οἰκίας οἰκοδομήσωμεν, ἄν τε ἀγροὺς ἀγοράσωμεν, ἄν τε ἀνδράποδα, ἄν τε σκεύη, ἄν τε ἕτερόν τι τοιοῦτον. Οὐ μόνον δὲ οὐκ ἀφίησιν ἐντεῦθεν λαβόντας ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λογίζεταί σοι τὸν μισθόν· προεῖπε γάρ σοι, ὅτι μὴ οἰκοδομήσῃς, μηδὲ δαπανήσῃς τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ τὰ σά.

[a] Savil. in marg., οἴδαμεν, forte melius.

Digitized by Google

Τί τοίνυν τὰ σὰ ἀφεὶς, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐργάζῃ καὶ δαπανᾷς, ἵνα ἀπολέσῃς καὶ τὸν πόνον καὶ τὸν μισθὸν, καὶ κόλασιν τὴν ἐσχάτην ὑπομείνῃς; Μὴ, παρακαλῶ· ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ φύσει ἐσμὲν πάροικοι, γενώμεθα καὶ προαιρέσει, ἵνα μὴ ἐκεῖ γενώμεθα πάροικοι καὶ ἄτιμοι καὶ ἀπερρίμμενοι. Ἂν γὰρ ἐνταῦθα βουληθῶμεν γενέσθαι πολῖται, οὔτε ἐνταῦθα ἐσόμεθα, οὔτε ἐκεῖ· ἂν δὲ πάροικοι μείνωμεν ὄντες, καὶ διαγάγωμεν οὕτως, ὡς παροίκους διατρίβειν εἰκὸς, πολιτῶν καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ ληψόμεθα παῤῥησίαν. Ὁ γὰρ δίκαιος, καὶ μηδὲν ἔχων, καὶ ἐνταῦθα ἐν τοῖς ἀπάντων ὡς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διατρίψει, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀπελθὼν, δύσεται τὰς αἰωνίους αὐτοῦ σκηνάς· καὶ οὔτε ἐνταῦθα πείσεταί τι τῶν ἀηδῶν· οὔτε γὰρ ξένον αὐτόν τις ποιῆσαι δυνήσεται τὸν πᾶσαν γῆν ἔχοντα πόλιν· καὶ τὴν αὐτοῦ πατρίδα ἀπολαβὼν, ἐπιδέξεται [558] τὸν ἀληθῆ πλοῦτον. Ἵν' οὖν ἀμφότερα κερδάνωμεν, καὶ τὰ ἐνταῦθα καὶ τὰ ἐκεῖ, εἰς δέον τοῖς οὖσι χρησώμεθα. Οὕτω γὰρ ἐσόμεθα τῶν οὐρανῶν πολῖται, καὶ πολλῆς ἀπολαυσόμεθα παῤῥησίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Ἀλλ' ὡς ἐν παντὶ περισσεύητε, πίστει καὶ λόγῳ καὶ γνώσει καὶ πάσῃ σπουδῇ.

α'. Ὅρα πάλιν μετ' ἐγκωμίων τὴν προτροπὴν γινομένην ἐγκωμίων μειζόνων. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἵνα δῶτε, ἀλλ', *Ἵνα περισσεύητε πίστει* τῇ τῶν χαρισμάτων, *καὶ λόγῳ* τῷ τῆς σοφίας, *καὶ γνώσει* τῇ τῶν δογμάτων, *καὶ πάσῃ σπουδῇ* πρὸς τὴν ἄλλην ἀρετὴν, *καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἀγάπῃ*· ταύτῃ ᾗ προεῖπον, ἧς καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἐποιησάμην. *Ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε.* Εἶδες ὅτι διὰ τοῦτο ἐκεῖθεν ἤρξατο ἀπὸ τῶν ἐπαίνων ἐκείνων, ἵνα ὁδῷ προβαίνων, εἰς τὴν αὐτὴν αὐτοὺς καὶ ἐν τούτοις ἑλκύσῃ σπουδήν. *Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω.* Ὅρα πῶς συνεχῶς αὐτοῖς χαρίζεται, πῶς ἀνεπαχθὴς γίνεται, καὶ οὐ βίαις οὐδὲ ἀναγκαστικός· μᾶλλον δὲ ἀμφότερα ὁ λόγος ἔχει, καὶ τὸ ἀνεπαχθὲς, καὶ τὸ ἀκατανάγκαστον. Ἐπειδὴ γὰρ συνεχῶς παρῆνεσε, καὶ σφόδρα Μακεδόνας ἐνεκωμίασεν, ἵνα μὴ δόξῃ τοῦτο ἀνάγκη εἶναι, φησὶν, *Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων.* Οὐχ ὡς ἀμφισβητῶν· οὐ γὰρ τοῦτο ἐνταῦθα δηλοῖ· ἀλλὰ δόκιμον αὐτὸ ποιῶν, καὶ ἀποφαίνων, καὶ ἰσχυρότερον κατασκευάζων. Διὰ γὰρ τοῦτο ταῦτά φημι, ἵνα ὑμᾶς παροξύνω πρὸς τὴν αὐτὴν προθυμίαν· καὶ μέμνηται τῆς ἐκείνων σπουδῆς, λαμπρύνων, φαιδρύνων, ἐρεθίζων τὴν ὑμετέραν διάθεσιν. Εἶτα ἀπὸ τούτου εἰς ἕτερον μεῖζον κατήντησε· καὶ γὰρ οὐδένα παρίησι τρόπον συμβουλῆς, ἀλλὰ πάντα[a] κινεῖ καὶ μεταχειρίζει τὸν λόγον· καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἐγκωμίων προέτρεψε λέγων, *Γινώσκετε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας*· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων, *Ἀλλ' ὡς ἐν παντὶ περισσεύητε, λόγῳ, καὶ γνώσει.* Μειζόνως γὰρ δύναται τοῦτο δακεῖν, ὅταν ὑφ' ἑαυτοῦ τις ἡττᾶται, ἢ ὅταν ὑφ' ἑτέρων. Εἶτα λοιπὸν ἐπὶ τὸ κεφάλαιον καὶ τὴν κορωνίδα τῆς συμβουλῆς ἔρχεται· *Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν.* Ἐννοήσατε γὰρ, φησὶν, ἐνθυμήθητε καὶ λογίσασθε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἁπλῶς αὐτὴν παραδράμητε, ἀλλὰ στοχάσασθε αὐτῆς τὸ μέγεθος, ὅση ἐστὶ καὶ ἡλίκη, καὶ οὐδενὸς φείσεσθε τῶν ὑμετέρων. Ἐκεῖνος δόξαν ἐκένωσεν, οὐχ ἵνα ὑμεῖς τῷ πλούτῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ τῇ πτωχείᾳ πλουτήσητε. Εἰ μὴ πιστεύεις, ὅτι ἡ πτωχεία πλούτου ἐστὶ ποιητική, [559] ἐννόησόν σου τὸν Δεσπότην, καὶ οὐκέτι ἀμφιβάλῃς. Εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐγένετο πτωχὸς, οὐκ ἂν ἐγένου σὺ πλούσιος. Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτο ὅτι πτωχεία ἐπλούτησε πλοῦτον. Πλοῦτον δὲ ἐνταῦθά φησι τὴν γνῶσιν τῆς εὐσεβείας, τὸν τῶν ἁμαρτημάτων καθαρισμὸν, τὴν δικαιοσύνην, τὸν ἁγιασμὸν, τὰ μυρία ἅπερ παρέσχεν ἡμῖν ἀγαθὰ, καὶ μέλλει παρέχειν. Καὶ ταῦτα ἅπαντα διὰ τῆς πτωχείας γέγονεν ἡμῖν. Ποίας πτωχείας; Διὰ τοῦ σάρκα ἀναλαβεῖν καὶ γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ παθεῖν ἅπερ ἔπαθε. Καίτοι γε ἐκεῖνος ταῦτα οὐκ ὤφειλε, σὺ δὲ ὀφείλεις αὐτῷ. *Καὶ γνώμην ὑμῖν ἐν τούτῳ δίδωμι πρὸς τὸ συμφέρον.* Ὅρα πῶς πάλιν τοῦ ἀνεπαχθὴς εἶναι φροντίζει, καὶ δύο τούτοις παραμυθεῖται τὸν λόγον, καὶ τῷ εἰπεῖν, *Γνώμην δίδωμι*, καὶ, *Πρὸς τὸ ὑμῶν συμφέρον.* Οὔτε γὰρ καταναγκάζω καὶ βιάζομαι, φησὶ, καὶ παρὰ ἀκόντων ἁπαιτῶ· οὔτε τὸ τῶν λαμβανόντων ὡς τὸ ὑμῖν λυσιτελὲς σκοπῶν, ταῦτα λέγω. Εἶτα καὶ τὸ παράδειγμα λοιπὸν ἐξ αὐτῶν, ἀλλὰ οὐκ ἐξ ἑτέρων. *Οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι.* Ὅρα πῶς δείκνυσι καὶ αὐτοὺς ἑκόντας καὶ χωρὶς προτροπῆς ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντας. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο ἐμαρτύρησε Θεσσαλωνικεῦσιν, ὅτι αὐθαίρετοι μετὰ πολλῆς παρακλήσεως ἥψαντο τῆς ἐλεημοσύνης, βούλεται καὶ τούτων δεῖξαι τὸ κατόρθωμα τοῦτο ὄν. Διὸ εἶπεν. *Οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν*· καὶ οὐχὶ, Ἐνήρξασθε, ἀλλὰ, *Προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι.* Ἐπὶ ταῦτα οὖν ὑμᾶς παρακαλῶ, ἐφ' ἃ ἑαυτοὺς φθάσαντες διηγείρατε μετὰ προθυμίας ἁπάσης. *Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπετελέσατε.* Οὐκ εἶπεν, Ἐποιήσατε, ἀλλ', ἐπεθήκατε τέλος. *Ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία ἐκ τοῦ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ποιῆσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.* Ἵνα μὴ μέχρι προθυμίας στῇ τὸ καλὸν τοῦτο κατόρθωμα, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἔργων λάβῃ μισθόν· εἰ γὰρ ἡ *προθυμία πρόκειται, καθ' ὃ ἂν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει.*

Ὅρα σοφίαν ἄφατον. Δείξας τοὺς ὑπὲρ δύναμιν

[a] *Vel leg.* ἀλλὰ πάντη, *vel* ἀλλὰ πάντα κ. κ. μ. λόγον. **Duræus.**

[b] **Savil. in marg.,** φείσῃ τῶν σῶν.

Digitized by Google

domos condiderimus, sive prædia emerimus, sive mancipia, sive vasa, sive aliud quidpiam ejusdem generis. Nec vero te dumtaxat minime sinit ea tecum efferre, sed ne mercedem quidem tibi assignat : prædixit enim tibi ac denuntiavit, ne ædifices atque consumas aliena, sed tua. Quid igitur causæ est, cur relictis tuis, in alienis operam naves et sumptus facias, ut sic et laborem et mercedem perdas, et extremas pœnas subeas? Ne, quæso, hoc committamus ; verum quia natura advenæ sumus, animo quoque ac voluntate simus, ne alioqui illic advenæ simus, atque contempti et abjecti. Nam si cives hic effici in animum induxerimus, nec hic cives erimus, nec illic : sin autem hic advenæ esse perseveraverimus, atque ita, ut advenas decet, vitam degamus, civium libertatem ac fiduciam, et in hac et in futura vita consequemur. Vir quippe justus, etiamsi nullas opes habeat, tamen et hic in omnium bonis tamquam in suis versabitur, et ad cælum profectus, æterna tabernacula sua conspiciet : ac neque hic injucundi quidquam perpetietur ; nec enim quisquam eum, qui terram universam pro civitate sua habeat, peregrinum facere poterit ; et patriæ suæ restitutus, veras opes accipiet. Ut igitur, et hujus et illius vitæ bona lucremur, facultatibus nostris, ut par est, utamur. Sic enim fiet, ut cælorum cives simus, et multa libertate ac fiducia perfruamur : qua utinam nobis omnibus frui contingat, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA XVII.

CAP. 8. v. 7. *Sed ut in omnibus abundetis fide et sermone, et scientia et omni sollicitudine.*

1. Vide quomodo rursus ad laudes cohortationem adjungat, ut eorum animos ad majores laudes excitet. Nec dixit, Ut detis, sed, *Ut abundetis in fide* donorum spiritualium, *et sermone* sapientiæ, *et scientia* dogmatum fidei, *et omni sollicitudine*, hoc est studio cæterarum virtutum, *insuper et caritate vestra in nos ;* de qua prius loquutus sum, et cujus demonstrationem feci. *Ut et in hac gratia abundetis.* Vides eum ideo ab illis laudibus exorsum esse, ut via progrediens, eos in his quoque ad idem studium pertraheret. 8. *Non quasi imperans dico.* Vide quomodo assidue illis indulgeat, quomodo minime gravem ac violentum et imperiosum se præbeat : imo vero utrumque his verbis complectitur ; et minime molestus est, et necessitatem non inducit. Quoniam enim frequenter admonuit, ac Macedonas summis laudibus extulit ; ne hoc coactionis speciem habere videatur, ait, *Non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem vestræ caritatis sinceritatem comprobans.* Non ut dubitans ; neque enim istud hoc loco significat ; sed probam eam efficiens ac declarans, et firmiorem reddens. Ob id enim his verbis utor, ut vos ad eamdem animi promptitudinem exstimulem : ideo studium eorum commemoro, ut animi vestri propensionem illustrem atque excitem. Deinde hinc ad aliud quiddam majus delabitur : neque enim ullum admonitionis modum prætermittit, verum omnia movet, ac quovis modo orationem tractat. Nam et per aliorum laudes eos cohortatus est, dicens : *Notam autem vobis facimus gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ ;* et eos etiam ipsos laudando, cum ait, *Sed ut in omnibus abundetis, in sermone, in scientia.* Hoc enim acrius hominem mordet, cum quis a seipso vincitur, quam cum ab aliis. Postea denique ad id, quod admonitionis caput et coronis erat, se confert : 9. *Scitis enim gratiam Domini nostri, quoniam propter nos egenus factus est, cum dives esset, ut illius inopia nos divites essemus.* Cogitate, inquit, ac cum animis vestris reputate gratiam Dei, nec temere eam præterite, verum quæ et quanta sit illius magnitudo conjicite : ita fiet, ut nullis vestris rebus parcatis. Ille gloriam suam exinanivit, ut vos, non illius opibus, sed egestate ditemini. Si adduci nequis, ut egestatem divitiarum efficientem esse credas, Dominum tuum cogita, et de ea re ambigere desines. Nisi enim ille pauper factus fuisset, tu dives minime exstitisses. In quo illud mirandum est, quod paupertas opibus circumfluxit. Divitias porro hoc loco appellat pietatis cognitionem, peccatorum purgationem, justitiam, sanctificationem, ac mille alia bona, quæ nobis largitus est, ac largietur. Atque hæc omnia paupertatis beneficio nobis contigerunt. Cujus paupertatis? Quod carnem susceperit atque homo factus sit, eaque pertulerit. Quamquam hæc ille minime debebat, cum tu contra ipsi debeas. 10. *Et consilium in hoc do : hoc enim vobis utile est.* Vide rursus quantam curam adhibeat, ne gravis ac molestus sit, atque his duabus rebus sermonem mitiget, dum ait : *Consilium do ;* et, *Quod vobis utile est.* Neque enim cogo ac vim infero, inquit, neque ab invitis extorqueo, sed in his verbis non tam eorum qui accipiunt, quam vestram utilitatem mihi propono. Deinde exemplum ab ipsis sumit, non ab aliis. *Qui non solum facere, sed et velle prius cœpistis ab anno superiore.* Vide quomodo ostendat eos ultro, ac citra cujusquam cohortationem eo venisse. Quoniam enim hoc de Thessalonicensibus asseruerat, quod ultro et cum magna exhortatione ad eleemosynam se contulerant, vult jam ostendere hos idem quoque præstitisse. Ac proinde dixit, *Non solum facere, sed et velle ;* et non, Cœpistis, sed, *Prius cœpistis ab anno superiori.* Ad eadem ergo vos hortor, inquit, ad quæ antehac cum omni alacritate vosipsos excitastis. 11. *Nunc vero et facto perficistis.* Non dixit, Fecistis, sed, Finem imposuistis. *Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita et sit perficiendi ex eo quod habetis.* Ut præclara hæc virtus non intra animi promptitudinem consistat, sed etiam mercedem, quam opera afferunt, consequatur. 12. *Si enim voluntas prompta est, secundum id quod quis habet, accepta est, non secundum id quod non habet.*

Pauli sapientia. — Vide sapientiam ineffabilem. Cum quosdam ostendisset, qui facultates suas in lar-

Digitized by Google

giendo excederent, Thessalonicenses nimirum, eosdem hoc nomine collaudasset dixissetque, *Testimonium reddo eis, quod etiam supra virtutem:* quia secundum facultates jam hortatur, sinens exemplum partes suas agere ; norat enim admonitionem ad earumdem rerum imitationem non perinde animum excitare, ac zelum ; idcirco ait : *Si enim voluntas propria est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet.* Ne timeas, inquit, quia illa dixi : etenim mirificam illorum liberalitatem prædicabam; at Deus ea tantum expetit, quæ nostrarum virium sunt, secundum id quod quis habet, non secundum id quod non habet. Vox enim εὐπρόσδεκτος hoc loco idem indicat, quod ἀπαιτεῖται, id est, postulatur. Atque his verbis valde ipsos delinit, exemplo illo fretus, eoque magis illos alliciens, quod potestatem illis daret : unde etiam subjunxit. 13. *Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio.*

2. Atqui Christus contrarium in vidua illa laudavit, quod videlicet victum totum suum profudisset, atque ex penuria sua tribuisset (*Marc.* 12. 44). Sed quia Corinthios alloquebatur, ubi esurire malebat ; *Melius est enim mihi mori*, inquit, *quam ut gloriam meam quis evacuet* (1. *Cor.* 9. 15) ; ob eam causam admonitionem suam temperat ; illos quidem, qui supra vires largiuntur, laudans ; hos tamen, ut idem faciant, haud adigens; non quod nollet, sed quia imbecilliores erant. Alioqui cur illos hoc nomine laudibus effert, quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii eorum fuerit, et altissima paupertas eorum superabundaverit in divitias simplicitatis eorum, et quod supra vires tribuerint ? annon perspicuum est, eum hos quoque ad earumdem virtutum studium incitare ? Quocirca, etiamsi minora ipsis concedere videatur, hoc tamen eo consilio facit, ut ipsos per illa ad hæc subvehat. Considera quippe quomodo per ea etiam quæ sequuntur id occulte adstruat. Postquam enim his verbis usus est, subdidit, 14. *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat.* Non enim superioribus tantum, sed etiam his verbis efficere studet, ut præceptum hoc leve ipsis esse videatur. Ac ne hinc quidem dumtaxat, sed etiam a mercede rursus illud facilius reddit, ac magnificentius, quam pro eorum dignitate, loquitur, dicens : *Ut fiat æqualitas in præsenti tempore, et illorum abundantia vestram inopiam suppleat* (*Ibidem*). Quid autem est quod ait ? Vos opibus floretis ; illi vitæ integritate et libertate ac fiducia erga Deum. Proinde de opibus quæ vobis redundant, ipsis autem desunt, eis impertite, ut de ea fiducia, qua ipsi abundant, vos autem indigetis, vicissim accipiatis. Vide quomodo occulte hoc adstruxerit, ipsos supra vires atque ex penuria dare debere. Si enim, inquit, de redundantia accipere vis, de redundantia quoque tribue : si autem totum attrahere cupis, de penuria quoque ac supra vires præbe. At hoc quidem minime dixit, verum auditoribus cogitandum relinquit : ipse autem id, quod sibi proponebat, ac temperatam admonitionem interim efficit, secundum id quod apparebat subjungens ac dicens : *Ut fiat æqualitas in præsenti tempore.* Quomodo æqualitas ? Vobis atque illis mutuo quæ utrisque redundant tribuentibus, ac quæ desunt supplentibus. At enim quæ est ista æqualitas pro carnalibus spiritualia rependere ? multo enim præstantiora hæc sunt, quam illa : quo pacto igitur æqualitatem vocat ? Nimirum vel quantum ad redundantiam et inopiam, vel quantum ad præsentem dumtaxat vitam attinet, hanc æqualitatem fieri dicit. Ob id enim cum dixisset, *Æqualitas*, subjunxit : *In præsenti tempore.* Hæc autem dicebat, tum ut divitum arrogantiam comprimeret, tum ut ostenderet post discessum ex hac vita spirituales homines præstantiore conditione fore. Etenim in hac vita æqualitate magna omnes fruimur ; at tum magna distinctio erit, ac summa præcellentia, justis solem splendore superantibus. Postquam eos non tantum dare, sed etiam majora vicissim accipere demonstravit, alia quoque ratione alacres eos ad dandum efficere molitur, illud ostendens, quod ne si sua quidem aliis non impertiverint, quidquam tamen amplius habituri sint, etiamsi omnia domi congesta habuerint. Ac veterem historiam profert, ad hunc modum loquens : 15. *Sicut scriptum est : Qui multum, non abundavit ; et qui modicum, non minoravit.* Hoc autem in manna contigit. Nam et qui amplius et qui minus collegerant, eamdem mensuram habere comperiebantur : Deo hac ratione inexplebilem aviditatem coercente. Hoc porro dicebat Paulus, tum ut ob ea, quæ tum contigerunt, Corinthiis metum injiceret ; tum ut eos dehortaretur, ne plus habendi cupiditate usquam tenerentur, nec quod minus haberent angerentur. Hoc nunc quoque videre est in rebus humanis, neque in manna tantum. Nam cum omnes unum tantum ventrem expleamus, unum vitæ cursum conficiamus, et uno tantum corpore cooperiamur ; nihil profecto nec amplius diviti ex opum affluentia, nec minus pauperi ex egestate futurum est. Cur ergo paupertatem formides, cur opes expetas ? Timeo, inquies, ne cogar ad aliorum ostia venire, et stipem petere. Multos etiam assidue sic precantes ac dicentes audio : Ne me eo redigi sinas, ut hominum auxilio opus habeam. Hæc audiens ingentem risum edo ; puerilis siquidem est hic metus. Nullus enim dies, nulla, ut ita dicam, res est, in qua alii aliis non indigeamus. Itaque inconsiderati atque arrogantia tumentis animi hæc verba sunt, nec rerum naturam perspicue agnoscentis. Annon cernis nos omnes aliorum ope carere non posse ? Nam et artifice miles opus habet, et artifex mercatore, et mercator agricola, servus libero, et herus servo, et pauper divite, et dives paupere, et qui nil operis facit, eo qui eleemosynam præbet, et qui præbet, eo qui accipit. Etenim is, qui eleemosynam accipit, rem necessariam et omnium præstantissimam explet. Nisi enim pauperes essent, salus nostra magna ex parte eversa esset, ut qui ubi pecunias serere possemus non haberemus. Ex quo fit, ut pauper, qui omnium minime utilis esse videtur, omnium maxime sit utilis. Quod si alterius ope indigere turpe est, nihil aliud reliquum

Digitized by Google

ποιοῦντας, τοὺς Θεσσαλονικέας λέγω, καὶ ἐπαινέσας αὐτοὺς ἐπὶ τούτῳ, καὶ εἰπὼν, ὅτι *Μαρτυρῶ αὐτοῖς* [a], *ὅτι καὶ ὑπὲρ δύναμιν* ἐπειδὴ κατὰ δύναμιν παρακαλεῖ μόνον, ἀφεὶς τὸ ὑπόδειγμα ἐργάσασθαι τὸ ἑαυτοῦ· ἤδει γὰρ, ὅτι οὐχ οὕτω παραίνεσις, ὡς ζῆλος ἐγείρει πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων μίμησιν· διό φησιν· *Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθ' ὃ ἐὰν ἔχῃ εὐπρόσδεκτος, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει.* Μὴ φοβηθῇς, φησὶν, ἐπειδὴ ἐκεῖνα εἴρηκα· τῆς γὰρ ἐκείνων φιλοτιμίας ἐγκώμιον τὸ εἰρημένον· ὁ δὲ Θεὸς τὰ κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, καὶ καθ' ὃ ἔχει τις, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει. Τὸ γὰρ, Εὐπρόσδεκτος, ἐνταῦθα τὸ, Ἀπαιτεῖται, δηλοῖ [b]. Καὶ σφόδρα λιπαίνει, τούτῳ θαρρῶν τῷ ὑποδείγματι, καὶ τῷ δοῦναι ἐξουσίαν μᾶλλον ἐφελκόμενος· διὸ [560] καὶ ἐπήγαγεν, *Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις.*

β'. Καίτοιγε ὁ Χριστὸς τοὐναντίον ἐπῆνεσεν ἐπὶ τῆς χήρας, ὅτι τὸν βίον ὅλον ἐκένωσε, καὶ ἐκ τοῦ ὑστερήματος ἔδωκεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ Κορινθίοις διελέγετο, ἔνθα ἤρεῖτο λιμώττειν· *Καλὸν γάρ μοι μᾶλλον τὸ ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ·* διὰ τοῦτο συμμετρημένῃ χρῆται τῇ παραινέσει, ἐπαινῶν μὲν τοὺς ὑπὲρ δύναμιν, οὐκ ἀναγκάζων δὲ τούτους ποιῆσαι τοῦτο, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀσθενέστεροι ἦσαν. Ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν ἐκείνους ἐγκωμιάζει, ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν καὶ ἡ κατὰ βάθους αὐτῶν] πτωχεία ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν, καὶ ὅτι ὑπὲρ δύναμιν ἔδωκαν; οὐκ εὔδηλον, ὅτι καὶ τούτους εἰς ταῦτα ἐνάγων; Ὥστε εἰ καὶ δοκεῖ τὰ ἐλάττονα συγχωρεῖν· ἵνα δι' ἐκείνων ἐπὶ ταῦτα ἀναβιβάσῃ, τοῦτο ποιεῖ. Σκόπει γοῦν καὶ διὰ τῶν ἑξῆς πῶς λανθανόντως αὐτὸ κατασκευάζει. Εἰπὼν γὰρ ταῦτα, ἐπήγαγε· *Τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα.* Οὐ γὰρ τοῖς εἰρημένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτοις κούφην ποιῆσαι βούλεται τὴν ἐντολήν. Καὶ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀντιδόσεως πάλιν εὐκολωτέραν αὐτὴν καθίστησι, καὶ μείζονα φθέγγεται τῆς ἀξίας αὐτῶν, λέγων· *Ἵνα γένηται ἰσότης ἐν τῷ νῦν καιρῷ, καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα.* Τί δέ ἐστιν ὃ φησι; Κομᾶτε χρήμασιν ὑμεῖς· κομῶσιν ἐκεῖνοι βίῳ καὶ παῤῥησίᾳ τῇ πρὸς τὸν Θεόν. Δότε οὖν αὐτοῖς ἀφ' ὧν περισσεύετε χρημάτων, ἐκεῖνοι οὐκ ἔχουσιν, ἵνα λάβητε ἀπὸ τῆς παῤῥησίας καθ' ἣν πλουτοῦσιν ἐκεῖνοι, ὑστερεῖσθε δὲ ὑμεῖς. Ὅρα πῶς τὸ ὑπὲρ δύναμιν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ὑστερήματος δόναι κατεσκεύασε λανθανόντως. Εἰ γὰρ βούλει, σὺ, ἐκ τοῦ περισσεύματος λαβεῖν, ἐκ τοῦ περισσεύματος δός· εἰ δὲ ὁλόκληρον ἐπισπάσασθαι, ἐκ τοῦ τερήματος παρέξεις, καὶ ὑπὲρ δύναμιν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ λέγει, καταλείπει δὲ αὐτὸ τῷ λογισμῷ ν ἀκροατῶν· αὐτὸς δὲ τὸ προκείμενον, καὶ τὴν μμετρον παραίνεσιν τέως ἐργάζεται, κατὰ τὸ φαιλενον ἐπάγων καὶ λέγων· *Ὅπως γένηται ἰσότης ἐν τῷ νῦν καιρῷ.* Πῶς ἰσότης; Τὰ περισσεύματα ἀντιδιδόντων ὑμῶν κἀκείνων, καὶ τὰ ὑστερήματα πληρούντων. Καὶ ποία αὕτη ἰσότης, σαρκικῶν πνευματικὰ ἀντιδιδόναι; πολλὴ γὰρ ἐνταῦθα ὑπεροχή· πῶς οὖν ἰσότητα καλεῖ; Ἢ κατὰ τὸ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι, ἢ κατὰ τὸν παρόντα βίον τοῦτο φησὶ γενέσθαι μόνον. Διὰ γὰρ τοῦτο εἰπὼν, *Ἰσότης*, ἐπήγαγεν, *Ἐν τῷ νῦν καιρῷ.* Ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ τῶν πλουτούντων καταστέλλων τὰ φρονήματα, καὶ δεικνὺς, ὅτι μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν, ἐν πλείονι οἱ πνευματικοὶ ὑπεροχῇ. Ἐντεῦθεν μὲν γὰρ πολλῆς ἅπαντες ἀπολαύομεν [561] ἰσοτιμίας· τότε δὲ πολλὴ διάκρισις, καὶ μεγίστη ὑπεροχὴ, ὑπὲρ τὸν ἥλιον λαμπόντων τῶν δικαίων. Εἶτα ἐπειδὴ ἔδειξεν αὐτοὺς οὐ διδόντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντιλαμβάνοντας μείζονα, καὶ ἑτέρωθεν βούλεται κατασκευάσαι τὴν προθυμίαν αὐτῶν, δεικνὺς ὅτι οὐδ' εἰ μὴ μεταδοῖεν ἑτέροις, ἔξουσί τι πλέον, πάντα ἔνδον συνάγοντες. Καὶ παράγει παλαιὰν ἱστορίαν, οὕτω λέγων· *Καθὼς γέγραπται, Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε.* Τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ μάννα γέγονεν. Οἵ τε γὰρ πλεῖον συναγαγόντες, οἵ τε ἔλαττον τὸ αὐτὸ μέτρον εὑρίσκοντο ἔχοντες, τὴν ἀπληστίαν τοῦ Θεοῦ ταύτῃ κολάζοντος. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ καὶ φοβῶν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν τότε γενομένων, καὶ μηδαμοῦ τοῦ πλείονος ἐφίεσθαι πείθων, μηδὲ ἀλγεῖν ἐπὶ τῷ ἔλαττον ἔχειν. Τοῦτο δὲ καὶ νῦν γινόμενον ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, οὐκ ἐπὶ τοῦ μάννα μόνον. Εἰ γὰρ ἅπαντες μιᾶς γαστέρα πληροῦμεν, καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ζῶμεν, καὶ ἓν σῶμα περιβαλλόμεθα· οὐδὲν οὔτε τῷ πλουτοῦντι πλέον ἀπὸ τῆς περιουσίας ἔσται, οὔτε τῷ πένητι ἀπὸ τῆς πτωχείας ἔλαττον. Τί τοίνυν τρέμεις πενίαν; τί δὲ διώκεις πλοῦτον; Δέδοικα, φησὶ, μὴ ἀναγκασθῶ ἐπὶ τὰς ἑτέρων θύρας ἐλθεῖν, καὶ δεηθῆναι τοῦ πλησίον. Πολλῶν δὲ καὶ εὐχομένων τοῦτο ἀκούω συνεχῶς, καὶ λεγόντων, Μή με ἀφῇς ἐν χρείᾳ ἀνθρώπων καταστῆναί ποτε. Καὶ σφόδρα γελῶ ταῦτα ἀκούων· καὶ γὰρ παιδικὸς ὁ φόβος. Καθ' ἑκάστην γὰρ ἡμέραν, καὶ ἐν ἅπασιν, ὡς εἰπεῖν, ἐν χρείᾳ ἀλλήλων καθεστήκαμεν. Ὥστε ἀπερισκέπτου ψυχῆς καὶ πεφυσιωμένης ταυτὶ τὰ ῥήματα, καὶ οὐ διαγινωσκούσης σαφῶς τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι πάντες ἀλλήλων χρῄζομεν; ὁ στρατιώτης τοῦ χειροτέχνου, ὁ χειροτέχνης τοῦ ἐμπόρου, ὁ ἔμπορος τοῦ γεωργοῦ, ὁ δοῦλος τοῦ ἐλευθέρου, ὁ δεσπότης τοῦ δούλου, ὁ πένης τοῦ πλουσίου, ὁ πλούσιος τοῦ πένητος, ὁ μηδὲν ἐργαζόμενος τοῦ διδόντος ἐλεημοσύνην, ὁ παρέχων τοῦ λαμβάνοντος· καὶ γὰρ ὁ λαμβάνων ἐλεημοσύνην, μεγίστην χρείαν πληροῖ, καὶ πάντων μείζονα. Εἰ γὰρ μὴ πένητες ἦσαν, τὸ πλέον ἂν ἀνετράπη τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, οὐκ ἐχόντων ποῦ καταβαλεῖν τὰ χρήματα. Ὥστε καὶ ὁ δοκῶν ἁπάντων ἀχρηστότερος εἶναι πένης, οὗτος ἁπάντων ἐστὶ χρησιμώτερος. Εἰ δὲ τὸ ἑτέρου δεῖσθαι, αἰσχρὸν, ἀποθανεῖν λείπεται· οὐ γὰρ ἑνὶ ζῆσαι τοῦτο δεδοικότα. Ἀλλ' οὐ δύναμαι, φησὶν, ἐνεγκεῖν ὀφρῦν ἀνεσπασμένην. Τί ἄλλον διαβάλλων ἐπ' ἀλαζονείᾳ, σαυτὸν καταισχύνεις τῇ κατηγορίᾳ ταύτῃ; καὶ γὰρ ἀλαζονικὸν τὸ μὴ φέρειν

[a] **Editi** αὐτούς male.

[b] **Id est.** voluntas seu προθυμία illa accepta est, quia **id quod** ἀπαιτεῖται seu requiritur et postulatur impiet.

Digitized by Google

ὑπερηφάνου ψυχῆς φύσημα [a]. Τί δὲ τὰ μηδενὸς ὄντα λόγου ἄξια ταῦτα δέδοικας, ταῦτα τρέμεις, καὶ διὰ ταῦτα τὴν πενίαν φρίττεις; Κἂν γὰρ πλούσιος ᾖς, ἐν πλειόνων καταστήσῃ χρείᾳ, καὶ πλειόνων καὶ εὐτελεστέρων. Ὅσῳ γὰρ ἂν πλουτῇς, τοσοῦτον τῇ ἀρᾷ ταύτῃ σαυτὸν ὑποβάλλεις.

γ'. [562] Οὕτως ἀγνοεῖς ὅπερ εὔχῃ, χρήματα μὲν αἰτῶν ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς δεῖσθαι· ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰς πέλαγος ἐλθὼν, ἔνθα καὶ ναυτῶν καὶ πλοίου καὶ μυρίας χρεία κατασκευῆς, εὔχοιτο μηδενὸς ὅλως ἐν χρείᾳ γενέσθαι. Εἰ γὰρ βούλει μηδενὸς σφόδρα δεῖσθαι, εὖχου πενίαν· πένης μὲν γὰρ ὢν, κἂν τινος δεηθῇς, ὑπὲρ ἄρτου δεήσῃ μόνον ἢ ἱματίου· πλουτῶν δὲ, καὶ ὑπὲρ ἀγρῶν, καὶ ὑπὲρ οἰκιῶν, καὶ ὑπὲρ τελεσμάτων, καὶ ὑπὲρ μισθωμάτων, καὶ ὑπὲρ ἀξιώματος, καὶ ὑπὲρ ἀσφαλείας, καὶ ὑπὲρ δόξης, καὶ ὑπὲρ ἀρχόντων χρείαν ἕξεις· οὐ τούτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑποτεταγμένων ἐκείνοις, καὶ τῶν ἐν πόλει, καὶ τῶν ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐμπόρων καὶ καπήλων. Ὁρᾶτε ὅτι ἀνοίας ἐσχάτης ταυτὶ τὰ ῥήματα; Ὅλως γὰρ εἰ φρικτὸν εἶναί σοι δοκεῖ τὸ χρῄζειν τινός· καθόλου μὲν οὐ δυνατὸν ἀπαλλαγῆναι τούτου· εἰ δὲ θέλεις τὸν ὄχλον φυγεῖν, ἔξεστι γὰρ, ἐπὶ τὸν ἀκύμαντον τῆς πενίας καταφυγὼν λιμένα, τὸν πολὺν τῶν πραγμάτων ὄχλον περίκοψον, καὶ μηδὲν αἰσχρὸν τοῦτο νόμιζε τὸ δεῖσθαι ἑτέρου· τῆς γὰρ ἀφάτου σοφίας τοῦ Θεοῦ τοῦτο γέγονεν ἔργον. Εἰ γὰρ ἀλλήλων χρῄζομεν, καὶ οὐδὲ ἡ τῆς χρείας ἀνάγκη συνάγει εἰς φιλίαν ἡμᾶς· εἰ αὐτάρκεις ἦμεν, οὐκ ἦμεν ἂν θηρία ἀτίθασσα; Βίᾳ οὖν καὶ ἀνάγκῃ ἡμᾶς ὑπέταξεν ἀλλήλοις ὁ Θεὸς, καὶ καθ' ἑκάστην συγκρουόμεθα ἀλλήλοις ἡμέραν. Καὶ εἰ τοῦτον περιελε τὸν χαλινὸν, τίς ἂν ταχέως ἠράσθη τῆς τοῦ πλησίον φιλίας; Μηδὲ τοῦτο οὖν νομίζωμεν εἶναι αἰσχρὸν, μηδὲ ἀπευχώμεθα καὶ λέγωμεν, Μὴ δῷς ἡμᾶς ἐν χρείᾳ τινὸς καταστῆναι· ἀλλ' εὐχώμεθα λέγοντες· Μὴ ἀφῇς, ἐν χρείᾳ καταστάντων ἡμῶν, ἀνανεῦσαι τοὺς δυναμένους ἡμᾶς ὠφελεῖν. Οὐ τὸ ἐν χρείᾳ ἑτέρων καταστῆναι, ἀλλὰ τὸ ἁρπάζειν τὰ ἑτέρων, φορτικόν. Νῦν δὲ ὑπὲρ μὲν ἐκείνων οὐδέποτε εὐξάμεθα, οὐδὲ εἴπομεν· Μὴ δῷς μοι ἐπιθυμῆσαι τῶν ἀλλοτρίων· τὸ δὲ ἐν χρείᾳ καταστῆναι, τοῦτο δοκεῖ ἀπευκταῖον εἶναι. Καίτοι Παῦλος ἐν χρείᾳ κατέστη πολλάκις, καὶ οὐκ ἠσχύνετο, ἀλλὰ καὶ ἐκαλλωπίζετο καὶ ἐνεκωμίαζε τοὺς διακονησαμένους, λέγων· *Ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐν ταῖς χρείαις μου ἐπέμψατε·* καὶ πάλιν· *Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν.* Οὐ τοίνυν ἐλευθερίας ἐστὶ τὸ ταῦτα αἰσχύνεσθαι, ἀλλὰ μαλακίας καὶ βαναύσου ψυχῆς καὶ ἀνοήτου. Καὶ γὰρ τῷ Θεῷ δοκεῖ χρείαν ἡμᾶς ἀλλήλων ἔχειν. Μὴ τοίνυν φιλοσόφει πέρα τοῦ μέτρου. Ἀλλ' οὐ δύναμαι, φησὶν, ἐνεγκεῖν ἄνθρωπον παρακαλούμενον πολλάκις, καὶ οὐκ εἰκοντα. Καὶ πῶς σε οἴσει ὁ Θεὸς παρακαλούμενον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ οὐ πειθόμενον, καὶ παρακαλούμενον ὑπὲρ τῶν σοι συμφερόντων; *Ὑπὲρ γὰρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν*, φησὶν, *ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· καταλλάγητε τῷ Θεῷ.* Καὶ μέντοι δοῦλος αὐτοῦ, φησὶν, εἰμί. Καὶ τί τοῦτο; Ὅταν γὰρ σὺ μὲν μεθύῃς ὁ δοῦλος, ἐκεῖνος δὲ πεινᾷ ὁ δεσπότης, καὶ μηδὲ τῆς ἀναγκαίας ἀπολαύῃ τροφῆς, [563] τί σου τὸ τῆς δουλείας ὄνομα προστήσεται; Τοῦτο μὲν οὖν αὐτό σε καὶ βαρήσει μειζόνως, ὅταν μὲν σὺ ἐν τριωφόροις μένῃς, ἐκεῖνος δὲ μηδὲ χρηστῆς μετέχῃ στέγης· ὅταν σὺ μὲν ἐν ἁπαλαῖς στρωμναῖς, ἐκεῖνος δὲ μηδὲ προσκεφάλαιον ἔχῃ. Ἀλλ' ἔδωκα, φησίν. Ἀλλ' οὐ χρὴ διαλιμπάνειν ταῦτα ποιοῦντα. Τότε γὰρ μόνον ἀπολογήσῃ, ὅταν μὴ ἔχῃς, ὅταν μηδὲν κεκτημένος ᾖς· ἕως δ' ἂν ἔχῃς, κἂν μυρίοις ᾖς δεδωκὼς, ὥσι δὲ ἕτεροι πεινῶντες, οὐδεμία σοι ἀπολογία. Ὅταν δὲ καὶ ἀποκλείῃς σῖτον, καὶ τὴν τιμὴν ἐπιτείνῃς, καὶ ἑτέρας καπηλείας ξένας ὁδοὺς ἐπινοῇς, ποίαν ἕξεις σωτηρίας ἐλπίδα λοιπόν; Δωρεὰν ἐκελεύσθης διδόναι τῷ πεινῶντι, σὺ δὲ οὐδὲ μετὰ συμμέτρου δίδως τιμῆς· αὐτὸς διὰ σὲ τὴν τοσαύτην δόξαν ἐκένωσε, σὺ δὲ αὐτὸν οὐδὲ ἄρτου ἀξιοῖς· ἀλλ' ὁ μὲν κύων ἐμπέπλησται, ὁ δὲ Χριστὸς λιμῷ τήκεται· καὶ ὁ μὲν οἰκέτης διαῤῥήγνυται ὑπὸ πλησμονῆς, ὁ δὲ σὸς κἀκείνου Δεσπότης ἀναγκαίας ἀπορεῖ τροφῆς. Καὶ ποῦ ταῦτα φίλων τὰ πράγματα; Καταλλάγητε τῷ Θεῷ· ταῦτα γὰρ ἐχθρῶν ἐστι καὶ ἐκπεπολεμωμένων. Αἰσχυνθῶμεν τοίνυν ὅσα εὐεργετήθημεν, ὅσα εὐεργετεῖσθαι μέλλομεν· κἂν προσέλθῃ πένης δεόμενος, μετὰ πολλῆς αὐτὸν δεχώμεθα τῆς εὐνοίας, παρακαλοῦντες, ἀνιστῶντες τῷ λόγῳ, ἵνα καὶ αὐτοὶ τῶν αὐτῶν τύχωμεν καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων.

Ὅσα γὰρ ἐὰν θέλητε ἵνα ποιήσωσιν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. Οὐδὲν φορτικὸν, οὐδὲν ἐπαχθὲς οὗτος ὁ νόμος ἔχει. Ἃ θέλεις πάσχειν, ταῦτα ποίει, φησὶν· ἴση ἡ ἀντίδοσις. Καὶ οὐκ εἶπεν· Ἃ μὴ θέλετε πάσχειν, μηδὲ ποιεῖτε· ἀλλὰ τὸ πλέον. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀποχὴ κακῶν, τοῦτο δὲ ἐργασία καλῶν, κἀκείνῳ τοῦτο συμπεριείληπται. Καὶ οὐκ εἶπε· Ταῦτα καὶ ὑμεῖς θέλετε, ἀλλὰ, *Ποιεῖτε αὐτοῖς.* Καὶ τί τὸ κέρδος; *Οὗτός ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.* Ἐλεεῖσθαι βούλει; οὐκοῦν ἐλέει. Συγγνώμης θέλεις τυχεῖν; οὐκοῦν μεταδίδου. Βούλει μὴ ἀκούειν κακῶς; οὐκοῦν μηδὲ κακῶς λέγε. Ἐπιθυμεῖς ἐπαινεῖσθαι, οὐκοῦν ἐγκωμίαζε. Θέλεις μὴ πλεονεκτεῖσθαι; οὐκοῦν μὴ ἅρπαζε. Εἶδες πῶς ἔδειξε φυσικὸν ὂν τὸ καλὸν, καὶ οὐ δεομένους νόμων τῶν ἔξωθεν ἡμᾶς, οὐδὲ διδασκάλων; Ἐν οἷς γὰρ θέλομεν παθεῖν, ἢ μὴ παθεῖν παρὰ τῶν πλησίον, νομοθετοῦμεν ἡμῖν ἐαυτοῖς. Ὥστε ἂν ἐθέλῃς μὲν μὴ παθεῖν, ποιῇς δὲ, ἢ θέλῃς [b] μὲν παθεῖν, μὴ ποιῇς δὲ, αὐτοκατάκριτος γέγονας, καὶ οὐδεμιᾶς λοιπὸν ἀπολαύεις ἀπολογίας ὡς ἀγνοῶν καὶ οὐκ εἰδὼς τὰ πρακτέα. Διὸ, παρακαλῶ, τοῦτον ἐν ἑαυτοῖς δι' ἑαυτοὺς ἀναστήσαντες τὸν νόμον, καὶ ταῦτα ἀναγινώσκοντες τὰ γράμματα τὰ σαφῆ καὶ σύντομα, τοιοῦτοι περὶ τοὺς πλησίον γινώμεθα, οἵους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι βουλόμεθα, ἵνα καὶ τῆς

[a] Savil. in marg., νόσημα.

[b] *Legebatur* ἢ εἰ θέλεις.

Digitized by Google

est, quam ut intercamus : neque enim fieri potest, ut vivat, qui hoc timet. At, inquis, elatum supercilium ferre nequeo. Ecquid alium arrogantiæ insimulans, teipsum per hanc accusationem probro afficis? arrogantis enim est hominis, superbi animi fastum ferre non posse. Ecquid vero hæc, quæ nihil æstimanda sunt, metuis? ad hæc contremiscis? ob hæc paupertatem reformidas? Nam si dives fueris, eo pluribus et vilioribus indigebis. Quo enim ad majores opes perveneris, eo magis te huic maledicto subjicies.

3. Ita quid preceris, nescis, dum opes eo petis, ut nullius opem desideres : ac si quis mare ingressus, ubi et nautis et nave et amplissimo apparatu opus est, vota faciat, ut nullius omnino hominis opera indigeat. Nam si vis nullo valde opus habere, paupertatem opta : ita fiet, ut si cujuspiam ope indigeas, pro pane tantum aut veste indigeas. Quod si dives fueris, et pro agris, et pro ædibus, et pro pensionibus, et pro mercedibus, et pro dignitate, et pro vitæ præsidio, et pro gloria, et pro iis qui imperium gerunt, opus his habebis; neque his tantum, sed et iis qui illis subsunt, et iis qui in urbibus, et iis qui ruri degunt, et mercatoribus et cauponibus. Jamne perspicitis quam extremæ amentiæ hæc verba sint? Horrendum omnino esse censes, cujusquam ope indigere? Fieri omnino nequit, ut in hac re liber sis. Cæterum si tumultum fugere cupis; id enim licet; in tranquillum paupertatis portum confugiens, multiplicem negotiorum tumultum amputa, nec turpe esse statue altero opus habere; hoc enim ineffabili Dei sapientia ita comparatum est. Nam si alii aliis opus habeamus, neque necessitas illa parit mutuam amicitiam; si nobisipsis sufficeremus, annon immanes feræ essemus? Quocirca Deus vi ac necessitate nos invicem subjecit; et tamen quotidie mutuis offensionibus inter nos collidimur. Quod si hoc frenum abscidisset, quis proximi amicitiam prompto animo appetiisset? Proinde nec turpe hoc esse ducamus, nec deprecemur : dicamus : Ne sinas nos alicujus auxilio opus habere; verum ita precemur : Ne sinas, cum in necessitate constituti sumus, preces nostras ab iis repudiari, a quibus juvari possumus. Non enim aliorum ope indigere grave est, sed aliorum facultates eripere. At nunc pro hac ipsa re numquam preces fudimus, nec diximus : Ne sinas alienis bonis cupiditatis oculos adjicere; penuriam autem premi, id nobis aversandum esse videtur. At Paulus persæpe eguit, nec tamen id dedecori, sed ornamento ducebat, eosque quorum opera usus fuerat, laudibus efferebat dicens : *Quia semel et bis in usum mihi* (*Philipp.* 4. 16); et rursus, *Alias Ecclesias exspoliavi, stipendium accipiens ad ministerium vestrum* (1. *Cor.* 8). Quocirca non ingenui, sed mollis ac degeneris stultique animi est hoc nomine pudore affici. Nam ita placet, ut alii aliis indigeamus. Proinde ultra modum philosophari ne studeamus. At, inquis, hominem importunum ferre nequeo, qui crebro rogatus, precibus meis minime cedat. Et quomodo te Deus feret, a quo tu rogaris nec flecteris : et quidem rogaris de iis rebus, quæ tua intersunt? *Pro Christo* enim, inquit, *legatione fungimur, tamquam Deo obsecrante per nos; reconciliamini Deo* (2. *Cor.* 5. 20) Et tamen ipsius Dei servus sum, inquis. Quid tum? Cum enim tu qui servus es, mero te ingurgites; ille autem, qui herus est, fame laboret, ac ne necessario quidem alimento fruatur, quidnam tibi præsidii servitutis nomen allaturum est? Imo vero hoc te gravius onerabit, cum tu in ædibus, quæ triplex tabulatum habent, commoreris, ille ne commodum quidem tectum habeat; cum tu in mollibus stragulis conquiescas, illi ne cervical quidem præsto sit. At dedi, inquis. Sed non est intermittendum hoc facere. Nam tum demum taxat tibi erit excusatio, cum quod des non habueris, ac rebus omnibus carueris : quamdiu autem habueris, etiamsi sexcentis dederis, sint autem alii qui fame laborent, nulla tibi excusatio suppetet. At vero, cum et frumentum claudis, et pretium auges, et inusitatas cauponandi rationes comminisceris, ecqua jam tibi salutis spes futura est? Esurienti gratis dare jussus es; at tu ne cum æquo quidem pretio das : ipse tua causa tanta se gloria spoliavit; tu eum nec dignum ducis, cui panem impertias; verum cum canis tuus cibis distentus sit, Christus contra fame conficitur; cum famulus tuus ciborum copia disrumpatur, tuus contra illiusque Dominus necessario victu caret. Hæccine tandem amicorum sunt? Deo reconciliemini : hæc enim inimicorum sunt infestorumque hostium. Quocirca pudorem nobis ea omnia beneficia incutiant, quæ accepimus atque accepturi sumus : ac si quis pauper accedat, opemque nostram imploret, magna cum animi benevolentia eum excipiamus, consolantes ipsum ac verbis erigentes, ut eadem ipsi tum a Deo, tum ab hominibus consequamur.

Erga proximum agendi regula.—*Omnia* enim, *quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis* (*Matth.* 7. 12). Nihil grave, nihil molestum hæc lex habet : Quæ tibi fieri vis, inquit, hæc ipse facito : æquæ sunt vices. Nec vero dixit : Quæ non vultis vobis fieri, hæc ne quidem ipsi facite; sed quod majus est. Illic enim a malis tantum abstinetur; hic vero bona quoque efficiuntur, atque hoc illo continetur. Nec dixit : Hæc vos quoque velitis; sed, *Facite illis*. Quidnam autem hinc lucri? *In hoc lex sita est et prophetæ*. Misericordiam tibi adhiberi vis? adhibe ipse. Veniam vis impetrare? ignosce ipse. Non vis male audire? male ne dixeris. Laudari expetis? lauda ipse. Non vis tua tibi per injuriam extorqueri? aliena ne eripe. Viden' quomodo virtutem naturale quoddam bonum esse ostenderit, nosque externis legibus ac magistris minime opus habere? In iis enim, quæ nobis a proximis nostris vel accidere, vel non accidere volumus, nobismet ipsi legem imponimus. Quamobrem si, quod tibi fieri nolis, alteri facias, aut si quid tibi fieri velis, quod ipse minime facias, tuomet ipse te calculo condemnas, nec jam quidquam habes, quo excusari possis, velut, quæ facienda sint ignorans. Ideo operam, quæso, demus, ut hanc per nosipsos in animis nostris legem statuentes, ac perspicuas hasce et compendiosas literas pervolventes, tales nos erga

Digitized by Google

proximos nostros præbeamus, quales eos erga nos esse volumus : ut et præsenti tranquillitate fruamur, et futura bona consequamur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVIII.

CAP. 8. v. 16. *Gratias autem Deo qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi.*

1. Rursus Titum laudat. Quoniam enim de eleemosyna sermonem habuerat, jam de iis quoque verba facit, qui pecunias ab ipsis accepturi ac deportaturi erant. Hoc enim ad hujusmodi collectionem, et ad augendam eorum qui erogabant alacritatem adjumentum afferebat. Nam qui eorum, qui legendis ac suscipiendis pecuniis operam navant, integritati confidit, nec quid sinistri de accipientibus suspicatur, uberius copiosiusque erogare solet. Quod quidem, ut tunc quoque fieret, audi quomodo eos commendat, qui ad hoc munus obeundum perrexerant : inter quos principem locum Titus tenebat ; ideoque dicit, *Gratias autem Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem in corde Titi.* Quid est, *Eamdem ?* Quam pro Thessalonicensibus quoque habebat : vel eamdem quam ego. Ac prudentiam Pauli animadverte : Dei beneficium hoc esse ostendit, proindeque ejus auctori gratias agit, ut hac quoque ratione animos eorum moveat atque incitet. Nam cum Deus illum excitarit et ad vos miserit, ipse proculdubio per illum petit. Cavete igitur existimetis humanitus hoc contigisse. At unde liquet quod Deus ipsum cohortatus sit ? 17. *Quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est.* Vide quomodo eum ostendat, ad hoc, ut partes suas obiret, nullius cohortatione opus habuisse. Et postquam Dei gratiam dixit, non sivit id totum Deo adscribi, ut sic eos ad majorem Titi amorem pertrahat, cum ait eum sua quoque sponte excitatum fuisse. *Cum* enim *sollicitior esset*, inquit, *sua voluntate profectus est ;* hoc est, provinciam hanc præripuit ; in thesaurum insiliit ; suismet commodis consulere judicavit, operam vobis navando : tantaque in eo vis amoris erga vos fuit, ut ne cohortatione quidem nostra eguerit ; quamquam fuit illa quidem a nobis adhibita, sed haudquaquam hinc ille, sed a seipso et a Dei gratia excitatus est. 18. *Misimus autem etiam cum illo fratrem, cujus laus est in evangelio per omnes Ecclesias.*

Quis sit frater cujus laus est in evangelio. — Et quisnam est hic frater ? Nonnulli his verbis Lucam significari putant, atque hoc dicunt propter eam historiam, quam literis mandavit : alii Barnabam : nam prædicationem quoque non scriptam evangelium nuncupat. Cur eorum nomina non scribit, sed Titum quidem nominatim declarat, et ab evangelicæ functionis societate appellat (quippe cujus opera tanto usui esset, ut ob ipsius absentiam non magnum quid efficere Paulus potuerit : *Eo* enim, inquit, *quod Titum fratrem meum non invenerim, non habui requiem spiritui meo* [2. *Cor.* 2. 13]), et ab ipsius erga eos amore (*Viscera* enim *ipsius*, inquit, *abundantius sunt ad vos* [2. *Cor.* 7. 15]), et a diligentia, qua in hoc munus incubuit (*Sua* enim *voluntate*, inquit, *profectus est*) ; hos autem nec perinde commendat, nec nominatim citat ? quid igitur dici potest ? Fortasse ipsi Corinthiis ignoti erant, ac proinde in prædicandis eorum laudibus quorum virtutis periculum nondum fecerant, non multum immoratur ; verum hactenus de iis verba facit, quatenus ipsis ad commendationem vitandamque sinistram suspicionem satis erat. Cæterum videamus, unde huic laudem texat. Unde igitur laudis argumentum petit ? Primum a prædicatione ipsum laudat, quod non solum prædicaret, sed etiam ut par erat, et eo quo conveniebat studio. Neque enim dixit, quod evangelium prædicaret ; sed *Cujus laus est in evangelio.* Ac ne in assentationis suspicionem veniat, non unum aut alterum aut tres, sed universas Ecclesias testes ipsi citat, dicens : *Per omnes Ecclesias.* Deinde ab eorum quoque calculo, a quibus ordinatus fuerat, venerationem ipsi conciliat : quæ non parva res est. Ideo postquam dixit : *Cujus laus est in evangelio per omnes Ecclesias*, subjunxit : 19. *Non solum autem.* Quid sibi hæc volunt, *Non solum autem ?* Non, inquit, ideo tantum venerationem meretur, quod prædicationis laude floreat, atque ab omnibus commendetur, sed etiam, quod ab Ecclesiis nobiscum ordinatus sit. Ex quo mihi Barnabam significare videtur. Ac magnam ipsius dignitatem indicat : ostendit enim qua de causa ordinatus sit : *Comes* enim, inquit, *peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur a nobis.* Vides quot ipsum laudibus afficiat ? In evangelii prædicatione emicuit, deque ea re Ecclesias omnes testes habuit ; ordinatus est a nobis ad eadem quæ Paulus præstanda, et ubique socius ipsi tam in tentationibus, quam in periculis exstitit : hoc enim peregrinatio subindicat. Quinam autem horum verborum sensus est, *In hanc gratiam, quæ ministratur a nobis ?* Hoc est, In hoc, ut verbum annuntiet, evangeliumque prædicet ; vel, ut in ratione pecuniaria operam navet : imo utrumque his verbis mihi intelligi videtur. Subjicit postea, *Ad Domini gloriam et alacritatem vestram.* Quæ verba hunc sensum habent : Postulavimus, inquit, ut ipse nobiscum eligeretur, atque ad hoc munus designaretur, ut sacrarum pecuniarum promuscondus ac minister esset (neque enim parva hæc dignitas erat ; *Considerate* enim, inquiebat Petrus, *viros ex vobis boni testimonii septem* [*Act* 6. 3]) ; atque ab Ecclesiis, consentientibus totius populi calculis, creatus est. Quid autem hæc verba significant, *Ad gloriam Domini et vestram alacritatem.* Hoc est, ut et Dei gloria celebretur, et vos promptioribus animis sitis, cum probos eos esse perspexeritis, qui pecunias suscipiunt, nec quemquam

Digitized by Google

παρούσης ἀπολαύσωμεν [564] ἀδείας, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ δόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου

α'. Πάλιν ἐπαινεῖ τὸν Τίτον. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ ἐλεημοσύνης διελέχθη, διαλέγεται λοιπὸν καὶ περὶ τῶν μελλόντων ὑποδέχεσθαι παρ' αὐτῶν τὰ χρήματα, καὶ ἀποκομίζειν αὐτά. Τοῦτο γὰρ συνεβάλλετο πρὸς τὴν συλλογὴν ταύτην, καὶ πρὸς τὸ μείζω ποιῆσαι τὴν προθυμίαν τῶν εἰσφερόντων. Ὁ γὰρ θαῤῥῶν ὑπὲρ τοῦ διακονουμένου, καὶ μὴ ὑποπτεύων τοὺς ὑποδεχομένους, μετὰ πλείονος τῆς δαψιλείας ἐπιδίδωσιν. Ὅπερ ἵνα καὶ τότε γένηται, ἄκουσον πῶς συνίστησι τοὺς ἐπὶ τοῦτο ἀφικομένους, ὧν ἦν πρῶτος Τίτος. Διὸ καί φησι. *Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ δόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου.* Τί ἐστι, *Τὴν αὐτήν;* Ἥνπερ καὶ ὑπὲρ Θεσσαλονικέων εἶχεν, ἢ τὴν αὐτὴν ἐμοί. Καὶ σκόπει σύνεσιν· τοῦ Θεοῦ δεικνὺς ἔργον τοῦτο ὄν, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ δεδωκότι, ὥστε καὶ ταύτῃ προτρέψαι. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς αὐτὸν διήγειρε, καὶ ἀπέστειλε πρὸς ὑμᾶς, αὐτὸς αἰτεῖ δι' ἐκείνου. Μὴ τοίνυν νομίσητε ἀνθρώπινον εἶναι τὸ γεγενημένον. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν προέτρεψεν; *Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο, σπουδαιότερος δὲ ὑπῆρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθεν.* Ὅρα πῶς καὶ αὐτὸν εἰκνυσι τὰ αὐτοῦ πληροῦντα, ἑτέρων μὴ δεηθέντα. καὶ εἰπὼν τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν, οὐκ ἀφίησι τοῦ Θεοῦ ὁ πᾶν εἶναι, πάλιν ἵνα καὶ ταύτῃ εἰς πλείονα ἐπιτάσηται αὐτοὺς ἀγάπην, εἰπὼν ὅτι καὶ οἴκοθεν ἥγερται. *Σπουδαιότερος γὰρ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθεν,* ἥρπασε τὸ πρᾶγμα, ἐπεπήδησε τῷ θηρίῳ, οἰκείαν ἐνόμισεν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν διάνοιαν· καὶ τῷ σφόδρα ὑμᾶς φιλεῖν, οὐδὲ ἐδεήθη τῆς ἐμοῦ παρακλήσεως, ἀλλὰ παρεκλήθη μὲν ὑπ' ἐμοῦ, οὐ μέντοι ἐντεῦθεν διηγέρθη, ἀλλ' οἰκοθεν καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. *Συνεπέμψαμεν μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν.*

Καὶ τίς οὗτός ἐστιν ὁ ἀδελφός; Τινὲς μὲν τὸν Λουκᾶν· καὶ φασι, διὰ τὴν ἱστορίαν ἣνπερ ἔγραψε· τινὲς τὸν Βαρνάβαν· καὶ γὰρ τὸ ἄγραφον κήρυγμα εὐαγγέλιον καλεῖ. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ τίθησιν αὐτῶν ὀνόματα, ἀλλὰ τὸν μὲν Τίτον καὶ ὀνομαστὶ γνωρίζει, καὶ ἀπὸ τῆς εἰς τὸ Εὐαγγέλιον συνεργίας καλεῖ γε τοσοῦτον ἦν χρήσιμος, ὡς διὰ τὴν ἀπουσίαν οὗ μηδὲ δυνηθῆναι [565] μέγα τι καὶ γενναῖον εἰπεῖν τὸν Παῦλον· *Τῷ γὰρ μὴ εὑρεῖν Τίτον τὸν ἀδελφόν μου, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου·* καὶ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τῆς εἰς αὐτοὺς (*Τὰ γὰρ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως ἐστὶ,* φησὶ, *πρὸς ὑμᾶς*), καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα σπουδῆς (*Αὐθαίρετος γὰρ,* φησὶν, *ἐξῆλθε*)· τούτους δὲ οὔτε ὁμοίως συνίστησιν, οὔτε ὀνομαστὶ τίθησι; τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ἴσως ἀγνοοῦντες ἦσαν αὐτούς· διόπερ οὐκ ἐμφιλοχωρεῖ τοῖς ἐγκωμίοις, ἐπειδὴ μηδέπω πεῖραν αὐτῶν εἰλήφεισαν, ἀλλὰ τοσοῦτον λέγει, ὅσον εἰς σύστασιν αὐτοῖς ἤρκει μόνον καὶ τὸ φυγεῖν τὴν πονηρὰν ὑποψίαν. Πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν πόθεν καὶ αὐτὸν τοῦτον ἐγκωμιάζει. Πόθεν οὖν ἐγκωμιάζει; Πρῶτον ἀπὸ τοῦ κηρύγματος ἐπαινῶν, οὐχ ὅτι ἐκήρυττε μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ὡς ἐχρῆν, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης σπουδῆς. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι κηρύττει καὶ εὐαγγελίζεται, ἀλλ' ὅτι, *Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.* Καὶ ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν αὐτὸν, οὐχ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ἀνθρώπους, ἀλλ' ὁλοκλήρους Ἐκκλησίας ἄγει μαρτυρούσας αὐτῷ, λέγων· *Διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν.* Εἶτα καὶ ἀπὸ τῆς κρίσεως τῶν χειροτονησάντων αἰδέσιμον αὐτὸν ποιεῖ· οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο. Διά τοι τοῦτο εἰπὼν, *Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν,* ἐπήγαγεν· *Οὐ μόνον δέ.* Τί ἐστιν, *Οὐ μόνον δέ;* Οὐ μόνον ἀπὸ τούτου, φησὶν, ἐστὶν αἰδέσιμος, ὅτι κηρύττων εὐδοκιμεῖ, καὶ ἐπαινεῖται παρὰ πάντων, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν σὺν ἡμῖν. Ὅθεν μοι δοκεῖ τὸν Βαρνάβαν αἰνίττεσθαι. Καὶ πολὺ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ σημαίνει· δείκνυσι γὰρ καὶ ἐπὶ τίνι κεχειροτόνητο. *Συνέκδημος γὰρ ἡμῶν,* φησὶ, *σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.* Εἶδες ὅσα αὐτοῦ τὰ ἐγκώμια; Εὐαγγελιζόμενος ἔλαμψε, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ἔσχεν ἐπὶ τούτῳ μαρτυρούσας πάσας· ἐχειροτονήθη ὑφ' ἡμῶν, καὶ ἐφ' οἷς Παῦλος, καὶ πανταχοῦ κοινωνὸς αὐτῷ γέγονε, καὶ κατὰ τοὺς πειρασμοὺς καὶ κατὰ τοὺς κινδύνους· τὸ γὰρ ὄνομα τῆς ἐκδημίας τοῦτο αἰνίττεται. Τί δέ ἐστι, *Σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν;* Ὥστε τὸν λόγον καταγγέλλειν, φησὶ, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττειν· ἢ ὥστε καὶ πρὸς τὰ χρήματα ὑπηρετήσασθαι· μᾶλλον δὲ, πρὸς ἀμφότερά μοι δοκεῖ λέγειν. Εἶτα ἐπάγει· *Πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἠξιώσαμεν, φησὶ, χειροτονηθῆναι αὐτὸν μεθ' ἡμῶν, καὶ εἰς τὸ ἔργον τοῦτο προχειρισθῆναι, ὥστε οἰκονόμον γενέσθαι τῶν ἱερῶν χρημάτων καὶ διάκονον (οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν ἦν· *Ἐπισκέψασθε γὰρ,* φησὶν, *ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτά*)· καὶ ἐχειροτονήθη ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ ψῆφος τοῦ δήμου παντὸς ἐγένετο. Τί ἐστιν, *Εἰς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν;* Ἵνα καὶ Θεὸς δοξάζηται, καὶ ὑμεῖς προθυμότεροι γίνησθε, τῶν ὑποδεχομένων τὰ χρήματα ταῦτα δοκίμων ὄντων, καὶ οὐδενὸς ψευδῆ τινα ὑπαφίαν κατ' αὐτῶν τεκεῖν δυναμένου.

Digitized by Google

β'. Διὰ τοῦτο τοιούτους ἐπεζητήσαμεν, καὶ οὐχὶ [566] ἐνὶ μόνῳ τὸ πᾶν ἐπετρέψαμεν, ἵνα καὶ ταύτην φύγῃ τὴν ὑποψίαν, ἀλλὰ καὶ Τίτον ἐπέμψαμεν, καὶ μετὰ τούτου ἕτερον. Εἶτα ἑρμηνεύων αὐτὸ τοῦτο τὸ, *Πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου καὶ προθυμίαν ὑμῶν*, ἐπήγαγε· *Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.* Τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον; Ἄξιον τῆς ἀρετῆς Παύλου, καὶ τὴν πολλὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν ἐμφαῖνον καὶ τὴν συγκατάβασιν. Ἵνα γὰρ μή τις ἡμᾶς ὑποπτεύσῃ, φησὶ, μηδὲ τὸν τυχόντα μῶμον καθ' ἡμῶν σχῇ, ὡς νοσφιζομένων ἐκ τῶν ἐγχειριζομένων ἡμῖν χρημάτων, διὰ τοῦτο τοιούτους ἐπέμψαμεν, καὶ οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο καὶ τρεῖς. Εἶδες πῶς ἀπαλλάττει πάσης ὑποψίας αὐτούς; οὐκ ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ χειροτονηθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δοκίμους, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο χειροτονηθῆναι, ἵνα μὴ ὑποπτεύωνται. Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ ὑμεῖς μωμήσησθε, ἀλλά, *Μή τις ἄλλος.* Καίτοι γε δι' αὐτοὺς τοῦτο ἐποίησε, καὶ ἠνίξατο εἰπών, *Εἰς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν*· ἀλλ' ὅμως οὐ βούλεται αὐτοὺς πλῆξαι, ἀλλ' ἑτέρως φησὶ, *Στελλόμενοι τοῦτο ποιῆσαι*· καὶ οὐδὲ τούτῳ ἀρκεῖται, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐπαγωγῇ θεραπεύει πάλιν λέγων, *Ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν*· καὶ μετ' ἐγκωμίου τὸ βαρὺ τιθείς. Ἵνα γὰρ μὴ ἀλγήσωσι, μηδὲ εἴπωσιν, Ἡμᾶς οὖν ὑφορᾶσθαι ἔχεις, καὶ οὕτως ἐσμὲν ἄθλιοι, ὡς ὑποπτεῦσθαί ποτε ἐπὶ τούτοις; ἐπιδιορθούμενος αὐτοὺς φησι, πολλὰ τὰ χρήματα τὰ ὑφ' ὑμῶν ἐστι πεμπόμενα, καὶ αὕτη ἡ ἁδρότης, τουτέστι, τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, ἱκανὸν τοῖς πονηροῖς παρασχεῖν ὑποψίαν, εἰ μὴ ἐπεδειξάμεθα [a] τὴν ἀσφάλειαν. *Προνοοῦμεν γὰρ καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.*

Τί ἴσον Παύλου γένοιτ' ἄν; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἀπολλύσθω καὶ οἰμωζέτω ὁ βουλόμενος τοιοῦτόν τι ὑποπτεύειν· ἕως ἂν μὴ καταγινώσκῃ μου τὸ συνειδὸς, οὐδείς μοι λόγος τῶν ὑποπτευόντων· ἀλλ' ὅσῳ ἀσθενέστεροι ἦσαν, τοσούτῳ συγκατέβαινε μᾶλλον. Τῷ γὰρ κάμνοντι οὐκ ἀγανακτεῖν, ἀλλὰ βοηθεῖν χρή. Καίτοι γε τίνος ἁμαρτήματος ἐσμεν πόρρω, ὡς ἐκεῖνος τῆς τοιαύτης ὑποψίας; Οὐδὲ γὰρ, εἰ δαίμων τις ἦν, ὑπώπτευσεν ἂν τὸν μακάριον ἐκεῖνον εἰς τὴν διακονίαν [b] ταύτην. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοσοῦτον ἀπέχων τῆς ὑπονοίας τῆς πονηρᾶς, πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε μηδὲ σκιάν τινα καταλιπεῖν τοῖς κἂν ὁπωσοῦν ὑπονοῆσαί τι πονηρὸν βουλομένοις· καὶ οὐ μόνον κατηγορίας φεύγει, ἀλλὰ καὶ μώμους καὶ τὴν τυχοῦσαν κατάγνωσιν καὶ ψιλὴν ὑπόνοιαν. *Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν.* Ἰδοὺ πάλιν καὶ ἕτερον προστίθησι, καὶ τοῦτον μετ' ἐγκωμίου καὶ τῆς αὐτοῦ ψήφου καὶ πολλῶν ἑτέρων μαρτύρων. *Ὃν ἐδοκιμάσαμεν*, φησὶν, *ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον.* Ἐγκωμιάσας [567] αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἰδίων κατορθωμάτων, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς ἐκείνους ἀγάπης ἐπαίρει· καὶ ὃ περὶ Τίτου ἔλεγεν, ὅτι *Σπουδαιότερος ὑπάρχων αὐθαίρετος ἐξῆλθε*, τοῦτο καὶ περὶ τούτου, εἰπών, *Νῦν δὲ πολὺ σπουδαιότερον*· πράγματα αὐτοῖς προαποτιθέμενος τῆς πρὸς Κορινθίους ἀγάπης. Καὶ λοιπὸν, ἐπειδὴ ἐπέδειξεν αὐτῶν τὴν ἀρετὴν, παρακαλεῖ καὶ αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων· *Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός.* Τί ἐστιν, *Εἴτε ὑπὲρ Τίτου*; Εἰ δεῖ τι εἰπεῖν, φησὶν, ὑπὲρ Τίτου, ταῦτα ἔχω λέγειν ὅτι κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός. Ἢ γὰρ τοῦτό φησιν, ἢ, Εἴ τι ὑπὲρ Τίτου ποιήσετε [c], ὅτι οὐκ εἰς τὸν τυχόντα ποιήσετε· κοινωνὸς γὰρ ἐμός ἐστι. Κἂν δοκῶν ἐγκωμιάζειν τοῦτον, ἐκείνους ἐπαίρει, δεικνὺς οὕτω περὶ αὐτὸν διακειμένους, ὡς ἀρκεῖν εἰς τιμὴν ὑπόθεσιν παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνὸν αὐτοῦ τινα φαίνεσθαι. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠρκέσθη τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐπήγαγε λέγων· *Εἰς ὑμᾶς συνεργός.* Οὐχ ἁπλῶς συνεργὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς πρὸς ὑμᾶς, ἐν τῇ προαιρέσει ὑμετέρᾳ [d], ἐν τῇ ἐπιδόσει, ἐν τῇ φιλίᾳ, ἐν τῇ σπουδῇ τῇ περὶ ὑμᾶς· ὅπερ μάλιστα οἰκειῶσαι αὐτοῖς ἐδύνατο. *Εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν.* Εἴτε ὑπὲρ τῶν ἰδίων, φησὶν, ἀκοῦσαί τι βούλεσθε, καὶ οὗτοι μέγιστα ἔχουσι δικαιώματα συστάσεως τῆς πρὸς ὑμᾶς. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ, φησὶν, *Ἀδελφοὶ ἡμῶν* [e], *καὶ ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν*· τουτέστιν, ὑπὸ Ἐκκλησιῶν πεμφθέντες. Εἶτα τὸ μεῖζον ἁπάντων, *Δόξα Χριστοῦ.* Εἰς ἐκεῖνον γὰρ ἀναφέρεται ἅπερ ἂν εἰς τοῦτον γένηται. Εἴτε οὖν ὡς ἀδελφοὺς βούλεσθε αἰδεῖσθαι, εἴτε ὡς ἀποστόλους τῶν Ἐκκλησιῶν, εἴτε ὡς εἰς δόξαν Χριστοῦ ποιοῦντες, πολλὰς ἔχετε ἀφορμὰς τῆς περὶ αὐτοὺς εὐνοίας. Ὑπὲρ μὲν γὰρ Τίτου ἱκανὸν λέγειν, ὅτι καὶ ἐμὸς κοινωνὸς καὶ ὑμῶν ἐραστής· ὑπὲρ δὲ τούτων, ὅτι ἀδελφοὶ, ὅτι ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν, ὅτι δόξα Χριστοῦ.

γ'. Ὁρᾷς ὅτι κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι τῶν ἀγνώτων ἦσαν αὐτοῖς; Ἢ γὰρ ἂν αὐτοὺς καὶ ἀπὸ τούτων ἐσεμνύνεν, ἀφ' ὧν καὶ Τίτον, λέγω δὴ τῆς περὶ ἐκείνους ἀγάπης. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδέπω γνώριμοι ἦσαν, δέχεσθε αὐτοὺς ἀδελφοὺς, φησὶν, ὡς ἀποστόλους τῶν Ἐκκλησιῶν, ὡς εἰς δόξαν Χριστοῦ ποιοῦντες· διὸ καὶ ἔλεγε· *Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε εἰς πρόσωπον τῶν Ἐκκλησιῶν.* Νῦν δείξατε, φησὶ, πῶς μὲν ἡμᾶς ἀγαπᾶτε, πῶς δὲ ἡμεῖς οὐκ ἀπὸ σκοποῦ οὐδὲ εἰκῇ καυχώμεθα ἐν ὑμῖν· δείξετε δὲ τοῦτο, ἐὰν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην ἐνδείξησθε. Εἶτα καὶ φρικωδέστερον ποιεῖ τὸν λόγον λέγων· *Εἰς πρόσωπον τῶν Ἐκκλησιῶν.* Εἰς δόξαν, φησὶ, τῶν Ἐκκλησιῶν, εἰς τιμήν. Ἂν γὰρ τούτους τιμήσητε, τὰς ἀποστειλάσας Ἐκκλησίας ἐτιμήσατε. Οὐ γὰρ εἰς αὐτοὺς διέβαινε μόνον ἡ τιμὴ, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐκπέμψαντας· ἐχειροτόνησαν αὐτοὺς, καὶ πρὸ ἐκείνων, εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν. [568] Ὅταν γὰρ τοὺς ἐκείνῳ διακονοῦντας

[a] Savil. in marg., ἐπιδειξόμεθα.
[b] Savil. in marg., ἀπιστίαν.
[c] Savil. in marg., ἢ ὅτι ὑπὲρ Τίτου τι ποιήσετε.
[d] *Legebatur* τῇ ἡμετέρᾳ.
[e] *Legebatur* ὑμῶν.

Digitized by Google

esse, qui ullam de ipsis, ne falsam quidem suspicionem conflare possit.

2. Ideo tales viros conquisivimus : nec uni dumtaxat id muneris commisimus, verum una cum eo, ut *hanc* quoque suspicionem fugiat, Titum etiam misimus, et cum illo alium. Postea autem hæc ipsa verba exponens, *Ad gloriam Domini et alacritatem vestram*, subdidit : 20. *Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur a nobis.* Quam tandem sententiam hic sermo habet? Dignam profecto Pauli virtute, et quæ ipsius curam et sollicitudinem atque indulgentiam declarat. Ne quis enim, inquit, sinistri aliquid de nobis suspicetur, ac vel levissimam reprehensionis ansam adversum nos habeat, velut de commissa nobis pecunia aliquid interverten- ibus, idcirco tales viros misimus, non unum dum- axat, sed et duos et tres. Vides quo pacto ipsos ab mni suspicione vindicet, non solum quod evange- ium prædicent, aut quod ordinati fuerint, sed etiam uod probitate præstent, ob idque ipsum ordinati int, ne locus ullus suspicioni detur? Nec dixit, Ne os vituperetis; sed, *Ne quis* alius. Atqui eorum ausa hoc fecerat : idque his verbis indicavit, *Ad loriam Domini et alacritatem vestram;* cæterum eos erstringere non vult, sed alio modo ait, *Devitantes c facere.* Ac ne hoc quidem contentus, rursus sos per ea quæ sequuntur delinit his verbis, *In hac enitudine, quæ ministratur a nobis;* atque ita id, iod grave erat, cum laudibus ponens. Ne dolerent dicerent : Habesne quod de nobis suspiceris? at- e ita miseri sumus, ut de his rebus apud te in spicionem veniamus? hinc objectioni medetur, in- iens : Multæ pecuniæ a vobis mittuntur; atque c plenitudo, hoc est, pecuniarum copia, satis ma- m vim habet ad sinistram suspicionem in impro- um animis ciendam, nisi cautionem adhibeamus. *Providemus enim bona non solum coram Domino, etiam coram hominibus.*

Pauli laus. — Ecquid Pauli par esse queat? Non n dixit : Pereat atque ejulet qui hujusmodi quid- n suspicari in animum induxerit; donec me con- ntia mea condemnet, hujusmodi suspiciones nihil or : sed quo imbecilliores ipsi erant, eo magis os sese demittebat. Ægrotanti quippe non suc- ere, sed opem afferre oportet. Et quidem a quo ato tam longe remoti sumus, quam ille ab ejus- i suspicione? Nam ne si dæmon quidem fuisset, beati illius viri ministerium suspectum habuis- Et tamen ille, quamlibet ab hac præpostera su- one procul dissitus, nihil non agit ac molitur, ut mbram quidem ullam iis relinquat, qui quoquo suspicari aliquid mali velint, ac non modo ac- iones fugit, sed etiam leves reprehensiones ac suspiciones. 22. *Misimus autem cum illis et m nostrum.* En rursus alium quoque adjungit, ne non sine laude, calculoque tum suo tum alio- nultorum. *Quem probavimus in multis sæpe sol- esse, nunc autem multo sollicitiorem.* Posteaeum ab his quibus præditus erat virtutibus laudavit, ab ea quoque qua illos complectebatur benevolentia eum laudibus evehit; quodque de Tito dixerat, *Cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est*, hoc de eo quoque prædicat dicens, *Nunc autem multo sollicitiorem;* studii erga Corinthios atque amoris semina prius in ipsorum animis inserens. Ac demum, eorum virtute declarata, Corinthios jam pro ipsis sic hortatur : 23. *Sive pro Tito, qui est socius meus, et in vobis adjutor.* Quid est, *Sive pro Tito?* Si quid dicere necesse est, inquit, hoc dicere habeo, quod socius meus est, et in vobis adjutor. Hoc enim est quod ait. Vel certe hoc vult : Si pro Tito aliquid feceritis, non vulgari cuipiam homini feceritis; socius quippe meus est. Quibus verbis cum eum laudare videatur, eos ipsos effert, ita affectos eos esse demonstrans, ut ad honorem alicui habendum satis ampla apud eos materia sit, ipsius socium esse. At hoc minime contentus, alterum quoque adjecit dicens : *In vobis adjutor.* Non utcumque adjutor, sed in iis rebus, quæ vestra intersunt, in vestro profectu atque incremento, in amicitia, in studio erga vos : id quod ad eorum benevolentiam ipsi conciliandam maximam vim habebat. *Sive fratres nostri.* Sive de aliis, inquit, quidpiam audire vultis, hi quoque maximas apud vos æquissimasque commendationis causas habent. Nam et ipsi *Fratres nostri* sunt, inquit, *et apostoli Ecclesiarum;* hoc est, ab Ecclesiis legati sunt. Deinde quod omnibus præstat, *Gloria Christi.* Ad eum enim omnia ea referuntur, quæ in ipsos facta fuerint. Quocirca, si ipsos ut fratres excipere vultis, sive ut Ecclesiarum legatos, sive ut Christi gloriam vobis proponentes, multas erga eos benevolentiæ occasiones habetis. Nam pro Tito quidem hoc dicere habeo, quod socius quoque meus sit, vestrique amans; pro iis autem, quod fratres, quod Ecclesiarum legati, quod gloria Christi.

3. Videsne perspicuum hinc quoque esse, illos Corinthiis tum ignotos fuisse? Alioqui enim a quibus rebus Titum, ab iisdem etiam ipsos ornasset, nempe a benevolentia quam erga eos haberent. Sed quia nondum ipsis noti erant, Ut fratres, inquit, eos suscipite, ut Ecclesiarum apostolos, denique ut ad Christi gloriam hoc facientes : unde subjungit : 24. *Ostensionem ergo, quæ est caritatis vestræ et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie Ecclesiarum.* Nunc, inquit, planum facite quam me ipsi ametis, quamque ego rursus in vobis non frustra ac temere glorier : hoc porro ita demum planum facietis, si ipsis caritatem præstiteritis. Postea terrorem quoque sermoni suo adjicit dicens : *In faciem Ecclesiarum;* hoc est, ad Ecclesiarum gloriam et honorem. Nam si ipsis honorem habueritis, Ecclesiis profecto, a quibus missi sunt, honor a vobis habitus erit. Neque enim ad eos dumtaxat honor permanat, sed ad illos etiam, a quibus missi atque ordinati sunt; et præ omnibus id ad Dei gloriam tendit. Nam cum eos, qui illi ministrant, honore afficimus, ad illum utique laus ea pervadit. In communi Ecclesiarum; hoc est, in publico Ecclesiarum cœtu. Quod quidem non leve ducendum est : magna quippe sacri conventus, hoc est Ecclesiarum.

Digitized by Google

vis ac potentia est. Animadverte quanta sit vis cœtus Ecclesiæ : oratio Petrum e vinculis exemit, Pauli os aperuit (*Act.* 12. 5) : horum suffragium eos, qui ad spirituales dignitates veniunt, haud leviter exornat. Ac propterea is, qui ordinaturus est, illorum preces tum poscit, atque ipsi calculum suum addunt, acclamantque ea quæ norunt qui mysteriis initiati sunt : neque enim fas est coram profanis cuncta detegere. Interdum autem nihil inter sacerdotem interest, et eos quibus præest, velut cum tremenda mysteria percipienda sunt : æque enim omnes ad ea admittimur : non sicut in Veteri Testamento alia subditus edebat, nec plebi fas erat iis vesci, quibus sacerdos vescebatur. Nunc autem secus se res habet, omnibus siquidem unum corpus, unum poculum proponitur. In precationibus quoque populum videris multum conferre. Etenim pro energumenis, et pro iis qui in pœnitentia sunt, communes et a sacerdote et ab ipsis preces fiunt ; atque omnes unam eamdemque precem concipiunt, precem, inquam, misericordia plenam. Rursus cum eos, qui sacrosanctæ mensæ participes esse nequeunt, a sacris septis arcemus, ineunda est altera oratio, in qua omnes æque humi jacemus, omnes æque consurgimus. Ad hæc cum pax danda vicissimque accipienda est, omnes mutuo nos exosculamur. Jam in tremendis quoque mysteriis, ut sacerdos pro plebe, ita plebs pro sacerdote vota facit : hæc enim verba, *et cum spiritu tuo*, nihil aliud quam hoc significant. Rursus ea oratio, qua Deo gratiæ aguntur, utriusque communis est : neque enim ipse solus gratias agit, sed etiam plebs universa. Nam cum prius illorum vocem sumpsit, atque illi assenserunt id digne ac juste fieri, tum demum gratiarum actionem auspicatur. Quid autem miraris, si cum sacerdote plebs interdum loquatur, cum etiam cum ipsis Cherubim ac supernis Virtutibus sacrosanctos illos hymnos communiter in cælum mittat ? Hæc porro cuncta eo a me dicuntur, ut unusquisque, etiam ex iis qui subsunt, advigilet ; illudque intelligamus, nos omnes unum corpus esse, tantumque dumtaxat inter nos differre, quantum membra a membris differunt : ac proinde ne omnia ad sacerdotes rejiciamus ; quin potius nos Ecclesiæ totius, perinde ac communis corporis, cura afficiamur. Hoc enim et majorem securitatem affert, et majus virtutis incrementum nobis comparat. Audi quippe quomodo apostolorum tempore ipsi persæpe eos, quibus præerant, consilii socios adhibebant. Nam cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt ; et cum Petrus Matthiam, de ea re cum omnibus qui tum aderant, tam viris quam mulieribus, agitavit. Neque enim hic qui præsunt fastum præ se ferre debent, nec qui subsunt, servi habendi sunt ; verum spirituale imperium est, hoc præsertim nomine superiores partes obtinens, quod pro vestræ salutis cura plures labores suscipiat, non autem quod plures honores requirat. Etenim omnes, ut domum unam, sic Ecclesiam habitare ; ut unum corpus, ita affectos esse convenit : quemadmodum et baptisma unum est, et mensa una, et fons unus, et creatio una, sic et Pater unus. Cur ergo disjuncti et dissecti sumus, cum tot summæ conjunctionis vincula habemus ? Rursum enim eadem deplorare cogimur, quæ sæpenumero luctu prosequuti sumus : luctu quippe dignus est hic rerum status, in quo alii ab aliis usque adeo abrupti sumus, cum contra corporis unius compagem imitari nos oporteat. Sic enim a minore quoque is, qui major est, haud aliquid facere queat. Nam si Moses quidpiam, quod in rem esset, ex socero didicerit, quod ipse non animadvertebat : quanto magis in Ecclesia hoc usu venire possit ? Quid autem causæ est, cur quod prudentibus homo perspiciebat, hoc spiritualem fugerent ? Cum omnes qui tunc erant hominem eum esse intelligerent, et in secando mari et in effringenda petra Dei auxilio indigere, miraculaque ea, non humanæ naturæ, sed divinæ potentiæ adscribi debere. Nunc quoque, si quispiam parum utilem sententiam dixerit, surgat iterum ac loquatur.

Moses cur Jethro soceri consilium admiserit. — Quod si quamvis inferior sit, aliquid tamen quod ei usui sit dicat, sententiam illius comproba, nec eum quemlibet abjectum asperneris. Neque enim quisquam horum tam a proximo suo distat, quam socer ille a genero Mose, qui tamen sermonem ipsius minime fastidivit ; verum et consilium excepit eique paruit, et literis quoque mandavit, nec ejusmodi rem historiæ prodere erubuit, ut multorum hominum fastum dejiceret : ob idque hæc tamquam in cippo inscripta reliquit, quod multis hanc historiam utilitati fore perspectum haberet. Ne ergo eos qui optima de consilia, etiamsi ex subditorum numero sint et abjectæ sortis, contemnamus, nec quæ ipsi censeamus, ea prorsus obtinere velimus ; verum ut ea, quæ utilia visa fuerint, omnium calculis comprobentur. Plerique enim cæcutientium multa clarius perspexerunt, quam qui acute cernebant, quod contentionem majorem ac studium adhibuissent. Nec vero dicas, Ecquid me in consilium vocas, si verbis meis non detemperas ? non enim consultoris, sed tyranni hæc accusationes sunt. Nam qui consultor est, hoc solum in arbitrio suo habet, ut quid censeat dicat : quod si sententia alia conducibilior appareat, et ipse eam sequi velit, non jam consultorem, ut jam dixi, sed tyrannum agit. Ne igitur sic faciamus, sed animum ab omni fastu atque arrogantia eximentes, id spectemus, non ut ea solum quæ ipsi decreverimus stent, sed ut ea sententia quæ conducibilior fuerit valeat, etiamsi a nobis minime allata sit. Neque enim parum lucri hinc colligemus, etiamsi ipsi quæ in rem sint non reperiamus, si ea quæ ab aliis utilius animadversa fuerint amplectamur ; et magnam a Deo mercedem accipiemus, inde maxime gloriam consequemur. Qui enim is qui utilem sententiam dixit, sapiens : ita nos, qui eam complexi sumus, prudentiæ candorisque laudem feremus. Ad hunc modum et domus et civitates, et ad hunc modum Ecclesia gubernata,

Digitized by Google

μένους τιμήσωμεν, εἰς αὐτὸν διαβαίνει τὰ τῆς εὐφημίας. Εἰς τὸ κοινὸν τῶν Ἐκκλησιῶν. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο· καὶ γὰρ μεγάλη ἡ δύναμις τῆς συνόδου, ἦγουν τῶν Ἐκκλησιῶν. Σκόπει πῶς μεγάλη ἦν ἡ δύναμις τῆς συνόδου. Ἡ τῆς Ἐκκλησίας εὐχὴ τὸν Πέτρον ἀπὸ τῶν δεσμῶν ἔλυσε, τοῦ Παύλου τὸ στόμα ἠνέῳξεν· ἡ τούτων ψῆφος, οὐχ ὡς ἔτυχε, καὶ τοὺς ἐπὶ τὰς πνευματικὰς ἀρχὰς ἐρχομένους κατακοσμεῖ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ μέλλων χειροτονεῖν καὶ τὰς ἐκείνων εὐχὰς καλεῖ τότε, καὶ αὐτοὶ ἐπιψηφίζονται, καὶ ἐπιβοῶσιν ἅπερ ἴσασιν οἱ μεμυημένοι· οὐ γὰρ δὴ θέμις ἐπὶ τῶν ἀμυήτων ἐκκαλύπτειν ἅπαντα. Ἔστι δὲ ὅπου οὐδὲ διέστηκεν ὁ ἱερεὺς τοῦ ἀρχομένου· οἷον, ὅταν ἀπολαύειν δέῃ τῶν φρικτῶν μυστηρίων· ὁμοίως γὰρ πάντες ἀξιούμεθα τῶν αὐτῶν· οὐ καθάπερ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, τὰ μὲν ὁ ἱερεὺς ἤσθιε, τὰ δὲ ὁ ἀρχόμενος, καὶ θέμις οὐκ ἦν τῷ λαῷ μετέχειν ὧν μετεῖχεν ὁ ἱερεύς. Ἀλλ' οὐ νῦν· ἀλλὰ πᾶσιν ἓν σῶμα πρόκειται, καὶ ποτήριον ἕν. Καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς δὲ πολὺ τὸν λαὸν ἴδοι τις ἂν συνεισφέροντα. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων, ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ, κοιναὶ καὶ παρὰ τοῦ ἱερέως, καὶ παρ' αὐτῶν γίνονται αἱ εὐχαί, καὶ πάντες μίαν λέγουσιν εὐχὴν, εὐχὴν τὴν ἐλέου ἐμουσαν. Πάλιν ἐπειδὰν εἴρξωμεν τῶν ἱερῶν περιόλων τοὺς οὐ δυναμένους τῆς ἱερᾶς μετασχεῖν τραπέζης, ἑτέραν δεῖ γενέσθαι εὐχὴν, καὶ πάντες ὁμοίως ἐπ' ἐδάφους κείμεθα, καὶ πάντες ὁμοίως ἱστάμεθα. Ὅταν εἰρήνης πάλιν μεταλαμβάνειν καὶ μεταδιδόναι δέῃ, πάντες ὁμοίως ἀσπαζόμεθα. Ὑπ' αὐτῶν πάλιν τῶν φρικωδεστάτων μυστηρίων εὔχεται ὁ ἱερεὺς τῷ λαῷ, ἐπεύχεται καὶ ὁ λαὸς τῷ ἱερεῖ· τὸ γὰρ, Μετὰ τοῦ πνεύματός σου, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τοῦτο. Τὰ τῆς εὐχαριστίας πάλιν κοινά· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος εὐχαριστεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς πάντας. Πρότερον γὰρ αὐτῶν λαβὼν φωνὴν, εἶτα συνθεμένων ὅτι ἄξιως καὶ δικαίως τοῦτο γίνεται, τότε ἄρχεται τῆς εὐχαριστίας. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ που τὰ τοῦ ἱερέως ὁ λαὸς φθέγγεται, ὅπου γε καὶ μετὰ τῶν τῶν Χερουβὶμ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων, κοινῇ τοὺς ἱεροὺς ἐκείνους ὕμνους ἀναπέμπει; Ταῦτα δέ σοι πάντα ἐκεῖνα εἴρηται, ἵνα ἕκαστος καὶ τῶν ἀρτιλήπτων νήφῃ, ἵνα μάθωμεν ὅτι σῶμά ἐσμεν ἅπαντες τοσαύτην ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους διαφοράν, ὅσην ἔχει πρὸς μέλη καὶ μὴ τὸ πᾶν ἐπὶ τοὺς ἱερέας ῥίπτωμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ κοινοῦ σώματος, τῆς Ἐκκλησίας ἁπάσης οὕτω φροντίζωμεν. Τοῦτο γὰρ καὶ πλείονα πλείονα, καὶ ἡμῖν ἐπίδοσιν μείζονα κατεργάζεται πρὸς ἀρετήν. Ἄκουσον γοῦν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, πῶς ἀλλαχοῦ τοὺς ἀρχομένους κοινωνοὺς γνώμης ἐλάμβανον. Καὶ γὰρ ὅτε τοὺς ἑπτὰ προεβάλοντο, τῷ δήμῳ πρότερον ἐκοινώσαντο· καὶ τὸν Ματθίαν ὁ Πέτρος, τοῖς παροῦσιν ἅπασι τότε, ἀνδράσι καὶ γυναιξίν. [569] Οὐ γὰρ ἀρχόντων ἐστὶ τὰ ἐνταῦθα, οὐδὲ ἀρχομένων δουλοπρέπεια, ἀλλὰ ἀρχὴ πνευματικὴ, τούτῳ μάλιστα πλεονεκτοῦσα, τῷ τὸ πλέον τῶν πόνων καὶ τῆς ὑπὲρ ὑμῶν ἀναδέχεσθαι φροντίδος, οὐ τῷ τιμᾶς πλείους ἐπιζητεῖν. Καὶ γὰρ ὡς μίαν οἰκίαν δεῖ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκεῖν, ὡς σῶμα ἕν, οὕτω διακεῖσθαι πάντας· ὥσπερ οὖν καὶ βάπτισμα ἓν ἐστι, καὶ τράπεζα μία, καὶ πηγὴ μία, καὶ κτίσις μία, καὶ Πατὴρ εἷς. Τί τοίνυν διῃρήμεθα, τοσούτων συναγόντων ἡμᾶς; τί διεσπάσμεθα; Ἀναγκαζόμεθα γὰρ πάλιν τὰ αὐτὰ ὀδύρασθαι, ἃ πολλάκις ἐθρήνησα· πένθους ἄξια τὰ παρόντα· οὕτω σφόδρα ἀπ' ἀλλήλων ἐσμὲν ἀπερρηγμένοι, δέον ἑνὸς σώματος μιμεῖσθαι συνάφειαν. Οὕτω γὰρ καὶ παρὰ τοῦ ἐλάττονος ὁ μείζων κερδᾶναι δυνήσεται. Εἰ γὰρ Μωϋσῆς παρὰ τοῦ κηδεστοῦ τι τῶν συμφερόντων ἔμαθεν ὅπερ αὐτὸς οὐ συνεῖδε, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦτο ἂν γένοιτο. Καὶ τί δή ποτε, ὃ συνεῖδεν ὁ ἄπιστος, οὐ συνεῖδεν ὁ πνευματικός; Ἵνα μάθωσιν ἅπαντες οἱ τότε, ὅτι ἄνθρωπος ἦν, κἂν θάλατταν σχίζῃ, κἂν πέτραν ῥηγνύῃ, τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς δεῖται· καὶ ὅτι ἐκεῖνα οὐκ ἀνθρωπίνης φύσεως ἦν, ἀλλὰ Θεοῦ δυνάμεως. Καὶ νῦν, εἰ οὐ λέγει τὰ συμφέροντα [c] ὁ δεῖνα, ἕτερος ἀναστὰς εἰπάτω.

Κἂν ἐλάττων ᾖ, λέγῃ δέ τι τῶν συμφερόντων, κύρωσον τὴν γνώμην· κἂν τῶν σφόδρα εὐτελεστάτων ᾖ, μὴ ἀτιμάσῃς. Οὐδεὶς γὰρ τούτων ἀφέστηκε τῶν πλησίον, ὅσον ὁ κηδεστὴς τοῦ Μωϋσέως· ἀλλ' οὐκ ἀπηξίωσεν ἀκοῦσαι, ἀλλὰ καὶ ἐδέξατο τὴν γνώμην, καὶ ἐπείσθη, καὶ ἀνάγραπτον ἐποίησε, καὶ οὐκ ἠσχύνθη ταῦτα ἱστορίᾳ παραδοῦναι, τὸν τῶν πολλῶν τῦφον καθαιρῶν. Διὸ καὶ ὡς ἐν στήλῃ τῷ βίῳ ταῦτα γράψας κατέλιπεν· ᾔδει γὰρ πολλοῖς χρήσιμον ἐσομένην τὴν ἱστορίαν. Μὴ δὴ παρορῶμεν τοὺς τὰ δέοντα συμβουλεύοντας, κἂν τῶν ἀρχομένων τις ᾖ, κἂν τῶν εὐτελῶν, μηδὲ ἅπερ ἂν ἡμεῖς εἰσηγησώμεθα [d], ταῦτα πάντως κρατεῖν ἀξιῶμεν· ἀλλ' ἅπερ ἂν συμφέροντα φανῇ, ταῦτα παρὰ πάντων κυρούσθω. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀμβλυωττόντων πολλὰ συνεῖδον μᾶλλον ὑπὲρ τοὺς ὀξὺ βλέποντας, διὰ τὸ σπουδάζειν καὶ συντετάσθαι. Μηδὲ λέγε, Τί με καλεῖς εἰς συμβουλὴν, εἰ μὴ ἀκούεις ὃ λέγω; οὐκ ἔστι συμβούλου ταυτὶ τὰ ἐγκλήματα, ἀλλὰ τυράννου. Ὁ γὰρ σύμβουλος εἰπεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ κύριός ἐστι μόνον· ἂν δὲ καὶ ἕτερον λυσιτελέστερον φανῇ, ὁ δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ πράττειν [e] ἐθέλῃ, οὐκέτι σύμβουλός ἐστιν, ἀλλὰ τύραννος, ὥσπερ ἔφην. Μὴ δὴ οὕτω ποιῶμεν, ἀλλὰ τύφου παντὸς καὶ ἀπονοίας ἀπαλλάξαντες τὴν ψυχὴν, σκοπῶμεν οὐχ ὅπως μόνον τὰ ἡμέτερα σταίη, ἀλλ' ὅπως ἡ συμφέρουσα γνώμη κρατήσειε, κἂν μὴ παρ' ἡμῶν εἰσφέρηται. Οὐδὲ γὰρ [570] μικρὸν κερδανοῦμεν, κἂν μὴ τὰ δέοντα εὕρωμεν, αὐτοὶ τὰ παρ' ἑτέρων φανέντα δεχόμενοι, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ πολὺν ληψόμεθα τὸν μισθὸν, καὶ δόξης δὲ οὕτω μάλιστα ἀπολαύσομεν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τὰ συμφέροντα εἰπὼν, σοφὸς· οὕτως ἡμεῖς καταδεξάμενοι, καὶ αὐτοὶ συνέσεως καὶ εὐγνωμοσύνης καρπωσόμεθα ἔπαινον. Οὕτω καὶ οἰκίαι καὶ πόλεις, οὕτω καὶ Ἐκκλησία οἰκονομουμένη, μείζονα λήψεται προσθήκην· οὕτω

[a] *Legebatur* καὶ ὑμῖν ἐπιδίδωσι... κατασκευάζειν.
[b] *Legebatur* πόνων ὑπὲρ τῆς ὑμῶν.

[c] Savil. in marg., δέοντα, et paulo post συντελούντων, pro συμφερόντων.
[d] *Legebatur* εἰσηγησόμεθα.
[e] Savil. suscipatur legendum κρατεῖν.

Digitized by Google

καὶ ἡμεῖς τὸν παρόντα βίον ἄριστα οἰκονομήσαντες, τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους περιττόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν.

α'. Τοσαῦτα περὶ αὐτῆς εἰπὼν, ἐνταῦθά φησι, *Περιττόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν.* Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν αὐτοῦ τὸ συνετὸν, ὅτι τοσαῦτα εἰπὼν, λέγει, *Περιττόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν*, ἀλλ' ὅτι καὶ πάλιν λέγει περὶ αὐτῆς. Ταῦτα μὲν γὰρ ἃ μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηκε, περὶ τῶν τὰ χρήματα ὑποδεξαμένων εἶπεν, ὥστε τιμῆς ἀπολαῦσαι πολλῆς· τὰ δὲ πρὸ ἐκείνων, ἃ περὶ Μακεδόνων διελέγετο, ὅτι ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, περὶ φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης. Ἀλλ' ὅμως, καὶ ἔμπροσθεν τοσαῦτα εἰπὼν, καὶ πάλιν μέλλων ἐρεῖν, *Περιττόν μοί ἐστι*, φησὶ, *τὸ γράφειν ὑμῖν.* Ποιεῖ δὲ τοῦτο, ὥστε μᾶλλον [a] αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι. Αἰσχύνεται γὰρ ἄνθρωπος δόξαν τοιαύτην ἔχων, ὡς μηδὲ δεῖσθαι συμβουλῆς, ἐλάττων φανῆναι τῆς ὑπολήψεως καὶ ὑστερεῖσθαι. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κατηγορίας ποιεῖ πολλάκις, κατὰ παράλειψιν λέγων· καὶ γὰρ μεγάλην ἔχει τὴν ἰσχύν. Ὁ γὰρ δικαστὴς ὁρῶν τὴν μεγαλοψυχίαν τοῦ κατηγόρου, οὐδὲ ὑποπτεύει λοιπόν. Λογίζεται γὰρ, ὅτι ὁ πολλὰ ἐξὸν εἰπεῖν οὐκ εἶπών, πῶς ἂν τὰ οὐκ ὄντα πλάσειε; καὶ δίδωσι καὶ μεῖζον ὑποπτεύειν, ἢ εἰπεῖν [b], καὶ ἧθους χρηστοῦ ὑπόνοιαν περιτίθησιν ἑαυτῷ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς συμβουλῆς καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκωμίων ποιεῖ. Εἰπὼν γὰρ, *Περιττόν ἐστι τὸ γράφειν*, ὅρα πῶς συμβουλεύει· *Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν κauχῶμαι Μακεδόσι.* Μέγα μὲν οὖν καὶ τὸ αὐτὸν εἰδέναι· πολλῷ δὲ πλέον καὶ τὸ εἰς ἑτέρους ἐξενεγκεῖν· μείζονα γὰρ ἔχει τὴν ἰσχύν· οὐ γὰρ ἂν ἠθέλησαν ἐπὶ τοσοῦτον καταισχυνθῆναι. Εἶδες σύνεσιν προαιρέσεως [c]; Ἀπὸ ἄλλων, τῶν Μακεδόνων, προέτρεψε. *Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν*, φησὶ, *τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας.* Προέτρεψεν ἀπ' αὐτῶν· Οἵτινες γὰρ, φησὶν, οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι. Προέτρεψεν ἀπὸ [571] τοῦ Κυρίου· *Γινώσκετε γὰρ*, φησὶ, *τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν.* Πάλιν ἐπὶ τὸ ἰσχυρὸν κεφάλαιον καταφεύγει, τὸ ἀφ' ἑτέρων. Ζηλότυπον γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Καὶ ἔδει μὲν τὸ τοῦ Κυρίου ὑπόδειγμα μᾶλλον αὐτοὺς ἐφελκύσασθαι, καὶ μετ' ἐκεῖνο, τὸ τῆς ἀντιδόσεως· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀσθενέστεροι ἦσαν, τούτῳ μᾶλλον ἐφέλκεται. Οὐδὲν γὰρ τοσοῦτον, ὅσον ὁ ζῆλος ποιεῖ. Σκόπει δὲ πῶς αὐτὸ καὶ καινοτέρως εἰσάγει. Οὐ γὰρ εἶπε, Τοῦσδε μιμήσασθε· ἀλλὰ τί; *Ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας.* Τί λέγεις; πρὸ μικροῦ ἔλεγες, ὅτι αὐτεπάγγελτοι, μετὰ πολλῆς τῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν· πῶς οὖν *Ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος*; Ναὶ, φησὶν· οὐ συνεβουλεύσαμεν, οὐ παρεκαλέσαμεν, ἀλλ' ἐπηνέσαμεν μόνον ὑμᾶς, ἐκαυχησάμεθα μόνον, καὶ τοῦτο ἤρκεσεν αὐτοῖς εἰς προτροπήν. Εἶδες πῶς δι' ἀλλήλων αὐτοὺς διεγείρει, τούτους μὲν δι' ἐκείνων, ἐκείνους δὲ διὰ τούτων, καὶ τῷ ζήλῳ καὶ ἐγκώμιον ἀνέμιξε μέγιστον; Εἶτα ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐπαίρῃ, κεκολασμένως μεθοδεύει, λέγων· *Ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας.* Ἐννόησον τοίνυν ὅσον ἐστὶν ἑτέροις [d] γενομένους αἰτίους τῆς φιλοτιμίας ταύτης, αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι κατὰ τὴν εἰσφορὰν ταύτην. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Μιμήσασθε ἐκείνους· οὐ γὰρ τοσοῦτον εἶχε τὸν ζῆλον· ἀλλὰ πῶς; Ἐκεῖνοι ὑμᾶς ἐμιμήσαντο· μηδὲ φανῆτε τῶν μαθητῶν ἐλάττους οἱ διδάσκαλοι. Καὶ ὅρα πῶς διεγείρων αὐτοὺς, καὶ ἀνάπτων μειζόνως, ὑποκρίνεται μετ' αὐτῶν ἑστάναι, καθάπερ ἐν φιλονεικίᾳ τινὶ καὶ ἁμίλλῃ τὸ μέρος αὐτῶν ἐπιλεγόμενος. Καθάπερ γὰρ ἀνωτέρω ἔλεγεν, ὅτι *Αὐθαίρετοι μετὰ πολλῆς παρακλήσεως προσῆλθον ἡμῖν, εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτως ἐπιτελέσηται τὴν χάριν ταύτην*· οὕτω καὶ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι *Διὰ τοῦτο ἔπεμψα τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ κενωθῇ τὸ καύχημα ἡμῶν.* Εἶδες αὐτὸν ἀγωνιῶντα καὶ τρέμοντα, ἵνα μὴ δόξῃ προτροπῆς ἕνεκεν εἰρηκέναι μόνον ἃ εἶπεν, ἀλλὰ, Τῷ οὕτως ἔχειν, φησὶν, ἔπεμψα τοὺς ἀδελφούς· τοσαύτην ὑπὲρ ὑμῶν ποιοῦμαι σπουδὴν, ἵνα μὴ κενωθῇ τὸ καύχημα ἡμῶν. Καὶ δοκεῖ τοῦ μέρους ἑαυτὸν ποιεῖν τῶν Κορινθίων διὰ πάντων, καίτοι πάντων ὁμοίως κηδόμενος. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Πάνυ σεμνύνομαι ἐφ' ὑμῖν, καλλωπίζομαι παρὰ πᾶσιν, ἐκαυχησάμην καὶ παρ' ἐκείνοις· ὥστε, ἂν ὑστερήσητε, κοινὰ τὰ τῆς αἰσχύνης. Καὶ τοῦτο δὲ μεμετρημένως· προσέθηκε γὰρ, *Ἐν τούτῳ τῷ μέρει*· οὐ πανταχοῦ· *ἵνα, καθὼς ἔλεγον, παρεσκευασμένοι ἦτε.* Οὐδὲ γὰρ εἶπον, ὅτι μέλλουσιν, ἀλλ' ὅτι πάντα ἠτρέπισται, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐνδεῖ λοιπόν. Τοῦτο οὖν βούλομαι διὰ τῶν ἔργων δειχθῆναι, φησὶν. Εἶτα καὶ αὔξει τὴν ἀγωνίαν, λέγων· *Μή πως, ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς (ἵνα μὴ λέγωμεν, ὑμεῖς),* [572] *ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.*

β'. Μείζων ἡ ἐντροπὴ, ὅταν πολλοὺς ἐπιστήσῃ τοὺς θεατὰς, αὐτοὺς τοὺς ἀκηκοότας. Καὶ οὐκ εἶπε, Φέρω γὰρ Μακεδόνας μετ' ἐμοῦ, ἔρχονται γὰρ Μακεδόνες μετ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ δόξῃ ἐπίτηδες αὐτὸ ποιεῖν· ἀλλὰ πῶς; *Μή πως, ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες.*

[a] Savil. in marg., ὡς μέλλων.
[b] Dunæus recte conjicit ἢ εἶπεν.
[c] Παραινέσεως?

[d] Sic Savil. conjicit, et ita legit interpres Latinus. In editis ἑτέρους.

Digitized by Google

majoribus incrementis augebitur : nos quoque præsenti vita optime instituta, futuris bonis potiemur : quibus utinam omnes potiamur per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA XIX.

CAP. 9. v. 1. *Nam de ministerio quod fit in sanctos, superfluum est mihi scribere ad vos.*

1. Posteaquam tot verba de ea re habuit, ait : *Superfluum est mihi scribere ad vos.* Nec vero in hoc tantum ipsius prudentia enitet, quod, tam longa oratione habita, supervacaneum esse ait ad eos scribere, sed in hoc etiam, quod de eadem re rursus verba facit. Nam ea quidem quæ paulo ante dixit, de iis dixit qui pecunias susceperant, hoc videlicet agens, ut ipsi magno in honore haberentur : ea vero, quæ de Macedonibus antea disserebat, nempe quod altissima eorum paupertas in divitias simplicitatis eorum abundaret, cæteraque omnia, ad beneficentiam eleemosynamque spectabant. Et tamen, quamvis tam multa et prius dixisset et rursus dicturus esset, *Superfluum mihi est*, inquit, *scribere ad vos.* Hoc porro eo facit, ut eorum animos alliciat. Pudet quippe hominem, qui ea existimatione est, ut ne consilio quidem egere videatur, mortalium de se opinioni imparem reperiri. Plerumque etiam, cum accusatione utendum est, ita facit, quædam prætermittens : hoc enim non parvam vim habet. Judex siquidem, accusatoris magnanimitatem perspiciens, nihil deinceps suspicionis habet. Id enim secum reputat, nullo modo fieri posse, ut qui, cum multa dicere in promptu haberet, tamen dicere supersederit, is falsa crimina confingat. Sic etiam plura suspicari suadet, quam ipse dixerit ; sibique ipsi probitatis existimationem conciliat. Atque hoc tum in consiliis, tum in laudibus facit. Postquam enim dixit, *Superfluum est mihi scribere*, vide quo pacto eos moneat : 2. *Scio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones.* Magnum est quod ipse norit, multo majus quod ad alios efferat : majoris quippe hoc ponderis est ; non enim in tanta hominum multitudine dedecore affici voluissent. Videsne quam in monendo prudentiam adhibeat ? Ab aliis, nempe a Macedonibus, eos cohortatus est : *Notam* enim, inquit, *facio vobis gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ* (2. *Cor.* 8. 1). Ab ipsis hortatus est, his verbis utens : Qui non solum facere, sed et velle cœpistis ab anno superiori. Tum a Domino quoque hortatus est, dicens : *Nostis enim gratiam Domini nostri, quoniam propter vos egenus factus est, cum dives esset* (*Ibid. v.* 9). Rursus ad firmum caput confugit, ab aliis exemplum petens. Zelotypum enim est mortalium genus. Et quidem par erat ut illi Domini potius exemplo, ac deinde præmiorum spe moverentur ; sed quia imbecilliores erant, hac potius ratione ipsos pertrahit. Neque enim quidquam est, quod tantum efficiat, quantum zelus. Ac velim animadvertas quam novo modo hoc invehat. Non enim dixit, Hos imitemini, sed quid ? *Vestra æmulatio provocavit plurimos.* Quid ais ? aliquanto ante dicebas, quod voluntarie et cum multa deprecatione obsecrantes nos : quomodo ergo *Vestra æmulatio* ? Ita est, inquit : non suasimus, non cohortati sumus ; vos laudibus tantum extulimus, de vobis gloriati sumus ; idque ad excitandos illos abunde fuit. Vides quomodo hos per illos, ac vicissim illos per hos excitet, atque zelotypiæ maximam laudem adjungat ? Mox, ne animos illis attollat, orationem arte quadam castigantis more temperat, inquiens : *Vestra æmulatio provocavit plurimos.* Perpende itaque quam turpe sit, eos ipsos, qui hujusce liberalitatis auctores aliis exstiterunt, in hoc largitionis genere posteriores partes ferre. Ideo non dixit, Illos imitemini ; neque enim tanto illos zelo inflammasset ; sed quomodo ? Vestrum illi exemplum sequuti sunt : ne magistri discipulis inferiores videamini. Ac perspice quomodo, ut eos vehementius excitet atque incendat, cum iis se stare simulet, non secus atque in certamine quodam et contentione ad eorum partes se conferens. Ut enim superius dicebat, *Voluntarii et cum multa exhortatione nos deprecantes*, ad nos venerunt, *ita ut Titum rogaremus, ut quemadmodum cœpit, ita et perficiat gratiam istam :* ita hic quoque ait : 3. *Idcirco misi fratres, ut ne quod gloriemur, evacuetur in hac parte.* Videsne quam anxio ac trepido animo sit, ne ea quæ dixit, cohortationis tantum causa dixisse videatur ; Verum quia res ita se habeat, fratres, inquit, misi : tantæ videlicet mihi propter vos curæ est, ne gloriatio nostra evacuetur. In quo ita se gerit Paulus, ut prorsus ad Corinthiorum partes sese adjungere videatur, tametsi revera omnibus æque consulit. Horum porro verborum hic sensus est : Magnopere propter vos glorior : apud omnes me effero, apud illos etiam me jactavi : quocirca si procrastinetis, commune mihi vobiscum hoc dedecus erit. Atque hic quoque sermonem temperavit : adjecit enim, *In hac parte*, non omnibus in rebus, *ut quemadmodum dixi, parati sitis.* Neque enim dixeram eos paratos fore, sed omnia jam prompta ac parata esse, nec quidquam jam ipsis deesse. Hoc igitur, inquit, reipsa comprobari volo. Postea animi anxietatem his verbis amplificat : 4. *Ne, si venerint Macedones mecum, et imparatos vos invenerint, confundamur nos* (*ut non dicamus, vos*) *in hac substantia gloriationis.*

2. Major incutitur pudor, cum quis magno numero spectatores adhibet, et eos qui audierunt. Nec vero dixit, Macedones mecum duco ; mecum enim illi ad vos se conferunt ; ne hoc dedita opera facere videatur : quonam autem modo ? *Ne forte, si venerint Macedones.* Fieri siquidem potest ut veniant. Hoc quippe modo suspicionem omnem a se removet : si alio modo dixisset, contentiosiores illos redditurus erat. Vide quomodo non tantum spiritualibus, sed humanis etiam rationibus eos impellat. Nam etsi me, inquit, haud magni ducitis, ac fidenti animo estis, ut a

Digitized by Google

me viam impetraturi, ac certe Macedonas vobis animo proponite, *Ne forte, si veniant, vos offendant;* non dixit, nolentes, sed *imparatos*, nondumque munere vestro plene perfunctos. Quod si non confestim largiri, turpe est, nihil prorsus, aut certe minus, quam par sit, largiri, cujus tandem dedecoris sit, cogites licet. Postea leniter simul atque ad feriendum accommodate id quod hinc eventurum est, exponit his verbis : *Confundamur nos, ut non dicamus, vos.* Rursus orationem reprimit, dicens : *In hac substantia gloriationis;* non ut ipsos segniores efficiat, sed ut ostendat eos, qui aliis virtutibus floreant, curare debere ut in hac quoque magna cum animi fiducia versentur. 5. *Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut prius perveniant ad vos, et præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tamquam avaritiam.* Rursus istud alio modo repetit : ac ne temere his verbis uti videatur, nullam aliam hujus itineris suscipiendi causam esse ait, quam ne ipsi pudore suffundantur. Videsne jam, quomodo illa verba, *Superfluum est mihi scribere ad vos*, admonitionis exordium fuerint? Perspicis quippe quot de hujusmodi ministerio verba fundat? Ad hæc illud quoque dicere licet, quod, ne secum ipse pugnare videatur, qui cum dixisset, *Superfluum*, tamen de ea re verba faciat, præterquam quod de celeritate ac munificentia promptitudineque animi disserit, per hæc illud etiam efficit. Hæc enim tria exigit : atque hæc quidem capita etiam in initio epistolæ movit : nam cum diceret, *In multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit, et altissima paupertas abundavit in divitias simplicitatis eorum* (2. *Cor.* 8. 2), nil aliud his verbis significabat, quam quod multum contulissent, et cum gaudio ac celeritate; ac munerum amplitudo non modo illos mœrore minime affecisset, sed ne illud quidem, quod in tentationibus versarentur, quod tamen gravius erat, quam facultates suas impertire. Atque etiam in his verbis, *Seipsos nobis dederunt*, eorum animi promptitudinem magnamque fidem ostendit. Rursum autem eadem hic quoque tractat. Quoniam enim liberalitas et hilaritas fere inter se pugnant, atque is quidem, qui multum tribuit, sæpe mœrore afficitur : hic contra, ne doleat, parcius tribuit, vide quonam pacto et cum ea quæ ipsum decebat prudentia utriusque curam gerat. Non enim dixit, Pauca lubenti animo dare præstat, quam multa invito; quandoquidem utrumque volebat, ut et multum et libenter tribuerent : sed quomodo? *Ut præparent vestram benedictionem paratam esse sicut benedictionem, et non tamquam avaritiam.* Prius ab eo, quod jucundius ac levius erat, auspicatur, ut ne inviti largiantur : benedictio enim est, inquit. En quo pacto inter cohortandum enascentem statim fructum ostendat, eosque qui tribuunt, benedictione refertos esse. Dicti quoque suavitate eos illexit : nemo enim mœsto animo benedictionem impertit. Ac ne hoc quidem contentus, addidit : *Non tamquam avaritiam.* Ne existimetis, inquit, nos eam ut avaros accipere, sed ut benedictionis auctores vobis simus. Avaritia enim eorum est, qui inviti tribuunt; ac proinde qui eleemosynam invitus confert, avaritiam dat, non benedictionem. Postea ab hoc rursus ad illud transit, nimirum ad hoc, ut prolixe ac munifice tribuant. 6. *Hoc autem dico.* Hoc est, cum hoc illud quoque dico, quale illud : *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.* Non dixit, Modice, sed mitiore vocabulo utens, *Parce.* Quin etiamen quoque hanc rem appellavit, ut statim illorum oculos sese merces objiciat, ac messem copiosam plura te accipere quam dare intelligas. Proinde non dixit, Qui dat, sed, *Qui seminat* : neque, Si vos seminaveritis; verum in genere hoc extulit : non dequeque, Largiter, sed, quod multo majus, *In benedictionibus.* Tum rursus ad prius illud, quod suavitatem habebat, se recipit dicens : 7. *Unusquisque prout destinavit in corde suo.* Magis enim liberam quis facultatem nactus, aliquid facit, quam necessitate adactus. Idcirco etiam in hoc immoratur : postquam enim dixit, *Sicut destinavit*, subjecit, *Non ex tristitia aut ex necessitate.* Ac ne id quidem ipsi satis fuit, verum a Scriptura quoque testimonium affert, dicens : *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Vides quam assidue hic ponat? *Non ut imperans dico;* et, *Consilium hic do;* et, *Ut benedictionem, ac non tamquam avaritiam;* ac rursus, *Non ex tristitia, neque ex necessitate;* itidem *enim datorem diligit Deus.* In quibus verbis per hilarem, munificum mihi significare videtur; tametsi hoc consilio vocem hanc assumpsit, ut ad prompte quam tribuendum impellat. Quia enim Macedonum exemplum, aliaque omnia ad inducendam largiendi amplitudinem sufficiebant, idcirco de ea haud multa verba facit, verum hortatur ut ne inviti tribuant. Nam si virtutis opus est, quidquid autem necessitate et mercedem aufert, jure id insinuat. Nec tantum monet, sed etiam, quod perpetuo facit, vota adhibet, dicens 8. *Potens autem est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.*

3. Per hujusmodi precem cogitationem eam resolvitur, quæ hujusmodi munificentiæ occurrere solet, ac nunc quoque plerisque impedimento esse. Complures enim eleemosynam dare pertimescunt, dicentes : Ne forte in paupertatem incidam, ne forte aliorum auxilio opus habeam. Ut igitur hunc metum solvat, vota adjungit dicens : *Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.* Non simpliciter dixit, Implere, sed *Abundare facere.* Quid autem est, *Gratiam abundare facere?* Hoc est, tot tantisque opibus vos cumulare ut munificentia copiosissime uti possitis. *Ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Vide quomodo ipsius precationi majus insit philosophia. Non opes ac redundantes facultates illis optat, verum *Omnem sufficientiam.* Neque hoc tantum mirabile in illo est, sed quod, ut superfluum non apprecatur, ita nec premit nec cogit illos, ipsorum infirmitati se attemperans, ut ex paucis rebus pecuniis largiantur : sed precatur ut quantum satis sit, habeant, simulque illud ostendit, beneficiis divinitus acceptis non abutendum esse. *Ut abundetis*

Digitized by Google

Συμβαίνει γὰρ τοῦτο, φησὶ, γενέσθαι, τῶν ἐγχωρούντων ἐστίν. Οὕτω γὰρ καὶ ἀνύποπτον ἐποίει τὸν λόγον· εἰ δὲ ἐκείνως εἶπε, καὶ φιλονεικοτέρους ἐποίησεν ἄν. Ὅρα πῶς οὐκ ἀπὸ τῶν πνευματικῶν μόνον αὐτοὺς ἐνάγει, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων. Εἰ γὰρ καὶ ἐμὲ οὐδὲν μέγα τίθεσθε, φησὶ, θαρρεῖτε δὲ ὡς συγγινώσκοντι, ἀλλ' ἐννοεῖτε Μακεδόνας, *Μή πως, ἐὰν ἔλθωσι, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς*· καὶ οὐκ εἶπε, μὴ βουλομένους, ἀλλὰ, *ἀπαρασκευάστους*, μηδέπω τὸ πᾶν πεπληρωκότας. Εἰ δὲ τοῦτο αἰσχύνη, τὸ μὴ ταχέως ἐνεγκεῖν· τὸ μηδὲ ὅλως εἰσενεγκεῖν, ἢ ἔλαττον τοῦ δέοντος, ἐννόησον ἥλικον. Εἶτα πράως τὸ ἐξ αὐτοῦ συμβησόμενον, καὶ πληκτικῶς τίθησιν, οὕτως εἰπών· *Καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς, ἵνα μὴ λέγωμεν, ὑμεῖς*. Καὶ κολάζει πάλιν λέγων· *Ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως*· οὐ ῥᾳθυμοτέρους ποιῶν, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμοῦντας, καὶ ἐν ταύτῃ πολλὴν ἔχειν δεῖ τὴν παῤῥησίαν. *Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην προπέμψαι τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα προκαταρτίσωσι ταύτην τὴν εὐλογίαν ὑμῶν ἑτοίμην εἶναι οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν*. Πάλιν αὐτὸ ἀνέλαβεν ἑτέρως· καὶ ἵνα μὴ δόξῃ ἁπλῶς ταῦτα λέγειν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὁδοῦ οὐκ ἄλλην εἶναί φησιν, ἀλλ' ὥστε μὴ καταισχυνθῆναι αὐτούς. Ὁρᾷς ὅτι τὸ, *Περιττόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν*, ἀρχὴ συμβουλῆς ἦν; Ὁρᾷς γοῦν ὅσα περὶ ταύτης διαλέγεται τῆς διακονίας; Μετὰ δὲ τούτου κἀκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἵνα μὴ δόξῃ ἐναντιολογεῖσθαι εἰπὼν *περιττόν*, καὶ περὶ αὐτοῦ διαλεγόμενος, πρὸς τῷ περὶ τάχους διαλέγεσθαι καὶ ἀφιλείας καὶ προθυμίας, διὰ τούτων κἀκεῖνο κατασκευάζει. Τὰ γὰρ τρία ταῦτα ἀπαιτεῖ, καὶ ἐκίνησε μὲν ταυτὶ τὰ κεφάλαια καὶ ἐν ἀρχῇ· ὅταν γὰρ λέγῃ, *Ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν*, οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἢ ὅτι καὶ πολὺ εἰσήνεγκαν, καὶ μετὰ χαρᾶς, καὶ μετὰ τάχους, καὶ οὐ μόνον τὸ δοῦναι οὐ[a] πολὺ ἐλύπησεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἐν πειρασμοῖς εἶναι· ὅπερ τοῦ δοῦναι φορτικώτερον. Καὶ τὸ, *Ἡμῖν ἔδωκαν ἑαυτούς*, καὶ τοῦτο καὶ τὴν προθυμίαν αὐτῶν δείκνυσι, καὶ τὸ σφόδρα αὐτοὺς πιστεύειν. Πάλιν δὲ καὶ ἐνταῦθα αὐτὰ μεταχειρίζει. Ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα ἐναντία ἐστὶ, φιλοτιμία καὶ προθυμία, καὶ ὁ μὲν πολὺ δοὺς πολλάκις ἀθυμεῖ, ὁ δὲ ὑπὲρ [573] τοῦ μὴ ἀλγεῖν ἔλαττον δίδωσιν, ὅρα πῶς ἑκατέρους[b] ἐπιμελεῖται, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αὐτῷ συνέσεως. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὀλίγον βέλτιον δοῦναι καὶ μετὰ προαιρέσεως, ἢ πολὺ μετὰ ἀνάγκης· ἐπειδὴ καὶ πολὺ, καὶ μετὰ προαιρέσεως ἠβούλετο αὐτοὺς εἰσενεγκεῖν· ἀλλὰ πῶς; *Ἵνα προκαταρτίσωσι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν ἑτοίμην εἶναι ὡς εὐλογίαν, μὴ ὡς πλεονεξίαν*. Πρότερον ἀπὸ τοῦ ἡδίστου καὶ κουφοτέρου ἄρχεται, τοῦ μὴ μετὰ ἀνάγκης· Εὐλογία γάρ, φησὶν, ἐστίν. Ὅρα πῶς ἐν τάξει παραινέσεως τὸν καρπὸν εὐθέως δείκνυσι βλαστάνοντα, καὶ εὐλογίας πεπληρωμένους τοὺς παρέχοντας. Καὶ τῇ προσηγορίᾳ αὐτοὺς ἐπεσπάσατο· οὐδεὶς γὰρ εὐλογίαν δίδωσι μετὰ λύπης. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπήγαγε· *Μὴ ὡς πλεονεξίαν*. Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ὡς πλεονεκτοῦντες αὐτὴν λαμβάνομεν, ἀλλ' ὥστε αἴτιοι γενέσθαι ὑμῖν εὐλογίας. Ἡ γὰρ πλεονεξία ἀκόντων ἐστίν· ὥστε ὁ διδοὺς ἐλεημοσύνην ἄκων, πλεονεξίαν δίδωσιν. Εἶτα ἀπὸ τούτου πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο μετέβη, τὸ φιλοτίμως διδόναι. *Τοῦτο δὲ λέγω*. Τουτέστιν, ὅτι μετὰ τούτου κἀκεῖνό φημι. Ποῖον; ὅτι *Ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει*. Καὶ οὐκ εἶπε, Μικρολόγως, ἀλλ' εὐφημότερον, τὸ τοῦ φειδωλοῦ θεὶς ὄνομα. Καὶ σπόρον τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσεν, ἵνα εὐθέως πρὸς τὴν ἀντίδοσιν ἴδῃς, καὶ τὸν ἀμητὸν ἐννοήσας, μάθῃς ὅτι πλείονα λαμβάνεις ἢ δίδως. Διὸ οὐκ εἶπεν, Ὁ διδοὺς, ἀλλ', *Ὁ σπείρων*· καὶ οὐκ εἶπεν, Ὑμεῖς ἐὰν σπείρητε, ἀλλὰ καθολικὸν τὸν λόγον ποιεῖ. Οὐδὲ εἶπε, Δαψιλῶς, ἀλλ', *Ἐπ' εὐλογίαις*· ὃ πολυ τούτου μεῖζον ἦν. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ πρότερον τὸ ἡδὺ καταφεύγει, λέγων· *Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ*. Μᾶλλον γὰρ ἐξουσίαν τις λαβὼν, ἢ ἀναγκαζόμενος ποιεῖ. Διὸ καὶ τούτῳ ἐνδιατρίβει· εἰπὼν γὰρ, *Καθὼς προαιρεῖται*, ἐπήγαγε· *Μὴ ἐκ λύπης, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης*. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Γραφῆς μαρτυρίαν ἐπάγει, λέγων· *Ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός*. Εἶδες πῶς συνεχῶς τοῦτο τίθησιν; *Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω*, καὶ, *Γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι*, καὶ, *Ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν*· καὶ πάλιν, *Μὴ ἐκ λύπης, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης· Ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός*. Ἐνταῦθα οἶμαι τὸ *ἱλαρὸν* δαψιλῆ λέγεσθαι· πλὴν αὐτὸς εἰς τὸ μετὰ προθυμίας διδόναι αὐτὸ παρέλαβεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ παράδειγμα Μακεδόνων, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἱκανὰ ἦν ἐργάσασθαι τὴν πολυτέλειαν· οὐ πολλὰ περὶ αὐτῆς φθέγγεται, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ ἄκοντας διδόναι. Εἰ γὰρ ἔργον ἐστὶν ἀρετῆς, πᾶν δὲ τὸ ἐξ ἀνάγκης ὑποτέμνεται τὸν μισθὸν, εἰκότως τοῦτο ἐργάζεται. Καὶ οὐ συμβουλεύει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπεύχεται, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, λέγων· *Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν πλησῶσαι εἰς ὑμᾶς*.

[574] γ'. Διὰ τῆς εὐχῆς λογισμὸν ὑφορμοῦντα τῇ φιλοτιμίᾳ ταύτῃ ἀναιρεῖ, τὸν καὶ νῦν πολλοῖς ἐμποδίζοντα. *Καὶ γὰρ πολλοὶ δεδοίκασιν ἐλεημοσύνην δοῦναι*, λέγοντες, Μή πως πένης γένωμαι, μή πως ἑτέρων δεηθῶ. Τοῦτον οὖν καταλύων τὸν φόβον, προστίθησι τὴν εὐχὴν, λέγων· *Πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς*. Οὐχ ἁπλῶς πληρῶσαι, ἀλλὰ, *Περισσεῦσαι*. Τί δέ ἐστι, *Χάριν περισσεῦσαι*; Ἐμπλῆσαι, φησὶν, ὑμᾶς τοσούτων, ὡς δύνασθαι περιττεύειν ἐν τῇ φιλοτιμίᾳ ταύτῃ. *Ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. Ὅρα καὶ ἐν τῇ προσευχῇ αὐτοῦ πολλὴν τὴν φιλοσοφίαν. Οὐ πλοῦτον εὔχεται οὐδὲ περισσείαν, ἀλλὰ *πᾶσαν αὐτάρκειαν*. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν αὐτοῦ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι ὥσπερ τὸ περιττὸν οὐκ ἐπῄξατο, οὕτως οὐ θλίβει αὐτοὺς, οὐδὲ ἀναγκάζει ἀπὸ τοῦ ὑστερήματος δοῦναι, συγκαταβαί-

[a] Sic legit interpres, atque ita legendum conjicit Dubæus. In editis deest.

[b] Legendum videtur cum Savilio ἑκατέρου, et sic legit interpres.

Digitized by Google

νων αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ, ἀλλ' αὐτάρκειαν αἰτεῖ, καὶ δείκνυσιν ἅμα ὅτι τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ δώροις οὐ κατακεχρῆσθαι δεῖ. *Ἵνα περισσεύητε*, φησὶν, *εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. Διὰ τοῦτο, φησὶ, ταῦτα αἰτῶ, ἵνα καὶ ἑτέροις παρέχητε. Καὶ οὐκ εἶπε, Παρέχητε, ἀλλὰ, *Περισσεύητε*. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς σαρκικοῖς αὐτάρκειαν αὐτοῖς αἰτεῖ, ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς καὶ περισσείαν, οὐκ ἐν ἐλεημοσύνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ. *Εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. Εἶτα τὸν προφήτην αὐτοῖς ἐπάγει σύμβουλον, μαρτυρίαν ζητήσας τὴν εἰς δαψίλειαν αὐτοὺς ἐκκαλουμένην, καί φησι· *Καθὼς γέγραπται, Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα*. Τοῦτό ἐστι, *Περισσεύητε*. Τὸ γάρ, *Ἐσκόρπισεν*, οὐδενὸς ἄλλου δηλωτικόν ἐστιν, ἢ τοῦ μετὰ δαψιλείας διδόναι. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὰ οὐ μένει, ἀλλὰ τὰ ἐξ αὐτῶν μένει. Καὶ γὰρ τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι φυλαττόμενα μὲν ἀπόλλυται, σκορπιζόμενα δὲ μένει, καὶ μένει διαπαντός. Δικαιοσύνην δὲ ἐνταῦθα τὴν φιλανθρωπίαν ἐκάλεσε· καὶ γὰρ δικαίους ποιεῖ, τὰ ἁμαρτήματα ὥσπερ πῦρ ἀναλίσκουσα, ὅταν μετὰ δαψιλείας ἐκχέηται. Μὴ τοίνυν ἀκριβολογώμεθα, ἀλλὰ ἀθρόᾳ τῇ χειρὶ σπείρωμεν. Οὐχ ὁρᾷς μίμοις πόσα διδόασιν ξένοι, καὶ γυναιξὶ πόρναις; Κἂν τὰ ἡμίσια τῷ Χριστῷ δῷς, ὧν τοῖς ὀρχουμένοις ἐκεῖνοι διδόασιν· ὅσα πρὸς φιλοτιμίαν ἐκεῖνοι τοῖς ἐπὶ σκηνῆς, τοσαῦτα σὺ κἂν πεινῶντι δός. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὸ σῶμα τῶν ἑταιριζομένων καὶ χρυσίῳ περιβάλλουσιν ἀφάτῳ· σὺ δὲ οὐδὲ ἱματίῳ ψιλῷ τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῦτα γυμνὴν ὁρῶν. Ποίας τοῦτο συγγνώμης ἄξιον, πόσης δὲ οὐ κολάσεως, ὅταν ἐκεῖνος μὲν τῇ ἀπολλυούσῃ αὐτὸν καὶ καταισχυνούσῃ τοσαῦτα παρέχῃ, σὺ δὲ μηδὲ τὸ ἐλάχιστον τῷ σώζοντί σε καὶ ποιοῦντι λαμπρότερον; Ἀλλὰ εἰς γαστέρα μὲν καὶ μέθην καὶ ἀσωτίαν ἀναλίσκων, οὐδαμοῦ πενίας μέμνησαι· ἂν δὲ πενίαν διορθῶσαι δέῃ, πάντων γίνῃ πτωχότερος· [575] καὶ παρασίτους μὲν τρέφων καὶ κόλακας, ὡς ἀπὸ πηγῶν δαπανῶν, οὕτω χαίρεις· εἰ δέ που πτωχὸν ἴδοις, τότε σοι ὁ τῆς πενίας ἐπιτίθεται φόβος. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν καὶ παρ' ἑτέρων κατακριθησόμεθα τότε, καὶ τῶν κατωρθωκότων καὶ τῶν διαμαρτόντων. Ἐρεῖ γάρ σοι, Διὰ τί οὐ γέγονας οὕτω μεγαλόψυχος ἐν τοῖς προσήκουσιν; Ἀλλ' οὗτος μὲν πόρνῃ διδούς, οὐδὲν τούτων ὑπελογίζετο· σὺ δὲ τῷ Δεσπότῃ παρέχων τῷ εἰρηκότι μὴ μεριμνᾷν, φόβου γέμεις καὶ τρόμου; καὶ τίνος ἂν εἴης συγγώμης ἄξιος; Εἰ γὰρ ἄνθρωπος οὐ περιόψεται λαβὼν, ἀλλ' ἀποδώσει τὴν χάριν, πολλῷ μᾶλλον ὁ Χριστός. Ὁ γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ λαβεῖν διδοὺς, πῶς μετὰ τὸ λαβεῖν οὐ δώσει; Τί οὖν, φησὶν, ὅταν πολλὰ ἀναλώσαντές τινες, πρὸς τῷ μὴ λαβεῖν καὶ ἑτέρων δέωνται; Περὶ τῶν τὰ πάντα δαπανησάντων λέγεις, αὐτὸς οὐδὲ ὀβολὸν διδούς. Ὑπόσχου τὰ πάντα κενώσειν, καὶ τότε [καὶ] περὶ ἐκείνων ἐρώτα· ἕως δ' ἂν φειδωλὸς ᾖς, καὶ ὀλίγα ἐκ τῶν ὄντων παρέχῃς, τί μοι προβάλλῃ σκήψεις καὶ προφάσεις; Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τὴν ἄκραν τῆς ἀκτημοσύνης σε ἄγομεν κορυφὴν, ἀλλὰ τέως σε τὰ περιττὰ περικόπτειν ἀξιοῦμεν, καὶ τῆς αὐταρκείας μόνης ἐρᾷν. Αὐτάρκεια δὲ τῇ χρείᾳ τούτων ὁρίζεται, ὧν ἑκάστῳ οὐκ ἔνι. Οὐδείς σε τούτων ἀφέλκει, οὐδὲ κωλύει καθημερινὴν τροφὴν τροφὴν, οὐ τρυφὴν λέγω, πάσματα, οὐ καλλωπίσματα. Μᾶλλον δὲ, εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, τοῦτό ἐστι τρυφὴ μάλιστα. Ἐπεὶ δέ· τίνα ἂν εἴποιμεν τρυφᾷν μᾶλλον, τὸν ἀργίᾳ τρεφόμενον, καὶ ὑγιαίνοντα καὶ οὐδὲν πάσχοντα ἀηδὲς, ἢ τὸν συβαριτικὴν ἔχοντα τράπεζαν, καὶ νοσήμασι γέμοντα νοσημάτων; Εὔδηλον ὅτι τοῦτον. Θαρροῦν μηδὲν πλέον τούτου ζητῶμεν, εἰ καὶ τοῦτο βουλόμεθα καὶ μετὰ ὑγείας ζῆν· καὶ τούτῳ τῷ μέτρῳ τῆς ἀρκείαν ὁριζώμεθα. Καὶ ὁ μὲν ὀσπρίοις δυνάμενος ἀρκεῖσθαι, καὶ ὑγιαίνειν, μηδὲν πρὸς τοῦτο ζητείτω· ὁ δὲ ἀσθενέστερος, καὶ τῆς διὰ τῶν λαχάνων ἐσομένης θεραπείας, μὴ κωλυέσθω. Εἰ δὲ καὶ τούτου τις ἀσθενέστερος εἴη, καὶ τῆς συμμέτρου τῆς ἐκ χρεῶν βοηθείας δέοιτο, οὐδὲ τούτου αὐτὸν ἀπείργομεν. Οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀνέλωμεν τοὺς ἀνθρώπους καὶ διαφθείρωμεν, ταῦτα συμβουλεύομεν, ἀλλ' ἵνα τὰ περιττὰ περικόψωμεν, περιττὸν δέ ἐστιν, ὃ τῆς χρείας πλέον ἐστίν. Ὅταν γὰρ καὶ χωρὶς τούτου ἀναμέσον διάγειν ὑγιῶς καὶ εὐσχημόνως, πέρας πάντως ἐκεῖνό ἐστι προστεθέν.

δ'. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἱματίων λογιζώμεθα, καὶ ἐπὶ τραπέζης, καὶ ἐπὶ οἰκίας, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· καὶ τὴν χρείαν ζητῶμεν πανταχοῦ. Τὸ γὰρ περιττὸν καὶ ἀνόητον. Ὅταν τὴν αὐτάρκειαν μελετήσῃς, [576] σε βουλόμενον τῆς χήρας γενέσθαι ζητήσεις εἰς τὰ μείζω τούτων ἐνάξομεν. Οὐδέπω γὰρ ἐφικόμεθα πρὸς τὴν τῆς γυναικὸς φιλοσοφίαν, ἕως ἂν αὐτὰς φροντίζῃς. Ἐκείνη γὰρ καὶ ταύτης ἀνωτέρα γέγονε· ἃ γὰρ ἔμελλεν αὐτὴν διαθρέψειν, ταῦτα κατέλιπε πάντα. Ἔτι οὖν διαπορήσεις περὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ οὐκ αἰσχύνῃ γυναικὸς ἡττώμενος, καὶ οὐ περὶ αὐτὴν οὐ ζηλῶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτῆς ἀπομαχόμενος; Ἐκείνη γὰρ οὐκ εἶπε ταῦτα τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα, Τί οὖν, ἂν πάντα ἀναλώσασα ἀνάγκη δεηθῆναι ἑτέρου; ἀλλὰ φιλοτίμως ἀπέδωκε τὰ ὄντα. Τί ἂν τις εἴποι περὶ τῆς ἐν τῇ Παλαιᾷ τοῦ προφήτου Ἠλίου; Ἐκείνῃ γὰρ οὐκέτι περὶ πενίας, ἀλλὰ καὶ περὶ θανάτου καὶ τελευτῆς ὁ κίνδυνος ἦν, οὐ τῆς οἰκείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν παίδων. Οὐδὲ γὰρ παρ' ἑτέρων προσεδέχετο τρέφεσθαι, ἀλλὰ ἀποθανεῖσθαι εὐθέως. Ἀλλὰ τοσαύτην τοῦ προφήτην εἶδε, φησὶ, καὶ ἐντεῦθεν φιλότιμος γέγονε. Ὑμεῖς δὲ οὐχ ὁρᾶτε μυρίους ἁγίους; καὶ τί λέγω ἁγίους; τὸν τῶν προφητῶν ὁρᾶτε προστάτην Δεσπότην, καὶ οὐδὲ οὕτω φιλάνθρωποι γινόμεθα; ταμιεῖα ἔχοντες ἐρευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοὺς οὐδὲ ἐκ τοῦ περισσεύματος μεταδίδοτε. Τί δὲ ὁ προφήτης ἦν ὁ παρὼν, καὶ τοῦτο αὐτὴν ἔπεισε μεγαλοψυχῆσαι τοσοῦτον; Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο καὶ θαύματος ἄξιον, ὅτι ἐπείσθη μέγαν αὐτὸν εἶναι καὶ θαυμαστόν. Πῶς γὰρ οὐκ εἶπεν, οἷα εἰκὸς ἦν πένητα γυναῖκα καὶ ἀλλόφυλον λογίσασθαι, ὅτι Εἰ προφήτης ἦν, οὐκ ἂν ἐμοῦ ἐδεήθη; εἰ Θεοῦ φῶς ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸν περιεῖδεν; ἔστω, Ἰουδαῖοι διὰ πολλὰ τεμήματα ταύτην τίνουσι τὴν δίκην· οὗτος δὲ τίνος καὶ διὰ τί; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐνενόησεν, ἀλλ' ἐκ

inquit, *in omne opus bonum*. Ideo, inquit, hæc peto, ut aliis quoque tribuatis. Nec dixit, Tribuatis, sed, *Abundetis*. Nam in carnalibus quidem, quantum sat sit, ipsis petit; at in spiritualibus, ut etiam abundent postulat, non in eleemosyna tantum, sed etiam in omnibus aliis rebus : hoc enim significat, *In omne opus bonum*. Postea consultorem ipsis prophetam adhibet, quæsito ejusmodi testimonio, quo ad munificentiam excitentur : aitque, 9. *Sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum sæculi*. Hoc est id quod aiebat, *Ut abundetis*. Hoc enim verbum, dispergere, nil aliud indicat, quam copiose largiri. Etsi enim ipsa non manent; ea tamen, quæ ex ipsis oriuntur, manent. Hoc namque mirabile est, quod quæ asservata pereunt, eadem cum dispergantur, manent, et quidem in perpetuum. Per justitiæ porro vocabulum hoc loco benignitatem intelligit : justos quippe homines efficit, peccata ignis in modum absumens et conficiens, cum largissime profunditur. Quocirca ne parce nos geramus, sed plena confertaque manu seramus. Annon perspicis quanta histrionibus ac scortis alii largiantur? Dimidium saltem eorum Christo tribue, quæ illi saltatoribus tribuunt : tantum saltem laboranti præbe, quantum illi, ambitione ducti, scenicis impertiunt. Illi etenim scortorum corpus infinito etiam auro convestiunt; at tu ne tenui quidem veste Christi carnem obvolvis, idque cum nudam eam cernas. Quanam hoc venia dignum esse queat? quod non supplicii genus hoc meretur, cum ille in eam, quæ ipsi exitio atque infamiæ est, ut munera conferat; tu contra ne minimum quidem eum, qui te servat clarioremque efficit? Verum in ventrem quidem ac temulentiam et luxuriam sumptus faciens nusquam paupertatis meministi; ac si bibendi vanda cujuspiam paupertas est, quovis egentior existis : atque ita affectus es, ut parasitos et assentatores alens, perinde oblecteris, ac si e fontibus ipsis haurires; cum autem pauperem uspiam cernis, tum tibi paupertatis metus ingruit. Ideo et a nobis et ab aliis tandem condemnabimur, necnon ab iis qui virtute floruerunt et a peccatoribus. Dicturus est quidam tibi : Quare in rebus honestis non perinde mucus exstitisti? Verum ille quidem, cum meretrici ornet, nihil horum secum reputabat; tu vero Domino Deo, qui te sollicito animo esse voluit, metu ac cura totus concideris? et qua tandem venia dignus esse queas? Nam si homo acceptum beneficium non negligit, sed gratiam rependit : multo profecto magis Christus gratiam relaturus est. Etenim qui ne beneficio quidem ullo accepto largitur, annon idem, cum acceperit, vicem relaturus est? Quid ergo, inquies, cum nonnulli multis impensis actis, aliorum ope atque auxilio opus habeant? Mihi eos commemoras, qui facultates omnes suas profuderunt, cum tu ne obolum quidem impertias. Dicere prius te bona omnia tua expensurum, et ea de illis percontare : dum vero tu tenax es, ex tuis facultatibus paucissima tribuis, quid tu istas excusationes prætendis? Neque enim te ad summum paupertatis verticem subvehimus; verum ut redundantia circumcidas, idque dumtaxat quod satis sit expetas, postulamus. Id porro in eo situm est, ut ea tibi suppetant, sine quibus duci vita nequit. Ab his nemo te evellit, nec quotidianum victum prohibet; victum dico, non delicias; indumenta, non ornamenta. Quamquam etiam, si quis rem accurate expendat, hoc maxime voluptas est. Sic enim considera : utrum horum potius in deliciis versari dixerimus, eumne qui oleribus vescitur, commodaque valetudine est, nec quidquam molestiæ patitur; an eum, qui Sybaritica mensa (*a*) utitur, ac sexcentis morbis scatet? Liquet profecto, quod illum. Itaque ne quid amplius requiramus, si in deliciis versari et incolumi valetudine esse volumus; atque ea re sufficientiam definiamus : et qui sclis leguminibus vivere, ac sanitatem tueri potest, nihil præterea requirat; qui autem imbecilliore valetudine est, atque olerum medicina opus habet, ab ea ne arceatur. Quod si quis adhuc infirmior fuerit, ac modico carnium adjumento opus habeat, ne eo quidem ipsi interdicemus. Neque enim hæc eo suademus, ut homines opprimamus, ac de medio tollamus, sed ut superflua circumcidamus : superfluum porro est, quod necessarium usum excedit. Nam cum, hoc quoque remoto, sane atque honeste vitam transigere possumus, superflue proculdubio adjungitur.

4. Hoc et in vestibus et in mensa et in domo et in omnibus aliis consideremus, ac necessarium usum ubique quæramus. Nam quod superfluum est, id quoque inutile est. Cum tu operam dederis, ut mediocritate contentus sis, tum demum te, si viduam illam imitari volueris, ad ea quæ his majora sunt subvehemus? Neque enim ad mulieris illius philosophiam adhuc pervenisti, quamdiu id tibi curæ est, ut quantum satis sit habeas : illa enim superius assumens, alimenta etiam sua deposuit. Num tu igitur de necessariis adhuc hæsitabis? annon te pudet, a muliercula vinci, ac non modo illam imitando non assequi, sed ab ea magno intervallo superari? Nec enim illa his quibus vos verbis usa est : Quid de me futurum est, si insumptis omnibus facultatibus eo redigar, ut aliorum auxilio opus habeam? verum libenter ac magnifice bona sua exuit. Nam quid de ea Veteris Testamenti vidua dicam, quæ Eliæ tempestate fuit (3. *Reg.* 17)? Illa etenim non in paupertatis tantum, sed etiam in mortis periculum venerat, nec sui dumtaxat, sed et filiorum. Neque enim fore exspectabat, ut ab aliis acciperet, sed ut quamprimum interiret. Verum prophetam vidit, inquies, atque hinc adducta est, ut liberalitate uteretur. Annon innumeros sanctos cernitis? et quid sanctos dico? imo ipsum prophetarum Dominum stipem petentem videtis; ac ne sic quidem beneficentiam induitis, verum promptuaria habentes eructantia ex hoc in

(*a*) De Sybaritis et de Sybaritica mensa multa Athenæus libro 12. Frequens ejus est mentio apud scriptores. Voluptatibus et deliciis mensa illa diffluebat, ita ut in proverbium venerit.

Digitized by Google

illud, ne ex eo quidem, quod superfluit, impertitis. Quid ais? præsens erat propheta, idque eam impulit ut tantum liberalitatis specimen ederet? Id enim magna admiratione dignum est, quod magnum atque eximium virum eum esse credidit. Quomodo enim non dixit, quæ barbaram et alienigenam mulierem cogitare consentaneum erat: Si propheta hic esset, non opem meam desiderasset; si Dei amicus esset, haud eum ille neglexisset? sit ita sane, quod Judæi has scelerum pœnas luant; hic autem qua de causa? At nihil horum cogitavit, verum ædes suas ipsi, et ante ædes animum patefecit, suasque omnes facultates in medio posuit, missaque natura contemptisque liberis, hospitem omnibus rebus antetulit. Perpende itaque quod nobis supplicium constituetur, cum muliere vidua, egente, alienigena, barbara, liberorum parente, horum quæ nobis nota sunt nihil cognitum habente, inferiores imbecillioresque fuerimus. Neque enim si robustum corpus habeamus, fortes proinde sumus. Etenim is demum hac virtute præditus est, jaceat licet in lecto, qui internis viribus pollet: quibus demptis, etiamsi tanto corporis robore præditus sit, ut vel montem avellere queat, haud tamen illum puella vel misera anu valentiorem esse dixerimus. Nam ille quidem cum incorporeis vitiis confligit; hic contra ne contueri quidem ea audet. Atque ut hanc fortitudinis normam esse intelligas, ab hoc ipso exemplo id colligas licet. Quid enim hac muliere fortius fingi possit, quæ et adversus naturæ tyrannidem, et adversus vim famis ac mortis minas strenuo animo stetit, atque hæc omnia superavit? Audi quippe quomodo Christus eam commendet. *Multæ* enim, inquit, *erant viduæ in diebus Eliæ: et ad nullam harum missus est propheta, præterquam ad illam* (*Luc.* 4. 25). Dicam aliquid magnum ac stupendum? Ad hospitalitatis laudem illa plus attulit, quam pater noster Abraham. Non enim ad gregem accurrit, ut ille, verum a pugillo omnes, qui hospitalitatis nomine clari exstiterunt, superavit. Ille enim idcirco vincebat, quia hoc munus sibi ipse assumpsit; at hæc hospitis causa ne filiis quidem pepercit, idque cum futura bona non exspectaret. Nos contra, cum nobis regnum ostendatur, cum gehennæ minæ intendantur, cum, quod omnibus majus est, Deus tot ac tanta pro nobis patrarit, atque his rebus gaudeat, torpore cadimus. Ne, obsecro; verum dispergamus, ac demus pauperibus, ut dare par est. Multum enim et paucum Deus, non munerum mensura, sed dantis facultate metitur. Ex quo fit, ut plerumque eo, qui obolum dumtaxat pependit, minus tu pependeris, qui centum aureos stateres pependisti; ex superfluo enim jecisti. Sed tamen ita saltem fac; et statim ad uberiorem munificentiam venies. Sparge pecunias, ut justitiam colligas. Neque enim ea cum pecuniis adesse vult, verum per eas quidem, sed non cum iis nobis adest. Non enim fieri potest, ut et pecuniarum cupiditas et justitia simul habitent; distinctas quippe sedes habent. Ne ea jungere stude, quæ jungi nullo modo possunt: verum pecuniæ amorem velut tyrannum quemdam abige, si vis reginam accipere. Hæc enim regina est, homines ex servitute in libertatem vindicans, cum contra omnino illa faciat. Quæ cum ita sint, omni studio illam fugiamus, hanc amplectamur, ut et hujusce vitæ libertate fruamur, et regnum cælorum consequamur: quod nos omnes nancisci contingat, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XX.

CAP. 9. v. 10. *Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad vescendum suppeditet, et multiplicet semen vestrum, et augeat fœtus frugum justitiæ vestræ.*

1. Pauli prudentiam hinc maxime quispiam admirari possit, quod, quemadmodum et a spiritualibus et a carnalibus cohortationem duxit, ita etiam in mercede rursus idem facit, utrasque vices constituens. Illud siquidem, *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum*, ad spiritualem mercedem spectat: hoc autem, *Multiplicet semen vestrum*, ad carnalem remunerationem. Nec tamen hic consistit, verum rursum adhuc ad spiritualia transit, frequenter ea inter se componens: illud enim, *Augeat fœtus justitiæ vestræ*, spirituale est. Hoc autem variandæ orationis causa facit, tum ut ignavas eorum et inertes cogitationes radicitus evellat, tum ut pauperatis metum plurimis rationibus eximat, ac præsenti etiam hoc exemplo. Nam cum iis qui terram conserunt, det Deus, cum iis qui corpus alunt, ubertatem præbeat; multo utique magis iis, qui cælum excolunt, atque animi curam gerunt; quandoquidem in eam impensiorem curam conferri vult. At vero id quidem argumentationis modo minime ponit, ut dixi, verum per precationis speciem: ut simul et argumentationem perspicuam faciat, et magis eos in spem inducat, non ab iis tantum quæ fiunt, sed etiam ab hujusmodi precatione: *Suppeditet enim*, inquit, *et multiplicet semen vestrum, et augeat fœtus justitiæ vestræ*. In quibus verbis rursum liberalitatem sine ulla suspicione significat; hoc enim indicant hæc verba, *Suppeditet et multiplicet;* simulque non sinit nos præter ea, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt, quidquam exquirere, cum ait, *Panem ad vescendum*. Nam id quoque cum primis in Paulo admirari licet, quod prius etiam jam adstruxit, nempe quod in rebus necessariis nihil ultra quam opus sit nos exquirere sinit,

Digitized by Google

ξεν αὐτῷ τὴν οἰκίαν, καὶ πρὸ τῆς οἰκίας τὴν γνώμην, καὶ πάντα πρὸ ὄντα εἰς μέσον τέθεικε, καὶ τὴν φύσιν ἀφεῖσα, καὶ τῶν παίδων καταφρονήσασα, τὸν ξένον προετίμησε πάντων. Ἐννόησον οὖν ὅση κόλασις κείσεται, ὅταν γυναικὸς χήρας, πτωχῆς, ἀλλοφύλου, βαρβάρου, παίδων μητρὸς, τούτων οὐδὲν εἰδυίας ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἔλαττον φέρωμεν, καὶ ἀσθενέστεροι ὦμεν. Οὐ γὰρ, ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν ἰσχυρὸν, ἀνδρεῖοί τινες ἐσμεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μόνος ταύτην ἔχει τὴν ἀρετὴν, κἂν ἐπὶ κλίνης ᾖ βεβλημένος, ὁ τὴν ἰσχὺν οἰκοθεν ἔχων· ὡς ταύτης ἄνευ, κἂν ὄρος τις ἀνασπᾷ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ, οὐδὲν αὐτὸν κορασίου καὶ γραιδίου ταλαιπώρου φαίην ἂν ἰσχυρότερον εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ ἀσωμάτοις παλαίει κακοῖς, οὗτος δὲ οὐδὲ ἀντιβλέψαι τολμᾷ. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὗτος ἀνδρείας ὅρος, ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ παραδείγματος αὐτὸ συνάγαγε. Τί γὰρ αὐτῆς ἀνδρειότερον γένοιτ' ἂν τῆς γυναικὸς, ἣ καὶ πρὸς φύσεως τυραννίδα, καὶ πρὸς λιμοῦ βίαν, καὶ πρὸς τελευτῆς ἀπειλὴν ἔστη γενναίως, καὶ πάντων γέγονεν ἰσχυροτέρα; Ἄκουσον γοῦν πῶς ὁ Χριστὸς αὐτὴν ἀνακηρύττει. *Πολλαὶ* γὰρ, φησὶν, *ἦσαν χῆραι ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίᾳ, καὶ πρὸς οὐδεμίαν ὁ προφήτης ἀπεστέλλετο, ἀλλ' ἢ πρὸς ἐκείνην.* Εἶπω τι μέγα καὶ [577] παράδοξον; Αὕτη τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ πλέον εἰς φιλοξενίαν εἰσήνεγκεν. Οὐ γὰρ εἰς ἀγέλην ἔδραμε, καθάπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς δρακὸς ἐκείνης παρήλαυνεν ἅπαντας τοὺς ἐπὶ φιλοξενίᾳ βεβοημένους. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐνίκα, ὅτι εἰς τοῦτο ἑαυτὸν ἔταξεν· αὕτη δὲ, ὅτι οὐδὲ τῶν παίδων ἐφείσατο διὰ τὸν ξένον, καὶ οὐδὲ προσδοκώσα τὰ μέλλοντα. Ἡμεῖς δὲ, βασιλείας οὔσης, γεέννης ἀπειλουμένης, ὁ πάντων μεῖζον, τοῦ Θεοῦ τοσαῦτα ὑπὲρ ἡμῶν ἐργασαμένου, καὶ τούτοις εὐφραινομένου καὶ χαίροντος, ἀναπεπτώκαμεν. Μὴ, παρακαλῶ· ἀλλὰ σκορπίσωμεν, δῶμεν πένησιν ὡς δοῦναι δεῖ. Τὸ γὰρ πολὺ καὶ τὸ ὀλίγον οὐ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων ὁ Θεὸς ὁρίζει, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς οὐσίας τοῦ διδόντος. Πολλάκις γοῦν τοῦ μόνον ἕνα καταθέντος ὀβολὸν ἔλαττον σὺ κατέθηκας, ὁ στατὴρας χρυσοῦ καταβαλὼν ἑκατόν· ἀπὸ γὰρ τοῦ περισσεύματος ἔβαλες. Πλὴν κἂν οὕτω ποίει, καὶ ἥξεις ταχέως καὶ ἐπὶ τὸ δαψιλέστερον. Σκόρπισον χρήματα, ἵνα συναγάγῃς δικαιοσύνην. Οὐδὲ γὰρ θέλει μετὰ τῶν χρημάτων αὐτὴ παραγίνεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν μὲν, οὐ μετ' αὐτῶν δὲ ἡμῖν παρέστη. Οὐ γάρ ἐστιν ὁμοῦ καὶ χρημάτων ἐπιθυμίαν, καὶ δικαιοσύνην οἰκεῖν· κεχωρισμένας γὰρ ἔχουσι τὰς σκηνάς· Μὴ δὴ φιλονείκει τὰ ἄμικτα συνάγειν, ἀλλὰ ἀπέλασον τὴν τύραννον φιλαργυρίαν, εἰ βούλει τὴν βασιλίδα λαβεῖν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βασίλισσα, καὶ ἐλευθέρους ἐκ δούλων ποιοῦσα· οὗ τοὐναντίον ἐκείνη. Διὸ μετὰ πάσης σπουδῆς τὴν μὲν φύγωμεν, τὴν δὲ ἀσπαζώμεθα, ἵνα καὶ τῆς ἐνταῦθα τύχωμεν ἐλευθερίας, καὶ τῆς βασιλείας ἐπιτύχωμεν τῶν οὐρανῶν· ἧς δὴ καὶ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ Κ'.

Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν.

α'. Μάλιστα ἄν τις ἐκ τούτου θαυμάσειε τὴν Παύλου ὑνεσιν, ὅτι προτρέψας ἀπὸ τῶν πνευματικῶν, ἀπὸ ῶν σαρκικῶν, καὶ ἐν τῇ ἀντιδόσει πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο οιεῖ, ἑκατέρας τιθεὶς τὰς ἀμοιβάς. Τὸ μὲν οὖν, *Ἐσόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ένει εἰς τὸν αἰῶνα*, πνευματικῆς ἐστιν ἀμοιβῆς· δὲ, *Πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν*, σαρκικῆς ἀντιδόεως. Ἀλλ' ὅμως οὐχ ἵσταται ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ πάν ἐπὶ τὰ πνευματικὰ μεταβαίνει, συνεχῶς παράλληλα τὰ τιθεὶς· καὶ γὰρ τὸ, *Αὐξήσαι τὰ γεννήματα ῆς δικαιοσύνης ὑμῶν*, πνευματικόν.[a] Ταῦτα δὲ ποιεῖ 78] καὶ ποικίλλει τὸν λόγον, τὸν ἀνανδρον ἐκεί-νων καὶ βλακώδη λογισμὸν πρόῤῥιζον ἀνασπῶν, καὶ τῆς πενίας τὸν φόβον ἐκλύων πολλαχόθεν, καὶ ἀπὸ τοῦ παραδείγματος τούτου τοῦ νῦν. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς τὴν γῆν σπείρουσι δίδωσιν ὁ Θεὸς, εἰ τοῖς τὸ σῶμα τρέφουσι παρέχει τὴν ἀφθονίαν, πολλῷ μᾶλλον τοῖς τὸν οὐρανὸν γεωργοῦσι, τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιμελουμένοις· καὶ γὰρ ταῦτα βούλεται μᾶλλον προνοίας ἀπολαύειν. Ἀλλὰ συλλογιστικῶς μὲν αὐτὸ οὐ τίθησιν, οὐδὲ οὕτως, ὥσπερ ἔφην, ἐν δὲ εὐχῆς μέρει, ὁμοῦ καὶ τὸν συλλογισμὸν φανερὸν ποιῶν, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς εἰς ἐλπίδα ἄγων, οὐκ ἀπὸ τῶν γινομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς εὐχῆς ταύτης· *Χορηγήσαι*[b] *γὰρ*, φησὶν, *καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν.* Πάλιν κἀνταῦθα τὴν δαψίλειαν αἰνίττεται ἀνυπόπτως· τὸ γὰρ, *Πληθύναι καὶ αὐξήσαι*, τοῦτό ἐστιν ἐνδεικνυμένου· ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων πλέον οὐδὲν ἀφίησιν

[a] Commel. ταῦτα δὲ καὶ ποιεῖ ποικίλον, i. e. ποικίλν, ut habetur in marg. Savil. et legisse videtur interes. Praestat hoc vulgato.

[b] Τῆς αὐτοῦ χορ. A. et marg. Savil.

Digitized by Google

ἐπιζητεῖν, *Ἄρτον*, εἰπών, *εἰς βρῶσιν*. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτοῦ μάλιστα ἔστι θαυμάσαι, ὃ καὶ ἔμπροσθεν κατεσκεύασεν, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἀναγκαίοις οὐδὲν πλέον τῆς χρείας ἀφίησιν ἐπιζητεῖν, ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς πολλὴν τὴν περιουσίαν συμβουλεύει ποιεῖσθαι.

Διὸ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν, *Ἵνα αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*· καὶ ἐνταῦθα, *Ὁ ἐπιχορηγῶν ἄρτον εἰς βρῶσιν, πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν*· τουτέστι, τὸν πνευματικόν. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐλεημοσύνην αἰτεῖ, ἀλλὰ τὴν μετὰ δαψιλείας. Διὸ καὶ σπόρον αὐτὸ συνεχῶς καλεῖ. Καθάπερ γὰρ ὁ σῖτος καταβαλλόμενος κομῶντα τὰ λῆϊα δείκνυσι· οὕτω καὶ ἡ ἐλεημοσύνη πολλὰ τὰ δράγματα τῆς δικαιοσύνης ἐργάζεται, καὶ δείκνυσιν ἅφατα τὰ γεννήματα. Ἐπεξάμενος δὲ αὐτοῖς εὐθηνίαν τοσαύτην, δείκνυσι πάλιν ποῦ ταύτην δαπανᾶν χρή, λέγων. *Ἵνα ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ*. Οὐχ ἵνα εἰς τὰ μὴ δέοντα ἀναλίσκητε, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα, ἃ πολλὴν φέρει τῷ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν. Καὶ γὰρ μεγάλων ἡμᾶς κυρίους ἐποίησεν ὁ Θεός· καὶ τὰ ἐλάττονα ἑαυτῷ ἀφεὶς, ἡμῖν τῶν μειζόνων παρεχώρησε. Τῆς μὲν γὰρ αἰσθητῆς τροφῆς αὐτὸς κύριος, τὴν δὲ νοητὴν ἡμῖν ἐπέτρεψε· καὶ γὰρ ἡμεῖς κύριοι τὰ λῆϊα ἡμῶν δεῖξαι κομῶντα. Οὐδὲ γὰρ ὑετῶν δεῖται καὶ ὡρῶν κρίσεως, καὶ προαιρέσεως μόνης, καὶ πρὸς αὐτὸν τρέχει τὸν οὐρανόν. Ἁπλότητα δὲ ἐνταῦθα τὴν δαψίλειαν καλεῖ, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ. Οὐδὲ γὰρ ἐλεημοσύνη μόνον ἐστὶ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστίας πολλῆς ὑπόθεσις· μᾶλλον δὲ οὐκ εὐχαριστίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων πλειόνων. Καὶ τίθησιν αὐτὰ προϊών, ἵνα δείξας πολλὰ ὄντα τὰ κατορθούμενα, ἐντεῦθεν προθυμοτέρους ἐργάσηται. Τίνα οὖν ἐστι τὰ πολλά; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ* [579] *Θεῷ· διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας τῆς εἰς αὐτοὺς, καὶ εἰς πάντας, καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν*. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Πρῶτον τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων οὐ μόνον πληροῦτε, ἀλλὰ καὶ περισσεύετε, τουτέστι, καὶ πλέον τῆς χρείας αὐτοῖς παρέχετε· εἶτα δι' αὐτῶν εὐφημίαν ἀναπέμπετε τῷ Θεῷ· δοξάζουσι γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν. Ἵνα γὰρ μὴ δείξῃ αὐτοὺς διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντας μόνον, διὰ τὸ λαβεῖν λέγω, ὅρα πῶς ὑψηλοὺς αὐτοὺς ποιεῖ· ὅπερ αὐτός φησι πρὸς Φιλιππησίους, ὅτι *Οὐκ ἐπιζητῶ τὰ δόματα*, καὶ τούτοις μαρτυρῶ τὸ αὐτό. Χαίρουσι μὲν γάρ, ὅτι τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἀναπληροῦτε, καὶ τὴν πτωχείαν αὐτῶν παραμυθεῖσθε· πολλῷ δὲ πλέον, ὅτι οὕτως ὑποτεταγμένοι ἐστὲ τῷ Εὐαγγελίῳ· οὗ σημεῖον τοῦτό ἐστι, τὸ οὕτω δαψιλῶς εἰσφέρειν. Τοῦτο γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπιτάττει. *Καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας τῆς εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας*. Καὶ διὰ τοῦτο δοξάζουσι, φησὶ, τὸν Θεὸν, ὅτι οὕτως ἐστὲ φιλότιμοι, οὐκ εἰς ἐκείνους μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας. Τοῦτο δὲ πάλιν ἐγκώμιον ἐκείνων γίνεται, τὸ καὶ ὑπὲρ τῶν ἑτέροις διδομένων εὐχαριστεῖν. Οὐ γὰρ τὰ ἑαυτῶν κοσμοῦσι μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων, καίτοι γε ἐν ἐσχάτῃ ὄντες πενίᾳ· ὃ πολλῆς αὐτῶν ἀρετῆς ἐστι σημεῖον. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ζηλότυπον, ὡς τὸ τῶν πτωχευομένων γένος. Ἀλλ' ἐκεῖνοι καθαροὶ τούτου τοῦ πάθους εἰσὶ, τοσοῦτον ἀπέχοντες ἀλγεῖν ἐφ' οἷς ἑτέροις μεταδίδοτε, ὅτι καὶ χαίρουσιν οὐχ ἧττον, ἢ ἐφ' οἷς αὐτοὶ λαμβάνουσι. *Καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν*. Ὑπὲρ μὲν γὰρ τούτων εὐχαριστοῦσι, φησὶ, τῷ Θεῷ· ὑπὲρ δὲ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ τῆς συντυχίας παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα καταξιωθῶσιν ὑμᾶς ἰδεῖν. Ἐπιποθοῦσι γὰρ τοῦτο οὐ διὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ὥστε θεαταὶ γενέσθαι τῆς δεδομένης ὑμῖν χάριτος.

β'. Εἶδες Παύλου σύνεσιν, πῶς ἐπάρας αὐτοὺς, τὸ πᾶν ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, χάριν τὸ πρᾶγμα καλέσας; Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλα περὶ αὐτῶν ἐψηφίσατο, λειτουργοὺς αὐτοὺς εἰπὼν, καὶ ἐπάρας εἰς ὕψος· εἴ γε αὐτοὶ [a] μὲν ἐλειτούργουν, αὐτὸς δὲ διηκονεῖτο· καὶ δοκίμους ὀνομάσας, δείκνυσιν ὅτι πάντων τούτων ὁ Θεὸς αἴτιος· καὶ αὐτὸς μετ' ἐκείνων πάλιν εὐχαριστίαν ἀναφέρει λέγων· *Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ*. Δωρεὰν δὲ ἐνταῦθα λέγει καὶ τὰ τοσαῦτα [b] ἀγαθὰ τὰ διὰ τῆς ἐλεημοσύνης γινόμενα καὶ τοῖς λαμβάνουσι καὶ τοῖς παρέχουσιν· ἢ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ τὰ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ μετὰ πολλῆς δωρηθέντα τῆς φιλοτιμίας· ὃ καὶ μάλιστα ἔστιν ὑποπτεῦσαι. Ἵνα γὰρ καὶ καταστείλῃ, καὶ δαψιλεστέρους ἐργάσηται, ὧν ἔτυχον παρὰ τοῦ Θεοῦ, τούτων αὐτοὺς [c] ἀναμιμνήσκει. Καὶ [580] γὰρ μέγιστον τοῦτο εἰς προτροπὴν ἀρετῆς ἁπάσης· διὸ καὶ ἐνταῦθα τὸν λόγον κατέκλεισεν. Εἰ δὲ ἡ δωρεὰ ἀνεκδιήγητος, τί τῆς μανίας ἴσον γένοιτ' ἂν τῶν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ περιεργαζομένων; Οὐχ ἡ δωρεὰ δὲ αὐτοῦ μόνον ἀνεκδιήγητος, ἀλλὰ καὶ ἡ εἰρήνη πάντα νοῦν ὑπερέχει, δι' ἧς τὰ ἄνω τοῖς κάτω κατήλλαξε. Σπουδάσωμεν τοίνυν τοσαύτης ἀπολαύοντες χάριτος, ἀξίαν ἐπιδείκνυσθαι τοῦ βίου τὴν ἀρετὴν, καὶ πολὺν τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖσθαι λόγον· ποιησόμεθα δὲ, ἂν τὴν ἁμετρίαν φύγωμεν, ἂν τὴν μέθην, ἂν τὴν ἀδηφαγίαν. Καὶ γὰρ καὶ σῖτα καὶ ποτὰ δέδωκεν ὁ Θεὸς, οὐκ εἰς ἀμετρίαν, ἀλλὰ εἰς τροφήν. Οὐδὲ γὰρ ὁ οἶνος ποιεῖ τὴν μέθην· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, πάντας ἔδει μεθύειν. Ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν, φησὶν, οὐδὲ τὸ πολὺ βλάπτειν. Μεθυόντων ταυτὶ τὰ ῥήματα. Εἰ γὰρ τὸ πολὺ βλάπτει, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίστασαι τῆς πλεονεξίας· εἰ οὕτως αἰσχρὸν καὶ ἐπιβλαβὲς τοῦτο, καὶ οὐδὲ οὕτω λήγεις τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας· εἰ ἐξῆν καὶ πολὺ πίνειν, καὶ μηδὲν παραβλάπτεσθαι, ποῦ ἂν ἔστης τῆς

[a] Hæc referuntur ad illa superius allata Pauli verba, Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης, *Quoniam ministerium hujus officii*. Hic nempe Paulus λειτουργούς appellat eos qui pecunias colligebant, seque διάκονον, seu ministrum, qui illas distribuebat.

[b] Legendum videtur cum Savilio, ἢ τὰ τοσαῦτα.

[c] *Legebatur* αὐτός.

Digitized by Google

in spiritualibus autem nos admonet, ut ingentes opes nobis comparemus.

Eleemosyna copiosa sit. — Ac proinde superius dicebat, *Ut sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum*; et hic, *Qui ministrat panem ad vescendum, multiplicet semen vestrum*; hoc est, spirituale. Neque enim eleemosynam dumtaxat exigit, sed copiosam et affluentem. Quo fit, ut eam semen quoque assidue appellet. Ut enim triticum consitum florentes segetes reddit : ita etiam eleemosyna multos justitiæ manipulos efficit, atque ineffabilem segetem edit. Postquam autem tantam ipsis ubertatem exoptavit, ostendit rursus ubinam ea impendi debeat, his verbis utens : 11. *Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Non ut in ea, in quæ minime decet, opes vestras insumatis, sed in ea, ex quibus plurima gratiarum actio ad Deum redit. Magnas quippe res Deus arbitrii nostri effecit; ac minora sibiipsi relinquens, majora nobis concessit. Alimenti enim illius, quo corpus alitur, arbiter ipse esse voluit; spiritualis autem curam nobis commisit : hoc quippe in arbitrio nostro situm est, ut segetem nostram virentem exhibeamus. Neque enim ea imbres desiderat, partiumque anni temperiem; sed voluntas modo adsit, etiam ad ipsum usque cælum curret. Per simplicitatem porro hoc loco munificentiam intelligit, quæ quidem per nos efficit, ut gratiæ Deo habeantur. Neque enim hinc solum eleemosyna exsistit, sed etiam permultæ gratiarum actionis materia; nec solum gratiarum actionis, sed etiam multarum aliarum rerum, quas etiam ipsas orationis progressu ponit : ut cum illud demonstrarit, multa hinc emolumenta exoriri, promptiores atque alacriores ipsos reddat. Quænam igitur sunt multa hæc commoda? Audi ipsum loquentem : 12. *Quoniam ministerium hujus officii non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones Deo*, 13. *per probationem ministerii hujus glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in evangelium Christi, et simplicitate communicationis vestræ in illos et in omnes*, 14. *et in illorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.* Hæc autem verba hunc sensum habent : Primum sanctorum egestatem ac penuriam non modo expletis, sed etiam exundatis, hoc est, plus etiam quam necesse sit ipsis impertitis : deinde per eos laudem ad Deum mittitis; ipsius enim gloriam ob confessionis vestræ obedientiam prædicant. Ne enim eos ostendat hoc dumtaxat nomine, quod beneficiis affecti sint, gratias agere, vide quam sublimes eos reddit : quod in Epistola ad Philippenses ait : *Non quia requiro datum* (*Philipp.* 4. 17) : his quoque hoc testificor. Nam gaudent illi quidem, quod res eas, quarum inopia premuntur, ipsis subministretis, ac paupertatem eorum sublevetis; multo magis autem, quod evangelio ita subditi sitis. Cui rei hoc argumento est, quod tam munifice tribuatis; id enim evangelium præscribit. *Et simplicitate communicationis vestræ in illos et in omnes.* Atque ideo, inquit, Deum laudibus efferunt, quod non erga eos dumtaxat, sed etiam erga omnes tam liberales sitis. Hoc rursus ad eorum laudem spectat, nempe quod pro iis quoque gratias agant, quæ in alios conferuntur. Neque enim quæ sua sunt dumtaxat ornant, sed aliorum quoque commodis consulunt, idque cum in extrema paupertate versentur : quod magnæ eorum virtutis indicium est. Nihil enim perinde invidia æstuat, ut id hominum genus, quod egestate laborat. At illi hoc vitio vacant; tantumque abest, ut ob vestra in alios beneficia discrucientur, ut ex illis non minus gaudeant, quam ex iis quæ ipsi accipiunt. *Et ipsorum obsecratione pro vobis.* Nam pro illis quidem, inquit, gratias Deo agunt; pro vestra autem caritate atque congressu eum rogant, ut vestro conspectu sibi frui liceat. Hoc enim non ob vestras opes expetunt, sed ut gratiæ vobis datæ spectatores sint.

2. Videsne Pauli prudentiam? quomodo eorum virtutem efferens, laudem omnem Deo adscripserit, id gratiam vocans. Postquam enim magna de ipsis loquutus est, ministros nuncupans, atque ipsos in cælum evexit; siquidem ipsi ministrabant (*a*), ipse subminister erat; et probatos illos appellans, ostendit Deum harum omnium rerum auctorem esse : atque ipse una cum illis Deo in hæc verba gratias agit, 15. *Gratia autem Deo super inenarrabili dono ejus.* Per donum hoc loco tot ac tanta illa bona intelligit, quæ tam iis qui accipiunt, quam qui dant, per eleemosynam comparantur : vel arcana illa bona, quæ per ipsius præsentiam orbi terrarum universo amplissime tributa sunt : id quod etiam magis conjicere licet. Ut enim illos coerceret ac largiores redderet, quæ a Deo acceperant ipsis commemorat. Hoc enim maximum est ad virtutem omnem incitamentum; ideoque hic sermonem claudit. Quod si Dei beneficium inenarrabile est, ecquid tandem eorum furori par esse queat, qui in pervestiganda ipsius essentia curiose versantur? Nec vero ipsius dumtaxat beneficium sermonem omnem excedit, sed etiam pax ea, per quam supera cum inferis reconciliavit, omnem cogitationem superat. Quamobrem operam demus ut, cum tanta gratia fruamur, parem vitæ probitatem præstemus magnamque eleemosynæ curam geramus : geremus autem, si id quod modum excedit fugiamus, si temulentiam, si ingluviem. Nam et esca et potus nobis a Deo idcirco data sunt, non ut iis ingurgitemur, sed ut alamur. Neque enim vinum est, quod temulentiam gignit; si enim ita se res haberet, omnes temulentos esse necesse esset. At, inquis, oporteret ipsum nec largius haustum nocere. Ebriorum hæc verba sunt. Nam cum largius adhibitum noceat, ac ne sic quidem ab immodico potu abstineas; cum hoc adeo fœdum et noxium sit, ac ne sic quidem improbæ cupiditati finem imponas : si liceret et multo mero uti, et nullo hinc detrimento affici, quomodo bibendi aviditatem com-

(*a*) Hæc referuntur ad illa superius allata Pauli verba : *Quoniam ministerium hujus officii.*

Digitized by Google

pressisses? annon flumina quoque in vinum verti cupiisses? annon omnibus rebus pestem atque exitium attulisses? Si alimenti certa mensura est, quam cum excedimus, valetudinem lædimus, ac ne sic quidem tamen frenum pati potes, verum eo perrupto omnes omnium facultates accipis, ut improbæ gulæ tyrannidi administram operam præstes: quid non fecisses, si modus hic a natura constitutus sublatus esset? annon universum vitæ tempus in hoc impendisses? Num igitur oportebat cupiditatem adeo absurdam confirmare, atque perniciem ex immoderatione nascentem minime coercere? et quot tandem hinc alia incommoda non orta fuissent? Verum, o vecordes homines! qui cum in crapula reliquisque luxuriæ generibus tamquam in cœno volutentur, si paulum resipuerint, nihil aliud sedentes faciunt, quam ut his verbis utantur: Cur hoc in hanc rem insumitur? cum contra peccata ipsi sua accusare debeant. Nam pro eo quod ais: Quare Deus certos fines constituit? quare non omnia temere feruntur? ita loquere: Quare ebrietati studere non desinimus? quare non satiamur? quare animantes rationis expertes stoliditate superamus? Hæc enim eos inter se quærere conveniebat, atque apostolorum vocem audire, perspectumque habere quotnam his viris bona ex eleemosyna oriri testetur, atque hunc thesaurum præripere. Hoc enim, nempe pecunias aspernari, probos, ut ab eo dictum est, homines reddit, et ut Dei gloria celebretur, efficit, et caritatem inflammat, et magnitudinem animi gignit, et sacerdotes constituit sacerdotio fungentes, quod ingentem mercedem afferat. Nam qui eleemosynæ studiosus est, non ille quidem talari veste indutus est, nec tintinnabula circumfert, nec corona redimitus est; verum beneficentiæ stola, quæ sacram illam vestem sanctitate superat, vestitus est, oleoque delibutus, non ex materia quæ in sensum cadat, sed a Spiritu effecto; coronam a commiseratione contextam habet; ait enim Scriptura: *Qui coronat te in misericordia et miserationibus* (*Psal.* 102. 4): ac pro lamina Dei nomen gestat, imo Dei similitudinem assequitur. Quomodo? *Similes*, inquit, *eritis Patri vestro qui in cœlis est* (*Matth.* 5. 45).

3. Visne etiam ipsius altare intueri? Non illud Beseleel, non ullus artifex alius exstruxit, sed Deus ipse, non ex lapidibus, sed ex materia cælo illustriore, hoc est, ex animis ratione præditis. At dices: In sancta sanctorum ingreditur sacerdos. Licet tibi, hoc sacrificii munus obeunti, in adyta magis tremenda ingredi, in quibus nemo adest, nisi Pater tuus, qui te in abscondito videt (*Id.* 6. 6), in quibus nemo alius cernit. Quomodo, inquies, fieri potest, ut nemo videat, cum palam sit altare? Hoc enim est, quod admirationem movet: quia tunc quidem portæ undique et vela solitudinem efficiebant; nunc vero palam rem sacram facienti, ut in sanctis sanctorum, majoreque cum animi horrore hoc facere licet. Nam cum non humanæ ostentationis causa hoc facis, viderit licet universus orbis, nullus vidit, quando ita fecisti. Neque enim tantum dixit Christus, *Ne faciatis coram hominibus*; sed adjecit, *Ut videamini ab eis* (*Matth.* 61). Hæc ara ex ipsis Christi membris constat, ac Domini corpus altare tibi efficitur. Hoc ipsum verere: in carne victimam Domini immolas. Hoc altare præsenti quoque altari terribilius est, nedum veteri illo. Verum ne turbemini: hoc enim admirandum quidem est ob victimam, quæ in ipso imponitur; illud autem, hoc est, hominis misericordiæ studiosi, non hoc dumtaxat nomine, sed etiam quia ex ipsa quoque victima, quæ hoc efficit, constructum est. Rursum hoc altare admirandum est, quia natura quidem lapis est, sanctum autem efficitur, postquam Christi corpus excipit; illud vero quia Christi corpus est. Itaque hoc horribilius est quam illud, cui tu laicus adstas. Ecquid jam tibi Aaron videtur, si cum his rebus conferatur? quid corona? quid tintinnabula? quid sancta sanctorum? Nam quid jam vetus illud altare ad comparationem afferre necesse est, cum etiam cum hoc nostro collatum, adeo splendidum apparuerit? At tu altare quidem hoc in honore habes, quia Christi corpus capit; eum autem, qui ipsummet Christi corpus est, contumelia afficis ac pereuntem despicis. Hoc altare ubique et in vicis et in foro situm videre poteris, singulisque horis in eo rem sacram facere: nam hic quoque sacrificium obitur. Et sicut stat sacerdos, Spiritum accersens: ita tu quoque Spiritum accersis, non voce, sed rebus ipsis. Neque enim quidquam est, quod perinde Spiritus ignem retineat atque accendat, ut oleum istud largiter effusum. Quod si etiam scire expetis, quid fiant quæ abs te deponuntur, accede, et ea tibi commonstrabo. Quisnam igitur hujus aræ fumus est? quæ fragrantia? Gloria, et gratiarum actio. Quonam usque progreditur? ad cælum usque? Imo vero ipsum cælum transcendit, et cælum cæli, atque regio ipsi solio adstat: *Preces enim tuæ*, inquit, *et eleemosynæ ascenderunt in conspectum Dei* (*Act.* 10. 4). Atque ea odoris suavitas, quæ in sensum cadit, ne magnam quidem aeris portionem intersecat; hæc autem ipsos etiam cælorum fornices reserat. Ac tu quidem taces, res autem ipsa clamat; fitque sacrificium laudis, non vitula jugulata, nec pelle cremata, sed spirituali anima, quæ sua sunt afferente. Omni enim humanitatis genere sacrificium istud est præstantius. Cum ergo pauperem fide præditum cernis, existima te altare videre: cum hujusmodi pauperem conspicis, non modo eum contumelia ne affice, sed etiam verere. Quod si alterum contumeliam ipsi inferentem videas, prohibe atque injuriam propulsa. Sic enim poteris et ipse propitium Deum habere, ac promissa bona consequi: quæ utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, etc.

Digitized by Google

πλεονεξίας; ἆρα οὐκ ἂν ἐπεθύμησας, καὶ τοὺς ποταμοὺς γενέσθαι οἶνον; οὐκ ἂν πάντα ἀπώλεσας καὶ διέφθειρας; Εἰ μέτρον ἐστὶ τροφῆς, καὶ τοῦτο ὑπερβάντες βλαπτόμεθα. καὶ οὐδὲ οὕτως ἀνέχῃ τοῦ χαλικοῦ, ἀλλὰ διαῤῥήξας αὐτὸν τὰ πάντων λαμβάνεις, ἵνα λειτουργήσῃς τῇ πονηρᾷ τῆς γαστριμαργίας τυραννίᾳ· τί οὐκ ἂν ἐποίησας, εἰ τοῦτο ἀνῃρέθη τὸ μέτρον τῆς φύσεως; Οὐκ ἂν πάντα τὸν χρόνον εἰς τοῦτο ἀνάλωσας; Ἔδει οὖν οὕτως ἐπιθυμίαν ἄτοπον ἰσχυρὰν ποιῆσαι, καὶ τὴν βλάβην μὴ κωλῦσαι τὴν ἐκ τῆς ἀμετρίας; καὶ πόσαι οὐκ ἂν ἐτέχθησαν ἐντεῦθεν ἕτεραι βλάβαι; Ἀλλ' ὦ τῶν ἀνοήτων, οἵ, καθάπερ βορβόρῳ κυλινδούμενοι τῇ μέθῃ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀσωτίαις, ὅταν μικρὸν ἀνανήψωσιν, οὐδὲν ἄλλο τι κάθηνται τοιοῦντες, ἢ ταυτὶ φθεγγόμενοι, Διὰ τί τοῦτο εἰς τοῦτο ἀναλίσκεται, δέον τοῖς ἑαυτῶν κρίνειν πλημμελήμασιν; Ἀνθ' οὗ γὰρ λέγεις, Διὰ τί ὄρους τέθεικε; διὰ τί μὴ πάντα ἀτάκτως φέρεται; εἰπὲ, Διὰ τί μὴ παυόμεθα μεθύοντες; διὰ τί μὴ λαμβάνομεν κόρον; διὰ τί τῶν ἀλόγων ἐσμὲν ἀνοητότεροι; Ταῦτα γὰρ ἔδει ζητεῖν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀκούειν φωνῆς, καὶ εἰδέναι πόσα τούτοις μαρτυρεῖ τὰ ἀναθὰ ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ ἁρπάζειν τοῦτον τὸν θησαυρόν. Καὶ γὰρ δοκίμους τοῦτο ποιεῖ, καθάπερ αὐτὸς ἔφησε, τὸ χρημάτων ὑπεροραν, καὶ τὸν Θεὸν δοξάζεσθαι παρασκευάζει, καὶ ἀγάπην θερμαίνει, καὶ μεγαλοψύχους ἐργάζεται, καὶ ἱερέας καθίστησι καὶ ἱερωσύνην πολὺν φέρουσαν τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ ἐλεήμων οὐ ποδήρη ἐνδέδυται, οὐδὲ κώδωνας περιφέρει, οὐδὲ στέφανον ἀναδεῖται, ἀλλὰ ἀναβέβληται [581] μὲν τῆς φιλανθρωπίας στολὴν, τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος ἀγιωτέραν οὖσαν, κέχρισται δὲ ἐλαίῳ, οὐκ ἐξ ὕλης αἰσθητῆς συγκειμένῳ, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος γεωργουμένῳ, ἔχει δὲ στέφανον ἀπὸ τῶν οἰκτιρμῶν· *Τὸν στεφανοῦντά σε* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς*· ἀντὶ δὲ τοῦ πέταλον φέρειν ὄνομα ἔχον θεοῦ, αὐτὸς ἴσος γίνεται τῷ Θεῷ. Πῶς γάρ; *Γενήσεσθε*, φησὶν, *ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*.

γ'. Βούλει καὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ ἰδεῖν; Οὐ βεβέληλ αὐτὸ ᾠκοδόμησεν, οὔτε ἄλλος τις, ἀλλ' αὐτὸς ὁ θεὸς, οὐ διὰ λίθων, ἀλλὰ δι' ὕλης τοῦ οὐρανοῦ λαμπροτέρας, διὰ ψυχῶν λογικῶν. Ἀλλὰ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσέρχεται ὁ ἱερεύς. Ἔξεστί σοι εἰς τὰ φρικωδέστερα εἰσελθεῖν θύοντι τὴν θυσίαν ταύτην, ἔνθα οὐδεὶς πάρεστιν, ἀλλ' ὁ Πατήρ σου, ὁ βλέπων σε ἐν τῷ κρυπτῷ, ἔνθα μηδεὶς ἄλλος ὁρᾷ. Καὶ πῶς, φησὶν, τι μὴ ὁρᾷν, δημοσίᾳ ἐστῶτος τοῦ θυσιαστηρίου; τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι τότε μὲν ἀμφίθυρα καὶ παραπετάσματα τὴν ἐρημίαν ἐποίει· νῦν δὲ ἔστι δημοσίᾳ θύοντι, ὡς ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων, εἰ πολλῷ φρικωδέστερον τοῦτο ποιεῖν. Ὅταν γὰρ ἡ πρὸς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων ποιῇς, κἂν ἡ οἰκουμένη εἶδεν, οὐδεὶς εἶδεν, ἐπειδὴ σὺ οὕτως ἐποίησας. Οὐ γὰρ εἶπε, *Μὴ ποιεῖτε, ἁπλῶς, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, ἀλλὰ προσέθηκε, *Πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς*. Τοῦτο τὸ θυσιαστήριον ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ σύγκειται μελῶν, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Δεσπότου θυσιαστηρίον σοι γίνεται Αἰδέσθητι τοῦτο αὐτό· ἐν τῇ σαρκὶ θύεις τοῦ Δεσπότου τὸ ἱερεῖον. Τοῦτο τὸ θυσιαστήριον καὶ τούτου τοῦ νῦν φρικωδέστερον, οὐχὶ τοῦ παλαιοῦ μόνον. Ἀλλὰ μὴ θορυβηθῆτε· τοῦτο μὲν γὰρ θαυμαστὸν διὰ τὴν ἐπιτιθεμένην ἐν αὐτῷ θυσίαν· ἐκεῖνο δὲ τὸ τοῦ ἐλεήμονος οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι καὶ ἐξ αὐτῆς σύγκειται τῆς θυσίας τῆς τοῦτο ποιούσης. Θαυμαστὸν τοῦτο πάλιν, ὅτι λίθος μέν ἐστι τὴν φύσιν, ἅγιον δὲ γίνεται, ἐπειδὴ σῶμα δέχεται Χριστοῦ· ἐκεῖνο δὲ, ἐπειδὴ αὐτὸ σῶμά ἐστι Χριστοῦ. Ὥστε τοῦτο φρικωδέστερον ἐκείνου, ᾧ σὺ παρέστηκας ὁ λαϊκός. Ἆρά σοι μή τι ὁ Ἀαρὼν φαίνεται πρὸς ταῦτα; μηδὲ ὁ στέφανος, μηδὲ οἱ κώδωνες, μηδὲ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων; Τί γὰρ δεῖ πρὸς ἐκεῖνο λοιπὸν τὸ θυσιαστήριον ποιεῖσθαι τὴν σύγκρισιν, ὅπου γε καὶ πρὸς τοῦτο συγκρινόμενον, οὕτω λαμπρὸν ἐφάνη; Σὺ δὲ τὸ μὲν θυσιαστήριον τοῦτο τιμᾷς, ὅτι δέχεται τοῦ Χριστοῦ σῶμα· τὸν δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὄντα καθυβρίζεις, καὶ περιορᾷς ἀπολλύμενον. Τοῦτο τὸ θυσιαστήριον πανταχοῦ δυνήσῃ κείμενον ἰδεῖν, καὶ ἐν στενωποῖς καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ καθ' ἑκάστην ἐν αὐτῷ θύειν τὴν ὥραν· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα θυσία τελεῖται. Καὶ καθάπερ ὁ ἱερεὺς ἕστηκε τὸ Πνεῦμα καλῶν, οὕτω καὶ σὺ τὸ Πνεῦμα καλεῖς· ἀλλ' οὐ διὰ φωνῆς, ἀλλὰ δι' ἔργων. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατέχει καὶ ἀνάπτει τοῦ Πνεύματος τὸ πῦρ, ὡς τοῦτο τὸ ἔλαιον δαψιλὲς ἐκχεόμενον. Εἰ δὲ βούλει, καὶ τὰ καταβαλλόμενα ἰδεῖν τί γίνεται, δεῦρο, καὶ ταῦτά σοι δείξω. Τίς οὖν ὁ καπνός; [582] τίς ἡ εὐωδία τοῦ θυσιαστηρίου τούτου; Δόξα καὶ εὐχαριστία. Καὶ μέχρι ποῦ προβαίνει; ἆρα μέχρι τοῦ οὐρανοῦ; Οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτὸν ὑπερβαίνει τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αὐτῷ παρίσταται τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ· *Αἱ εὐχαί σου* γὰρ, φησὶ, *καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*. Καὶ ἡ μὲν αἰσθητὴ εὐωδία οὐδὲ τὸ πολὺ διατέμνει τοῦ ἀέρος· αὕτη δὲ αὐτὰς ἀνοίγει τῶν οὐρανῶν τὰς ἀῤῥῖδας. Καὶ σὺ μὲν σιγᾷς, τὸ δὲ ἔργον βοᾷ· καὶ γίνεται θυσία αἰνέσεως, οὐ δαμάλεως σφαττομένης, οὐδὲ δέρματος καιομένου, ἀλλὰ ψυχῆς πνευματικῆς τὰ παρ' αὐτῆς εἰσφερούσης. Φιλανθρωπίας γὰρ πάσης ἡ τοιαύτη θυσία εὐδοκιμωτέρα. Ὅταν οὖν ἴδῃς πένητα πιστὸν, θυσιαστήριον ὁρᾷν νόμιζε· ὅταν ἴδῃς πτωχὸν τοιοῦτον, μὴ μόνον μὴ ὑβρίσῃς, ἀλλὰ καὶ αἰδέσθητι· κἂν ἕτερον ἴδῃς ὑβρίσαντα, κώλυσον, ἄμυνον. Οὕτω γὰρ δυνήσῃ καὶ αὐτὸς τὸν Θεὸν ἵλεων ἔχειν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Digitized by Google

ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι, ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.

α'. Ἀπαρτίσας τὸν περὶ ἐλεημοσύνης λόγον, ὡς ἔδει, καὶ δείξας ὅτι πλεῖον αὐτοὺς ἀγαπᾷ, ἢ ἀγαπᾶται, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ καὶ τῶν πειρασμῶν διηγησάμενος, εὐκαίρως λοιπὸν τῶν ἐπιτιμητικωτέρων ἅπτεται λόγων, τοὺς ψευδαποστόλους αἰνιττόμενος, καὶ εἰς τὰ φορτικώτερα κατακλείων τὸν λόγον, καὶ ἑαυτὸν συνιστῶν. Τοῦτο γὰρ καὶ δι' ὅλης ἐργάζεται τῆς ἐπιστολῆς. Ὅθεν καὶ αἰσθανόμενος ἑαυτὸν πολλάκις διορθοῦται, αὐτὸ τοῦτο λέγων· *Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν;* καὶ προϊὼν φησιν, *Οὐ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήσεως·* καὶ μετὰ ταῦτα, *Ἄφρων γέγονα καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε.* Καὶ πολλαῖς τοιαύταις κέχρηται διορθώσεσι. Καὶ οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἐγκώμιον Παύλου προσειπών· οὕτω καὶ τὰ τῆς χάριτος μετὰ ἀσφαλείας τίθησι, καὶ τὰ τῆς ὑπομονῆς τῆς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσάν τινες παρ' αὐτοῖς μέγα φρονοῦντες, καὶ προτιθέντες ἑαυτοὺς τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ὡς ἀλαζόνα διαβάλλοντες, καὶ ὡς οὐδὲν ὄντα, οὐδὲ ὑγιές τι διδάσκοντα (τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα τῆς διαφθορᾶς αὐτῶν τεκμήριον ἦν)· ὅρα πῶς ἄρχεται τῆς κατ' αὐτῶν ἐπιτιμήσεως· *Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος.* Εἶδες πόση ἡ βαρύτης, πόσον τὸ ἀξίωμα; Ὃ γὰρ θέλει εἰπεῖν, τοῦτό ἐστι· Δέομαι [583] ὑμῶν, μή με ἀναγκάσητε, μηδὲ ἀφῆτε χρήσασθαι τῇ δυνάμει μου κατὰ τῶν ἐξευτελιζόντων ἡμᾶς, καὶ νομιζόντων σαρκικοὺς ἄνδρας εἶναι. Βαρύτερον τοῦτο ἐκείνων ὧν ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀπειλῶν ἔλεγεν, *Ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραότητος;* νῦν δὲ, *Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες. Ἐλεύσομαι δὲ καὶ γνώσομαι, οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν.* Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἀμφότερα δείκνυσι, καὶ τὸ δυνατὸν, καὶ τὸ φιλόσοφον καὶ ἀνεξίκακον· εἴ γε οὕτω παρακαλεῖ, καὶ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς, ὥστε μὴ ἀναγκασθῆναι εἰς ἐπίδειξιν ἐλθεῖν τῆς οἰκείας δυνάμεως τῆς τιμωρητικῆς, καὶ πλῆξαι αὐτοὺς καὶ κολάσαι, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπαιτῆσαι δίκην. Τοῦτο γὰρ ἠνίξατο λέγων, *Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι, ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.* Τέως δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὸν λόγον ἀγάγωμεν. *Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος.* Πολλὴ ἡ ἔμφασις, πολλὴ ἡ βαρύτης· ὥσπερ ἀλλαχοῦ φησιν, *Ἴδε, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν·* καὶ πάλιν, *Ὡς Παῦλος πρεσβύτης·* καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, *Ἥτις πολλῶν προστάτις ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ.* Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος.* Μέγα μὲν καὶ τοῦτο, τὸ αὐτὸν παρακαλεῖν· τὸ δὲ ἕτερον μεῖζον, ὃ προέθηκεν εἰπών· *Διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ.* Καὶ γὰρ σφόδρα αὐτοὺς ἐντρέπειν βουλόμενος, προβάλλεται τὴν πραότητα καὶ τὴν ἐπιείκειαν, ταύτῃ μείζονα ποιῶν τὴν ἱκετηρίαν ἢ ἂν εἰ ἔλεγεν, Αὐτὴν αἰδέσθητε τὴν ἐπιείκειαν τοῦ Χριστοῦ, δι' ἧς ὑμᾶς παρακαλῶ. Ταῦτα δὲ ἅμα ὁμοῦ καὶ δεικνὺς ὅτι κἂν μυρίαν ἀνάγκην ἐπάγωσιν, αὐτὸς πρὸς τοῦτο ἐπιῤῥεπέστερον ἔχει, διὰ τὸ πρᾶος εἶναι· οὐ διὰ τὸ ἀσθενὲς δὲ οὐκ ἐπεξέρχεται, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς οὕτως ἐποίει. *Ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς.* Τί τοῦτό ἐστιν; Ἤτοι κατ' εἰρωνείαν φησὶ, τὰ ἐκείνων θεγγόμενος. Ἐκεῖνοι γὰρ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι ὅταν μὲν παρῇ, οὐδενός ἐστιν ἄξιος λόγου, ἀλλ' εἰκῇ καὶ εὐκαταφρόνητος· ὅταν δὲ ἀπῇ, φυσᾶται καὶ ἐπαίρεται καὶ κατεξανίσταται ἡμῶν καὶ ἀπειλεῖ. Ἵνα τοίνυν καὶ ἐξῆς αἰνίττεται λέγων· *Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι· ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.* Ἤτοι οὖν κατ' εἰρωνείαν, φησὶ, πολλὴν ἐμφαίνων βαρύτητα, καὶ λέγων· Ἐγὼ ὁ ταπεινὸς, Ἐγὼ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ παρεῖναι, καθὼς ἐκεῖνοί φασι, καὶ ἀπὼν κραταιὸς· ἢ ὅτι κἂν μεγάλα φθέγγηται, οὐκ ἐξ ἀποκειμένων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θαῤῥεῖν αὐτοῖς. *Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.* Εἶδες πόση ἡ ἀγανάκτησις, πῶς σαφὴς ὁ ἔλεγχος τῶν εἰρημένων; Δέομαι γὰρ, φησὶ, ὑμῶν, μή με ἀναγκάσητε δεῖξαι, ὅτι καὶ παρὼν ἰσχυρός εἰμι καὶ δύναμιν ἔχω. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον ὅτι ἀπὼν πάνυ ὑμῶν καταθαῤῥῶ καὶ ἐπαίρομαι, αὐτοῖς κέχρημαι τοῖς [584] ῥήμασι· δέομαι οὖν μή με ἀναγκάσωσι χρήσασθαί μου τῇ δυνάμει. Τοῦτο γάρ ἐστι *Τῇ πεποιθήσει.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἣν παρεσκεύασμαι, ἀλλ', *Ἣν λογίζομαι.* Οὕπω μὲν γὰρ τὰ ἔκρινα, αὐτοὶ δέ μοι τὴν αἰτίαν παρέχουσιν· ἀλλ' ὡς δὲ οὕτω βούλομαι. Καίτοι οὐχ ἑαυτῷ ἀμύνων ταῦτα ἐποίει, ἀλλὰ τῷ εὐαγγελίῳ. Εἰ δὲ, ἔνθα τῷ κηρύγματι ἀμύνειν ἐχρῆν, οὐκ ἔστιν αὐστηρὸς, ἀλλὰ ἐπιδύεται καὶ μέλλει, καὶ παρακαλεῖ μὴ γενέσθαι τοιαύτην ἀνάγκην· πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ ἑαυτοῦ οὐκ ἂν οὐδέποτέ τι τοιοῦτον ἐποίησε.

β'. Τοῦτο οὖν μοι χαρίσασθε, φησὶν, ὥστε μή με ἀναγκάσαι δεῖξαι, ὅτι καὶ παρὼν δύναμαι καταθαῤῥῆσαι καθ' ὧν ἂν δέῃ· τουτέστι, κολάσαι αὐτοὺς καὶ τιμωρῆσαι. Εἶδες πῶς οὐκ ἦν φιλότιμος, οὐδὲ πρὸς ἐπίδειξίν τι ἐποίει, ὅπου γε καὶ χρείας οὔσης, τοιοῦτον πρᾶγμα καλεῖ; *Δέομαι γὰρ, φησὶ, τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας.* Τοῦτο γὰρ διδασκάλου μάλιστά ἐστι, τὸ μὴ ταχέως ἀμύνασθαι, ἀλλὰ διορθοῦσθαι, καὶ μέλλειν ἀεὶ καὶ βραδύνειν ἐν ταῖς τιμωρίαις. Τίνας δὲ

Digitized by Google

HOMILIA XXI.

CAP. 10. v. 1. *Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.* 2. *Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere, in quosdam qui arbitrantur nos, tamquam secundum carnem ambulemus.*

1. Postquam institutum de eleemosyna sermonem, ut oportebat, absolvit, ostenditque plus eos a se amari, quam ab ipsis ametur, atque insuper de patientia sua et de tentationibus verba fecit; tempestive jam ad objurgandum se confert, pseudoapostolos subindicans, et in iis quæ molestiora erant sermonem concludens, ac seipsum commendans. Nam hoc quoque in tota epistola facit; idque etiam sentiens, plerumque se ipse corrigit, his verbis utens: *Num iterum nosipsos commendamus* (2. *Cor.* 3. 1)? atque ulterius progrediens: *Non rursus nosipsos commendamus, sed occasionem damus vobis gloriandi* (2. *Cor.* 5. 12); et postea, *Insipiens factus sum gloriando: vos me coegistis* (2. *Cor.* 12. 11). Ac multas hujusmodi correctiones adhibuit. Nec vero quispiam aberrabit, qui hanc epistolam Pauli encomium appellarit: adeo copiose et quæ gratiæ sunt, et quæ ad ipsius patientiam attinent, largiter describit. Quoniam enim nonnulli erant, qui magnifice de se sentirent, ac seipsos Paulo anteferrent, eumque ut arrogantem, ut nullius pretii hominem, ut nihil sani docentem traducerent (nam hoc corrupti eorum animi vel maximum erat indicium); vide quomodo eos objurgare incipiat: *Ipse autem ego Paulus.* Viden' qua gravitate, qua auctoritate loquatur? Hoc enim perinde est ac si diceret: Obsecro vos, ne me cogatis, ac mea adversus eos, qui me parvipendunt et carnalem hominem esse existimant, potentia uti sinatis. Hoc porro minus illis acerbius est, quas in priore ad eos epistola his verbis intentabat: *In virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu lenitatis?* nunc autem, *Quasi non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem* (1. *Cor.* 4. 21. 18. 19). Utrumque etenim hoc loco ostendit, nimirum et potentiam, et lenitatem ac patientiam, ut qui tali modo tamque accurate roget atque obsecret, ut ne ad ultricis suæ potentiæ demonstrationem venire necesse habeat, atque ferire ac supplicio afficere pœnasque ab iis extremas expetere. Hoc enim his verbis subindicavit, *Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere, in quosdam qui arbitrantur nos, quasi secundum hominem ambulemus.* Interim vero ad id, quod in initio positum est, sermonem conferamus: *Ipse autem ego Paulus.* Magna in his verbis emphasis, magna gravitas inest; ut alio loco ait: *Ecce ego Paulus dico vobis* (*Gal.* 5. 2); et rursus, *Ut Paulus senex* (*Philem.* 19); et rursum alio loco, *Ipsa enim adstitit multis, et mihi ipsi* (*Rom.* 16. 2). Eodem modo hic quoque ait, *Ipse autem ego Paulus.* Atque illud quidem magnum est, quod ipse obsecret; sed alterum majus, quod adjunxit dicens: *Per clementiam et benignitatem Christi.* Nam quia magnum ipsis pudorem incutere studet, clementiam ac mansuetudinem prætendit; hac ratione obnixius supplicans, perinde ac si diceret: Ipsam Christi mansuetudinem, per quam vos rogo, vereamini. Hoc autem ideo dicebat, ut illud planum faceret, se quantamvis illi necessitatem afferrent, tamen ad lenitatem propensiorem esse, non quod viribus non valeret aspere agere, quia sic etiam Christus faciebat. *Qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.* Quid hoc est? Vel ironice loquitur, eorum verba usurpans. Hoc enim illi dicebant, quod cum præsens ipse esset, nullius omnino pretii, sed vilis ac despicabilis esset; cum autem abesset, tum demum intumesceret ac magnifice loqueretur, ipsosque vexaret ac minis insectaretur. Hoc quippe per hæc verba, quæ sequuntur, subindicat, *Quoniam*, inquit, *epistolæ graves sunt, præsentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis.* Ergo vel per ironiam, inquit, magnam asperitatem declarans, ac dicens: Ego ille, coram humilis, ego ille vilis, ut ipsi aiunt; cum autem absum, sublimis: vel certe hoc vult, se, quamvis magnifice loquatur, non ex arrogantia hoc facere, sed quod eorum fiducia niteretur. *Rogo autem vos ne præsens audeam hac confidentia, qua existimor audere, in quosdam qui nos secundum carnem ambulare arbitrantur.* Vides quanta sit hæc indignatio, quamque his verbis eos perspicue arguat? Rogo enim vos, inquit, ne in eam necessitatem me adducatis, ut ostendere cogar, quod præsens quoque viribus ac potentia polleam. Quia enim dicebant me absentem magna adversum vos audacia uti atque efferri, his verbis usus sum: Idcirco obsecro ne mihi hanc necessitatem afferant, ut potentia mea utar. Hoc enim significat illud, *Ea confidentia.* Nec dixit, Qua paratus sum, sed, *Qua existimor.* Necdum enim hoc constitutum est, verum ipsi occasionem præbent: at ego ne sic quidem hoc facere in animum induco. Atqui non ut se, sed ut evangelium ulcisceretur, hoc faciebat. Quod si, ubi prædicationis causa tuenda erat, minime acerbum se præbet, sed moras nectit, rogatque ne tanta sibi necessitas inferatur: multo minus in suis injuriis propulsandis quidquam hujusmodi fecisset.

2. Hoc igitur, inquit, mihi indulgete, ut ne necesse habeam ostendere, quod coram etiam adversus quos par sit fiducia uti queam, hoc est, eos punire ac supplicio afficere. Videsne quam a gloriæ studio alienus esset, nec ostentationis causa quidquam faceret, ut qui, cum necesse esset, audaciam tamen id appellaret? *Rogo* enim, inquit, *ne præsens audeam ea confidentia, qua existimor audere, in quosdam.* Hoc enim magistri officium est, non confestim pœnas sumere, sed corrigere, atque in inferendis suppliciis cunctantem ac tardum esse. Quosnam porro eos intelligit, quibus comminatur? Eos videlicet, *Qui de nobis*

Digitized by Google

ita existimant, tamquam secundum carnem ambulemus. Nam cum illi ut hypocritam, ut improbum atque arrogantem insimulabant. 3. *In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.* Hic jam eos figurata voce terret : carnem enim gerimus, inquit ; non id inficior ; verum carni non vivimus. Imo vero ne hoc quidem dixit, sed aliquantisper reservavit, quod ad vitæ laudem pertineret : ac prius de prædicatione disserit, ostendens eam minime humanam esse, nec inferiore ope indigere. Quocirca non dixit, Non secundum carnem vivimus ; sed, *Non secundum carnem militamus ;* hoc est, bellum quidem ac dimicationem suscepimus, at carnalibus armis minime decertamus, nec humanis auxiliis nos tuemur. 4. *Arma enim nostra non sunt carnalia.* Quænam enim arma carnalia sunt ? Opes, gloria, principatus, facundia, gravitas, concursationes, assentationes, simulationes, aliaque ejusmodi. At nostra arma non talia sunt. Qualia ergo ? *Potentia Deo.* Nec dixit, Nos haud carnales sumus, sed, *Arma nostra.* Nam uti jam dixi, de prædicatione verba prius facit, potentiamque universam Deo adscribit. Nec dixit, Spiritualia, quamquam hoc vocabulum adhibendum esset, ut carnalibus opponeretur, sed, *Potentia ;* per hoc illud quoque significans atque ostendens, quod illorum arma infirma et imbecilla sint. Atque animadverte quam ipse fastus omnis sit expers. Non enim dixit, Nos potentes sumus, sed, *Arma nostra Deo potentia sunt.* Non nos ea talia paravimus, sed Deus ipse. Quoniam enim ipsi flagris cædebantur et exagitabantur, atque innumeris malis premebantur, quæ quidem imbecillitatis argumentum erant, idcirco Dei potentiam ostendens ait, *Sed Deo potentia sunt.* Nam hoc in primis ipsius vim indicat, quod per hæc arma victoriam adipiscatur. Itaque tametsi nos hæc gestamus ; at ipse tamen est, qui per ea dimicat et operatur. Postea horum quoque armorum longum encomium texit dicens : *Ad destructionem munitionum.* Ac ne munitionis audito nomine, quidquam sensibile cogites, ait : *Consilia destruentes ;* per figurarum loquendi genus emphasim indicans, per id autem quod subjunxit, spirituale hoc bellum esse declarans. Munitiones enim istæ non corpora, sed animos obsident. Quare illis firmiores sunt ; ob idque majoribus etiam armis opus habent. Munitionum porro vocabulo Græcorum fastum intelligit, et sophismatum atque argumentationum vim. Et tamen omnia contra ipsos parata arma superavit. *Consilia destruentes,* 5. *atque omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.* Persistit in metaphora, ut significantius sese exprimat. Quamvis enim munimenta sint, inquit, quamvis turres, atque aliud quidvis ; his tamen armis cedunt. *Et captivantes omnem intellectum in obsequium Christi.* Atqui incommodam significationem habet captivitatis vocabulum : est enim libertatis eversio. Cur ergo hac voce usus est ? Secundum alteram significationem. Captivitatis enim nomen duplicem significatum habet ; nempe et vi captum esse, atque ita expugnatum, ut jam nulla resurgendi facultas sit. Itaque posterioris hujus significationis ratione hoc vocabulum usurpavit. Ut enim, cum ait, *Alias Ecclesias exspoliavi* (1. *Cor.* 11. 8), his indicat se non furtim accepisse, sed eas exspoliasse atque omnia accepisse : sic etiam hoc loco cum ait, *In captivitatem redigentes.* Neque enim ex æquo pugnabat Paulus, sed facillime victoriam obtinebat. Non dixit, unum, aut duos, sed *Omnem :* non dixit, Vincimus tantum ac superiores exsistimus, sed, In captivitatem redigimus : ut superius etiam non dixit, Tormenta propugnaculis admovemus, sed, Destruimus : armis quippe, inquit, longe eos antecellimus. Non enim verbis pugnamus, sed rebus adversus verba : non in carnali sapientia, sed in spiritu mansuetudinis ac potentiæ. Quomodo ergo gloriaturus eram, inquit, ac per sermonem jactaturus, et per epistolas comminaturus, ut illi eum criminabantur dicentes, *Epistolæ quidem graves* (2. *Cor.* 10. 10) ; cum vis nostra in his minime sita esset ?

3. Postquam autem dixit, *In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi ;* quia captivitatis nomen durius erat, tropum hunc confestim dissolvit, his verbis utens : *In obsequium Christi,* a servitute in libertatem, a morte ad vitam, ab exitio ad salutem. Neque enim tantum adversarios sternimus, sed eos ad veritatem tranferimus. 6. *Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.* Hoc loco non illos tantum, sed et hos quoque metu concutit. Vos enim, inquit, exspectamus, ut posteaquam nostris admonitionibus ac minis correcti ac repurgati, atque ab eorum societate abducti fueritis, tum demum illis qui incurabili morbo laborant, solis relictis, supplicium inferamus, cum vos prorsus ab ipsis abscesseritis. Nam obeditis quidem nunc quoque, verum non integre. Atqui, inquies, si hoc nunc fecisses, majus lucrum consequutus fuisses. Minime vero : si enim nunc hoc fecissem, vos quoque eodem supplicio involvissem. At dices, Eos quidem pœna afficere oportebat, nobis autem parcere. Verum si pepercissem, gratia ductus id facere visus fuissem : nunc vero id minime volo, sed prius vos corrigere, atque hinc ad puniendos illos me conferre. Quid visceribus illis mitius ? quippe qui suos alienis permixtos cernens, plagam quidem inferre vult, cæterum se cohibet atque indignationem reprimit, donec illi secesserint, ut hos solos feriat ; vel potius ut ne hos quidem. Ob id enim his minatur, aitque se illos tantum recuperare cupere, ut et isti timore correcti ad meliorem frugem migrent, nec in quemquam iram effundat. Ut enim præstantissimus medicus et pater communis et patronus ac curator, ita omnia agebat, ita omnium commodis consulebat, impedimenta submovens, pestiferos homines coercens, undique cursitans. Neque enim pugnando negotia sic conficiebat, sed ut ad paratam promptamque victoriam pergens, tropæa erigebat, diaboli propugnacula, dæmonumque machinas diruens, demoliens, ac solo æquans, atque prædam omnem ad Christi castra traducebat ; ac ne tantillum quidem respirabat, ab his ad illos, ab illis rursus ad alios

Digitized by Google

οὺτους φησὶν, οἷς ἀπειλεῖ; *Τοὺς λογιζομένους ὑμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.* Ἐκεῖνοι γὰρ αὐτὸν διέβαλλον ὡς ὑποκριτὴν, ὡς πονηρὸν, ὡς κλαζόνα. *Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.* Ἐνταῦθα λοιπὸν καὶ φοβεῖ τῇ τροπῇ· σάρκα μὲν γὰρ περικείμεθα, φησὶν, ὁμολογῶ, οὐ σαρκὶ δὲ ζῶμεν. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ τέως αὐτὸ ταμιεύεται· βίου γάρ ἐστιν ἀγκώμιον· περὶ δὲ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον, οὐδὲ τῆς κάτωθεν βοηθείας. Διόπερ οὐκ εἶπεν, Οὐ κατὰ σάρκα ζῶμεν, ἀλλ', *Οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα*· τουτέστι, Πόλεμον ἀνεδεξάμεθα καὶ μάχην, ἀλλ' οὐχὶ σαρκικοῖς πολεμοῦμεν ὅπλοις', οὐ διά τινος ἀνθρωπίνης συμμαχίας. *Τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικά.* Ποῖα γὰρ ὅπλα σαρκικά; Πλοῦτος, δόξα, εὐσχημοσύνη, εὐγλωττία, δεινότης, περιδρομαὶ, κολακεῖαι, ὑποκρίσεις; τὰ ὅλλα τὰ τούτοις ἐοικότα. Ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα, οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ ποταπά; *Δυνατὰ τῷ Θεῷ.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡμεῖς οὐ σαρκικοὶ, ἀλλὰ, *Τὰ ὅπλα ἡμῶν.* Ὅπερ γὰρ ἔφην, τέως περὶ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται, καὶ τὴν δύναμιν πᾶσαν τῷ Θεῷ ἀνατίθησι. Καὶ οὐ λέγει, Πνευματικὰ, καίτοι τοῦτο ἦν τὸ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σαρκικοῦ, ἀλλὰ *δυνατὰ*, διὰ τούτου κἀκεῖνο αἰνιττόμενος, καὶ δεικνὺς ὅτι τὰ ἐκείνων ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Καὶ σκόπει αὐτοῦ τὸ ἄτυφον. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἡμεῖς δυνατοὶ, ἀλλὰ, *Τὰ ὅπλα ἡμῶν δυνατὰ τῷ Θεῷ.* Οὐχ ἡμεῖς οὕτω τοιαῦτα κατεσκευάσαμεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμαστίζοντο, ἠλαύνοντο καὶ μυρία ἔπαχον ἀνήκεστα, ἅπερ ἀσθενείας ἦν· δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχὺν, φησὶν· *Ἀλλὰ τῷ Θεῷ δυνατά ἐστι.* Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, ὅτι ἀπὸ τούτων περιγίνεται. [585] Ὥστε εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτὰ περικείμεθα, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ δι' αὐτῶν πολεμῶν καὶ ἐνεργῶν. Εἶτα καὶ ἐγκώμιον αὐτῶν διέξεισι ἀκρὸν λέγων· *Πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων.* καὶ ἵνα μὴ, ἀκούσας ὀχυρώματα, αἰσθητόν τι νομίσῃς, φησὶ· *Λογισμοὺς καθαιροῦντες*· διὰ μὲν τῆς τροπῆς τὴν ἔμφασιν δείκνυς, διὰ δὲ τῆς ἐπαγωγῆς τὸν νοητὸν τοῦ πολέμου παραδηλῶν. Ταῦτα γὰρ τὰ ὀχυρώματα ψυχὰς πολιορκεῖ, οὐ σώματα. Ὥστε ἐκείνων ἰσχυρότερα· διὸ καὶ μειζόνων δεῖται τῶν ὅπλων. Ὀχυρώματα δὲ λέγει τὸν τῦφον τὸν Ἑλληνικὸν, καὶ τὸν σοφισμάτων καὶ τῶν συλλογισμῶν τὴν ἰσχύν. Ἀλλ' ἕως ἅπαντα ἦλεγξε τὰ ὅπλα, φησὶν, ἱστάμενα κατ' αὐτῶν. *Λογισμοὺς γὰρ καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ.* Ἐπέμειξε τῇ τροπῇ, ἵνα πλείονα ποιήσῃ τὴν ἔμφασιν. Κἂν γὰρ ὀχυρώματα ᾖ, φησὶ, κἂν πυργώματα, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον, εἶκει καὶ παραχωρεῖ τοῖς ὅπλοις τούτοις. *Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.* Καίτοι κακέμφατος ἡ τῆς αἰχμαλωσίας προσηγορία· τῆς ἐλευθερίας γὰρ ἐστιν ἀναίρεσις. Τίνος οὖν ἕνεκεν αὐτῇ κέχρηται; Καθ' ἕτερον δὲ αἰνιττόμενον. Τὸ γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα δύο λοιδορεῖ, καὶ τὸ ἐκπεσεῖν ἐλευθερίας, καὶ τὸ κατὰ κράτος ἁλῶναι, ὥστε μὴ ἀναστῆναι πάλιν. Κατὰ τοῦτο δὲ τὸ δεύτερον αὐτὴν ἐξελάβετο. Ὥσπερ ὅταν λέγῃ, *Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα*, οὐ τὸ λάθρα λαβεῖν λέγει, ἀλλὰ τὸ γυμνῶσαι καὶ πάντα λαβεῖν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα λέγων, *Αἰχμαλωτίζοντες.* Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ ἴσου ἡ μάχη ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐκολίας. Οὐκ εἶπεν ἓν καὶ δύο, ἀλλὰ *πᾶν*· οὐκ εἶπε δὲ, Νικῶμεν καὶ περιγινόμεθα, μόνον, ἀλλὰ καὶ, Αἰχμαλωτίζομεν· ὥσπερ οὖν καὶ ἀνωτέρω οὐκ εἶπε, Προσάγομεν μηχανήματα τοῖς ὀχυρώμασιν, ἀλλὰ, Καθαιροῦμεν αὐτά· καὶ γὰρ πολλὴ τῶν ὅπλων ἡ περιουσία. Οὐ γὰρ λόγοις πολεμοῦμεν, φησὶν, ἀλλ' ἔργοις πρὸς λόγους, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν πνεύματι πραότητος καὶ δυνάμεως. Πῶς οὖν ἔμελλον φιλοτιμεῖσθαι, φησὶ, καὶ κομπάζειν διὰ λόγων, καὶ ἀπειλεῖν διὰ ἐπιστολῶν, καθάπερ ἐκεῖνοι διέβαλλον λέγοντες, ὅτι *Αἱ ἐπιστολαὶ βαρεῖαι*, ὅπου γε οὐκ ἐν τούτοις ἦν ἡμῖν ἰσχύς;

γ'. Εἰπὼν δὲ, *Αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*, ἐπειδὴ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα βαρὺ, ταχέως τὸν τρόπον ἐντεῦθεν κατέλυσεν εἰπὼν· *Εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*· ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν, ἀπὸ θανάτου πρὸς ζωὴν, ἐξ ἀπωλείας πρὸς σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς βαλεῖν ἤλθομεν, ἀλλὰ μεταστῆσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοὺς ἐναντιουμένους. *Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή.* Ἐνταῦθα καὶ τούτους ἐφόβησεν, οὐκ ἐκείνους μόνον. Ὑμᾶς γὰρ, φησὶν, ἀναμένομεν, ἵν', ὅταν ὑπὸ τῆς παραινέσεως καὶ τῆς ἀπειλῆς διορθώσωμεν ὑμᾶς καὶ ἐκκαθάρωμεν καὶ ἀποστήσωμεν τῆς ἐκείνων κοινωνίας, τότε ἐκείνων ἀπολειφθέντων μόνων ἀνίατα νοσούντων ἐπαγάγωμεν τὴν τιμωρίαν, ὅταν γνησίως ἴδωμεν ὑμᾶς ἀποστάντας. [586] Ὑπακούετε μὲν γὰρ καὶ νῦν, οὐ τελείως δέ. Καίτοι εἰ νῦν ἐποίησας, μεῖζον ἂν εἰργάσω τὸ κέρδος, φησίν. Οὐδαμῶς· εἰ γὰρ νῦν ἐποίησα, καὶ ὑμᾶς ἂν περιέβαλον τῇ τιμωρίᾳ. Ἀλλ' ἔδει κολάσαι μὲν ἐκείνους, ἡμῶν δὲ φείσασθαι. Ἀλλ' εἰ ἐφεισάμην, χάριτι ἂν ἔδοξα τοῦτο ποιεῖν· νῦν δὲ οὐ τοῦτο βούλομαι, ἀλλὰ πρῶτον κατορθῶσαι ὑμᾶς, καὶ τότε ἐπ' ἐκείνους ἐλθεῖν. Τί τῶν σπλάγχνων ἐκείνων ἡμερώτερον; ὃς ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἑώρα τοῖς ἀλλοτρίοις ἀναμεμιγμένους, βούλεται μὲν ἐπαγαγεῖν τὴν πληγὴν, φείδεται δὲ, καὶ κατέχει τὴν ἀγανάκτησιν, ἕως ἂν ἐκεῖνοι ἀναχωρήσωσιν, ἵνα τούτους πατάξῃ μόνους· μᾶλλον δὲ, ἵνα μηδὲ τούτους. Διὰ γὰρ τοῦτο ἀπειλεῖ τούτοις, καὶ φησι μόνους βούλεσθαι ἐκείνους ἀπολαβεῖν, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι τῷ φόβῳ διορθωθέντες μεταναστῶσι, καὶ εἰς μηδένα ἀφῇ τὴν ὀργήν. Καθάπερ γὰρ ἰατρὸς ἄριστος; καὶ πατὴρ κοινὸς καὶ προστάτης καὶ κηδεμὼν, οὕτω πάντα ἔπραττεν, οὕτω πάντων ἐκήδετο, τὰ κωλύματα ἀναιρῶν, τοὺς λυμαινομένους ἀναστέλλων, πανταχοῦ περιτρέχων. Οὐδὲ γὰρ μαχόμενος οὕτω τὰ πράγματα ἤνυεν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ ἑτοίμην καὶ πρόχειρον ἐρχόμενος νίκην, τὰ τρόπαια ἵστη, κατασκάπτων, καθαιρῶν, καταβάλλων τοῦ διαβόλου τὰ ὀχυρώματα καὶ τῶν δαιμόνων τὰ μηχανήματα, καὶ τὴν λείαν μετῆγεν ἅπασαν ἐπὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ στρατόπεδον· καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀνέπνει, ἀπὸ τούτων ἐπ' ἐκείνους. καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνων ἐφ' ἑτέρους μεταπηδῶν, καθάπερ

Digitized by Google

τις στρατηγὸς ἄριστος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἱστῶν τρόπαια, μᾶλλον δὲ καθ' ἑκάστην ὥραν. Ἀπὸ γὰρ χιτωνίσκου μόνου εἰς τὴν παράταξιν εἰσελθὼν, αὐτάνδρους ἦρει τῶν ἐναντίων τὰς πόλεις, καὶ τόξα καὶ δόρατα καὶ βέλη καὶ πάντα ἡ γλῶττα Παύλου. Καὶ γὰρ ἐφθέγγετο μόνον, καὶ παντὸς πυρὸς σφοδρότερον τοῖς πολεμίοις αἱ ῥήσεις ἐνέπιπτον· καὶ τοὺς μὲν δαίμονας ἤλαυνε, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτῶν κατεχομένους ἀνθρώπους πρὸς ἑαυτὸν ἐπανῆγεν. Ὅτε γοῦν τὸν δαίμονα ἐκεῖνον τὸν πονηρὸν ἐξέβαλε, γοήτων ἀνδρῶν μυριάδες πέντε συνελθοῦσαι, τὰ βιβλία τῶν μαγειῶν κατέκαιον, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν μεθίσταντο. Καὶ καθάπερ ἐν πολέμῳ, πύργου πεσόντος ἢ τυράννου κατενεχθέντος, οἱ μετ' ἐκείνου πάντες τὰ ὅπλα ῥίψαντες, τῷ στρατηγῷ προστρέχουσιν· οὕτω δὴ καὶ τότε ἐγένετο. Τοῦ γὰρ δαίμονος ἐκβληθέντος, πολιορκηθέντες ἅπαντες, καὶ τὰ βιβλία ῥίψαντες, μᾶλλον δὲ καταλύσαντες, τοῖς Παύλου ποσὶ προσέτρεχον· ὁ δὲ, καθάπερ ἐνὶ στρατοπέδῳ, τῇ οἰκουμένῃ παρατατόμενος, οὐδαμοῦ ἵστατο, ἀλλ' ὥσπερ τις ὑπόπτερος ὤν, πάντα ἐποίει· καὶ νῦν μὲν χωλὸν διώρθου, νῦν δὲ νεκρὸν ἤγειρε, νῦν δὲ ἕτερον ἐπήρου, τὸν μάγον λέγω· καὶ οὐδὲ ἐν δεσμωτηρίῳ κατακλειόμενος ἡσύχαζεν, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ τὸν δεσμοφύλακα μετῆγε πρὸς ἑαυτὸν, τὴν καλὴν ταύτην αἰχμαλωσίαν ἐργαζόμενος.

[587] δ'. Τοῦτον οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα κατὰ δύναμιν. Καὶ τί λέγω, κατὰ δύναμιν; Ἔξεστι γὰρ καὶ ἐγγὺς ἐκείνου γενέσθαι τῷ βουλομένῳ, καὶ θεωρῆσαι τὴν ἀριστείαν, καὶ μιμήσασθαι τὴν ἀνδρείαν. Ἔτι γὰρ καὶ τοῦτο ποιεῖ, λογισμοὺς καθαιρῶν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Καίτοι γε πολλοὶ κατατέμνειν αὐτὸν ἐπεχείρησαν αἱρετικοί· ἀλλ' ὅμως κατὰ μέλος ὢν πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν ἰσχύν. Κέχρηται μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ Μαρκίων καὶ Μανιχαῖος, ἀλλὰ κατατέμνοντες· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἐλέγχονται ἀπὸ τῶν μελῶν. Καὶ γὰρ καὶ χεὶρ μόνη τοῦ ἀριστέως τούτου παρ' αὐτοῖς οὖσα, κατ' ἄκρας αὐτοὺς ἐλαύνει· καὶ ποῦ μόνος παρ' ἑτέροις διώκει καὶ καταβάλλει, ἵνα μάθῃς δυνάμεως περιουσίαν, καὶ ὅτι καὶ περικοπτόμενος; ἀρκεῖ πάντας ἐλεῖν τοὺς ἐναντιουμένους. Καὶ μέντοι τοῦτο, φησὶ, διαστροφῆς, τὸ πάντας αὐτῷ κεχρῆσθαι τοὺς ἀλλήλοις μαχομένους. Διαστροφῆς μὲν οὖν, τῆς Παύλου δὲ μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τῆς τῶν χρωμένων. Οὐ γὰρ ποικίλος τις ἦν, ἀλλὰ ἁπλοῦς καὶ σαφής· οὗτοι δὲ πρὸς τὰς οἰκείας διέστρεψαν τὰ ῥήματα ἐννοίας. Καὶ διὰ τί οὕτως ἐῤῥέθη, φησὶν, ὡς δοῦναι λαβὰς τοῖς βουλομένοις; Οὐκ αὐτὸς ἔδωκεν, ἀλλ' ἡ ἐκείνων μανία· οὐκ εἰς δέον γὰρ τούτοις ἐχρήσαντο. Ἐπεὶ καὶ ὁ κόσμος οὗτος ὅλος καὶ θαυμαστὸς καὶ μέγας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τεκμήριον, καὶ *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν*· ἀλλ' ὅμως τούτῳ πολλοὶ προσέπταισαν, καὶ ἀπ' ἐναντίας ἀλλήλοις· καὶ οἱ μὲν οὕτως αὐτὸν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐθαύμασαν ὡς αὐτὸν νομίσαι εἶναι Θεόν· οἱ δὲ οὕτως αὐτοῦ τὸ κάλλος ἠγνόησαν, ὡς ἀνάξιον εἶναι φανῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας, καὶ ὕλῃ τινὶ πονηρᾷ τὸ πλέον αὐτοῦ ἀναθεῖναι. Καίτοι γε ἀμφοτέρους ὁ Θεὸς ἠσφαλίσατο, καλὸν μὲν ποιήσας καὶ μέγαν, ἵνα μὴ ἀλλότριος αὐτοῦ τῆς σοφίας εἶναι νομίζοιτο· ἐνδεῆ δὲ καὶ οὐκ αὐτάρκη ἑαυτῷ, ἵνα μὴ Θεὸς ὑποπτεύηται. Ἀλλ' ὅμως οἱ πεπληρωθέντες ἐξ οἰκείων λογισμῶν, εἰς ἐναντίας ἐξέπεσον ἐννοίας, ἀλλήλους ἐλέγχοντες, καὶ ἀλλήλων γινόμενοι κατήγοροι, καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀπολογούμενοι καὶ αὐτῶν[a] ὧν ἐπλανήθησαν λογισμῶν. Καὶ τί λέγω τὸν ἥλιον καὶ τὸν οὐρανόν; Πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἶδον θαύματα οἱ Ἰουδαῖοι γινόμενα τοσαῦτα, καὶ μόγον εὐθέως προσεκύνησαν. Πάλιν ἑώρων δαίμονας τὸν Χριστὸν ἀπελαύνοντα, καὶ δαιμονῶντα αὐτῶν ἐκάλουν. Ἀλλ' οὐ τοῦ ἐκβάλλοντος τοῦτο ἔγκλημα, ἀλλὰ τῆς τῶν πεπηρωμένων διανοίας κατηγορία. Μὴ τοίνυν μηδὲ Παύλου καταγίνωσκε διὰ τὴν τῶν κακῶς χρησαμένων γνώμην, ἀλλὰ μάθε τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ καλῶς καὶ τὸν πλοῦτον ἀνάπτυξον, καὶ πρὸς πάντας στῆσῃ γενναίως ἀπὸ τῶν ἐκείνου φραττόμενος ὅπλων· οὕτω [588] καὶ Ἕλληνας, καὶ Ἰουδαίους ἐπιστομίσαι δυνήσῃ. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐ πιστεύοντας αὐτῷ; Ἀπὸ τῶν γεγενημένων δι' αὐτοῦ[b], ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην διορθώσεως. Οὐ γὰρ ἦν ἀνθρωπίνης δυνάμεως τοσαῦτα δυνηθῆναι, ἀλλ' ἡ τοῦ σταυρωθέντος ἰσχὺς ἐμπνέουσα αὐτῷ, τοιοῦτον αὐτὸν εἰργάσατο, καὶ ῥητόρων καὶ φιλοσόφων καὶ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ πάντων δυνατώτερον ἀπέφηνεν. Οὗτος οὐχ ὁπλίσασθαι μόνον ἱκανὸς καὶ βαλεῖν τοὺς ἐναντίους, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους κατασκευάσαι τοιούτους. Ἵν' οὖν καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἑτέροις γινώμεθα χρήσιμοι, συνεχῶς αὐτὸν μεταχειριζώμεθα, ἀντὶ λειμῶνος καὶ παραδείσου τοῖς τούτου γράμμασιν ἐντρυφῶντες. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ κακίας ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἀρετὴν ἐλέσθαι, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. suspicatur legendum δι' αὐτῶν.
[b] Savil. conjecit δι' αὐτοῦ, recte Editi. δι' αὐτοῦ.

Digitized by Google

transiliens : non secus atque præclarissimus quispiam imperator, quovis die vel, ut rectius loquar, quavis hora tropæa erigens. Cum unica enim tunicula in aciem ingressus, hostium urbes una cum civibus capiebat : arcuumque, hastarum et telorum, ac denique omnium rerum instar erat Pauli lingua. Loquebatur enim ille tantum, et protinus ipsius verba igne vehementius in hostes labebantur; ac dæmones quidem abigebat, homines autem ab ipsis detentos ad se reducebat. Etenim cum malum illum dæmonem ejecit, prægtigiatorum hominum quinquaginta millia confluxerunt, librisque magicis exustis, ad veritatem sese transtulerunt. Et quemadmodum in bello collapsa turri aut prostrato tyranno, omnes, qui cum ipso stabant, abjectis armis ad hostium imperatorem accurrunt : ad eumdem modum tunc quoque accidit : pulso enim dæmone, omnes ii qui obsessi tenebantur, abjectis vel potius deletis libris suis, ad Pauli pedes confugerunt. At ille adversus orbem, quasi adversus exercitum unum, aciem instruens, nusquam consistebat, verum, perinde ac pennis quibusdam præditus, omnia faciebat : ac nunc claudum erigebat, nunc mortuum ad vitam revocabat, nunc alterum, hoc est, magum illum oculorum caligine mulctabat; ac ne in carcere quidem quiescebat, verum illic quoque carceris custodem ad suas partes pertrahebat, præclarum hoc captivitatis genus efficiens.

4. *Paulus imitandus; Marcionis et Manichæi hæreis.* — Hunc igitur nos quoque pro viribus imitemur. Quid autem dico, pro viribus? Licet enim cuivis ad eum propius accedere, ejusque dimicandi præstantiam intueri, ac fortitudinem imitari. Adhuc enim etiam hoc facit, consilia destruens, atque omnem altitudinem sese extollentem adversus scientiam Dei. Et quidem eum plerique hæretici conscindere aggressi sunt; at ipse etiam in membra distractus, incassum roboris specimen edit. Siquidem et Marcion et Manichæus eo usi sunt, verum concise ac truncatim; sic tamen etiam a membris confutantur. Nam et arcus sola fortissimi hujus viri, cum apud ipsos est, facile eos fundit ac fugat; et pes solus, cum apud ipsos est, eos insectatur ac dejicit, ut ex eo tibi potentiæ ipsius magnitudinem intelligere liceat, quippe qui etiam carne undique concisus, cunctos tamen hostes expugnare possit. Atqui perversitatis hoc argumentum est, inquies, si omnes eo utantur, qui inter se confligunt. Perversitatis quidem hoc sane, non autem Pauli, absit, sed eorum qui eo abutuntur. Neque enim varius erat, sed simplex et perspicuus; at verba ipsius ad suam sententiam detorserunt. Sed cur ita loquutus est, inquies, ut ansam volentibus daret? Non dedit ipse, sed eorum amentia, qui ipsius verbis non ut par erat usi sunt. Quandoquidem totus hic mundus ingens quidem et præclarus est, divinæque sapientiæ argumentum, et *Cæli gloriam Dei enarrant, et dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* (*Psal.* 18. 2. 3) : et tamen plerisque ad hunc offendere contigit, atque illi inter se pugnant. Alii enim ita plus quam par erat ipsum admirati sunt, ut deum esse putarent (*a*); alii ita ejus pulchritudinem ignorarunt, ut Dei creatione indignum haberent ac perniciosæ cuidam materiæ magnam ejus partem assignarent. Atqui Deus utrumque communiverat, pulchrum et magnum faciens, ne ab ipsius sapientia alienus esse censeretur, et rursus aliena ope indigentem nec sibi sufficientem, ne eum quisquam Deum esse suspicaretur. Et tamen ipsi a rationibus suis cæcati, in contrarias opiniones inciderunt, seque mutuo confutantes et accusantes, divinamque sapientiam per eas ipsas rationes, quibus in errorem inducti sunt, ab omni reprehensione vindicantes. Quid autem solem, quid cætum commemoro? Judæi tot miracula præ oculis patrari conspexerant; et statim vitulum adorarunt. Rursus Christum dæmones pellentem videbant; et dæmoniacum eum vocabant. Atqui non, qui dæmones depellebat, sed ii, qui mentis oculis capti erant, in crimen vocandi. Proinde ne tu quoque Paulum, ob eorum sententiam qui ipsius verbis abusi sunt, reprehende; quin potius da operam, ut ipsius thesaurum probe intelligas opesque explices. Ita fiet, ut ipsius armis munitus adversus omnes strenue dimices; ita fiet, ut et gentilibus et Judæis ora obstruere queas. Quomodo, inquies, cum fidem ipsi non habeant? Per ea, quæ ipsius opera contigerunt; per eam correctionem, quam toti terrarum orbi adhibuit. Neque enim humanæ facultatis erat, tot tantaque perficere; verum Crucifixi vis eum afflans talem effecit, atque oratoribus, philosophis, tyrannis, regibus et quibusvis aliis valentiorem reddidit. Ille enim non modo arma induere, et adversarios ferire poterat, sed alios quoque tales efficere. Ut ergo et nobisipsis et aliis usui esse possimus, ipsum in manibus semper habeamus, atque in ipsius scriptis, tamquam in amœno prato atque horto, summa cum animi voluptate versemur. Sic enim et a vitio nos abstrahere, et virtutem amplecti, et promissa bona consequi poterimus : quæ utinam consequamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Multi dicebant mundum esse Deum. Qua de re Balbus apud Ciceronem lib. 2 de Natura Deorum, ostendit mundum esse intelligentem, sapientem, deum denique si dis placeat. Cicero autem ibidem ait : *Quocirca sapientem esse mundum necesse est, naturamque eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere, eoque deum esse mundum omnemque vim mundi divina natura contineri.* Hæc vero fusissime persequitur Dunæus in Notis Sevilianis.

Digitized by Google

HOMILIA XXII.

CAP. 10. v. 7. *Quæ secundum faciem sunt, videtis. Si quis sibi confidit Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos.*

1. Cum multis aliis hoc maxime in Paulo quis miretur, quod cum in maximam necessitatem inciderit seipsum extollendi, utrumque assequitur, nempe ut et hoc faciat, et tamen ex suarum laudum prædicatione nulli sit molestus : id quod etiam in epistola ad Galatas maxime perspicere licet. Etenim illic quoque in ejusmodi argumentum delapsus, utrumque horum curat : id quod perdifficile sane est, magnamque prudentiam requirit : nam et modestiam tenet, et magnum quiddam de se prædicat. Ac velim consideres, quonam pacto hoc quoque loco magnifice id faciat. *Quæ secundum faciem sunt, videtis.* Perspice quanam hic etiam prudentia utatur. Postquam enim in eos, a quibus decepti fuerant, invectus est, non in illis orationem terminavit, verum ab iis ad hos quoque transilit : atque assidue hanc rationem tenet. Neque enim deceptores tantum, sed eos etiam, quibus fucus factus est, insectatur. Nam si eos a reprehensione immunes abire permisisset, non ita facile ex iis, quæ in alios conjecta fuissent, ad meliorem mentem rediissent ; imo admodum sese, tamquam his criminibus non obnoxii, animis extulissent. Ideo hos quoque perstringit. Nec vero hoc tantum nomine sese admirandum Paulus præbet, sed et hoc etiam, quod congruentem utrisque objurgationem adhibet. Audi quippe quid his dicat : *Quæ secundum faciem sunt videtis.* Non leve hoc crimen est, sed maximum. Quare? Quia hominum genus facile decipi potest. Quasi diceret : Ab his, quæ externe patent, homines probatis, a carnalibus, a corporeis. Quid est, Ab iis quæ externe patent? Si quis opibus circumfluit, si quis intumescit, si quis adulatorum gregibus stipatus est, si quis magna de se prædicat, si quis inanis gloriæ studio ducitur, si quis virtutem qua caret ementitur : hoc enim hæc verba significant, *Quæ secundum faciem sunt, videtis. Si quis confidit sibi se Christi esse, hoc cogitet iterum apud se, quod sicut ipse Christi est, ita et nos sumus.* Neque enim initio vehemens esse vult, verum sensim orationem auget atque amplificat. Ac vide quantum asperitatis in his verbis subsit et ænigmatis. Hæc enim verba, *Apud se*, hæc declarant : Non exspectet dum a nobis id discat, hoc est, ex nostra adversus eum objurgatione ; verum ex seipso id consideret, quod quemadmodum ipse Christi est, ita et nos : non quod ita esset Christi, ut ille, verum, *Sicut ipse Christi est, ita et ego Christi.* Atque hac ratione inter nos est societas : non enim ipse Christi est, ego alterius cujusquam. Postquam autem hoc, quod æque uterque habebat, posuit, addit id quoque, quo alterum antecellebat. 8. *Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Deus ad ædificationem, et non in destructionem, non exubescam.* Quoniam enim magnum aliquid de se dicere parabat, vide quomodo id præmolliat.

Laus propria quam odiosa. — Neque enim quidquam multos auditores perinde offendit, ut cum quis seipsum laudat. Quocirca, ut invidiæ occurrat, ait : *Etsi amplius aliquid gloriatus fuero.* Nec vero dixit, Si quis confidit sibi se Christi esse, hoc secum reputet quod longo a nobis intervallo distat ; ego enim magnam ab eo auctoritatem habeo, ut quos voluero pœna afficiam : sed quid? *Nam etsi amplius quiddam.* Atqui ineffabile est, quanta potentia polleret ; verum eam verbis contrahit. Nec dixit, Glorior, sed, *Si gloriatus fuero*, si ita voluntas tulerit : sic et modestia utens, et præstantiam suam ostendens. *Si igitur gloriatus fuero*, inquit, *de potestate, quam mihi dedit Dominus.* Rursum totum ipsi adscribit, et commune facit donum. *Ad ædificationem, non ad destructionem.* Vides quo pacto rursus invidiam eam, quam ipsi laudes suæ conflare poterant, mitiget auditoremque sibi conciliet, usum eum commemorans, ob quem hanc potentiam acceperit? Quonam igitur modo ait, *Consilia destruentes?* Quoniam hoc ipsum præsertim ædificationis genus est, impedimenta de medio tollere, et quæ corrupta sunt refutare, ac vera compingere. *Ad ædificationem.* Ergo ad hoc potentiam accepimus, ut ædificemus. Quod si quis obluctetur ac dimicet, atque insanabilis sit, altera quoque facultate utemur, eum diruentes ac prosternentes. Unde etiam ait, *Non erubescam ;* hoc est, non mendax nec arrogans reperiar. 9. *Ut autem non existimer tamquam terrere vos per epistolas ;* 10. *quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt et fortes, præsentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis :* 11. *hoc cogitet qui talis est, quod quales sumus per epistolas absentes, tales et præsentes in facto.* Quod perinde est ac si diceret : Poteram quidem gloriari, verum ne rursus eadem mihi objiciant, quod per literas me jactem, cum coram despicabilis sim, nihil magnum dicam. Et quidem postea dixit ; verum non de hac potentia, per quam terrori erat, sed de revelationibus, majoreque etiam ex parte de tentationibus. Itaque ne vos dumtaxat metu afficere videar, *Hoc cogitet qui ejusmodi est, quod quales sumus per epistolas absentes, tales et præsentes in facto.* Quoniam enim dicebant, quod magna quidem per literas commemoraret, præsens vero nullius pretii esset, ideo his verbis utitur, iisque rursus parce ac modeste. Non enim dixit, Ut magna scribimus, ita magna quoque præsentes gerimus ; sed demissius loquutus est. Nam cum illos quidem alloqueretur, non sine acrimonia hoc posuit, inquiens, *Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere, in quosdam ;* cum autem ad hos verba facit, submissius agit : ob idque ait, *Quales sumus præsentes, tales et absentes ;* hoc est humiles, compositi, nusquam nosipsos jactantes. Idque liquet ex his quæ sequuntur : 12. *Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant.*

2. Hoc loco illos et arrogantiæ morbo laborare, et magna de seipsis loqui ostendit ; eosque, ut seipsos

Digitized by Google

ΟΜΙΛΙΑ ΚΒ'.

Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς.

α'. Ὅ μάλιστα ἂν τις θαυμάσειε Παύλου μετὰ τῶν ἄλλων, τοῦτό ἐστιν, ὅτι εἰς ἀνάγκην ἐμπεσὼν μεγάλην τοῦ ἐπᾶραι ἑαυτὸν, ἀμφότερα ἐργάζεται, τοῦτο τε αὐτὸ, καὶ τὸ μὴ δοκεῖν ἐπαχθὴς εἶναι τοῖς πολλοῖς· διὰ τὴν περιαυτολογίαν ταύτην· ὃ καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας μάλιστα ἴδοι τις ἄν. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐμπεσὼν εἰς τοιαύτην ὑπόθεσιν, ἀμφοτέρων ἐπιμελεῖται τούτων· ὅπερ τῶν σφόδρα ἐστὶ δυσκολωτάτων, καὶ πολλῆς δεομένων συνέσεως· καὶ μετριάζει, καὶ περὶ ἑαυτοῦ μέγα τι λέγει. Σκόπει δὲ πῶς καὶ ἐνταῦθα μέγα αὐτὸ ποιεῖται. *Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε.* Ὅρα κἀνταῦθα σύνεσιν. Ἐπιτιμήσας γὰρ τοῖς ἀπατῶσιν αὐτοὺς, οὐ μέχρις ἐκείνων τὸν λόγον ἔστησεν, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνων καὶ εἰς τούτους μεταπηδᾷ· καὶ συνεχῶς τοῦτο οὕτω ποιεῖ. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν παρακρουομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠπατημένων καθάπτεται. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἀφῆκεν ἀνευθύνους, οὐκ ἂν οὕτως εὐκόλως ἐκ τῶν ἑτέρους εἰρημένων διωρθώθησαν. ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἂν ἐπήρθησαν, [a] οὐκ ὄντες ἐγκλήματα ὑπεύθυνοι. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτῶν καθάπτεται. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον αὐτοῦ ἐστι τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ καταλλήλως ἑκατέροις ἐπιτιμᾷ. Ἄκουε γοῦν τί τούτοις φησί· *Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε.* Οὐ μικρὸν τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα. Πῶς; Ὅτι εὐεξαπάτητον τὸ τῶν ἀνθρώπων [589] γένος, φησίν. Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἀπὸ τῶν φαινομένων δοκιμάζετε, ἀπὸ τῶν σαρκικῶν, ἀπὸ τῶν σωματικῶν. Τί ἐστιν, Ἀπὸ τῶν φαινομένων; Εἴ τις πλουσίαν εἶ, εἴ τις φυσᾶται, εἴ τις πυλλοὺς περιβέβληται ὅλακας, εἴ τις μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ λέγει, εἴ τις κεκοδοξεῖ, εἴ τις ὑποκρίνεται ἀρετὴν, οὐκ ἔχων ἀρετήν· τοῦτο γάρ ἐστι, *Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς.* Οὐ γὰρ βούλεται ἐκ προοιμίων σφοδρὸς γίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὔξεται καὶ κορυφοῦται. Σκόπει δὲ ἐνταῦθα τὴν ἀλλὴν τραχύτητα, καὶ πολὺ τὸ αἴνιγμα ὄν. Τὸ γάρ; *Ἀφ' ἑαυτοῦ*, τοῦτό ἐστιν ἐμφαίνοντος· Μὴ γάρ *ἀναμενέτω*, φησὶ, παρ' ἡμῶν μαθεῖν, τουτέστι, διὰ ἐπιτιμήσεως τῆς κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λογιζέσθω, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς· οὐκ ἐπειδὴ οὕτως ἦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅτι *Ὥσπερ ἐκεῖνος Χριστοῦ, οὕτω καὶ οὗτος Χριστοῦ*. Κατὰ τοῦτο ἡ κοινωνία· οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς μὲν Χριστοῦ, ἐγὼ δὲ ἑτέρου τινός. Καὶ θεὶς τοῦτο ἀσφαλὲς, προστίθησι καὶ τὴν ὑπεροχὴν, λέγων· *Ἐὰν τε καὶ περισσότερον καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι.* Ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἔμελλεν ἐρεῖν ἔμελλεν, ὅρα πῶς αὐτὸ παραμυθεῖται.

[a] Supplendum videtur ὡς, ut vult Dunæus.

Οὐδὲν γὰρ οὕτω προσίσταται τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκροατῶν, ὡς τὸ ἑαυτόν τινα ἐγκωμιάζειν. Διόπερ ὑποτεμνόμενος τὸ βαρὺ, τοῦτό φησιν· *Ἐὰν γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι.* Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἴ τις πέποιθεν εἶναι Χριστοῦ, λογιζέσθω ὅτι πολὺ ἡμῶν ἀπέχει· ἐγὼ γὰρ ἐξουσίαν ἔχω παρ' αὐτοῦ πολλὴν, ὥστε οὓς ἂν ἐθέλω, κολάζειν καὶ ἀποκτιννύναι· ἀλλὰ τί; *Ἐὰν γὰρ καὶ περισσότερόν τι.* Καίτοι ἄφατον εἶχεν, ἀλλ' ὅμως συστέλλει τῷ λόγῳ. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Καυχῶμαι, ἀλλ', *Ἐὰν καυχήσωμαι*, ἐὰν βουληθῶ· ἅμα καὶ μετριάζων, καὶ τὴν ὑπεροχὴν δεικνύς. *Ἐὰν οὖν καυχήσωμαι*, φησὶ, *περὶ τῆς ἐξουσίας, ἧς ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος.* Πάλιν τὸ πᾶν αὐτῷ ἀνατίθησι, καὶ κοινὸν ποιεῖ τὸ δῶρον. *Εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν.* Εἶδες πῶς πάλιν παραμυθεῖται τὸν φθόνον τὸν ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων, καὶ τὸν ἀκροατὴν ἐπισπᾶται, τὴν χρείαν εἰπὼν δι' ἣν ἔλαβε; Καὶ πῶς φησι, *Λογισμοὺς καθαιροῦντες;* Ὅτι αὐτὸ τοῦτο μάλιστα οἰκοδομῆς εἶδός ἐστι, τὰ κωλύματα ἀναιρεῖν, καὶ τὰ σαθρὰ διελέγχειν, καὶ τὰ ἀληθῆ συντιθέναι. *Ἐν οἰκοδομῇ.* Εἰς τοῦτο μὲν οὖν ἐλάβομεν, ἵνα οἰκοδομῶμεν. Ἐὰν δέ τις πυκτεύῃ καὶ πολεμῇ καὶ ἀνίατος ᾖ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χρησόμεθα ἐνεργείᾳ, καθαιροῦντες αὐτὸν καὶ καταβάλλοντες. Διὸ καὶ, *Οὐκ αἰσχυνθήσομαι*, φησὶ· τουτέστιν, Οὐ δειχθήσομαι ψευδόμενος, οὐδὲ ἀλαζονευόμενος. *Ἵνα δὲ μὴ δόξω, ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς, ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ*, φησὶ, *βαρεῖαι καὶ* [590] *ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος· τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.* Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἠδυνάμην μὲν καυχήσασθαι· ἵνα δὲ μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγωσιν, ὅτι κομπάζω ἐπιστέλλων, καὶ εὐκαταφρόνητός εἰμι παρὼν, οὐδὲν μέγα ἐρῶ. Καὶ μὴν ὕστερον ἐφθέγξατο, ἀλλ' οὐ περὶ τῆς δυνάμεως ταύτης δι' ἧς ἦν φοβερὸς, ἀλλὰ περὶ ἀποκαλύψεων, καὶ τὸ πλέον περὶ πειρασμῶν. Ἵν' οὖν μὴ δόξω φοβεῖν ὑμᾶς, *Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι ἐπιστέλλει μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ, παρὼν δὲ οὐδενὸς λόγου ἐστὶν ἄξιος· διὰ τοῦτο ταῦτά φησι, καὶ αὐτὰ πάλιν συνεσταλμένως. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὡς μεγάλα ἐπιστέλλομεν, μεγάλα καὶ πράττομεν παρόντες· ἀλλ' ὑφειμένως μᾶλλον. Ὅτε μὲν γὰρ πρὸς ἐκείνους διελέγετο, μετὰ σφοδρότητος αὐτὸ τέθεικε λέγων, *Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι, ἐπί τινας*· ὅτε δὲ πρὸς τούτους, καθυφῆκε. Διὸ καὶ λέγει, *Ὑποῖοί ἐσμεν παρόντες, καὶ ἀπόντες*· τουτέστι, ταπεινοὶ, συνεσταλμένοι, οὐδαμοῦ κομπάζοντες. Καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς· *Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων.*

β'. Ἐνταῦθα καὶ ἀλαζόνας δείκνυσιν ὄντας ἐκείνους, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν φθεγγομένους· καὶ κωμῳ-

Digitized by Google

δεῖ αὐτοὺς ὡς ἑαυτοὺς συνιστῶντας. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλ' εἴ τινα καὶ μεγάλα εἰργασάμεθα, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἅπαντα ἀναφέρομεν, καὶ ἀλλήλοις ἑαυτοὺς παραβάλλομεν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς οὐ συνιοῦσιν.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐ πρὸς ἐκείνους ἑαυτοὺς παραβάλλομεν, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλους. Καὶ γὰρ προῖὼν ἔλεγεν, *Οὐδὲν ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων·* καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, *Περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα·* καὶ πάλιν, *Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ.* Ὥστε ἑαυτοῖς συγκρίνομεν ἑαυτοὺς, οὐκ ἐκείνοις τοῖς οὐδὲν ἔχουσιν· ἡ γὰρ τοιαύτη ἀπόνοια ἀνοίας ἐστίν. Ἢ περὶ ἑαυτοῦ οὖν τοῦτό φησιν, ἢ περὶ ἐκείνων, ὅτι Οὐ τολμῶμεν συγκρῖναι ἑαυτοὺς ἐκείνοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλωμένοις καὶ μεγάλα κομπάζουσι, καὶ μὴ συνιοῦσι, τουτέστι, μὴ αἰσθανομένοις πῶς εἰσι καταγέλαστοι τοιαῦτα ἀλαζονευόμενοι, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων ἑαυτοὺς ἐπαίροντες. *Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα,* καθάπερ οὗτοι. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς, κομπάζοντας λέγειν, ὅτι τὴν οἰκουμένην ἐπεστρέψαμεν, πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀφικόμεθα, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα μεγαληγορεῖν. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτω, φησὶν, Ἀλλὰ *κατὰ τὸ μέτρον οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρις καὶ ὑμῶν.* Ὥστε ἑκατέρωθεν ἡ ταπεινοφροσύνη αὐτοῦ κατάδηλος, καὶ ὅτι οὐδὲν [a] πλεῖον ἢ εἰργάσατο, [591] εἶπε, καὶ ὅτι τοῦτο αὐτὸ τῷ Θεῷ ἀνατίθησι. *Κατὰ γὰρ τὸ μέτρον,* φησὶν, *τοῦ κανόνος οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρις καὶ ὑμῶν.* Καθάπερ γεωργοῖς ἄμπελον [b] διανέμων, οὕτως ἡμῖν ἀφώρισε. Μέχρις οὖν οὗ κατηξιώθημεν φθάσαι, μέχρι τούτου καυχώμεθα. *Οὐ γὰρ μὴ ὡς ἐφικόμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· μέχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.* Οὐχ ἁπλῶς παρεγενόμεθα, ἀλλὰ κατηγγείλαμεν, ἐκηρύξαμεν, ἐπείσαμεν, κατωρθώσαμεν. Εἰκὸς γὰρ ἐκείνους καὶ ἁπλῶς παραγινομένους τοῖς τῶν ἀποστόλων μαθηταῖς, ἑαυτοῖς τὸ πᾶν λογίζεσθαι, ἐκ τῆς ψιλῆς ἐπιδημίας. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως· οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι οὐ μέχρις ὑμῶν ἰσχύσαμεν ἐλθεῖν, καὶ τῷ λόγῳ μόνον ἐκτείνομεν τὴν μέχρις ἡμῶν καύχησιν· καὶ γὰρ καὶ ὑμῖν τὸν λόγον ἐκηρύξαμεν. *Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι, ἀλλ' ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι.* Πολλὴν δείκνυσι τὴν κατηγορίαν ἐκείνων ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ εἰς τὰ ἄμετρα ἐκαυχῶντο, καὶ ὅτι εἰς τὰ ἀλλότρια, καὶ ὅτι τῶν μὲν ἀποστόλων ὁ ἰδρὼς ἦν ἅπας, ἐκεῖνοι δὲ ἐκαλλωπίζοντο τοῖς ἐκείνων κόποις. Ἡμεῖς δὲ, φησὶ, διὰ τῶν ἔργων ταῦτα ἐπεδείξαμεν. Οὐ τοίνυν ἐκείνους μιμησόμεθα, ἀλλ' ἔνθα ἡμῖν μαρτυρεῖ τὰ ἔργα, ταῦτα ἐροῦμεν. Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὑμᾶς; Ἐλπίδα γὰρ ἔχω, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν· οὐ γὰρ ἀποφαίνεται ἁπλῶς τὸ οἰκεῖον ἦθος μιμούμενος, ἀλλ', Ἐλπίζω, φησὶ, ὑμῶν ἐπιδιδόντων, ὅτι καὶ περαιτέρω ὁ κανὼν, ἡμῖν ἐπεκταθήσεται, εἰς τὰ ὑπερέκεινα εὐαγγελίσασθαι. Προθησόμεθα γὰρ καὶ περαιτέρω, φησὶν, ὥστε κηρῦξαι καὶ καμεῖν, οὐχ ὥστε λόγοις κομπάζειν ὑπὲρ ὧν ἑκάμομεν ἕτεροι. Καλῶς δὲ κανόνα ἐκάλεσε τὸ μέτρον, ὡς ἐπὶ κτῆσιν τῆς οἰκουμένης ἐλθὼν καὶ κληρονομίαν ἀρίστην, καὶ δεικνὺς τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ὅλον. Ἔχοντες οὖν τοιαῦτα ἔργα, φησὶ, καὶ μείζονα προσδοκῶντες, οὐ κομπάζομεν, ὡς ἐκεῖνα μηδὲν ἔχοντες, οὐδὲ ἑαυτοῖς τι λογιζόμεθα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν. Διὸ καὶ ἐπάγει, *Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.* Καὶ τοῦτο, φησὶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν προσγίνεται. *Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησι.* Οὐκ εἶπεν, Ἡμεῖς ἐσμεν, ἀλλ', *Ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν.* Εἶδες πῶς συνεσταλμένως φθέγγεται; Εἰ δὲ προῖὼν ὑψηλότερα ἀνίστησι, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Παύλου συνέσεως. Εἰ γὰρ ἔμελλε πανταχοῦ ταπεινὰ φθέγγεσθαι, οὐκ ἂν οὕτως ἔπληξεν οὕτως, οὐδ' ἂν τοὺς μαθητὰς τῆς πλάνης ἀπήλλαξεν. Ἔστι γὰρ καὶ μετριάζοντα ἀκαίρως βλάψαι, καὶ λέγοντά τι περὶ ἑαυτοῦ θαυμαστὸν ἀκαίρως, ὠφελῆσαι. Ὅσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐποίησε. Καὶ γὰρ κίνδυνος ἦν οὐ μικρὸς, περὶ [592] παντός τι πεισθῆναι φαῦλον τοὺς μαθητὰς, οὐκ ἐπειδὴ Παῦλος ἐζήτει τὴν παρ' ἀνθρώπων δόξαν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἐζήτει, οὐκ ἂν τὰ μεγάλα ἐκεῖνα καὶ θαυμαστὰ τὰ πρὸ δεκατεσσάρων ἐτῶν ἂν ἐσίγησε χρόνον τοσοῦτον οὐδ' ἄν, ἀνάγκης ἐπικειμένης, οὕτως ἀνεδύετο καὶ ὠκνει εἰπεῖν. Δῆλον δὲ, ὅτι οὐδ' ἂν τότε εἶπεν, εἰ μὴ σφόδρα κατηναγκάσθη.

Οὐκοῦν οὐ τὴν παρὰ ἀνθρώπων δόξαν ἐπιζητῶν, ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλὰ τῶν μαθητῶν κηδόμενος. Ἐπεὶ γὰρ διέβαλλον αὐτὸν ὡς ἀλαζόνα καὶ λόγοις κομπάζοντα, ἔργοις δὲ οὐδὲν δυνάμενον ἐπιδεῖξαι, ἀναγκάζεται λοιπὸν εἰς ἐκείνας τὰς ἀποκαλύψεις ἐλθεῖν. Καίτοι γε δυνάμενος διὰ τῶν ἔργων αὐτοὺς πεῖσαι, ἡνίκα ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλ' ὅμως ἔτι τῇ διὰ τῶν λόγων κέχρηται ἀπειλῇ· κενοδοξίας γὰρ μάλιστα καθαρὸς ἦν· καὶ τοῦτο αὐτοῦ δείκνυσιν ἅπας ὁ βίος καὶ ὁ πρότερος καὶ ὁ μετὰ ταῦτα. Διὰ τοῦτο τῶν κινδύνων μυρίων ἀθρόον μετέστη, καὶ μεταστὰς συνέχεεν Ἰουδαίους καὶ πᾶσαν ἐκείνην ἐβρίψε τὴν παρ' αὐτῶν τιμήν, καίτοι γε τὸ κεφάλαιον αὐτῶν, καὶ ὁ προστάτης αὐτῶν ἦν. Ἀλλ' οὐδὲν ἐκείνων ἐνενόησεν, ἐπειδὴ τὴν ἀλήθειαν εὗρεν, ἀλλ' ὕβρεις καὶ ἀτιμίας αὐτῶν ἀντηλλάξατο· καὶ γὰρ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἑώρα τὰ πολλῶν, τοῦτο πάντα ἡγούμενος. Ὁ γὰρ μήτε γενναῖον, μήτε βασιλείαν ἡγούμενός τι εἶναι, μετὰ κόσμους μυρίους πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ πόθον, πῶς ἂν τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν ἐθήρευεν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ταπεινός ἐστιν, ὅταν ἐξῇ, καὶ τὸ πρότερον αὐτοῦ στηλιτεύει βίον, ἅτε βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστὴν ἀποκαλῶν ἑαυτόν. Καὶ ὁ μὲ-

[a] Sic cum Savilio legendum, et sic legit interpres. In Editis ἢ deest.
[b] Bibl. Gr. ἀμπελῶνα.

Digitized by Google

commendantes, traducit. At nos, inquit, nihil ejusmodi facimus; verum si quid etiam magni patramus, ad Deum omnia referimus, et nos mutuo comparamus: ideo subjunxit, *Sed ipsi in seipsis sese metientes, et sese sibiipsis comparantes, non intelligunt.* Quod ait, hanc sententiam habet: Non cum illis nosipsos comparamus, sed nosmet inter nos. Nam et ulterius progressus dicebat, *Nihil minus habui a magnis apostolis* (2. *Cor.* 12. 11); et in priore epistola, *Plus illis omnibus laboravi* (1. *Cor.* 15. 10); et rursus, *Signa apostolatus mei facta sunt inter vos in omni patientia* (2. *Cor.* 12. 12). Itaque nosipsos inter nos comparamus, non cum illis, qui nil habent: hujusmodi quippe arrogantia ex amentia oritur. Ergo vel de seipso hoc dicit, vel de illis: quasi dicat, Non audemus nosipsos cum illis conferre, qui inter se contendunt ac magna de se jactant, nec intelligunt, hoc est, non sentiunt quam sint ridiculi, cum ad hunc modum gloriantur, seque ipsos inter se efferunt. 13. *Nos autem non in immensum gloriabimur;* quemadmodum illi. Probabile enim erat, eos jactando eo usque progressos fuisse, ut se orbem terrarum convertisse, atque ad extremos usque terræ fines perrexisse dicerent, multaque alia ejusmodi de se magnifice prædicarent. At nos, inquit, non ita, *Sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Itaque utrimque ipsius modestia elucet, tum quia haud plus quam effecerit dicit, tum quia hoc ipsum Deo acceptum refert. *Secundum* enim *mensuram*, inquit, *regulæ qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Quemadmodum vineam quamdam agricolis dispertiens, ita nobis metas nostras distinxit. Ac proinde non ultra gloriamur, quam quousque nobis pervenire concessum est. 14. *Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: usque ad vos enim pervenimus in evangelio Christi.* Non simpliciter ad vos accessimus, verum etiam annuntiavimus, concionati sumus, persuasimus, rem probe confecimus. Verisimile enim est illos, cum ad apostolorum discipulos se contulissent, ob simplicem hujusmodi adventum eo arrogantiæ prodiisse, ut omnem rei successum sibi adscriberent. At nos, inquit, non sic nos gessimus; nec quisquam dicere possit, quod ad vos usque proficisci nequiverimus, verbisque solis nostram ad vos usque gloriationem efferamus: nam vobis quoque verbum prædicavimus. 15. *Non immensum gloriantes, sed in alienis laboribus, spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam,* 16. *etiam in illa quæ ultra vos sunt evangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari.* Magnam his verbis reprehensionis notam illis inurit, tum quod immodice gloriarentur, tum quod de alienis laboribus. Nam cum sudor omnis apostolorum esset, illi de ipsorum laboribus sese venditabant. At nos, inquit, per opera hæc demonstravimus. Quamobrem non eos imitabimur, verum ea dicemus, quæ rerum ipsarum testimonio nituntur. Quid autem vos dico? Spem enim habeo vobis, ut crescente vestra fide: non enim plane affirmat, morem videlicet suum retinens; verum, Spero, inquit, fore ut vobis in fide progressum facientibus regula nostra latius sese extendat, ut ulterius evangelium prædicemus. Longius enim progrediemur, inquit, ut concionemur ac labores suscipiamus, non autem ut de alienis ærumnis nosipsos jactemus. Regulæ autem ac mensuræ vocabulis commode usus est, velut ad orbis terrarum possessionem præstantissimamque hereditatem profectus, ostendens totum opus Dei esse. Ergo hujusmodi res habentes, inquit, ac majores exspectantes, non perinde gloriamur, ut illi qui nihil habent, nec nobisipsis quidquam adscribimus, verum omnia Deo. Unde etiam subdit. 17. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Et hoc, inquit, divinitus nobis contingit. 18. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Non dixit, Nos sumus, sed, *Quem Deus commendat.* Vides quam modeste loquatur? Quod si sermonis progressu altius loquitur, ne mirum tibi videatur: id enim Paulinæ prudentiæ est. Nam si ubique demisse loquutus fuisset, tantam illis plagam minime inflixisset, nec discipulos errore liberasset. Siquidem accidit interdum, ut et intempestiva modestia quispiam utens, detrimentum afferat, et contra, eximium aliquid de se opportune prædicans, prosit: quemadmodum ipse quoque fecit. Neque enim parvum periculum imminebat, ne discipuli de Paulo sinistram aliquam opinionem imbiberent: non quod Paulus humanam gloriam captaret. Nam si eam appetiisset, non magna illa et admiranda, quæ ante quatuordecim annos ipsi contigerant, tanto tempore silentio compressisset; nec profecto, qui urgente etiam necessitate ita dicere cunctabatur, ea tum dixisset, nisi magna necessitate constrictus fuisset.

Paulus male audiebat apud quosdam. — Quocirca non humanæ gloriæ studio hæc dicebat, sed ut discipulis consuleret. Quia enim eum, ut vanum hominem ac verbis quidem sese venditantem, et re ipsa nihil præstare valentem, traducebant; idcirco necesse jam habebat ad revelationes illas venire. Quamquam per res ipsas fidem illis facere poterat, cum hæc diceret, sed tamen verborum minis adhuc utendum censuit; siquidem ab inanis gloriæ cupiditate maxime purus erat: id quod universa ipsius vita, tam ante quam post acta, declarat. Ideo etiam subito ad Christi fidem migravit, statimque ut migravit, Judæos perturbavit, omnemque illum quo apud eos florebat honorem abjecit, etsi caput eorum atque antistes erat. Verum inventa veritate nihil horum animo versavit, sed ea cum probris et ignominiis commutavit. Multorum quippe salutem sibi ob oculos proponebat, in hoc omnia posita existimans. Et sane qui fieri potuisset, ut qui nec gehennam nec regnum nec innumerabiles mundos præ Christi amore quidquam esse duceret, is vulgi gloriam venaretur? Minime profecto: imo contra perquam humilis erat, cum liceret, priorem-que vitam proscindebat, cum blasphemum se ac persequutorem et contumeliosum appellaret. Atque ipsius

Digitized by Google

etiam discipulus Lucas de eo multa commemorat, quæ nimirum ex ipso didicerat, cum priorem vitam suam ei non minus quam sequentem exponeret.

3. Hæc autem dico, ut non tantum audiamus, sed etiam discamus. Nam cum ille peccata, quæ ante baptismum admiserat, etsi prorsus exstincta, in memoria tamen haberet : quam nos veniam consequi possimus, qui ea etiam, quæ post baptismum perpetravimus, oblivione delemus? Quid ais, homo? Deum offendisti, et obliviscēris? Altera jam est hæc offensio, altera inimicitia. A quibusnam ergo peccatis solvi petis? an ab iis, quæ ne tibi quidem nota sunt? Ita sane. Non enim laboras, anxioque animo es, quo pacto eorum rationem redditurus sis, qui ne memoria quidem ea tenere cures, sed ludas in minime ludicris. Verum aderit illud tempus, cum non jam ultra nobis ludus hic procedet. Prorsus etenim mori necesse est (eo quippe plerique stupore sunt, ut de perspicuis quoque rebus loqui necesse sit), prorsus resurgere, prorsus judicium subire, ac pœna affici : quamquam ne hoc quoque, si quidem velimus. Nam illa quidem, hoc est, mors nostra et reditus ad vitam et judicium, nostri arbitrii non sunt, verum Domini nostri ; at vero pœnas vel subire vel non subire, in arbitrio nostro situm est : hoc enim ex eorum genere est, quibus provideri potest. Quamquam si voluntas nostra ita tulerit, hoc ex eorum classe faciemus, quæ nullo modo fieri possint, ut Paulus et Petrus atque omnes sancti : illi enim supplicio affici nullo modo possunt. Proinde si voluerimus, eodem modo impossibile erit, ut aliquid mali perpetiamur. Nam etiamsi innumeris nosipsos sceleribus obstrinxerimus, salutem tamen recuperare possumus, quamdiu hic sumus. Quocirca demus operam, ut nosipsos recuperemus : atque is quidem, qui senili ætate est, cogitet se propediem hinc excessurum esse, ac satis diu ætatem in voluptate duxisse : quamquam, quæ hæc voluptas est, in vitiis vitam exigere? verum ad ipsius opinionem orationem interim accommodo ; animadvertat postea, licere ipsi omnes maculas exiguo tempore abstergere. Juvenis rursum secum reputet quam incertus vitæ finis sit, quodque sæpe contigit, ut multis senibus diutius hic manentibus, juvenes ante ipsos morte abrepti sint. Ideo enim noster e vita discessus in incerto jacet, ne eum negotiemur (*a*). Unde etiam Sapiens quidam his verbis nos admonet : *Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem* (*Eccli.* 5. 8) ; *nescis enim quid paritura sit superventura dies* (*Prov.* 27. 1). Ex dilatione quippe periculum ac metus nascitur : sin vero quis moram omnem fugiat, perspicua ei et certa salus. Proinde virtutem complectere. Sic enim, sive juvenis hinc abscedas, tuto abscedes ; sive ad senilem ætatem pervenias, cum amplissimis opibus excedes, duplicemque lætitiam ac festivitatem per omnem vitam habebis, nimirum et a vitio abstinens, et virtutem amplexans. Cave dixeris, Erit tempus cum ad meliorem frugem revertendum erit : hæc enim verba Deum majorem in modum ad iracundiam concitant. Quid tandem? Quod cum ille infinita tibi sæcula pollicitus sit, tu contra in præsenti hac vita, quæ brevis ac fluxa est, nullum laborem suscipere velis ; verum ita dissolutus et ignavus sis, ut etiam hac ipsa breviorem requiras. Annon eædem comessationes quotidie? annon eædem mensæ? annon eadem scorta? annon eadem theatra? annon eædem pecuniæ? Quousque ista tamquam vera et solida amabis? quousque inexplebili vitii cupiditate teneberis? Memento quod quoties scortatus es, toties teipsum condemnasti. Hujusmodi quippe est peccatum : protinus ut perpetratum est, sententiam fert judex. Mero te obruisti, cibis te ingurgitasti, rapuisti? Consiste jam, teque in contrariam viam refer : Deo gratias age, quod te inter media peccata non abripuit : ne alterum quoque tibi tempus ad flagitiose vivendum præfiniri postules. Multi, dum avaritiæ studerent, hinc abrepti sunt, atque ad perspicuas certasque pœnas abscesserunt. Ne idem tibi inexcusabili accidat, time. At, inquis, multis Deus in extrema quoque senectute peccata sua confitendi spatium concessit? Quid tum? an tibi quoque concedet? Fortasse, inquis. Quid ais, fortasse, et interdum, et sæpe? in mentem tibi veniat, te de anima tua consilium inire : contrarium pone, tecumque ita reputa ac dic, Quid autem, si non concesserit? Tu contra, quid si concesserit? inquis. Concessit quidem ipse ; verumtamen hoc illo tutius et utilius. Etenim si jam probe vivere incipias, sive certum vitæ spatium acceperis sive non, omnia lucratus eris : si autem moras quotidie nectas, ideo persæpe non accipies. Enimvero, cum ad bellum proficisceris, non dicis, Non necesse est testamentum condere ; fortasse revertar : nec, cum de ineundo matrimonio consultas, dicis, Uxorem egentem accipiam ; multi enim præter opinionem ad opes ita pervenerunt : nec, cum domum exstruere paras, Infirma fundamenta jaciam ; permultæ enim ædes sic etiam constiterunt : at cum de anima consilium inis, imbecillioribus niteris, nimirum illo, fortasse, sæpe, interdum, incertisque eventibus teipsum committis. Non incertis, inquis, eventibus, sed Dei benignitati : benignus enim est Deus. Id ipse quoque compertum habeo ; sed tamen benignus hic illos etiam, quos dixi, de medio sustulit. Quid vero, si accepto longiori vitæ spatio, idem ipse tuique similis maneas? nam qui ejusmodi est, in senectute quoque ignavus erit. Non, inquies. Sed is qui hæc cogitat, etiam post octoginta annos, nonaginta requirit, et post nonaginta, centum, et exactis centum annis segnior adhuc erit ; atque ita tota vita incassum absumetur, tibique etiam id accidet, quod de Judæis dictum est, *Defecerunt in vanitate dies eorum* (*Psal.* 77. 33). Atque utinam in vanitate dumtaxat, ac non etiam in perniciem. Cum enim illuc abierimus, gravem peccatorum sarcinam gestantes (hoc quippe est in perniciem), alimentum igni, ingentemque vermi mensam deferemus. Quamobrem rogo atque obsecro,

(*a*) Quid sibi velit Chrysostomus non statim percipitur, verum in sequentibus non obscure loquitur ; sed ex incerto mortis tempore, ad non differendam conversionem et pœnitentiam concitat.

Digitized by Google

θητὴς δὲ αὐτοῦ Λουκᾶς πολλὰ περὶ αὐτοῦ φησι, δηλονότι παρ' αὐτοῦ μαθών, ἐκπομπεύοντος αὐτοῦ τῷ προτέρῳ βίῳ οὐχ ἧττον ἢ τῷ μετὰ ταῦτα

γ'. Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα ἀκούωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ μανθάνωμεν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος τῶν πρὸ τοῦ λουτροῦ πλημμελημάτων ἐμέμνητο, καίτοι πάντων ἀφανισθέντων, τίνα ἂν σχοίημεν συγγνώμην οἱ τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν ἀμνημονοῦντες ἡμεῖς; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; προσέκρουσας τῷ Θεῷ, καὶ ἐπιλανθάνῃ; Δευτέρα αὕτη πρόσκρουσις, δευτέρα ἀπέχθεια. Ποίων οὖν ἁμαρτημάτων αἰτεῖς λύσιν; ὧν οὐδὲ οἶδας αὐτός; Πάνυ γε. Οὐ γὰρ μεριμνᾷς καὶ φροντίζεις πῶς λόγον δώσεις, ὁ μηδὲ μεμνῆσθαι αὐτῶν σπουδάζων, ἀλλὰ παίζων ἐν οὐ παικτοῖς. Ἀλλ' ἔσται καιρὸς, ὅτε οὐκέτι προχωρήσει τὰ τῆς παιδιᾶς ἡμῖν. Καὶ γὰρ δεῖ ἡμᾶς πάντως ἀποθανεῖν (διὰ γὰρ τὴν πολλὴν ἀναισθησίαν τῶν πολλῶν καὶ ὑπὲρ τῶν φανερῶν διαλέγεσθαι δεῖ), καὶ ἀναστῆναι πάντως, καὶ κριθῆναι πάντως, καὶ κολασθῆναι· μᾶλλον δὲ τοῦτο οὐ πάντως, ἐὰν θέλωμεν. Ἐκείνων μὲν γὰρ οὐχ ἡμεῖς κύριοι, οὔτε τῆς τελευτῆς ἡμῶν, οὔτε τῆς ἀναστάσεως, οὔτε τῆς κρίσεως, ἀλλ' ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· τοῦ μέντοι διδόναι [593] δίκην, ἢ μὴ, ἡμεῖς κύριοι· τοῦτο γὰρ τῶν ἐνδεχομένων ἐστίν. Ἀλλ' ἐὰν θέλωμεν, τῶν ἀδυνάτων αὐτὸ ποιήσομεν, ὥσπερ οὖν Παῦλος, ὡς Πέτρος, ὡς οἱ ἅγιοι πάντες· καὶ γὰρ ἐκείνους κολασθῆναι ἀδύνατον. Ἂν τοίνυν ἐθέλωμεν, καὶ ἡμᾶς ὁμοίως ἀδύνατόν τι παθεῖν. Κἂν γὰρ μυρία πεπλημμεληκότες ὦμεν, δυνατὸν ἀνακτήσασθαι, ἕως ἂν ἐνταῦθα ὦμεν. Ἀνακτησώμεθα τοίνυν ἑαυτούς· καὶ ὁ μὲν γέρων ἐννοείτω, ὅτι μικρὸν ὕστερον ἀπελεύσεται, ὅτε ἱκανῶς ἐνετρύφησε τῇ ἡλικίᾳ (καίτοι γε ποία τοῦτο τρυφὴ τὸ ἐν κακίᾳ διάγειν; ἀλλὰ τέως πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν τοῦτό φημι)· ἐννοείτω μετὰ τοῦτο, ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὸ πᾶν ἀπονίψασθαι. Ὁ νέος πάλιν καὶ αὐτὸς τὸ ἄδηλον λογιζέσθω τῆς τελευτῆς, καὶ ὅτι πολλῶν πολλάκις πρεσβυτέρων νεόντων ὑστεροῦμαι, οἱ νέοι πρὸ αὐτῶν ἀπηνέχθησαν. Ἵνα γὰρ μὴ πραγματευώμεθα τὴν τελευτὴν ἡμῶν, ἐκ τοῦτο ἐν ἀδήλῳ κεῖται. Διὸ καὶ σοφός τις παραινεῖ λέγων, *Μὴ ἀράμενε ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, καὶ μὴ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα.* Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ ἀναβάλλεσθαι κίνδυνος καὶ φόβος, ἐκ δὲ τοῦ μὴ ἀναβάλλεσθαι σωτηρία δῆλη καὶ ἀσφαλής. Ἔχου τοίνυν τῆς ἑτοιμότητος. Οὕτω γὰρ, κἂν νέος ἀπέλθῃς, ἀσφαλῶς ἀπελθεῖς· κἂν εἰς γῆρας ἔλθῃς, μετὰ πολλῆς ἀπῆλθες τῆς ἀσωτίας· καὶ διπλῆν ἑορτὴν διὰ παντὸς ἕξεις τοῦ μὲν, κακίας τε ἀπεχόμενος, καὶ ἀρετῆς ἐπειλημμένος. Μὴ λέγε, Ἔσται καιρὸς ὅταν ἐπιστρέψαι δέῃ· τὰ γὰρ τὰ ῥήματα σφόδρα παροργίζει τὸν Θεόν. Τί δήποτε; Ὅτι αὐτός σοι ἀπείρους αἰῶνας ἐπηγγείλατο, σὺ δὲ οὐδὲ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐθέλεις πονεῖν, τὴν βραχεῖαν ταύτην καὶ πρόσκαιρον, ἀλλ' οὕτως εἰ χαῦνος καὶ ἄνανδρος, ὡς καὶ αὐτῆς ταύτης βραχυτέραν[a] ἐπιζητεῖν. Οὐχ οἱ αὐτοὶ κῶμοι καθ' ἡμέραν; οὐχ αἱ αὐταὶ τράπεζαι; οὐχ αἱ αὐταὶ πόρναι, οὐχὶ τὰ αὐτὰ θέατρα; οὐχὶ τὰ αὐτὰ χρήματα; Μέχρι τίνος ὡς ἐκείνων ὄντων ἐρᾷς; μέχρι τίνος τὴν ἀκόρεστον ἕξεις τῆς κακίας ἐπιθυμίαν; Ἐννόησον ὅτι ὁσάκις ἐπόρνευσας, τοσαυτάκις κατέγνως σαυτοῦ. Καὶ γὰρ τοιοῦτον ἡ ἁμαρτία· ἅμα γέγονε, καὶ τὴν ψῆφον ἤνεγκεν ὁ δικαστής. Ἐμεθύσθης, ἐγαστρίσθης, ἥρπασας; Στῆθι λοιπὸν, ὑπόστρεψον τὴν ἐναντίαν, ὁμολόγησον τῷ Θεῷ χάριν, ὅτι σε οὐκ ἐν μέσοις ἀνήρπασε τοῖς ἁμαρτήμασι· μὴ καὶ ἑτέραν ζήτει προθεσμίαν εἰς τὸ κακῶς ἐργάζεσθαι. Πολλοὶ μεταξὺ πλεονεκτοῦντες ἀνηρπάγησαν, καὶ ἀπῆλθον ἐπὶ φανερὰν δίκην. Φοβήθητι μὴ καὶ σὺ τοῦτο πάθῃς ἀναπολόγητος. Ἀλλὰ πολλοῖς ἔδωκε [594] προθεσμίαν ὁ Θεὸς, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ἐξομολογήσασθαι. Τί οὖν; καὶ σοὶ δώσει; Ἴσως δώσει, φησί. Τί λέγεις, ἴσως, καὶ ἐνίοτε, καὶ πολλάκις; ἐννόησον ὅτι περὶ ψυχῆς βουλεύῃ, καὶ τίθει καὶ τὸ ἐναντίον, καὶ λογίζου καὶ λέγε, Τί δὲ, ἐὰν μὴ δῷ; Τί δὲ, ἐὰν δῷ, φησίν; Ἔδωκε μὲν αὐτὸς, πλὴν τοῦτο ἐκείνου ἀσφαλέστερον καὶ κερδαλεώτερον. Ἐὰν μὲν γὰρ ἤδη ἄρξῃ, τὸ πᾶν ἐκέρδανας, ἂν τε λάθῃς, ἂν τε μὴ λάθῃς προθεσμίαν· ἐὰν δὲ ἀεὶ μέλλῃς, δι' αὐτὸ τοῦτο πολλάκις οὐ λήψῃ. Σὺ δὲ εἰς μὲν πόλεμον ἐξιὼν, οὐ λέγεις, Οὐκ ἀνάγκη διαθέσθαι, ἴσως ἐπανήξω· οὐδὲ περὶ γάμου βουλευόμενος λέγεις, Λάβω γυναῖκα πενιχράν, πολλοὶ παρὰ δόξαν καὶ οὕτως ἐπλούτησαν· οὐδὲ οἰκίαν οἰκοδομούμενος, Καταβάλω θεμελίους σαθροὺς, πολλαὶ καὶ οὕτως ἔστησαν οἰκίαι· ὑπὲρ δὲ ψυχῆς βουλευόμενος, τοῖς σαθροτέροις ἐγχειρεῖς, τὸ *ἴσως* καὶ *πολλάκις* καὶ *ἐνίοτε* τιθεὶς, καὶ τοῖς ἀδήλοις ἐπιτρέπεις σαυτόν; Οὐ τῷ ἀδήλῳ, φησὶν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ· φιλάνθρωπος γὰρ ὁ Θεός. Οἶδα κἀγώ· ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος οὗτος κἀκείνους οὓς εἶπον ἀνήρπασε. Τί δὲ, ἂν καὶ χρόνον λαβὼν ὅμοιος μένῃς; ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ἐν γήρᾳ ῥᾴθυμος ἔσται. Οὐ, φησίν· Ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος[b] καὶ μετὰ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη, ἐννενήκοντα ἐπιζητεῖ, καὶ μετὰ τὰ ἐννενήκοντα, ἑκατὸν, καὶ μετὰ τὰ ἑκατὸν, ἀργότερος ἔσται. Καὶ οὕτως ὁ βίος ἅπας ἀναλωθήσεται μάτην, καὶ συμβήσεται τὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων εἰρημένα καὶ ἐπὶ σοί· ὅτι *Ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν.* Καὶ εἶθε ἐν ματαιότητι μόνον, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐπὶ κακῷ. Ὅταν γὰρ ἀπέλθωμεν ἐκεῖ τὸ βαρὺ τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον φέροντες (τοῦτο γάρ ἐστιν, ἐπὶ κακῷ), τροφὴν ἀποίσομεν τῷ πυρὶ, καὶ πολλὴν τῷ σκώληκι τράπεζαν. Διὸ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ στῆναι

[a] Sic legit Interpres et sic conjecerat Savilius. Editi ὑστέρας, minus recte.

[b] Legendum puto οὐ, φησίν. Ἀλλ' ὁ λογισμὸς οὗτος, etc.

Digitized by Google

ποτε γενναίως, καὶ ἀποστῆναι κακίας, ἵνα καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ'.

Ὤφελον ἠνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου.

α'. Μέλλων ἐμβαίνειν εἰς τοὺς οἰκείους ἐπαίνους, πολλῇ κέχρηται τῇ προδιορθώσει. Καὶ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον τοῦτο ποιεῖ· καίτοι γε ἱκανὴ ἦν ἡ ἀνάγκη τῆς ὑποθέσεως ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὰ πολλάκις εἰρημένα αὐτῷ. Ὁ γὰρ ἁμαρτημάτων μεμνημένος, [595] ὧν ὁ Θεὸς οὐκ ἐμέμνητο, καὶ διὰ τοῦτο λέγων ἀνάξιος εἶναι καὶ τῆς προσηγορίας αὐτῆς τῶν ἀποστόλων, καὶ τοῖς σφόδρα ἀναισθήτοις εὔδηλός ἐστιν οὐ διὰ δόξαν ταῦτα λέγων, ἃ μέλλει νῦν ἐρεῖν. Καὶ γὰρ, εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, εἰς δόξαν αὐτὸν μάλιστα τοῦτο παρέβλαπτε, τὸ περὶ ἑαυτοῦ τι λέγειν· καὶ προσίσταται τοῦτο τοῖς πολλοῖς. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ὑπείδετο, ἀλλ' εἰς ἓν εἶδε, τὴν τῶν ἀκουόντων σωτηρίαν. Ὥστε οὖν μηδὲ βλάψαι τούτῳ τοὺς ἀνοήτους, τῷ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν, ἐκ περιουσίας κέχρηται ταῖς πολλαῖς ταύταις προδιορθώσεσι, καί φησιν, *Εἴθε ἠνείχεσθέ μου μικρά τινα ἀνοηταίνοντος· μᾶλλον δὲ καὶ ἀνέχεσθε.* Εἶδες σύνεσιν; Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, *Εἴθε*, κυρίους αὐτοὺς ποιοῦντός ἐστι· τὸ δὲ καὶ ἀποφήνασθαι, σφόδρα θαρροῦντος αὐτῶν ἐστι τῇ ἀγάπῃ, καὶ ἐνδεικνυμένου ὅτι καὶ φιλεῖ καὶ φιλεῖται· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπὸ ἀγάπης ψιλῆς ἁπλῶς, ἀλλ' ἀπό τινος ἔρωτος θερμοῦ καὶ φρενικοῦ φησι δεῖν αὐτοὺς ἀνασχέσθαι καὶ ἀνοηταίνοντος. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ.* Οὐκ εἶπεν, Ἀγαπῶ γὰρ ὑμᾶς, ἀλλ' ὃ πολλῷ τούτου σφοδρότερον ἦν τίθησι. Ζηλότυποι γάρ εἰσιν αἱ ψυχαὶ αἱ σφόδρα τῶν ἐρωμένων περικαιόμεναι, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως τεχθείη ζηλοτυπία, ἀλλ' ἢ ἀπὸ σφοδρᾶς φιλίας. Εἶπα ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι δυναστείας ἕνεκεν, ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου, τῆς φελίας αὐτῶν ἐφίεται, προσέθηκε, *Θεοῦ ζήλῳ.* Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς λέγεται ζηλοῦν, οὐχ ἵνα πάθος ὑποπτεύσῃ τις· καὶ γὰρ ἀπαθὲς τὸ Θεῖον· ἀλλ' ἵνα μάθωσιν ἅπαντες, ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ δι' αὐτοὺς τοὺς ζηλοτυπουμένους πάντα ποιεῖ· οὐχ ἵνα αὐτός τι κερδάνῃ, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους διασώσῃ. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ὁ ζῆλος γίνεται, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀνάπαυσιν· οὐ διὰ τὸ καθυβρίζεσθαι τοὺς ἐρωμένους, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ πλήττεσθαι τοὺς φιλοῦντας, καὶ παρευδοκιμεῖσθαι, καὶ ἧττον ἔχειν παρὰ τοῖς ἐρωμένοις. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως. Οὐ γὰρ τούτου μοι μέλει, φησὶ, μὴ ἧττον σχῶ παρ' ὑμῖν, ἀλλὰ μὴ ὑμᾶς ἴδω διαφθαρέντας. Τοιοῦτος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ ζῆλος, τοιοῦτος καὶ ὁ ἐμὸς, σφοδρὸς ὁμοῦ καὶ καθαρός. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία ἀναγκαία· *Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν.* Οὐκοῦν οὐκ ἐμαυτῷ, ἀλλ' ἐκείνῳ ζηλῶ, ᾧ ἡρμοσάμην. Μνηστείας γάρ ἐστι καιρὸς ὁ παρὼν καιρὸς, ὁ δὲ τῶν παστάδων ἕτερος, ὅταν λέγωσιν, Ἀνέστη ὁ νυμφίος. Ὦ καινῶν πραγμάτων! ἐπὶ τοῦ κόσμου παρθένοι μένουσι πρὸ τοῦ γάμου, μετὰ δὲ τὸν γάμον οὐκέτι. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ κἂν μὴ ὦσι παρθένοι πρὸ τοῦ γάμου τούτου, μετὰ τὸν γάμον παρθένοι γίνονται. Οὕτω πᾶσα ἡ Ἐκκλησία παρθένος ἐστί. Καὶ γὰρ πρὸς πάντας διαλεγόμενος ταῦτά φησι, καὶ τοὺς γεγαμηκότας καὶ τὰς γεγαμημένας. [596] Ἀλλ' ἔστωμεν τί φέρων, ἡμᾶς ἡρμόσατο, ποῖα ἕδνα. Οὐ χρυσὸν, οὐκ ἄργυρον, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· διὸ καὶ ἔλεγεν, *Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν·* καὶ παρακαλεῖ, ὅτε τὴν νύμφην ἔμελλε λαμβάνειν. Τούτου τύπος ἦν τὰ ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὸν παῖδα τὸν πιστὸν ἔπεμψε μνηστευσόμενον[a] κόρην ἐθνικήν· καὶ ἐνταῦθα ἔπεμψεν ὁ Θεὸς τοὺς οἰκέτας τοὺς ἑαυτοῦ μνηστευσομένους τῷ παιδὶ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ προφήτας ἄνωθεν ταῦτα λέγοντας· *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου.* Εἶδες καὶ τὸν προφήτην ἁρμοζόμενον; εἶδες καὶ τὸν Ἀπόστολον μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας τοῦτο τὸ ῥῆμα φθεγγόμενον, καὶ λέγοντα, *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ;* Εἶδες πάλιν σύνεσιν; Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Ὀφείλετέ μου ἀνέχεσθαι, οὐκ εἶπε, Διδάσκαλος γὰρ ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐ, Δι' ἐμαυτὸν λέγω· ἀλλ' ὃ μάλιστα τούτοις ἔφερεν ἀξίωμα, τοῦτο τίθησιν, ἑαυτὸν μὲν ἐν χώρᾳ τῆς προμνηστρίας, ἐκείνους δὲ ἐν τάξει τῆς νύμφης στήσας· καὶ ἐπάγει λέγων, *Φοβοῦμαι δὲ μή πως, ὡς ὄφις Εὔαν ἠπάτησε διὰ τῆς πανουργίας αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν.* Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἀπώλεια ὑμετέρα, ἀλλὰ ἡ ἀθυμία κοινή. Καὶ σκόπει τὴν σύνεσιν· οὐ γὰρ αὐτὸ ἀποφαίνεται, καίτοι ἦσαν διεφθαρμένοι· καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν, *Ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή,* καὶ, *Πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων·* ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφίησιν αὐτοὺς ἀναισχυντῆσαι· διό φησι, *Μήποτε.* Οὔτε γὰρ καταδικάζει, οὔτε σιγᾷ· οὐδέτερον γὰρ ἀσφαλές, οὔτε εἰπεῖν φανερῶς, οὔτε κρύψαι διηνεκῶς. Διὸ τὸ μέσον τίθησι λέγων, *Μήποτε.* Τοῦτο γὰρ οὐδὲ σφόδρα κατεγνωκότος, οὐδὲ σφόδρα θαῤῥοῦντος, ἀλλ' ἐν τῷ μέσῳ τούτων ἑκατέρων ἑστῶτος. Οὕτω μὲν οὖν παρεμυθήσατο· τῇ δὲ μνήμῃ τῆς ἱστορίας εἰς φόβον ἄφατον ἐνέβαλε, καὶ πάσης ἀποστερεῖ συγγνώμης αὐτούς. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ὄφις κακοῦργος, ἀκακίνητος ἀνόητος, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐξήρπασε τὴν γυναῖκα.

β'. Ὑμᾶτε οὖν μὴ ταῦτα πάθητε, φησὶ, καὶ οὐδὲν ὑμῶν προστήσεται. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος μείζονα ἐπαγγειλάμενος, οὕτως ἠπάτησεν. Ὅθεν δῆλον ὅτι

[a] Μνηστευσόμενον, et infra μνηστευσομένους. Sic legendum putat Savilius et sic interpres Latinus legit. Edit. μνηστευσάμενον et μνηστευσαμένους, male.

Digitized by Google

ut tandem aliquando fortiter stemus, nosque a vitio removeamus, ut promissa bona consequamur : quæ utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIII.

CAP. 11. v. 1. *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, imo vero sustinetis me.*

1. Ingressurus in suas laudes, magna præmunitione utitur. Idque non semel dumtaxat atque iterum facit : quamquam alioqui argumenti necessitas ad eum purgandum sufficiebat, et ea quæ persæpe ab ipso dicta fuerant. Nam qui peccata ea, quæ Deus e memoria ejecerat, in memoria habebat, ob idque apostoli quoque nomine indignum se esse aiebat, perspicuum utique est vel admodum stupidis ac vecordibus, quod non gloriæ studio ea dicit, quæ nunc dicturus est. Etenim, ut mirum aliquid dicam, hoc ei ad gloriam plurimum incommodi afferebat, quod suas ipse laudes prædicaret : id enim plerosque offendit. Et tamen ne hoc quidem facere supersedebat, verum unum spectabat, ut auditorum saluti consuleret. Cæterum ne hoc nomine stultorum animos læderet, quod magnificis de se sermonibus uteretur, ex abundanti multas hasce præmunitiones adhibuit, aitque, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ ; imo vero sustinetis.* Vides prudentiam ? Nam dum, *Utinam*, dicit, hoc eorum arbitrii esse statuit ; dum autem affirmat, planum reddit, se eorum benevolentiæ majorem in modum confidere, atque et eos amare et vicissim ab ipsis amari. Vel potius, non tam a simplici ac vulgari benevolentia, quam a ferventi quodam et insano amore oportere ait eos se etiam insipienter gerentem perferre. Unde etiam subjunxit, 2. *Æmulor enim vos Dei æmulatione.* Non dixit, Amo enim vos ; sed quod multo vehementius erat, ponit. Zelotypia enim laborant eorum animi, qui erga eos quos amant ardentius affecti sunt. Neque enim aliunde oriri queat zelotypia, quam ab acri ac vehementi amicitia. Deinde ne putent ab eo vel honoris, vel pecuniarum, vel alius cujusquam rei causa amorem suum expeti, adjecit, *Dei æmulatione.* Deus etenim zelo affici dicitur, non ut perturbationem aliquam suspiceris ; Deus enim ab omni perturbatione remotus est ; verum ut omnes intelligant, eum non aliam ob causam, quam ob eos ipsos, quos zelotypia prosequitur, omnia facere : non ut ipse quæstum aliquem hinc faciat, sed ut eis salutem afferat. Nam in hominibus non ita zelus efficitur, verum ob privatam quietem : non quod contumelia afficiantur qui amantur, verum quod non perinde tangantur ii qui amant, sed superentur minoresque partes ferant apud eos quos amant. Hic autem non ita se res habet. Non enim, inquit, id mihi curæ est, ne inferiore apud vos conditione sim, sed ne vos corruptos videam. Hujusmodi enim Dei zelus est, talis quoque meus, vehemens simul ac purus. Sequitur autem causa necessaria : *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Ergo non mea causa, sed illius, cui vos despondi, zelo ardeo. Sponsalium enim præsens hoc tempus, alterum nuptiarum, tum videlicet, cum dicetur, Surrexit sponsus. O rem novam ! in mundo virgines ante matrimonium manent, post matrimonium non item. Hic autem non sic ; verum etiamsi virgines ante hoc matrimonium non sint, post initum matrimonium virgines efficiuntur. Sic tota Ecclesia virgo est. Etenim ad omnes et conjugatos et conjugatas Paulus loquitur. Videamus autem quid secum ferens nos desponderit, quam dotem. Non aurum, non argentum, sed cælorum regnum : unde etiam dicebat, *Pro Christo legatione fungimur* (2. *Cor.* 5. 20) ; atque obsecrat, cum sponsam accepturus erat. Hujus rei figuram gerebant ea, quæ tempore Abrahæ contigerunt. Etenim ille fidelem servum misit, qui puellam ethnicam desponderet : hic quoque Deus servos suos misit, qui filio suo Ecclesiam desponderent, ac prophetas, olim his verbis utentes : *Audi, filia, et vide, et obliviscere populum tuum et domum patris tui* (*Psal.* 44. 11. 12). *Et concupiscet rex decorem tuum.* Vidisti etiam prophetam despondentem ? vidisti etiam Apostolum cum magna fiducia hoc verbum proferentem ac dicentem, *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* ? Vidisti rursus prudentiam ? Postquam enim dixit, Æquum est ut me sustineatis, non dixit, Magister enim vester sum, nec, Mea causa hæc dico ; sed quod potissimum illis dignitatem afferebat, hoc ponit, nimirum se pronubæ, illos autem sponsæ loco constituens. Ac postea subjungit, 3. *Timeo autem, ne forte ut serpens Evam decepit per astutiam suam, sic corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christo Jesu.* Nam etsi exitium vestrum est ; at mœror tamen mihi vobiscum communis est. Ac vide qua prudentia utatur : neque enim hoc perspicue indicat, tametsi ipsi corrupti erant ; idque his verbis ostendebat, *Cum impleta fuerit obedientia vestra*, et, *Lugeam multos qui peccaverunt* (2. *Cor.* 10. 6. *et* 12. 21). Sed tamen non sinit eos pudorem mittere ; ideoque ait, *Ne forte.* Neque enim condemnat, nec rursus silet : neutrum quippe tutum erat, nempe vel aperte dicere, vel perpetuo occultum tenere. Quocirca id quod medium erat ponit, dicens, *Ne forte.* Hoc enim nec admodum condemnantis erat, nec rursus magnopere fidentis, sed inter hæc duo stantis. Ita eos consolatus est : atque per historiæ commemorationem incredibilem quemdam metum ipsis incussit, omnemque veniam ademit. Quamvis enim et serpens versutus esset, et illa stulta ; neutrum tamen horum mulierem supplicio exemit.

2. Videte itaque, ait, ne hoc vobis accidat, nec quidquam vobis præsidio sit. Nam ille quoque majora pollicitus, hac ratione ipsam in fraudem induxit. Unde liquet istos quoque sese jactantes atque inflantes, ipsos decepisse. Atque hoc non modo hinc

Digitized by Google

conjicere licet, verum etiam ex iis, quæ postea ait : 4. *Si is qui venit, alium Jesum prædicat quem non prædicavimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud evangelium quod non recepistis, recte pateremini.* Nec vero ait, Ne forte sicut Adam deceptus est; sed ostendit eos feminas esse, qui hæc patiuntur : feminarum enim est decipi. Nec etiam dixit, Sic vos decipiamini; sed perstans in metaphora ait, *Ne forte corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christo Jesu.* A simplicitate, inquam, non a versutia : non, inquam, ex versutia, neque ex eo quod fides vobis desit; sed ex simplicitate. Et tamen ne hoc quidem nomine veniam promerentur qui decipiuntur : id quod Eva indicavit. Quod si hoc veniam minime meretur, multo minus cum quis ob inanem gloriam in hanc fraudem incidit. *Si enim is qui venit, alium Jesum prædicat quem non prædicavimus;* hinc videlicet ostendens, non ex se Corinthios esse corruptos, sed aliunde irrepere, qui eos in fraudem impellunt : ideoque ait, *Qui venit. Si alium spiritum accipitis, si aliud evangelium, quod non recepistis, recte pateremini.* Quid ais? qui Galatis dicebas, *Si quis evangelizaverit vobis præterquam quod accepistis, anathema sit* (*Gal.* 1. 9), nunc dicis, *Recte pateremini?* Atqui hoc nomine minime par erat sustinere, verum pedem removere : sin autem eadem dicunt, tum demum sustinere opus est. Qui fit igitur ut dicas, Quoniam eadem dicunt, non opus est sustinere? si alia dicerent, æquumne esset sustinere? Advertamus itaque : magnum enim periculum imminet altumque præcipitium, si leviter hoc prætereamus; aditumque omnibus hæresibus præbet id quod dictum est. Quænam ergo horum verborum sententia est? Sic se jactabant illi, tamquam apostoli non perfecte docerent, atque ipsi plus aliquid quam illi afferrent. Verisimile enim est, quod illi multa blaterantes, stultam quamdam colluviem in hujusmodi dogmata invehebant. Unde etiam et serpentis et Evæ, quæ sic amplitudinis majoris exspectatione decepta fuerat, mentionem facit. Hoc quippe etiam in priore epistola subindicans, dicebat, *Jam divites facti estis, sine nobis regnatis;* ac rursus, *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo* (1. *Cor.* 4. 8. 10). Quoniam igitur illi, ut verisimile est, externa sapientia utentes, multa nugabantur, hoc inquit : Si quid præterea dicerent, atque alium Christum prædicarent, quem prædicari non oporteret, nos autem prætermisissemus, recte sustineretis; ideo enim adjicit, *Quem non prædicavimus:* si autem eadem fidei capita, quid amplius? quidquid enim dixerint, nihil amplius dicturi sunt, quam quæ diximus. Ac vide quam exacte hoc ponat : non enim dixit, Si is qui venit amplius aliquid dicit : nam illi amplius aliquid dicebant, ut qui cum majore auctoritate concionarentur, atque ingentem verborum elegantiam adhiberent : eaque de causa non hoc dixit, sed quid? *Si is qui venit, alium Jesum prædicat;* quod quidem verborum probationem minime requirebat : *Aut spiritum alium accipitis;* neque enim hic sermonibus opus erat; hoc est, locupletiores vos, quantum ad gratiam attinet, efficit : *Aut evangelium aliud quam quod recepistis;* ne hoc quidem rursus verborum elegantiam desiderabat; *Recte sustineretis.* Ac velim consideres, quomodo ubique distinctione usus sit, qua indicet nihil amplius atque copiosius ab ipsis allatum fuisse. Postquam enim dixit, *Si is qui venit alium Jesum prædicat,* subjunxit, *Quem non prædicavimus : et alium spiritum accipitis,* adjecit, *Quem non accepistis : aut evangelium aliud,* addidit, *Quod non recepistis.* Per quæ omnia indicavit, non simpliciter an illi quid amplius dixerint, attendendum esse, sed an aliquid amplius dixerint quod dici oporteret, et a nobis omissum sit. Quod si non oportebat, inquit, ideoque nec a nobis dictum sit; quid causæ afferri potest, cur eos admiremini?

3. At, dicet quispiam, si eadem dicunt, quid est cur eos prohibeas? Quoniam per simulationem alia dogmata inducunt. Verum id nondum ait, sed postea illud ponit, cum dicit, Transfigurant se in apostolos Christi : interim autem ab iis, quæ minus molesta erant, discipulos ab eorum auctoritate abducit, non quod invideret illis, sed quod his prospectum vellet. Alioqui enim cur Apollo non impedit, virum præsertim eloquentem ac Scripturarum cognitione præstantem; etiamque se eum missurum pollicetur? Quod ille una cum eruditione dogmatum integritatem conservaret; isti autem contra. Ob eamque causam eos bello lacessit, et discipulos insectatur quod in illos inhiarent, dicens : Nam si quid quod in rem esset, a nobis prætermissum, ipsi implevissent, non impediremus; sin autem omnia cumulate a nobis præstita sunt, nihilque omissum est, unde vos illi ceperunt? Ideo subdit, 5. *Existimo enim me nihil minus habere a magnis apostolis;* non jam scilicet cum illis, sed cum Petro reliquisque hujusmodi comparationem faciens. Itaque si isti scientia me superant, sane et illos. Ac vide quo pacto hic quoque sermonem temperet. Non enim dixit, Nihil amplius quam ego apostoli dixerunt; sed quomodo? *Existimo;* hoc est, arbitror me nihilo posteriorem fuisse excellentibus apostolis. Nam quoniam eo nomine inferiore conditione esse videbatur, quod illi, ut qui eum antecessissent, in majore fama essent ac major illorum celebritas esset, atque isti sese introducere parabant; idcirco sese illis modo sibi conveniente comparat. Unde etiam cum encomiis mentionem eorum facit. Neque enim simpliciter apostolos dixit, sed magnos et eximios, Petrum videlicet et Jacobum et Joannem indicans. 6. *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia.* Quia enim in hoc superiores illi erant, qui Corinthios corrumpebant, quod non rudes et indocti essent, id quoque ponit, quo ostendat se propterea non modo pudore minime affici, sed etiam gloriari. Nec dixit, Si ego imperitus verbo, et illi quoque; hoc enim visum fuisset esse hominis et illos traducentis et istos attollentis; verum rem ipsam, hoc est, externam sapientiam dejicit. Atque in priore quidem epistola vehementer in hoc incumbit, ut ostendat hoc ad prædicationem non modo nihil utilitatis afferre, sed etiam crucis

Digitized by Google

Οὐδὲν δὲ οὕτω διαβολικὸν, ὡς τὸ πρὸς ἐπίδειξίν τι ποιεῖν. Τί δέ ἐστι, *Διάκονοι* [a] *δικαιοσύνης;* Ὅπερ ἡμεῖς ἐσμεν, Εὐαγγέλιον κηρύσσοντες ὑμῖν δικαιοσύνην ἔχον. Ἢ γὰρ τοῦτό φησιν, ἢ ὅτι δικαίων ἀνδρῶν ἑαυτοῖς περιτιθέασι δόξαν. Πῶς οὖν αὐτοὺς ἐπιγνωσόμεθα; Ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτῶν, καθὼς ὁ Χριστὸς εἶπε. Διὸ ἀναγκάζεται τὰ ἑαυτοῦ θεῖναι κατορθώματα καὶ τὴν ἐκείνων κακίαν παράλληλα, ἵνα ἀπὸ τῆς συγκρίσεως φανῶσιν οἱ νόθοι. Καὶ μέλλων πάλιν ἐμβαίνειν εἰς τὰ ἐγκώμια τὰ ἑαυτοῦ, κατηγορεῖ πρῶτον ἐκείνων, ἵνα δείξῃ ἀναγκαίαν οὖσαν αὐτοῦ τὴν ὑπόθεσιν, ἵνα μή τις ἐγκαλέσῃ ὡς περὶ ἑαυτοῦ λέγοντι, καί φησι, *Πάλιν λέγω*. Καὶ γὰρ ἤδη πολλῇ προδιορθώσει ἐχρήσατο· Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀρκοῦμαι τοῖς εἰρημένοις, ἀλλὰ καὶ πάλιν λέγω, μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι. Τοῦτο γὰρ ἐκείνων ἦν ἔργον, τὸ, αἰτίας μὴ οὔσης, καυχᾶσθαι. [607] Σὺ δέ μοι σκόπει ὅτι, ὁσάκις ἐμβαίνειν μέλλει εἰς τοὺς οἰκείους ἐπαίνους, προανακρούεται. Τὸ μὲν γὰρ πρᾶγμα ἀφροσύνης ἐστὶ, φησὶ, τὸ καυχᾶσθαι· ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς ἀνοηταίνων αὐτὸ ποιῶ, ἀλλὰ ἀναγκαζόμενος. Εἰ δὲ οὐ πείθεσθε, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκην οὖσαν ὁρῶντες, καταγνώσεσθε, οὐδὲ οὕτω παραιτήσομαι. Εἶδες πῶς ἔδειξε πολλὴν οὖσαν τὴν ἀνάγκην τοῦ λέγειν; Ὁ γὰρ μηδὲ ταύτην

[a] *Legebatur* διακονία.

Digitized by Google

ὑποστελλόμενος; τὴν ὑποψίαν, ἐννόησον ὅσην βίαν ὑπέμεινεν εἰς τὸ λέγειν, καὶ πῶς ὠδίνε καὶ ἐβιάζετο εἰπεῖν. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω μετρίως τῷ πράγματι κέχρηται. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἵνα καυχήσωμαι. Καὶ μικρὸν μέλλων καυχᾶσθαι, πάλιν καὶ ἑτέρᾳ κέχρηται παραιτήσει, λέγων, *Ὁ λαλῶ, οὐ κατὰ Κύριον λαλῶ, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.* Ὁρᾷς πῶς τὸ καυχᾶσθαι οὐκ ἔστι κατὰ Κύριον; *Ὅταν γὰρ πάντα ποιήσητε*, φησὶ, *λέγετε, ὅτι Ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν.* Ἀλλ' αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ οὐκ ἔστι κατὰ Κύριον· ἀπὸ δὲ τῆς διανοίας τοῦτο γίνεται. Διὰ τοῦτο εἶπεν, *Ὁ λαλῶ*· οὐ τὴν αἰτίαν διαβάλλων, ἀλλὰ τὰ ῥήματα. Ἐπεὶ ὁ σκοπὸς οὕτω θαυμαστὸς, ὡς καὶ τὰ ῥήματα σεμνύνειν. Ὥσπερ γὰρ ὁ φονεὺς τῶν σφόδρα κεκωλυμένων ὤν, ἀπὸ διανοίας πολλάκις ηὐδοκίμησε, καὶ τὸ περιτέμνεσθαι οὐκ ὂν κατὰ Κύριον, ἀπὸ τῆς διανοίας τοῦτο γέγονεν· οὕτω καὶ τὸ καυχᾶσθαι. Καὶ τί δήποτε οὐ κέχρηται ἀκριβολογίᾳ τοσαύτῃ; Ὅτι πρὸς ἕτερον ἐπείγεται, καὶ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς ἐπιλαμβάνεσθαι βουλομένοις χαρίζεται μόνον, ἵνα εἴπῃ τὰ ὠφελοῦντα· καὶ γὰρ ἱκανὰ ἦν πᾶσαν ἀνελεῖν τὴν ὑποψίαν λεχθέντα. *Ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ.* Πρότερόν φησιν, *Ὤφελον ἠνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ*· νυνὶ δὲ, *Ὡς ἐν ἀφροσύνῃ.* Ὅσῳ γὰρ πρόεισι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκκαθαίρει τὸν λόγον. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς πανταχοῦ ἀνοηταίνειν αὐτὸν, πρυσέθηκεν, *Ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.* Κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, φησὶν· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγεν, *Ἵνα μὴ καταισχυνθῶμεν*· καὶ προσετίθει, *Ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.* Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν εἰπὼν, *Ἃ βουλεύομαι κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ, Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ, Οὒ, οὔ*; καὶ δείξας, ὅτι οὐ δύναται πανταχοῦ ἅπερ ἐπαγγέλλεται καὶ πληροῦν, ἐπειδὴ οὐ κατὰ σάρκα βουλεύεται, ἵνα μὴ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην καὶ ἐπὶ τοῦ δόγματος ἑλκύσωσί τινες, φησί· *Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὔ.*

β'. Καὶ ὅρα πόσα ἔμπροσθεν εἰπὼν, πάλιν καὶ ἑτέρας πίθηται ἀπολογίας, προστιθεὶς οὕτω, καὶ λέγων, *Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι.* Τί ἐστι, *Κατὰ σάρκα*; Ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἀπὸ εὐγενείας, ἀπὸ πλούτου, ἀπὸ σοφίας, ἀπὸ τοῦ περιτομὴν ἔχειν καὶ προγόνους Ἑβραίους, ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν δόξης. Καὶ θέα σύνεσιν· ἐκεῖνα τίθησιν ἅπερ οὐδένα δείκνυσιν, καὶ τότε καὶ ἀφροσύνην. Εἰ γὰρ τὸ ἐπὶ τοῖς οὖσιν ἀγαθοῖς καυχᾶσθαι ἀφροσύνη, πολλῷ [608] μᾶλλον ἐπὶ τοῖς μηδὲν οὖσι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ, *Οὐ κατὰ Κύριον*, καλεῖ. Οὐ γὰρ ὄφελος Ἑβραῖον εἶναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Μὴ τοίνυν νομίσητε, ὅτι ὡς ἀρετὴν αὐτὰ τίθημι· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι καυχῶνται, ἀναγκάζομαι κἀγὼ ἐντεῦθεν τὴν σύγκρισιν ποιήσασθαι· ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ ποιεῖ λέγων, *Εἴ τις δοκεῖ πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον.* Καὶ ἐκεῖ, διὰ τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τούτῳ. Ὥσπερ ἂν εἴ τις γένους λαμπροῦ ὤν, καὶ φιλόσοφον ἑλόμενος βίον, ἴδοι μέγα φρονοῦντας ἑτέρους ἐπὶ εὐγενείᾳ, καὶ βουλόμενος καθελεῖν αὐτῶν τὸ φύσημα, ἀναγκαίαν τὴν οἰκείαν περιφάνειαν εἰπεῖν, οὐχὶ καλλωπιζόμενος, ἀλλὰ ἐκείνους ταπεινῶν. Τοῦτο δὴ καὶ ὁ Παῦλος ποιεῖ. Εἶτα ἀποστὰς ἐκείνων, ἐπὶ Κορινθίους κλῆρον τὴν αἰτίαν κενοῖ λέγων· *Ἤδεως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων.* Ὥστε ὑμεῖς αἴτιοι τούτων, καὶ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνοι. Εἰ γὰρ μὴ ὑμεῖς αὐτῶν ἠνείχεσθε, οὐδὲ παρεβλάπτεσθε τό γε ἐκείνων μέρος, οὐδὲν ἐφθόνουν μην· ἀλλὰ τῆς ὑμετέρας κήδομαι σωτηρίας, καὶ συγκαταβαίνω. Καὶ ὅρα πῶς καὶ τὴν ἐπιτίμησιν ἐγκωμίου τίθησιν. Εἰπὼν γὰρ, *Ἤδεως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων*, ἐπήγαγε, *Φρόνιμοι ὄντες.* Ἀρκεῖ γὰρ τὸ καυχᾶσθαι καὶ ἐπὶ τοιούτοις. Καὶ ἐχρῆν ἐπιτιμῆσαι, καὶ εἰπεῖν, Μὴ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων· ἀλλὰ μετὰ πλείονος αὐτὸ ποιεῖ παραιτούμενος. Ἐκείνως μὲν γὰρ ἔδοξεν ἂν ὡς ἀπεστερημένος τῶν ἐπιτιμᾶν· νυνὶ δὲ δείξας ἑαυτὸν καὶ ἐν τούτοις κρατοῦντα, καὶ οὐδὲν εἶναι ταῦτα νομίζοντα, μᾶλλον αὐτοὺς διορθοῦται. Τέως δὲ πρὶν ἢ εἰς τὰ κώμια ἐμβάλλειν καὶ τὴν σύγκρισιν, καὶ τὴν τῶν Κορινθίων δουλοπρέπειαν ὀνειδίζει αὐτοῖς, ὑπερβολῆς αὐτοῖς καθυπεκλίνοντο. Καὶ σφόδρα κωμῳδεῖ. *Ἀνέχεσθε γὰρ*, φησὶν, *εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις ὑμᾶς κατεσθίει.* Πῶς οὖν ἔλεγες, *Ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς*; Ὁρᾷς ὅτι δείκνυσι τοὺς λαμβάνοντας, καὶ οὐχ ἁπλῶς λαμβάνοντας, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς; τὸ γὰρ κατεσθίειν τοῦτο ἐστι. *Εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ.* Καὶ τὰ χρήματα ἐδούλωσε, φησὶ, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐξέβαλετε. Τοῦτο γὰρ μεῖζον τοῦ λαβεῖν, τὸ μὴ μόνον τὰ χρημάτων, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν αὐτῶν κυρίους εἶναι· καὶ ἔμπροσθεν δηλοῖ λέγων, *Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς*; Ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον προστίθησι λέγων, *Εἴ τις ἐλαμβάνεται.* Οὐδὲ γὰρ σύμμετρος ὑμῶν ἡ δουλεία, οὐδὲ ἀνεκτοτέροι οἱ δεσπόται, ἀλλὰ φορτικοὶ καὶ ἐπαχθεῖς. Εἰ γὰρ καὶ ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει. Εἶδες πάλιν ἐπιτεταραγμένου ἀνδρὸς καὶ ὀργιζομένου; Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὅτι εἰς ὄψιν ἐτύπτησεν, ἀλλ' ὅτι διέπτυον αὐτοὺς καὶ ἠτίμαζον· δι' ὃ καὶ ἔθηκε, *Κατὰ ἀτιμίαν λέγω.* Τῶν γὰρ εἰς ὄψιν τυπτομένων οὐκ ἔλαττον πάσχετε. Τί τοίνυν τούτου γένοιτ' ἂν ἰσχυρότερον; ποία δὲ ταύτης τῆς δεσποτείας πικροτέρα, ὅταν καὶ τὰ χρήματα ὑμῶν καὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν τιμὴν ἀφελόμενοι, μηδὲ οὕτως ὦσι μέτριοι, [609] μηδὲ ἐν τάξει δούλων ἐῶσιν ὑμᾶς γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἀργυρωνήτου ὑβριστοτέρους ὦσιν ὑμῖν κεχρημένοι; *Ὡς ὅτι ἡμεῖς φθονοῦμεν.* Ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον. Ἐπειδὴ γὰρ φορτικὴ διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὸ τέθεικεν, ἵνα κλέψῃ τὴν ἀχθειαν τῇ ἀσαφείᾳ. Ὁ γὰρ βούλεται εἰπεῖν, τοῦτό ἐστι· Μὴ γὰρ οὐ δυνάμεθα καὶ ἡμεῖς ταῦτα ποιεῖν; Ἀλλ' οὐ ποιοῦμεν. Τίνος οὖν ἕνεκεν αὐτῶν ἀπέχεσθε, ὡς ἡμῶν μὴ δυναμένων ταῦτα ποιεῖν; Ἐγκαλεῖ οὖν καὶ τὸ μωραινόντων ἀνέχεσθαι· τὸ δὲ καταφρονούντων ὑμῶν, ἁρπαζόντων, ἐπαιρομένων, τυπτόντων, οὐδ' ἂν ἀπολογίαν ἔχοι, οὐδ' ἂν τινά. Καινὸν γὰρ τοῦτο τὸ τῆς ἀπάτης εἶδος. Οἱ γὰρ ἀπατῶντες καὶ παρέχουσι, καὶ κομίζουσιν· οὗτοι δὲ καὶ ἀπατῶσι, καὶ λαμβάνουσι, καὶ ὑβρίζουσιν.

Digitized by Google

glorier. Cumque paulum gloriaturus esset, rursus etiam altera præmonitione usus est, dicens, 17. *Quod loquor, non secundum Dominum loquor, sed ut in insipientia, in hac substantia gloriæ.* Vides quomodo gloriari, secundum Dominum non sit? *Cum enim omnia feceritis*, inquit, *dicite, Servi inutiles sumus* (*Luc.* 17. 10). Verum hoc per se quidem secundum Dominum non est, sed ab animo ac voluntate tale efficitur. Ideo dixit, *Quod loquor;* non causam, sed verba reprehendens. Etenim scopus adeo eximius erat, ut et verbis ornamentum afferret. Quemadmodum enim homicida, tametsi facinus hujusmodi valde interdictum sit, tamen ab animo et voluntate sæpe laudem est assequutus; et circumcidi, licet secundum Dominum non sit, tamen ab animi instituto tale efficitur: sic etiam gloriari. Cur autem non tam accurata sermonis diligentia usus est? Quia alio properat, atque ex abundanti iis, qui eum carpere gestiebant, solum obsequitur, ut quæ profutura sunt dicat: etenim quæ dicta erant, ad tollendam omnem suspicionem sufficiebant. *Sed ut in insipientia.* Prius ait, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ;* nunc autem, *Ut in insipientia.* Quo enim altius progreditur, eo magis sermonem repurgat. Deinde, ne eum ubique stultitiam adhibere arbitreris, adjecit, *In hac substantia gloriæ.* Hoc est, quod ad hanc dumtaxat partem attinet: quemadmodum et alio loco dicebat, *Ut ne confundamur;* et adjecit, *In hac substantia gloriæ.* Et rursus alio loco, cum dixisset, *Secundum quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est, est, Non, non* (2. *Cor.* 1. 17)? atque ostendisset se idcirco non posse ubique, quæ pollicetur, explere, quoniam non secundum carnem consilium init; ne hinc suspicionem etiam ad doctrinam nonnulli perferrent, ait: *Fidelis autem Deus, quod sermo noster vos non fuit Est et Non* (*Ib. v.* 18).

2. Ac vide quam multa prius loquutus, alias adhuc rgationes afferat, proponens ad hunc modum ac ens, 18. *Quoniam multi gloriantur secundum carn, et ego gloriabor.* Quid est autem, *Secundum nem?* Hoc est, ab externis rebus, a nobilitate, ab bus, ab eruditione, a circumcisione, ab Hebræis , ab ea, qua apud plerosque floret, existimatione. vide sagacitatem: illa ponit, quæ nihil esse ostenac tum denique insipientiam. Etenim, si ob ea, vere bona sunt, gloriari stultitiæ est, multo certe is ob ea, quæ nullius pretii sunt. Atque id est l, *Non secundum Dominum*, vocat. Neque enim quam prodest Hebræum esse, aliaque id genus. ergo existimetis me hæc virtutis loco ponere; quoniam illi gloriantur, hinc ego comparationem re cogor: quod etiam alibi facit dicens, *Si quis ur confidere in carne, ego amplius* (*Philipp.* 3. 4). e illic quidem hoc facit ob eos, qui in hoc conant. Quemadmodum si quis claro genere natus, philosophicum vitæ genus amplexus, alios ob notem magnifice de se sentientes videat, atque eo astum deprimere cupiens, generis sui splendorem memorare cogatur, non ut se efferat, sed ut eos ce reddat. Idem Paulus quoque facit. Ac tum missis illis totam causam in Corinthios effundit, dicens: 19. *Libenter suffertis insipientes.* Itaque vos harum rerum causa potius estis, quam illi. Nam nisi vos eos sufferretis, atque, quantum in illis est, detrimentum accepissetis, nullum verbum fecissem: verum curæ mihi est vestra salus, meque ad vos indulgenter demitto. Ac vide quomodo objurgationi laudem adjungat. Postquam enim dixit, *Libenter suffertis insipientes*, addidit, *Cum sitis ipsi sapientes.* Insipientis enim hominis est, de talibus gloriari. Et quidem objurgare oportebat, ac dicere, Nolite sufferre insipientes; verum hoc cum majore abundantia facit. Nam illo modo idcirco eos objurgare visus fuisset, quod his rebus careret: nunc vero, cum se in his quoque superiorem esse ostendat, et tamen nihil ea esse ducat, magis eos corrigit. Cæterum priusquam in laudes suas atque comparationem ingrediatur, ingentem servilis animi dejectionem Corinthiis probro vertit, quod majorem in modum ipsis sese subjecissent. Ac vide quo pacto eos traducat. 20. *Sustinetis enim*, inquit, *si quis vos devorat.* Quonam ergo modo dicebas, *Ut in quo gloriantur inveniantur sicut et nos?* Videsne quo pacto eos accipere ostendat; ac non simpliciter accipere, sed etiam supra modum? hoc enim vocabulo, *Devorat*, hoc indicatur. *Si quis in servitutem redigit.* Et pecunias vestras, inquit, et corpora, et libertatem dedistis. Hoc enim majus est quam accipere, quod ipsi non modo pecunias, sed vos etiam ipsos in potestate habeant. Quod etiam superius his verbis demonstrabat, *Si alii potestatis vestræ participes sunt, annon multo magis nos* (1. *Cor.* 9. 12)? Postea quod gravius est adjungit, dicens, *Si quis extollitur.* Neque enim mediocris quædam est vobis servitus, nec mansueti domini, sed graves ac molesti. *Si quis vos in faciem cædit.* Vides rursus tyrannidis argumentum? Hoc porro dicebat, non quod eorum ora verberarent, sed quod eos despuerent, atque dedecore afficerent: unde etiam adjecit, 21. *Secundum ignominiam dico.* Nec enim mitius vobiscum agitur, quam cum iis qui in faciem cæduntur. Quidnam igitur hoc vehementius esse queat, aut quænam dominatio hac acerbior, cum et pecuniis vestris et libertate atque honore ademptis, ne sic quidem lenes se præbent, ac ne in servorum quidem gradu manere vos sinunt, verum mancipio quovis pecunia empto contumeliosius vos tractant? *Quasi nos infirmi fuerimus.* Obscurum est quod ait. Nam quoniam molestum erat, idcirco hoc ita collocavit, ut acerbitatem obscuritate falleret. Quod enim ait, hanc sententiam habet: Annon ipsi quoque hæc facere possumus? At non facimus. Quam ob causam eos suffertis, ac si nos hæc efficere nequeamus? Atqui illud quoque reprehensionem meretur, quod et stulte se gerentes suffertis: quod autem etiam vos ita aspernantes, diripientes, sese extollentes, vos cædentes, id nullam excusationem, nullam rationem habere queat. Novum enim est hoc fallaciæ genus. Nam cum alii, qui fallunt, largiri atque assentari soleant, isti contra fallunt et accipiunt, contumeliamque inferunt. Itaque ne umbra quidem ulla

Digitized by Google

veniæ vobis esse possit, quippe qui eos, qui vestra causa, ut vos subvehamini, sese deprimunt, respuitis, ac contra eos, qui, ut vos deprimamini, sese efferunt, suspicitis. An nos quoque idem facere non poteramus? At nolumus, ut qui utilitatem vestram nobis propositam habeamus. Nam illi qui vestra sunt rapientes, quæ sua sunt quærunt. Vides quomodo ubique per quæ ad eos libere loquitur, per eadem terreat? Etenim si ob eam causam, inquit, eos honore afficitis, quia vos cædunt atque contumeliose vexant; nos quoque hæc facere possumus, servitute vos opprimere, verberare, atque adversum vos extolli.

3. Vides quo pacto causam omnem tum illorum arrogantiæ, tum suæ, ut videbatur, insipientiæ, in hos confert? Etenim non ut splendidiorem meipsum ostendam, sed ut vos ab hac acerba servitute eripiam, nonnihil gloriari cogor. Operæ pretium est autem non simpliciter hæc verba expendere, sed causam etiam adjungere. Nam et Samuel ingentem laudem de seipso contexuit, cum Saülem ungebat, dicens: *Cujus vestrum bovem, aut asinum, aut calceamentum tuli? quem oppressi* (1. *Reg.* 12. 3)? Et tamen nemo eum accusabat. Id autem ea de causa dicebat, non ut plausum et gloriam captaret; sed quia regem creaturus erat, sub purgationis specie eum erudire vult, ut lenem se ac placidum præbeat. Atque prophetæ prudentiam, vel potius Dei benignitatem animadvertas velim. Nam quia eos deterrere cupiebat, de futuro rege gravia multa collegit; nimirum quod pistrices uxores eorum facturus esset, viros pastores, et mulorum curatores (siquidem diligenter regni cultum et obsequium enumerabat): postquam autem eos ita affectos esse videbat, ut nullo prohiberentur, verum incurabili morbo laborarent: sicque indulgenter cum ipsis agit, et regem ad lenitatem componit. Ob id etiam testem eum profert. Neque enim quispiam tunc eum in jus vocabat nec accusabat, ut ipse sese purgaret; sed, ut eum meliorem faceret, his verbis utebatur. Unde etiam ut ipsius fastum comprimeret, subjunxit, *Si audieritis vos et rex vester* (*Ibid. v.* 14), hæc et hæc bona vobis contingent: sin autem non audieritis, contraria omnia habituri estis. Atque etiam Amos dicebat, *Non eram propheta, nec filius prophetæ, sed armentarius, vellicans sycomoros. Et tulit me Deus* (*Amos* 7. 14. 15). Hæc porro non eo dicebat, ut seipsum efferret, sed ut eos, qui ipsum non ut prophetam existimabant, reprimeret, atque ut ostenderet etiam se minime fallere, neque ex se ea dicere quæ dicebat. Atque alius rursum hoc idem indicans dicebat: *Verumtamen ego repletus sum fortitudine Domini in spiritu et potentia* (*Mich.* 3. 8). Quin David quoque, cum de urso ac leone verba faceret (1. *Reg.* 17), non eo hæc commemorabat, ut plausus aucuparetur, sed ut magni aliquid et admirandi procuraret. Nam quoniam nemo credebat ipsum barbaro superiorem futurum, ut qui nudus esset, nec arma gestare posset, fortitudinis suæ argumentum præbere necesse habuit. Et cum Saüli oram chlamydis abstulit (1. *Reg.* 24), non ostentationis causa dicebat ea quæ dicebat, sed ut pravam suspicionem a se depelleret, quam adversus eum sparserant, dicentes eum in animo habere regem obtruncare. Quamobrem ubique causa investiganda est. Nam qui auditorum utilitatem spectat, etiamsi seipsum laudibus efferat, non modo nullam reprehensionem, sed coronam quoque meretur: imo si tum tacuerit, reprehensione dignus est. Nam et David, si cum incundum erat cum Goliath certamen, conticuisset, non eum ad dimicationem exire permisissent, nec splendidum illud tropæum erexisset. Quocirca necessitate compulsus hoc dicit, et quidem non fratribus suis, sed regi: nam fratres non ipsi credidissent: invidia enim ipsis aures obturabat. Quare, iis missis, cum alloquitur qui nondum invidia laborabat.

4. *Invidiæ damna.* — Noxia enim res est invidia, noxia, inquam, ac propriam salutem aspernari persuadet. Sic Cain quoque sibiipsi exitium attulit, atque ante eum rursus diabolus, qui ipsius patrem intercmerat. Sic Saül pravum dæmonem adversus animam suam accersiverat: cumque accersivisset, medico rursus invidebat (1. *Reg.* 18). Ea enim invidiæ natura est: norat se ab eo servatum, malebatque perire, quam eum, a quo salutem accepisset, florentem conspicere. Quid hoc affectu gravius esse queat? Non aberrarit, qui diaboli fœtum eam dixerit: atque in ea quidem inanis gloriæ fructus, imo etiam radix est: hæc enim duo vitia sese mutuo struere solent. Sic nempe tunc quoque livore afficiebatur Saül, quod dixissent, *Percussit David decem millia* (*Ibid. v.* 7). Quo quid stultius fingi possit? Quid enim, quæso, invidia te afficit? an quod quispiam laudibus aliquem ornarit? Atqui gaudere oportebat: alioqui nescis an vera hæc laus sit. An ob id luges, quod cum nihil in eo sit admiratione dignum laudem tamen consequutus sit? Atqui misereri potius convenit. Etenim si bonus sit, nemo laudato invidet, verum ad aliorum laudem suam quoque adjungit: sin autem talis non est, quid discruciaris? quid in teipsum gladium impellis? An quod apud homines eximius quidam vir habeatur? At apud homines, qui hodie sunt, et cras esse desinunt. An quia gloriam obtineat? Quamnam tandem? de qua propheta ait, quod flos fœni sit (*Isai.* 40. 6)? Hoccine ergo nomine invides, quod sarcinam non gestas, nec hujusmodi fœni onera circumfers? Quod si tibi ille hoc nomine beatus videtur, cur non etiam lignatores, qui quotidie onera gestant, et in urbem ingrediuntur? Neque enim hæc sarcina melior illa est, imo etiam deterior. Illa enim corpus solum premit; hæc vero animam quoque ipsam plerumque damno afficit, plusque anxietatis quam voluptatis affert. Nam etiamsi dicendi laude celebretur, majorem tamen metum, quam laudem habet: imo hanc brevem habet, illum perpetuum. At apud principes in gloria splendet? Verum illic rursus livor et periculum. Ut enim tu erga illos affectus es, ita etiam alii complures. At perpetuo laudatur? Hoc vero acerbam servitutem efficit. Neque enim libere quidquam ex animi sententia facere audebit, ne in eorum, a qui-

Digitized by Google

ειν. Ὅθεν οὐδὲ σκιὰν ἂν σχοίητε συγγνώμης, ὅτι τοὺς μὲν ταπεινοῦντας ἑαυτοὺς δι' ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ψωθῆτε, διαπτύετε, τοὺς δὲ ὑψοῦντας ἑαυτοὺς, ἵνα ὑμεῖς ταπεινωθῆτε, θαυμάζετε. Μὴ γὰρ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἠδυνάμεθα ταῦτα ποιεῖν; Ἀλλ' οὐ βουλόμεθα, τὸ συμφέρον ὑμῶν σκοποῦντες. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ μέτερα καθαιροῦντες, τὰ ἑαυτῶν σκοποῦσιν. Ὁρᾷς ἀνταχοῦ, ἐξ ὧν παῤῥησιάζεται πρὸς αὐτοὺς, ἐκ τούτων αὐτοὺς καὶ φοβεῖ; Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο αὐτοὺς μᾶτε, φησὶν, ἐπειδὴ τύπτουσιν, ὑβρίζουσι· δυνάμεθα καὶ ἡμεῖς ταῦτα ποιεῖν, δουλοῦσθαι, τύπτειν, αἴρεσθαι καθ' ὑμῶν.

γ'. Εἶδες πῶς ὅλην ἐπ' αὐτοὺς ἄγει τὴν αἰτίαν καὶ τῆς ἐκείνων ἀπονοίας, καὶ τῆς δοκούσης εἶναι ἀφροσύνης αὐτοῦ; Οὐ γὰρ ἵνα ἐμαυτὸν δείξω λαμπρότερον, ἀλλ' ἵνα ὑμᾶς ἀπαλλάξω ταύτης τῆς πικρᾶς δουλείας, ἀναγκάζομαι μικρόν τι καυχᾶσθαι. Δεῖ δὲ οὐχ ἁπλῶς τὰ λεγόμενα ἐξετάζειν, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν προσλέναι. Ἐπεὶ καὶ Σαμουὴλ ἐγκώμιον ὑπὲρ ἑαυτοῦ νέθηκε μέγα, ὅτε τὸν Σαοὺλ ἔχρισε, λέγων· *Ὅνον ὃς ὑμῶν εἴληφα, ἢ μόσχον, ἢ ὑπόδημα; ἢ ἐπίασά τινα ὑμῶν;* Ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς ἐγκαλεῖ. δὲ αἴτιον, οὐ καλλωπίζων ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐπειβασιλέα καθιστᾷν ἔμελλεν, ἐν ἀπολογίας τάξει λεται παιδεῦσαι ἐκεῖνον πρᾶον καὶ ἥμερον εἶναι. ἰ σκόπει σύνεσιν προφήτου, μᾶλλον δὲ Θεοῦ φιλρωπίαν. Ὅτε μὲν γὰρ ἀποστρέψαι αὐτοὺς ἠβούο, πολλὰ φορτικὰ συναγαγὼν, ἔλεγε περὶ τοῦ μέλτος βασιλεύειν· οἷον, ὅτι μυλωθρίδας τὰς γυναῖ; αὐτῶν ποιήσει, ποιμένας τοὺς ἄνδρας, ἡμιόνων στάτας (καὶ γὰρ μετὰ ἀκριβείας ἐπεξῆει τὴν τῆς πλείας θεραπείαν)· ἐπειδὴ δὲ εἶδεν οὐδενὶ τούτων υομένους, ἀλλὰ ἀνίατα νοσοῦντας, καὶ οὕτως αὐφείδεται, καὶ ῥυθμίζει τὸν βασιλέα πρᾶον εἶναι. τοῦτο καὶ αὐτὸν παράγει μάρτυρα. Οὐ γὰρ δὴ άζετό τις πρὸς αὐτὸν τότε, οὐδὲ ἐνεκάλει ἵνα λογήσηται, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνον ποιήσῃ βελτίονα, ταῦτα ε. Διὸ καὶ ἐπήγαγε καθαιρῶν αὐτοῦ τὸ φύσημα, *ἀκούσητε ὑμεῖς καὶ ὁ βασιλεὺς ὑμῶν*, τὰ καὶ στιν [610] ὑμῖν ἀγαθά· ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσητε, τὰ τία ἅπαντα. Καὶ Ἀμμὼς δὲ ἔλεγεν, *Οὐκ ἤμην ρήτης, οὐδὲ υἱὸς προφήτου, ἀλλ' ἢ αἰπόλος συκάμινα κνίζων. Καὶ ἀπέλαβέ με ὁ Θεός.* ἐπαίρων δὲ ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἀλλὰ ἐπιστομίζων ὑποπτεύοντας αὐτὸν οὐχ ὡς προφήτην, καὶ ἵνα ὅτι οὐκ ἀπατᾷ, οὐδὲ οἴκοθεν λέγει ταῦτα ἃ λέ-Καὶ ἕτερος δὲ πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐμφαίνων ν· *Ἀλλὰ μὲν ἐγὼ ἐνεπλήσθην ἰσχύος Κυρίου πνεύματι καὶ δυναστείᾳ.* Καὶ ὁ Δαυὶδ δὲ, τὰ κατὰ τὴν ἄρκτον καὶ τὸν λέοντα διηγεῖτο, καλλωπιζόμενος, ἀλλ' οἰκοδομῶν τι μέγα καὶ ιστὸν, ἔλεγεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἠπιστεῖτο ὅτι περιτοῦ βαρβάρου γυμνὸς, ὁ μηδὲ ὅπλα ἐνεγκεῖν ενος, ἠναγκάσθη παρασχεῖν ἀποδείξεις τῆς οἱἀνδρείας. Καὶ τὸ κράσπεδον ὅτε ἀφεῖλε τοῦ οὐκ ἐπιδεικνύμενος ἔλεγεν ἅπερ ἔλεγεν, ἀλλὰ ἐν διακρουόμενος ὑποψίαν, ἣν κατεσκέδασαν λέγοντες, ὅτι ἀνελεῖν αὐτὸν ἤθελε. Δεῖ τοίνυν πανταχοῦ τὴν αἰτίαν ζητεῖν. Ὁ γὰρ πρὸς τὸ συμφέρον τῶν ἀκουόντων ὁρῶν, κἂν ἐγκωμιάζῃ ἑαυτὸν, οὐ μόνον οὐκ ἐγκαλεῖσθαι ἄξιος, ἀλλὰ καὶ στεφανοῦσθαι· κἂν σιγᾷ τότε, ἐγκαλεῖσθαι ἄξιος. Ἐπεὶ καὶ ὁ Δαυὶδ τότε εἰ ἐσίγησεν ἐπὶ τοῦ Γολιὰθ, οὐκ ἂν εἶσαν αὐτὸν ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν παράταξιν, οὐδὲ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο ἔστησε τρόπαιον. Διὸ δὴ τοῦτο λέγει ἀναγκασθείς, καὶ οὐχὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ· ἦ γὰρ ἂν παρ' αὐτοῖς ἠπιστήθη· ὁ γὰρ φθόνος ἐνέφραττεν αὐτῶν τὰς ἀκοάς. Διόπερ ἐκείνους ἀφεὶς, τῷ μηδέπω βασκαίνοντι διαλέγεται.

δ'. Δεινὸν γὰρ ἡ βασκανία, δεινὸν, καὶ τῆς οἰκείας ἀναπείθει καταφρονεῖν σωτηρίας. Οὕτω καὶ Κάϊν ἑαυτὸν ἀπώλεσε, καὶ πρὸ τούτου πάλιν ὁ τὸν τούτων πατέρα ἀνελὼν διάβολος. Οὕτως ὁ Σαοὺλ δαίμονα πονηρὸν ἐκάλεσε κατὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς· καὶ καλέσας, τῷ ἰατρῷ πάλιν ἐβάσκαινε. Τοιοῦτον γὰρ ὁ φθόνος· ᾔδει ὅτι ἐσώθη, καὶ ἀπολέσθαι μᾶλλον ἤθελεν, ἢ τὸν σώσαντα εὐδοκιμοῦντα ἰδεῖν. Τί τούτου χαλεπώτερον γένοιτ' ἂν τοῦ πάθους; Οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι διαβόλου γέννημα τοῦτο εἰπών· καὶ ἐν μὲν ἐκείνῳ κενοδοξίας καρπὸς, μᾶλλον δὲ καὶ ῥίζα· ἀμφότερα γὰρ ταυτὶ τὰ κακὰ ἑαυτὰ συγκατασκευάζειν εἴωθεν. Οὕτω δὴ καὶ τότε ἐβάσκαινεν ὁ Σαοὺλ, ἐπειδὴ εἶπον, *Ἐπάταξε Δαυὶδ ἐν μυριάσιν*· οὔ τί γένοιτ' ἂν ἀλογώτερον; Τί γὰρ, εἰπέ μοι, φθονεῖς; ὅτι ἐπῄνεσεν ὁ δεῖνα; Καὶ μέντοι χαίρειν ἔδει· ἄλλως δὲ οὐδὲ οἶδας, εἰ ἀληθὴς ὁ ἔπαινος ἦ. Καὶ διὰ τοῦτο πενθεῖς, ὅτι οὐκ ὢν θαυμαστὸς ἐπῃνέθη; Καὶ μὴν ἐλεεῖν χρή. Καὶ γὰρ ἐὰν μὲν ἀγαθὸς ᾖ, οὐδεὶς φθονεῖ ἐπαινουμένου, ἀλλ' ἐπαινεῖ μετὰ τῶν εὐφημούντων· εἰ δὲ μὴ τοιοῦτος, τί δάκνῃ; τί κατὰ σαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖς; Ὅτι θαυμαστὸς τοῖς ἀνθρώποις; Ἀλλὰ ἀνθρώποις τοῖς σήμερον οὖσι, [611] καὶ αὔριον οὐκ οὖσιν. Ἀλλ' ὅτι δόξης ἀπολαύει; Ποίας, εἰπέ μοι; περὶ ἧς ὁ προφήτης φησὶν, ὅτι ἄνθος ἐστὶ χόρτου; Διὰ τοῦτο οὖν βασκαίνεις, ὅτι οὐκ ἀχθοφορεῖς, οὐδὲ χόρτου περιφέρεις φορτία τοιαῦτα; Εἰ δὲ αὐτός σοι ζηλωτὸς εἶναι δοκεῖ διὰ τοῦτο, τί μὴ καὶ δρυτόμοι καθ' ἑκάστην ἀχθοφοροῦντες ἡμέραν, καὶ ἐν τῇ πόλει εἰσιόντες; Οὐδὲν γὰρ τούτου ἄμεινον τοῦτο τὸ φορτίον, ἀλλὰ καὶ χεῖρον. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ σῶμα πιέζει μόνον· τοῦτο δὲ καὶ τὴν ψυχὴν πολλάκις παρέβλαψε, καὶ μείζονα παρέσχε τὴν ἀγωνίαν τῆς ἡδονῆς. Κἂν γὰρ λέγων εὐδοκιμῇ, μείζονα ἔχει τὸν φόβον [φθόνον?[a]] τῆς εὐφημίας· μᾶλλον δὲ, τὴν μὲν βραχεῖαν, τὸν δὲ διηνεκῆ. Ἀλλὰ παρὰ ἄρχουσιν εὐδοκιμεῖ; Κἀκεῖ πάλιν φθόνος καὶ κίνδυνος. Ὁ γὰρ σὺ πρὸς αὐτὸν πάσχεις, τοῦτο καὶ ἕτεροι πλείους. Ἀλλ' ἐπαινεῖται συνεχῶς; Τοῦτο δουλείαν ποιεῖ πικράν. Οὐ γὰρ τολμήσει τι πρᾶξαι ἀδεῶς τῶν κατὰ γνώμην, ἵνα μὴ προσκρούσῃ τοῖς δοξάζουσιν αὐτόν· δεσμὰ γὰρ αὐτῷ χαλεπὰ ἡ περιφάνεια. Ὥστε ὅσῳ ἂν πλείοσι γνώριμος ᾖ, τοσούτῳ πλείους ἔχει δεσπότας, καὶ ἐπιτείνεται τὰ τῆς δουλείας αὐτῷ, τῶν κυρίων αὐτοῦ πανταχοῦ φαινο-

[a] *Pulo leg.* τὸν φθόνον. Dunæus.

Digitized by Google

μένων. Καὶ ὁ μὲν οἰκέτης, ὅταν ἀπαλλαγῇ τῆς ὄψεως τοῦ δεσπότου, καὶ ἀναπνεῖ καὶ μετ' ἐλευθερίας ἐστὶν ἁπάσης· οὗτος δὲ πανταχοῦ δεσπόταις περιτυγχάνει· πάντων γὰρ δοῦλός ἐστι τῶν ἐν ἀγορᾷ φαινομένων. Κἂν κατεπείγῃ τι τῶν ἀναγκαίων, οὐ τολμᾷ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν, [εἰ][a] μὴ καὶ τῶν οἰκετῶν ἑπομένων καὶ τοῦ ἵππου, καὶ τῆς ἄλλης φαντασίας συγκεκροτημένης, ἵνα μὴ οἱ δεσπόται καταγνῶσι. Κἂν φίλον ἴδῃ τινὰ τῶν γνησίων, οὐ θαρρεῖ μετὰ ἰσοτιμίας αὐτῷ διαλεχθῆναι· δέδοικε γὰρ τοὺς δεσπότας, μὴ καθέλωσιν αὐτὸν ἀπὸ τῆς δόξης. Ὥστε ὅσῳ περιφανέστερός ἐστι, τοσούτῳ μᾶλλον δεδούλωται. Κἂν πάθῃ τι τῶν ἀηδῶν, ἡ ὕβρις χαλεπωτέρα, ὅσῳ καὶ πλείους ἔχει τοὺς μάρτυρας, καὶ παρ' ἀξίαν τὸ πρᾶγμα εἶναι δοκεῖ. Οὐ μόνον δὲ ἡ ὕβρις, ἀλλὰ καὶ ἡ συμφορά. Καὶ γὰρ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐφηδομένους· ὥσπερ οὖν κἂν ἀγαθοῦ τινος ἀπολαύσῃ, πλείους τοὺς φθονοῦντας καὶ βασκαίνοντας καὶ καθελεῖν ἐσπουδακότας. Τίνα οὖν ἀγαθὸν, εἰπέ μοι; τοῦτο δόξα; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ ἀδοξία, καὶ δουλεία, καὶ δεσμά, καὶ πᾶν ὅτιπερ ἂν εἴποι τις φορτικόν. Εἰ δὲ καὶ οὕτως ἐπιθυμητὸν ἦν παρὰ ἀνθρώπων δόξα, καὶ πάνυ σε θορυβεῖ πολλῶν κροτούμενος ὁ δεῖνα· ὅταν ἴδῃς ἐπιλείποντα τῶν κρότων, πρὸς τὸν μέλλοντα αἰῶνα διάθηθι τὸν λογισμῷ, καὶ τὴν ἐκεῖ δόξαν· καὶ ὥσπερ θηρίον ἐκ σπεύδων διαφυγεῖν, εἰς οἰκίσκον εἰσελθὼν ἀποκλεῖσας τὰς θύρας· οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τὴν μέλλουσαν ζωὴν κατάφυγε, καὶ τὴν ἀπόῤῥητον δόξαν ἐκείνην. Ὅταν γὰρ καὶ ταύτην καταπατήσεις, καὶ ἐκείνης ἐπιλήψῃ ῥᾳδίως, καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐλευθερίας ἐπιλαύσεις, καὶ [612] τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

[a] Inclusimus, εἰ, quo caret A.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΕ'.

Ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ.

1. Ὅρα πάλιν αὐτὸν ἀναδυόμενον, καὶ παραιτήσει χρώμενον, καὶ προδιορθώσει· καίτοι καὶ ἤδη πολλὰ τοιαῦτα εἴρηκεν· *Ὄφελον ἠνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ·* καὶ πάλιν, *Μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι· εἰ δὲ μή γε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθε· Ὁ λαλῶ, οὐ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ· Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι·* καὶ ἐνταῦθα πάλιν, *Ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ.* Τόλμαν καὶ ἀφροσύνην λαλεῖ τὸ περὶ ἑαυτοῦ μέγα τι λέγειν, καὶ ταῦτα ἀνάγκης οὔσης, παιδεύων ἡμᾶς ἐκ περιουσίας τὸ τοιοῦτον φεύγειν. Εἰ γὰρ μετὰ τὸ πάντα ποιῆσαι, ἀχρείους δεῖ καλεῖν ἑαυτούς· οὐδεμιᾶς κατεπειγούσης αἰτίας, τίνος ἂν εἴη συγγνώμης ἄξιος ἐπαίρων τις ἑαυτὸν καὶ κομπάζων; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Φαρισαῖος ἔπαθεν ἅπερ ἔπαθε, καὶ ἐν λιμένι ναυάγιον ὑπέμεινεν, ὅτι τούτῳ προσέῤῥηξε τῷ σκοπέλῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος μυρίαν ἀνάγκην ὁρῶν, ὅμως ἀναδύεται, καὶ συνεχῶς ἀναμιμνήσκει ὅτι ἀφροσύνης τὸ τοιοῦτόν ἐστι. Καὶ τότε λοιπὸν κατατολμᾷ, τὴν ἀπὸ τῆς ἀνάγκης ἀπολογίαν προβαλλόμενος, καὶ φησιν, *Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ. Ἰσραηλῖταί εἰσι; κἀγώ.* Οὐ γὰρ ἦν πάντας τοὺς Ἑβραίους Ἰσραηλίτας εἶναι· ἐπεὶ καὶ Ἀμμανῖται καὶ Μωαβῖται τοῦτο ἦσαν. Διὸ ἐπήγαγεν ἐκκαθαίρων τὴν εὐγένειαν, καί φησι, *Σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι; κἀγώ. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ.* Οὐκ ἠρκέσθη τῇ προτέρᾳ παραιτήσει, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν πάλιν αὐτῇ κέχρηται· *Παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ.* Κρειττων αὐτῶν ἐγὼ καὶ βελτίων. Καίτοι τὰς ἀποδείξεις εἶχε σαφεῖς τῆς ὑπεροχῆς· ἀλλ' ὅμως παραφροσύνην καὶ οὕτω τὸ πρᾶγμα καλεῖ. Καὶ μὴν εἰ ψευδαπόστολοι ἦσαν, οὐκ ἔδει κατὰ σύγκρισιν εἰσάγειν τὴν ὑπεροχὴν, ἀλλ' ἀνελεῖν τὸ εἶναι αὐτοὺς διακόνους. Ἀνεῖλε μὲν οὖν αὐτὸ εἰπὼν, *Ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ·* νῦν δὲ αὐτὸ οὐ ποιεῖ οὕτως· εἰς γὰρ ἐξέτασιν ἦλθεν ὁ λόγος προβαίνειν. Οὐδεὶς δὲ, ἐξετάσεως οὔσης, ἁπλῶς ἀποφαίνεται, ἀλλὰ πρῶτον κατὰ σύγκρισιν θεὶς τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ἀναίρεσιν, ἐπιδείκνυται τὴν καὶ πολὺ στερρὰν οὖσαν. Ἄλλως τε γνώμην αὐτῶν ἐκείνων τίθησιν, οὐκ αὐτοῦ ἀποφαινόμενον, [613] λέγων, *Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι.* Καὶ εἰπὼν, *Ὑπὲρ ἐγώ,* προάγει τὴν σύγκρισιν, καὶ δεικνυσι πῶς οὐκ ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ἐπίδειξιν ἐπάγων, τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀποστολῆς διατηρεῖ. Καὶ ἀφεὶς τὰ σημεῖα ἅπερ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν ἄρχεται, οὕτω λέγων· *Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως.* Τοῦτο ἐκείνου μεῖζον, τὸ καὶ πλήττεσθαι καὶ μᾶλλον μᾶζεσθαι. *Ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως.* Καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἐπίτασις. *Ἐν θανάτοις πολλάκις.* Καθ' ἡμέραν γὰρ, φησὶν, *ἀποθνήσκω.* Ἐνταῦθα δὲ πάλιν ἔργῳ· πολλάκις γὰρ εἰς κινδύνους παρεδόθην ἐκ τῶν ἐχόντων. *Πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον ὑπὸ Ἰουδαίων.* Διὰ τί, *Παρὰ μίαν;* Νόμος ἦν παλαιὸς, τὸν πλέον τῶν τεσσαράκοντα ἕνα ὄντα, ἄτιμον εἶναι παρ' αὐτοῖς. Ἵνα οὖν μὴ τοῦ τύπτοντος ῥύμη καὶ ὁρμὴ πλέον ἐπενεγκοῦσα τὸν ἀριθμοῦ, ἄτιμον ποιήσῃ, ὥρισαν παρὰ μίαν τοῦτο εἶναι· ἵνα κἂν πλεονάσῃ ὁ τύπτων, μὴ ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα ἐκπέσῃ, ἀλλ' εἴσω τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ νενομισμένου μείνας, μὴ ἀτιμάσῃ τὸν τυπτόμενον. *Ἐῤῥαβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα.* Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸ εὐαγγέλιον; Ὅτι μακρὰ ἐκ

bus celebratur, offensionem incurrat : grave enim ipsi vinculum est nominis claritas. Quocirca quo pluribus notus est, eo etiam plures dominos habet, ejusque servitus crescit : ut qui dominos suos, quoquo se vertat, inspectet. Ac servus quidem, cum ab heri sui vultu remotus est, respirat ac summa libertate fruitur ; hic autem ubique dominos obvios habet : omnium enim, quos in foro videt, est servus. Quod si necessitas aliqua urgeat, forum ingredi non audet, nisi famuli quoque assectentur, atque equus et omnis alia pompa parata et adornata sit, ne alioqui a dominis improbetur. Quod si sincerum aliquem amicum videat, familiares cum eo tamquam æquali sermones habere non audet : dominos enim metuit, ne ab ipsis de gloriæ suæ gradu dejiciatur. Ex quo efficitur, ut quo clarior est, eo graviore servitute opprimatur. Quod si quid molesti patiatur, eo acerbior est hæc contumelia, quo plures illius testes habet, ac præter dignitatem res ea esse videtur. Nec contumelia dumtaxat istud est, sed etiam calamitas. Nam permultos habet, qui una simul lætentur : ut contra cum bono aliquo fruitur, complures qui ipsi invideant ac livore afficiantur, eumque dejicere studeant. Hocne igitur, dic, quæso, bonum est ? hocne gloria ? Minime vero, sed ignominia, et servitus et vincula, et quidquid grave dici possit. Quod si tibi tam expetenda ea gloria esse videtur, quæ ab hominibus proficiscitur, teque plausus ille, quo quispiam a plurimis excipitur, majorem in modum conturbat ; cum eum hujusmodi plausu frui videris, cogitatione ad futurum ævum gloriamque illam transeas : et sicut irruentem feram effugere festinans, in cubiculum ingressus, fores occludis ; sic tu nunc quoque ad futuram vitam arcanamque illam gloriam confuge. Sic enim et hanc calcabis, et illam facile assequeris, et vera libertate æternisque bonis frueris : quæ utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXV.

CAP. 11. v. 21. *In quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego.*

1. Vide rursus quomodo refugiat, ac deprecatione et præmunitione utatur : etiamsi permulta quoque jam hujusmodi dixerit, nempe, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ ;* et rursus, *Ne quis me existimet insipientem esse : sin minus, ut et insipientem accipite ;* et, *Quod dico, non secundum Deum dico, sed ut in insipientia ;* et, *Quoniam multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor.* Atque hic rursus, *In quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego.* Audaciam videlicet et insipientiam appellat, magni aliquid de se prædicare, idque etiam urgente necessitate : quo nimirum nos doceat rem hujusmodi summopere fugere. Nam cum, omnibus etiam muneribus perfuncti, inutiles tamen nos vocare debeamus (*Luc.* 17. 10) ; qua tandem is venia dignus esse queat, qui nulla necessaria causa impulsus, seipsum attollit ac jactat ? Ideo Pharisæus quoque ea passus est quæ passus est, atque in portu naufragium subiit, quod ad hunc scopulum ratem suam allisisset. Ob eam causam Paulus, etsi summa necessitate constrictum se conspiciens, tamen refugit, atque identidem admonet, hujusmodi rem insipientiæ nota non carere. Ac tum demique necessitatis excusationem obtendens, audet et ait, 22. *Hebræi sunt ? et ego. Israelitæ sunt ? et ego.* Non enim Hæbræi omnes Israelitæ erant : quandoquidem et Ammonitæ et Moabitæ Hebræi erant. Eam ob causam, ut generis nobilitatem repurgaret, subjunxit, *Semen Abrahæ sunt ? et ego.* 23. *Ministri Christi sunt ? ut minus sapiens dico, plus ego.* Non satis esse duxit præmunitionem antehac adhibuisse, nisi hic quoque rursus ea uteretur : *Ut minus sapiens dico, plus ego.* Ego his melior sum ac præstantior. Et quidem perspicua præstantiæ suæ argumenta habebat ; nihilominus tamen insipientiæ vocabulo hanc eam appellat. Atqui, inquies, si falsi apostoli erant, excellentia ista per comparationem induci minime debebat, sed prorsus hoc adimi, quod ipsi ministri essent. Istud vero ipsum, inquam, sustulit, cum dixit, *Pseudapostoli, operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi :* at nunc haud ita hoc facit : ad examen quippe sermo processurus erat. Nemo porro re non examinata simpliciter sententiam pronuntiat ; verum cum prius sublationem eam, quæ per res ipsas efficitur, comparationis modo collocarit, tum demum rem eam ostendit, quæ multo plus firmitatis habeat. Alioquin sententiam ipsorum, non judicium suum ponit, dicens, *Ministri Christi sunt.* Et addens *Plus ego*, comparationem provehit, atque ostendit se non pronuntiantem, sed demonstrationem eam, quæ ex rebus ipsis exsistit, inducentem, peculiarem apostolici muneris notam retinere. Atque omissis omnibus miraculis, a tentationibus exorditur, sic loquens : *In laboribus abundantius, in plagis supra modum.* Hoc enim illo majus est : nempe cædi ac verberibus affici. *In carceribus abundantius.* Hic quoque rursus incrementum est. *In mortibus frequenter. Quotidie* enim, inquit, *morior* (1. *Cor.* 15. 32). Hic autem etiam reipsa : persæpe siquidem in mortifera pericula conjectus sum. *A Judæis quinquies quadragenas una minus accepi.* Quare, *Una minus ?* Prisca lege sancitum erat, ut si quis plus quam quadraginta verberum ictus accepisset, infamis apud ipsos esset. Itaque ne verberantis impetus hunc numerum in infligenda pœna excedens, ignominiæ notam reo inureret, præscriptum est ab illis, ut ei qui vapularet unde quadraginta tantum plagæ inculcarentur : ut quamlibet is, qui verberaret, in cædendo acer esset, tamen quadragenarium non excederet, sed infra numerum lege constitutum subsistens, ei qui vapularet non hoc dedecus inferret. 25. *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci.* Et quid hoc ad evangelium ? Quia longas vias, et marinas obivit. *Die ac nocte in profundo maris fui.* Quidam in medio mari fuisse, quidam natavisse dicunt, quod quidem

Digitized by Google

ad similitudinem veri magis accedit. Nam illud ne admiratione quidem dignum est: neque ita positum fuisset, tamquam naufragio majus. 26. *Periculis fluminum.* Etenim flumina quoque trajicere cogebatur. *Periculis latronum, periculis in civitate, periculis in solitudine.* Ubique mihi certamina proponebantur, in locis, in regionibus, in civitatibus, in solitudinibus. *Periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus.* Vide alterum belli genus. Non enim ab hostibus solum, sed etiam ab illis, qui fraternæ benevolentiæ speciem præ se ferebant, petebatur, magnaque animi contentione ac prudentia opus habebat. 27. *In labore et ærumna.* Pericula labores, ac rursum labores pericula frequentia excipiebant, nec vel tantillum eum respirare sinebant. *In vigiliis multis, in fame et siti et nuditate,* 28. *præter illa quæ extrinsecus sunt.*

2. Plura prætermissa, quam enumerata sunt: imo ne ea quidem, quæ enumerando recensuit, quanta sint, verbis explicari potest. Neque enim ea speciatim posuit, verum illa commemoravit, quorum exiguus facilisque numerus erat, ter et ter dicens, et semel: alia autem non item, quod videlicet ea sæpe pertulisset. Nec vero, quis harum rerum fructus exstiterit, refert, hoc est, quantam hominum multitudinem ad Christum converterit, sed tantum ea, quæ prædicationis causa perpessus sit; simul modestiam retinens, et illud ostendens, quod etiamsi nihil effectum fuisset, non tamen ipsi labores fructu caruissent: sic namque merces plena et cumulata est. *Instantia mea quotidiana.* Tumultus, commotiones, populorum oppugnationes, urbium impetus. Judæi etenim supra omnes eum bello lacessebant, quia præ cæteris omnibus eos confundebat, maximumque furoris eorum argumentum hinc præbebat, quod tam subito ab iis ad Christum sese transtulisset. Atque ingens adversus eum bellum, tum a suis, tum ab alienis, tum ab hypocritis excitabatur; fluctusque ubique et præcipitia erant, in orbe, in desertis locis, in terra, in mari, intus, foris. Ac ne necessarius quidem cibus ipsi suppetebat, nec vel tenue indumentum; verum ille orbis terrarum pugil nudus dimicabat, ac fame oppressus decertabat: tantum aberat, ut opibus cogendis studeret. Nec ideo angebatur, sed pro his rebus certaminis præsidi gratias agebat. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Istud omnium caput est, quod animus quoque ipsius distorquebatur, atque cogitatio distrahebatur. Nam etiamsi nulla res ipsum externe impetivisset, satis tamen superque intestinum bellum erat, aliis alii superjecti fluctus, curarum agmina, cogitationum conflictus. Nam si quispiam unius tantum domus curam gerens, servosque et procuratores atque administratores habens, plerumque præ curarum mole ne respirare quidem potest, etiamsi nemo sit qui negotium ipsi facessat: cogita quidnam hic pertulerit, qui non unius domus, sed urbium et populorum et nationum atque adeo totius orbis curam gerebat, et pro tantis rebus, cum tot essent a quibus vexabatur, ipseque solus esset tantaque pateretur, eaque sollicitudine afficeretur, ut nullus pater pro filio in pari cura versetur. Ne etenim dicas, Quid enim si sollicitus quidem erat, sed utcumque ac leviter? subjunxit quam vehemens ea cura esset, dicens, 29. *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* Non dixit, Non mœstitiæ sum particeps; sed perinde ac si eodem ipso affectu ac morbo laborem, ita perturbor ac tumultuor. *Quis scandalizatur, et ego non uror?* Vide rursus incredibilem quamdam doloris magnitudinem, quæ quidem in hoc inflammationis vocabulo inest. Incendor, inquit, atque ardeo: quod quidem majus omnibus erat. Illa enim, quamquam aspera, tamen confestim præteribant, voluptatemque non marcescentem afferebant: hoc autem erat quod eum premebat atque in arctum redigebat, mentemque ipsius sauciabat, quod pro unoquoque infirmo, quicumque tandem is esset, tanta perpeteretur. Non enim de majoribus quidem hæc dicebat, minores autem contemnebat, verum abjectissimum etiam quemque inter necessarios reponebat. Unde etiam dicebat, *Quis infirmatur?* et, ac si ipse universa orbis Ecclesia esset, sic in unoquoque membro discruciabatur. 30. *Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.* Videsne quomodo nusquam ob miracula, sed ob persequutiones et tentationes glorietur? Hoc enim, inquit, imbecillitatis est. Et multiplex bellum esse indicat. Nam et Judæi bellum ipsi inferebant, et gentiles adversus eum stabant, et falsi fratres cum eo luctabantur, et fratres infirmitate laborantes ac scandalum patientes mœrore ipsum afficiebant: undique ipsi tumultus ac perturbatio erat, a suis, ab alienis. Hæc peculiaris apostolici muneris nota est: per hæc texitur evangelium. 31. *Deus et Pater Domini Jesu scit quia non mentior.* 32. *Præpositus gentis Aretæ regis custodiebat civitatem Damascenorum, volens me comprehendere.* Cur hoc loco affirmatione atque asseveratione utitur, cum nulla in re ante istud fecerit? Fortasse quia antiquius hoc erat et ignotius; illa autem ipsis quoque nota, nimirum sollicitudo Ecclesiarum, aliaque omnia. Perspice itaque quanta belli vis esset, quippe cum ideo civitatem præsidio cinctam teneret. Porro cum bellum dico, Pauli zelum dico: nam nisi acer ac vehemens exstitisset, non utique tanto furore præfectum incendisset. Hæc sunt animi apostolici, tot adversa perpeti, nec tamen usquam subverti, sed forti ac generoso animo ea quæ accidunt perferre, non autem periculis obviam ire, nec in ea insilire. Vide quippe quomodo hic obsidionem effugere sustinuerit, 33. *Per murum demissus in sporta.* Quamquam enim ex hac vita discedere cupiebat, at hominum tamen salutem expetebat. Unde etiam sæpe eadem moliebatur, ut se prædicationi servaret; ac ne humanis quidem artibus, cum tempus ita postularet, uti recusabat: usque adeo prudens ac vigilans erat. Nam cum ejusmodi mala erant, quæ vitari nullo modo possent, tum gratia sola opus habebat: cum autem quædam mediocris tentatio erat, multa quoque suopte ingenio excogitabat; atque hic quoque rursus Deo totum adscribens. Ac si scintilla quædam ignis, qui exstingui nequeat, in mare prolapsa, incur-

Digitized by Google

ἐπέλλετο καὶ διαποντίους. *Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα.* Οἱ μὲν ἐν μέσῳ πελάγει φασὶν, οἱ δὲ, ὡς νηχόμενος· ὅπερ καὶ ἀληθέστερον εἰπεῖν. Ἐκεῖνό γε οὔτε θαύματος ἄξιον, οὐδ' ἂν ὡς τῶν ναυαγίων μεῖζον τέθεικε. *Κινδύνοις ποταμῶν.* Ἠναγκάζετο γὰρ καὶ διαπορθμεύειν ποταμούς. *Κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ.* Πανταχοῦ μοι τὰ ἆθλα προύκειτο, ἐν τόποις, ἐν χώραις, ἐν πόλεσιν, ἐν ἐρημίαις. *Κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις.* Ὅρα ἕτερον εἶδος πολέμου. Οὐ γὰρ οἱ ἐχθροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ὑπεκρίνοντο τὴν ἀδελφότητα, ἔβαλλον· καὶ πολλῆς ἐδεῖτο τῆς εὐτονίας, καὶ πολλῆς τῆς συνέσεως. *Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ.* Κίνδυνοι πόνους, πόνοι κινδύνους διεδέχοντο ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀναπνεῦσαι συνεχώρουν. *Ἐν ὁδοιπορίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι, χωρὶς τῶν παρεκτός.*

β'. Πλείονα τὰ παραλειφθέντα τῶν ἀπαριθμηθέντων· μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὰ τὰ ἀπαριθμηθέντα ὅσα, ἔστιν εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ κατ' εἶδος αὐτὰ τέθεικεν, ἀλλ' ὧν μὲν εὐληπτος ἦν ὁ ἀριθμὸς καὶ βραχὺς, ἐμνήσθη τούτων, τρὶς καὶ τρὶς, λέγων, καὶ ἅπαξ· τῶν δὲ ἄλλων οὐκέτι οὕτω, διὰ τὸ πολλάκις ὑπομεμενηκέναι. Καὶ οὐ λέγει τὰ ἐξ αὐτῶν κατορθώματα, οἷον τοσούσδε καὶ τοσούσδε ἐπέστρεψεν, ἀλλ' ἃ ἔπαθε μόνον ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος· ὁμοῦ μὲν μετριάζων, ὁμοῦ δὲ δεικνὺς, ὅτι κἂν μηδὲν γένηται, ἔστι τι πλέον πονουμένῳ· οὕτω γὰρ τὰ τῶν μισθῶν ἐστι πεπληρωμένα. *Ἡ ἐπισύστασίς μου καθ' ἡμέραν.* Οἱ θόρυβοι, αἱ [614] ταραχαὶ, αἱ πολιορκίαι τῶν δήμων, καὶ τῶν πόλεων ἔφοδοι. Τούτῳ γὰρ μάλιστα πάντων ἐπολέμουν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπειδὴ μάλιστα πάντων αὐτοὺς συνέχεε, καὶ μέγιστος τῆς μανίας ἔλεγχος ἦν, μεταταξάμενος ἀθρόον. Καὶ πολὺς ὁ πόλεμος ἕπνει κατ' αὐτοῦ, παρὰ τῶν οἰκείων, παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, παρὰ τῶν ὑποχρινομένων· καὶ πανταχοῦ κύματα καὶ χρημνοὶ, ἐν τῇ οἰκουμένῃ, ἐν τῇ ἀοικήτῳ, ἐν τῇ γῇ, ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἔξωθεν, ἔσωθεν. Καὶ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ἠπόρει τροφῆς, οὐδὲ ψιλῆς περιβολῆς, ἀλλ' ὁ τῆς οἰκουμένης ἀγωνιστὴς γυμνὸς ἠγωνίζετο, καὶ λιμώττων ἐπύκτευε· τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ χρηματίζεσθαι. Καὶ οὐκ ἐδυσχέραινεν, ἀλλὰ χάριτας ἤδει τούτων τῷ ἀγωνοθέτῃ. *Ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν.* Τοῦτο τὸ κεφάλαιον ἁπάντων, ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ διεσπᾶτο, καὶ ἡ διάνοια διετέμνετο. Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἔξωθεν προσέβαλεν, ἱκανὸς ὁ ἔνδον πόλεμος, τὰ κύματα τὰ ἐπάλληλα, αἱ νιφάδες τῶν φροντίδων, ὁ πόλεμος τῶν λογισμῶν. Εἰ γὰρ οἰκίας τις μιᾶς προνοῶν, καὶ οἰκέτας ἔχων καὶ ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους, οὐδὲ ἀναπνεῖ πολλάκις ὑπὸ τῶν φροντίδων, ἑνὸς ὄντος τοῦ ἐνοχλοῦντος· οὗτος ὁ οὐκ οἰκίας μιᾶς, ἀλλὰ καὶ πόλεων καὶ δήμων καὶ ἐθνῶν καὶ οἰκουμένης ὁλοκλήρου τῆς οἰκουμένης τὴν φροντίδα ἔχων, καὶ πρὸ τηλικούτων πραγμάτων, καὶ τοσούτων ὄντων ὧν ἐπιτρεαζόντων, καὶ μόνος ὤν, καὶ τοσαῦτα πάσχων, καὶ οὕτω κηδόμενος ὡς οὐδὲ πατὴρ παίδων, ἀνήσων τί ὑπέμενεν. Ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς, Τί γὰρ εἰ μερίμνα μὲν, ἐμερίμνα δὲ ἁπλῶς; ἐπήγαγε καὶ τὴν τίτασιν τῆς φροντίδος, λέγων, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ;* Οὐκ εἶπεν, Οὐ κοινωνῶ τῇ ἀθυμίᾳ· ἀλλ' ὡς ἐν αὐτῷ ὢν τῷ πάθει, ὡς ἐν αὐτῇ ὢν τῇ ἀῤῥωστίᾳ, οὕτω θορυβοῦμαι καὶ ταράσσομαι. *Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* Ὅρα πάλιν τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης, πῶς πάρεστιν ἐν τῇ τῆς πυρώσεως προηγορίᾳ. Ἐμπίπραμαι, καίομαι, φησίν· ὃ δὴ πάντων μεῖζον ἦν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ εἰ καὶ σφοδρὰ, ἀλλὰ καὶ παροδεύεται ταχέως, καὶ τὴν ἡδονὴν εἶχεν ἀμάραντον· τοῦτο δὲ ἦν τὸ θλῖβον αὐτὸν καὶ στενοχωροῦν, καὶ διατιτρῶσκον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ἀσθενούντων τοιαῦτα πάσχειν, εἰ καὶ ὁστισοῦν ἦν. Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τῶν μειζόνων μὲν ἦγει [a], τῶν δὲ ἐλαττόνων κατεφρόνει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπερρίμμενον ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐτίθετο. Διὸ καὶ ἔλεγε, *Τίς ἀσθενεῖ;* δηλῶν ὅτι ὅστις ἐὰν ᾖ· καὶ καθάπερ αὐτὸς ὢν ἡ Ἐκκλησία ἡ κατὰ τὴν οἰκουμένην, οὕτω καθ' ἕκαστον ὠδυνᾶτο μέλος. *Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι.* Ὁρᾷς ὅτι οὐδαμοῦ ἀπὸ σημείων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν διωγμῶν καυχᾶται, καὶ τῶν πειρασμῶν; Τοῦτο γὰρ, φησὶν, ἀσθενείας. Καὶ ποικίλον τὸν πόλεμον δείκνυσι. Καὶ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι [615] αὐτὸν ἐπολέμουν, καὶ τὰ ἔθνη πρὸς αὐτὸν ἵστατο, καὶ οἱ ψευδάδελφοι αὐτῷ ἐπύκτευον, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτὸν ἐλύπουν ἀσθενοῦντες καὶ σκανδαλιζόμενοι· πάντοθεν αὐτῷ θόρυβος καὶ ταραχὴ, ἀπὸ τῶν οἰκείων, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Οὗτος ἀποστολικὸς χαρακτήρ· διὰ τούτων ὑφαίνεται Εὐαγγέλιον. *Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ οἶδεν, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θέλων.* Τί δήποτε ἐνταῦθα διαβεβαιοῦται καὶ πιστοῦται, ἐπ' οὐδενὸς τῶν προτέρων τοῦτο ποιήσας; Ὅτι ἴσως τοῦτο ἀρχαιότερον ἦν καὶ ἀδηλότερον· ἐκεῖνα δὲ καὶ αὐτοῖς γνώριμα, ἡ μέριμνα τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Θέα τοίνυν τὸν πόλεμον ὅσος, εἴ γε δι' αὐτὸν τὴν πόλιν ἐφρούρει. Ὅταν δὲ τὸν πόλεμον εἴπω, τὸν ζῆλον λέγω τοῦ Παύλου· εἰ γὰρ μὴ σφοδρὸς ἔπνει, οὐκ ἂν εἰς τοσαύτην ἀνῆψε τὸν ἐθνάρχην μανίαν. Ταῦτα ψυχῆς ἀποστολικῆς, τὸ πάσχειν τοσαῦτα, καὶ μηδαμοῦ περιτρέπεσθαι, ἀλλὰ φέρειν γενναίως τὰ ἐμπίπτοντα, καὶ μὴ ὁμόσε χωρεῖν τοῖς κινδύνοις μηδὲ ἐπιπηδᾷν. Ὅρα γοῦν ἐνταῦθα πῶς ἠνέσχετο διαφυγεῖν τὴν πολιορκίαν, *διὰ θυρίδος χαλασθεὶς ἐν σαργάνῃ.* Εἰ γὰρ καὶ ἐπεθύμει τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας, ἀλλ' ὅμως καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἦρα σωτηρίας. Διὸ πολλάκις καὶ τοιαῦτα ἐμηχανᾶτο, τηρῶν ἑαυτὸν τῷ κηρύγματι· καὶ οὐ παρητεῖτο οὐδὲ ἀνθρωπίνοις χρήσασθαι μηχανήμασιν, ἡνίκα ἀπῄτει καιρός· οὕτως ἦν νήφων καὶ ἐγρηγορώς. Ἔνθα μὲν γὰρ ἄφυκτα ἦν κακὰ, τῆς χάριτος ἔδει μόνης· ἔνθα δὲ σύμμετρος ὁ πειρασμὸς, πολλὰ καὶ οἰκοθεν ἐπινοεῖ· καὶ ἐνταῦθα πάλιν τῷ Θεῷ τὸ πᾶν λογιζόμενος. Καὶ καθάπερ τις [b] σπινθὴρ πυρὸς ἀσβέστου εἰς πέλαγος ἐμπεσὼν, κυμάτων πολλῶν ἐπιόντων βαπτίζοιτο, καὶ πάλιν ἀνέρχοιτο λαμπρός· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, νῦν μὲν

[a] *Legebatur* Ἔλεγε.
[b] *Lege* Καὶ καθάπερ εἰ, inquit Dunæus.

Digitized by Google

ἐχώννυτο κινδυνεύων, [a] νῦν δὲ αὐτοὺς διαδὺς, φαιδρότερος ἀνῄει, τῷ πάσχειν κακῶς περιγινόμενος.

γ'. Αὕτη γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη, τοῦτο τῆς Ἐκκλησίας τὸ τρόπαιον, οὕτως ὁ διάβολος βάλλεται, πασχόντων ἡμῶν κακῶς. Ἡμῶν γὰρ πασχόντων ἁλίσκεται, καὶ πάσχει κακῶς, ὅταν ἡμᾶς ποιεῖν βούλεται. Ὅπερ καὶ ἐπὶ Παύλου συνέβαινε· καὶ ὅσῳ μεῖζον ἐπῆγε τοὺς κινδύνους, τοσούτῳ μᾶλλον ἡττᾶτο. Οὐδὲ γὰρ ἓν εἶδος κατεσκεύαζε πειρασμῶν, ἀλλὰ ποικίλον καὶ διάφορον. Τὰ μὲν γὰρ πόνον εἶχε, τὰ δὲ ἀθυμίαν, τὰ δὲ φόβον, τὰ δὲ ὀδύνην, τὰ δὲ φροντίδα, τὰ δὲ αἰσχύνην, τὰ δὲ πάντα ὁμοῦ· ἀλλ' ὅμως ἐν πᾶσιν ἐκράτει. Καὶ καθάπερ στρατιώτης εἰς τὴν οἰκουμένην πολεμοῦσαν ἔχων ἅπασαν, ἐν μέσοις στρέφοιτο τοῖς τάγμασι τῶν πολεμίων, καὶ μηδὲν πάσχοι δεινόν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος μόνος ἐν βαρβάροις, ἐν Ἕλλησι, πανταχοῦ γῆς, πανταχοῦ θαλάσσης φαινόμενος, ἀχείρωτος ἔμενε. Καὶ ὥσπερ τις σπινθὴρ εἰς καλάμην καὶ χόρτον ἐμπίπτων, [616] πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν μετατίθησι τὰ καιόμενα· οὕτω καὶ οὗτος ἅπασιν ἐπιὼν, πάντας μεθίστα πρὸς τὴν ἀλήθειαν, χειμάρρου δίκην πάντα ἐπιὼν, καὶ ἀνατρέπων τὰ κωλύματα. Καὶ καθάπερ τις ἀθλητὴς αὐτὸς παλαίων, τρέχων, πυκτεύων, ἢ στρατιώτης τειχομαχῶν, πεζομαχῶν, ναυμαχῶν· οὕτω πᾶν εἶδος μετῄει μάχης, καὶ πῦρ ἐνέπνει, καὶ πᾶσιν ἀπρόσιτος ἦν· ἑνὶ σώματι καταλαμβάνων τὴν οἰκουμένην, μιᾷ γλώττῃ πάντας τρεπόμενος. Οὐχ οὕτως αἱ πολλαὶ σάλπιγγες ἐνέπιπτον τοῖς λίθοις τῆς τῶν Ἱεριχουντίων πόλεως, καὶ καθῄρουν αὐτούς, ὡς ἡ τούτου φωνὴ ἠχοῦσα τὰ ὀχυρώματα τὰ διαβολικὰ καὶ ῥίπτει χαμαὶ, καὶ τοὺς ἐναντίους πρὸς αὐτὸν μεθίστησι. Καὶ ἡνίκα συνέλεξεν αἰχμαλώτων πλῆθος, αὐτοὺς τούτους ὁπλίσας, οἰκεῖον στρατόπεδον πάλιν ἐποίει, καὶ δι' αὐτῶν ἐκράτει θαυμαστῶς. Δαυὶδ τὸν Γολιὰθ καταφέρει ἀπὸ λίθου μόνον ἑνός· ἀλλ' εἰ τὰ Παύλου κατορθώματα ἐξετάσεις, παιδὸς ἔργον ἐκεῖνο, καὶ ὅσον ποιμένος καὶ στρατηγοῦ τὸ μέσον, τοσοῦτον ὄψει τὸ διάφορον. Οὗτος γὰρ οὐ λίθον ῥίπτων κατέφερε τὸν Γολιὰθ, ἀλλὰ φθεγγόμενος μόνον ἅπασαν τοῦ διαβόλου κατέλυε τὴν φάλαγγα [b]· καὶ καθάπερ λέων βρυχόμενος, καὶ φλόγα ἀπὸ τῆς γλώττης ἀφιείς, οὕτω πᾶσιν ἀφόρητος, καὶ πανταχοῦ μετεπήδα συνεχῶς, ἔδραμεν ἐπὶ τούτους, ἦλθεν ἐπ' ἐκείνους, μετέστη πρὸς τούτους, ἀπεπήδησε πρὸς ἑτέρους, ἀνέμου ταχύτερον ἐπιὼν, καὶ καθάπερ μίαν οἰκίαν, ἢ πλοῖον ἕν, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν κυβερνῶν, τοὺς μὲν βαπτιζομένους ἀνέλκων, τοὺς δὲ ἱλιγγιῶντας στηρίζων, τοῖς ναύταις παρακελευόμενος, ἐπὶ τῶν αὐχένων καθήμενος, τὴν πρῴραν περισκοπῶν, σχοινία τείνων, κώπην μεταχειρίζων, ἱστὸν ἕλκων, πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπων, πάντα αὐτὸς ὤν, καὶ ναύτης, καὶ κυβερνήτης, καὶ πρωρεὺς, καὶ ἱστίον, καὶ πλοῖον, καὶ πάντα πάσχων, ἵνα τὰ ἑτέρων λύσῃ κακά. Σκόπει δὲ· Ὑπέστη ναυάγιον, ἵνα τὸ ναυάγιον παύσῃ τῆς οἰκουμένης· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεπαίηκεν, ἵνα τοῦ βυθοῦ τῆς πλάνης ἀνιμήσηται· ἐν κόπῳ γέγονεν, ἵνα τοὺς κοπιῶντας ἀναπαύσῃ· πληγὰς ὑπέμεινεν, ἵνα τοὺς ὑπὸ τοῦ διαβόλου πληγέντας ἰάσηται· ἐν φυλακαῖς διέτριψεν, ἵνα τοὺς ἐν φυλακῇ καὶ σκότῳ καθημένους εἰς φῶς ἐξαγάγῃ· ἐν θανάτοις πολλάκις, ἵνα θανάτων ἀπαλλάξῃ χαλεπῶν· πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβεν, ἵνα αὐτοὺς τοὺς ταῦτα ποιοῦντας ἐλευθερώσῃ τῆς τοῦ διαβόλου μάστιγος· ἐῤῥαβδίσθη, ἵνα ὑπὸ τὴν ῥάβδον καὶ τὴν βακτηρίαν ἀγάγῃ τοῦ Χριστοῦ· ἐλιθάσθη, ἵνα ἀπαλλάξῃ τῶν ἀναισθήτων λίθων· ἐν ἐρημίᾳ γέγονεν, ἵνα τῆς ἐρημίας ἐξέλῃται· ἐν ἀδοιπορίαις, ἵνα στήσῃ πλανωμένους, καὶ τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν φέρουσαν ὁδὸν ἀνοίξῃ· ἐν πόλεσιν ἐκινδύνευσεν, ἵνα τὴν ἄνω πόλιν ὑποδείξῃ· ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἵνα ἀφέλῃται τοῦ χαλεπωτέρου λιμοῦ· ἐν γυμνότητι, ἵνα ἀσχημονοῦντας ἐνδύσῃ τὴν στολὴν τοῦ Χριστοῦ· ἐν [617] ἐπιστασίᾳ ὄχλου, ἵνα τῆς περιστάσεως τῶν δαιμόνων ἀπαγάγῃ· ἐπυρώθη, ἵνα σβέσῃ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου· διὰ θυρίδος ἀπὸ τείχους ἐχαλάσθη, ἵνα κάτωθεν ἄνω διαπέμψῃ τοὺς ἐῤῥιμμένους χαμαί. Ἔτι οὖν φθεγξόμεθα, οὐδὲ εἰδότες ἅπερ ἔπαθε Παῦλος; Ἔτι χρημάτων μνησθησόμεθα; ἔτι γυναικὸς καὶ πόλεως καὶ ἐλευθερίας, ἐκεῖνον αὐτῆς τῆς ζωῆς μυριάκις καταφρονοῦντα ἰδόντες; Ὁ μάρτυς ἅπαξ ἀποθνήσκει· ὁ δὲ μακάριος ἐκεῖνος ἑνὶ σώματι καὶ μιᾷ ψυχῇ τοσούτους κινδύνους ὑπέμεινεν, ὅσοι καὶ ἀδαμάντινον ἱκανοὶ θορυβῆσαι ψυχήν· καὶ ἅπερ ἅπαντες ἐν τοσούτοις σώμασιν οἱ ἅγιοι ἔπαθον, ταῦτα αὐτὸς ἐν ἑνὶ πάντα ἤνεγκε· καὶ καθάπερ εἰς στάδιον τὴν οἰκουμένην εἰσελθὼν, καὶ πρὸς πάντας ἀποδυσάμενος, οὕτως ἴστατο γενναίως. Καὶ γὰρ ᾔδει τοὺς πυκτεύοντας αὐτῷ δαίμονας. Διὸ καὶ λαμπρὸς εὐθέως ἐκ προοιμίων ἐφάνη· ἐξ αὐτῆς τῆς βαλβῖδος καὶ μέχρι τέλους ὅμοιος διέμεινε· μᾶλλον δὲ καὶ ἐπέτεινε τὸν διωγμὸν, ἐγγὺς τοῦ βραβείου γενόμενος. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι τοσαῦτα πάσχων καὶ ποιῶν, σφόδρα μετριάζειν ᾔδει. Καὶ γὰρ εἰς ἀνάγκην ἐμπεσὼν τῆς διηγήσεως τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, ταχέως ἅπαντα παρέδραμε· καίτοι γε μυρίας βίβλους ἐνέπλησεν ἂν, εἰ τῶν εἰρημένων ἕκαστον ἐξαπλῶσαι ἠβούλετο, καὶ τὰς Ἐκκλησίας εἶπεν ἃς ἐμερίμνα, εἰ τὰς φυλακὰς καὶ τὰ ἐν αὐταῖς κατορθώματα, εἰ τῶν ἄλλων καθ' ἑκάστην τὰς περιστάσεις, τὰς ἐξόδους. Ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε. Ταῦτ' οὖν καὶ ἡμεῖς εἰδότες, καὶ μετριάζειν μάθωμεν, καὶ μηδέποτε ἐν πλούτῳ καυχᾶσθαι, μηδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις βιωτικοῖς, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς ὕβρεσι ταῖς διὰ τὸν Χριστὸν, καὶ ἐπὶ ταύταις, ὅταν ἀνάγκη γένηται· ὡς εἰ μηδὲν εἴη τὸ κατεπεῖγον, μηδὲ τούτων μνημονεύωμεν, ἵνα μὴ ἐπαιρώμεθα, ἀλλὰ ἁμαρτημάτων μόνων. Οὕτω γὰρ ἀπαλλαγησόμεθα αὐτῶν ῥᾳδίως, καὶ τὸν Θεὸν ἵλεων ἕξομεν, καὶ τῆς μελλούσης ἐπιτευξόμεθα ζωῆς· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Intellige κινδύνους, quod in κινδυνεύων implicite continetur.

[b] Sic legit interpres Latinus, et sic haud dubie legendum. Editi, τὴν φλόγα.

Digitized by Google

santibus multis fluctibus, demergatur rursusque splendida emergat : ita quoque beatus Paulus nunc quidem periculis obruebatur, nunc vero ex ipsis emersus splendidior ascendebat, eo ipso, quod vexabatur, victoriam referens.

3. *Pauli egregia facinora.* — Hæc enim luculenta victoria est, hoc Ecclesiæ tropæum : sic diabolus profligatur, dum nos male mulctamur. Nobis enim perpetientibus, capitur ille, ac male mulctatur, dum nos malis afficere studet. Id quod in Paulo quoque usu veniebat : quo enim majora pericula illi diabolus creabat, eo magis vincebatur. Neque unum tentationis genus, sed varia ac multiplicia comparabat. Alia enim laborem, alia mœrorem, alia metum, alia dolorem, alia curam, alia infamiam, alia hæc cuncta simul afferebant : et tamen in omnibus superabat. Ac quemadmodum si miles unus, ab universo terrarum orbe bello impetitus, inter medios hostium cuneos versetur, nec quidquam adversi patiatur : sic etiam Paulus solus inter barbaros, inter Græcos, ubique terrarum atque in omnibus maris partibus apparens, invictus manebat. Atque ut scintilla aliqua in stipulam ac fœnum incidens, in naturam suam vertit ea quæ uruntur : ita hic quoque invadens, omnes ad veritatem traducebat, torrentis instar omnia peragrans, atque obstacula subruens. Ac velut unus et idem athleta luctans, currens et pugnis certans, aut ut miles muros oppugnans, pedestrem vel navalem pugnam iniens : sic omne certaminis genus obibat, igneinque spirabat, atque ita se comparabat, ut nemo ad eum accedere posset : uno corpore terram universam comprehendebat, una lingua omnes fugabat. Non ita multæ illæ tubæ in Jerichuntinæ urbis muros incidebant (*Jos.* 6. 20), eosque solo æquabant, ut vox ejus resonans diabolica præsidia prosternebat, atque hostes ad suas partes traducebat. At postquam ingentem captivorum copiam collegisset, armisque eos induisset, exercitum suum rursus efficiebat, ac per eum eximias palmas obtinebat. David uno tantum lapidis jactu Goliath dejecit (*1. Reg.* 17) : at si egregia Pauli facinora expendas, pueri facinus illud invenietur ; quantumque inter pastorem et belli ducem interest, tantum inter utrumque discriminis esse conspicies. Hic enim non lapidis jactu Goliath prosternebat, verum sola voce totam diaboli phalangem opprimebat ; atque ut leo rugiens, igneinque e lingua emittens, sic ipse a nemine sustineri poterat, assidueque quoquo gentium transiliebat, ad hos currebat, ad illos se conferebat ; ad hos migrabat, ad alios transibat, vento celerius procurrens, atque, instar unius domus aut navis, universum terrarum orbem gubernans, eos qui demergebantur retrahens, vertigine laborantes fulciens, nautas exhortans, ad puppim sedens, proram circumspectans, funes tendens, remum tractans, velum trahens, in cælum oculos conjiciens, omnia ipse munera obiens, nautæ, gubernatoris, proretæ, veli, navis : quidlibet patiens, ut aliorum mala solveret. Sic autem consideres velim : naufragium subiit, ut orbis terrarum naufragium sedaret : noctem et diem in imis maris gurgitibus egit, ut homines ex erroris profundo extraheret : in labore versatus est, ut laborantes recrearet : plagas sustinuit, ut iis, quibus diabolus vulnera intulerat, mederetur : in carcere commoratus est, ut eos, qui in vinculis ac tenebris sedebant, in lucem educeret : in mortibus frequenter, ut acerbis mortibus liberaret : quinquies quadragenas una minus accepit, ut eos, qui hæc perpetrabant, a diaboli verberibus eximeret : virgis cæsus est, ut sub Christi virgam et baculum adduceret : lapidibus impetitus est, ut a lapidibus sensus expertibus removeret : in solitudine fuit, ut a solitudine extraheret : in itineribus, ut errantes reprimeret, viamque in cælum ferentem aperiret : in urbibus periclitatus est, ut superiam civitatem ostenderet : in fame et siti, ut a graviore fame vindicaret : in nuditate, ut indecore se gerentes Christi stola convestiret : in vulgi incursione, ut a dæmonum impetu ac molestia abduceret : ustus est, ut ignita diaboli tela exstingueret : per fenestram e muro demissus est, ut humi stratos e terra in altum transmitteret. Adhucne igitur loquemur, cum ne ea quidem sciamus, quæ Paulus perpessus sit ? adhucne pecuniarum, adhuc uxoris et civitatis et libertatis mentionem faciemus, cum illum etiam vitam ipsam millies aspernari videamus ? Martyr semel moritur ; at beatus ille vir in uno corpore atque una anima tot pericula tamque gravia sustinuit, ut vel adamantinum pectus turbare possent : ac, quæ sancti omnes in tot corporibus pertulerunt, ea hic universa in uno tulit : atque in universum orbem, tamquam in stadium ingressus, et contra omnes concertans, ita fortiter stabat. Norat enim dæmones, qui adversus eum decertabant. Unde etiam ab ipsis statim initiis virtus ejus enituit ; atque ab ipsis carceribus ad metam usque idem semper suique similis permansit : imo etiam, cum a palma jam non longe abesset, persequutionem augebat. Quodque mirabile est, tot tantaque, tum patiens tum faciens, summam modestiam retinere norat. Nam cum in eam necessitatem incidisset, ut, quæ recte et cum virtute gesserat, narranda ipsi essent, celeriter omnia percurrit. Atqui sexcenta volumina implevisset, si singula quæ dixit amplificare voluisset, si Ecclesias, quarum sollicitudinem gerebat, enumerasset, si carceres, et ea quæ in ipsis præstitit ; si aliarum rerum ærumnas, si aliorum in se impetus exposuisset ; sed noluit. Hæc igitur cum nobis explorata sint, modestiam colere discamus, nec umquam in opibus aut in aliis sæcularibus gloriari ; verum in contumeliis, quas Christi causa acceperimus, in ilsque tum denique, cum necessitas id postulaverit. Quod si nihil sit quod urgeat, ne harum quidem rerum mentionem faciamus, ne animis efferamur, verum peccatorum duntaxat. Sic enim his facile liberabimur, Deumque propitium habebimus, ac vitam æternam consequemur : quam utinam nobis omnibus nancisci detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

HOMILIA XXVI.

CAP. 12. v. 1. *Gloriari quidem non expedit mihi. Veniam autem ad visiones et revelationes Domini.*

1. Quidnam hoc sibi vult? qui tot ac tanta dixit, his verbis utitur, *Gloriari non expedit mihi*, ac si nihil dixisset? Non hoc ait, quasi nihil dixisset, sed quia ad alterum gloriationis genus migraturus est; quod etsi non tantam mercedem habet, tamen illustriorem cum plerisque ostendere videtur, non autem iis, qui rem diligenter perpendant. Idcirco ait, *Gloriari quidem non expedit mihi.* Magnæ enim jactationes erant illæ, quas ante enumeravit, quæ ex tentationibus proficiscebantur. Habet autem nunc alia quæ dicat, revelationes atque arcana mysteria. Cur autem dicit, *Non expedit mihi?* Ne me, inquit, hujusmodi commemoratio in arrogantiam extollat. Quid ais? an ea nescis, etiamsi non dixeris? At non æque animus noster attollitur, cum nos ea scimus, et cum ad alios efferimus. Neque enim recte factorum natura arrogantiam afferre consuevit, sed vulgi testimonium atque cognitio. Ideo ait, *Non expedit mihi :* ac ne majorem auditorum animis de me cogitationem immittam. Etenim pseudapostoli ea, quibus carebant, de seipsis prædicabant; hic contra ea etiam, quæ ipsi insunt, occultat : idque cum tanta ipsi necessitas incumbat : aitque, *Non expedit mihi :* ut omnes doceat hanc rem omnino fugere. Neque enim istud fructum ullum, sed potius detrimentum habet, nisi utilis quædam ac necessaria occasio sit, quæ ad id impellat. Postquam itaque pericula, tentationes, insidias, mœrores ac naufragia commemoravit, ad alterum gloriationis genus se confert, dicens : 2. *Scio hominem ante quatuordecim annos (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio : Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium cælum.* 3. 4. *Et scio quoniam raptus est in paradisum (sive in corpore, sive extra corpus, nescio), et audivit arcana verba quæ non licet homini loqui.* 5. *Pro hujusmodi ergo gloriabor : pro me autem non gloriabor.* Magna certe hæc revelatio est : nec tamen hæc sola fuit, sed aliæ complures; verum ipse unam ex multis ponit. Nam quod multæ essent, audi quid dicat : *Ne magnitudo revelationum extollat me.* Atqui, dixerit aliquis, si eas occultare cupiebat, omnino nec significationem ullam obscuram dare, nec quidquam ejusmodi dicere debebat; sin autem dicere volebat, aperte proferendæ erant. Cur ergo nec perspicue eas exposuit, nec omnino reticuit? Ut hinc quoque ostendat, invitum se ac repugnantem ad id accedere. Ideo etiam quatuordecim annorum tempus posuit. Neque enim frustra hujus temporis mentionem fecit, sed ut demonstret, quod qui tot annos tacitum id tenuerat, non id nunc enuntiasset, nisi summa eum necessitas impulisset, verum æque tacuisset, nisi fratres pereuntes vidisset. Quod si ab ipsis primordiis talis erat Paulus, ut ejusmodi revelatione dignus haberetur, cum nondum tot ac tantis præclare gestis ornatus esset : cogita, quæso, quantus vir in quatuordecim annis evaserit. Ac vide quomodo hic quoque modeste se gerat, cum quædam narrat, quædam autem se ignorare confitetur. Se raptum fuisse dicit; si in corpore, si extra corpus, se nescire profitetur. Et quidem sufficiebat, cum raptum dixisset, tacere : at nunc pro sua modestia hoc quoque adjungit. Quid igitur? itane mens et anima rapta est, ut corpus mortuum manserit? an corpus quoque raptum est? Id vero dicere non licet. Nam cum Paulus ipse, qui raptus est, et cui tot ac tantis arcanis frui contigit, id ignoraverit, multo sane magis hoc nobis ignotum est. Nam id quidem sciebat, quod in paradiso esset et quod in tertio cælo, at modum haud perspicue norat. Atque etiam aliunde, quam a fastu alienus esset, considera. Etenim cum de Damascenorum civitate verba faceret, fidem sermoni suo adstruit; hic autem non perinde : nec enim hoc admodum confirmare volebat, sed tantum dicere ac tacite significare. Ac proinde hæc verba subjicit, *Pro hujusmodi gloriabor.* Quibus verbis non indicabat, alium fuisse qui raptus fuerat, verum ut licebat et quantum fas erat, diceret, et de se aperte loqui vitaret, sic orationem conformavit. Num etiam alioqui consentaneum fuisset, cum de se verba faceret, alium in medium proferre? Cur ergo sic rem composuit? Non idem erat dicere, Raptus sum, et, Scio hominem raptum; nec, Glorior pro me ipso, et, Pro hujusmodi gloriabor. Quod si quis dixerit, Quomodo fieri poterat, ut sine corpore raperetur? vicissim ex eo quæram, Quo pacto fieri poterat, ut cum corpore raperetur? etenim hoc si ratiociniis expendas, nec fidei concedas, difficilius quam illud explicari potest. Cur autem raptus est? Mea quidem sententia, ne reliquis apostolis inferior videretur. Nam quia illi cum Christo consuetudinem habuerant, ille vero minime; idcirco eum, ut gloriam ipsi conciliaret, in paradisum rapuit. Siquidem ingens hujus loci nomen erat, atque ubique celebrabatur.

2. Quocirca etiam Christus dicebat : *Hodie mecum eris in paradiso* (*Luc.* 23. 43). *Pro hujusmodi gloriabor.* Quid ita? si enim alius raptus est, quid tu gloriaris? Ex quo illud intelligi datur, eum de seipso hæc prædicasse. Quod si subjunxit, *Pro me ipso autem non gloriabor*, nihil aliud his verbis significat, quam quod nulla urgente necessitate nihil hujusmodi leviter dicturus sit : aut certe, ut rursus quod dixerat, quantum fieri poterat, adumbraret. Nam quod de seipso tota esset oratio, ex iis quæ sequuntur liquet : subjunxit enim, 6. *Si autem etiam voluero gloriari, non ero insipiens : veritatem enim dicam.* Cur ergo prius dicebas, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ;* et, *Quod dico non secundum Dominum dico, sed ut in insipientia* (2. *Cor.* 11. 1. 17); hic autem, *Si autem etiam voluero gloriari, non ero insipiens?* Hoc non gloriationis ratione dicit, sed mendacii : nam si gloriari insipien-

Digitized by Google

ΟΜΙΛΙΑ ΚϚ'.

Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι. Ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου.

α'. Τί τοῦτο; ὁ τοσαῦτα εἰπὼν, φησὶ, *Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι*, φησὶν, ὡς οὐδὲν εἰρηκώς; Οὐχ ὡς οὐδὲν εἰρηκὼς, ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλει μεταβαίνειν εἰς ἕτερον εἶδος καυχήσεως, ὃ μισθὸν μὲν οὐκ ἔχει τοσοῦτον, λαμπρότερον δὲ δοκεῖ δεικνύναι τοῖς πολλοῖς, οὐ τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσι· φησὶ, *Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι*. Τὰ γὰρ μεγάλα καυχήματα ταῦτα, [618] ἅπερ ἀπηριθμήσατο, τὰ τῶν πειρασμῶν· ἔχει δὲ καὶ ἕτερα λέγειν, τὰ τῶν ἀποκαλύψεων, τὰ τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων. Καὶ τίνος ἕνεκέν φησιν, *Οὐ συμφέρει μοι;* Ἵνα μή με εἰς ἀπόνοιαν ἐπάρῃ, φησί. Τί λέγεις; ἂν γὰρ μὴ εἴπῃς αὐτὰ, οὐκ οἶδας αὐτά; Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἐπαιρόμεθα αὐτοὶ εἰδότες αὐτὰ, καὶ εἰς ἄλλους ἐκφέροντες. Οὐ γὰρ ἡ τῶν κατορθωμάτων φύσις ἐπαίρειν εἰωθεν, ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν μαρτυρία καὶ γνῶσις. Διὰ τοῦτο οὖν φησιν, *Οὐ συμφέρει μοι*, καὶ ἵνα μὴ μείζονα ἐνθῶ περὶ ἐμοῦ ἔννοιαν τοῖς ἀκούουσιν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οἱ ψευδαπόστολοι καὶ τὰ οὐκ ὄντα περὶ ἑαυτῶν ἔλεγον· οὗτος δὲ καὶ τὰ ὄντα ἀποκρύπτεται, καὶ ταῦτα ἀνάγκης τοσαύτης ἐπικειμένης· καί φησιν, *Οὐ συμφέρει μοι*, παιδεύων ἅπαντας ἐκ πολλῆς περιουσίας τὸ τοιοῦτον φεύγειν. Οὐδὲν γὰρ ἔχει τὸ πρᾶγμα κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβην, πλὴν ἐὰν μὴ ἀναγκαία τις ᾖ πρόφασις καὶ ὠφέλιμος ἡ εἰς τοῦτο ἐνάγουσα. Εἰπὼν τοίνυν τοὺς κινδύνους, τοὺς πειρασμοὺς, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἀθυμίας, τὰ ναυάγια, ἐφ' ἕτερον μεθίσταται καυχήσεως εἶδος, λέγων· *Οἶδα ἄνθρωπον πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Καὶ οἶδα ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα), καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι· ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι.* Μεγάλη μὲν αὕτη ἡ ἀποκάλυψις. Οὐκ αὐτὴ δὲ γέγονε μόνη, ἀλλὰ καὶ ἕτεραι πλείους· αὐτὸς δὲ μίαν ἐκ πολλῶν τίθησιν. Ὅτι γὰρ πολλαὶ ἦσαν, ἄκουσον τί φησι· *Τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι.* Καὶ μὴν εἴποι τις ἄν, εἰ κρύψαι ἤθελε, παντελῶς ἔδει μὴ δοῦναι αἴνιγμα, μηδὲ εἰπεῖν τι τοιοῦτον· εἰ δὲ εἰπεῖν ἤθελε, σαφῶς εἰπεῖν. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὔτε σαφῶς εἶπεν, οὔτε ἐσίγησεν; Ἵνα κἀνταῦθα δείξῃ, ὅτι ἄκων ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἔρχεται. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν χρόνον ἔθηκε τῶν δεκατεσσάρων ἐτῶν. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς αὐτοῦ μέμνηται, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι οὐκ ἂν ὁ τοσοῦτον καρτερήσας χρόνον, νῦν ἂν ἐξεῖπεν, εἰ μὴ πολλὴ ἦν ἡ ἀνάγκη, ἀλλ' ὅμως [a] ἐσίγησεν ἄν, εἰ μὴ τοὺς ἀδελφοὺς ἀπολλυμένους ἑώρα. Εἰ δὲ ἐκ προοιμίων τοιοῦτος ἦν ὁ Παῦλος, ὥστε τοιαύτης καταξιωθῆναι ἀποκαλύψεως, ὅτε οὔπω τοιαῦτα κατορθώματα εἶχεν· ἐννόησον ἡλίκος ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἔτεσι γέγονεν. Ὅρα δὲ πῶς καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ μετριάζει τῷ τὰ μὲν εἰπεῖν, τὰ δὲ ὁμολογεῖν ἠγνοηκέναι. Ὅτι μὲν γὰρ ἡρπάγη, εἶπεν, εἴτε δὲ ἐν σώματι, εἴτε οὐκ ἐν σώματι, οὐκέτι φησὶν εἰδέναι. Καίτοι γε ἐξήρκει τὴν ἁρπαγὴν εἰπόντι, σιγῆσαι· νυνὶ δὲ μετριάζων καὶ τοῦτο προστίθησι. Τί οὖν; ὁ νοῦς ἡρπάγη καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ δὲ σῶμα νεκρὸν ἔμεινεν; ἀλλὰ τὸ σῶμα ἡρπάγη; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. [619] Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος ἠγνόει ὁ ἁρπαγεὶς, καὶ τοιούτων καὶ τοσούτων τυχὼν ἀπορρήτων, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν παραδείσῳ ἦν ᾔδει, καὶ ὅτι ἐν τῷ τρίτῳ ἦν οὐρανῷ, οὐκ ἠγνόει, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ᾔδει σαφῶς. Σκόπει δὲ καὶ ἑτέρωθεν αὐτοῦ τὸ ἄτυφον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Δαμασκηνῶν πόλεως πιστοῦται τὸν λόγον, ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ σφόδρα αὐτὸ κατασκευάσαι ἠβούλετο, ἀλλ' εἰπεῖν καὶ αἰνίξασθαι μόνον. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι·* οὐ τοῦτο δηλῶν, ὅτι ἕτερός τις ἦν ὁ ἁρπαγείς· ἀλλ' ὡς ἐνεχώρει καὶ δυνατὸν ἦν καὶ εἰπεῖν, καὶ διακρούσασθαι τὸ περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν φανερῶς, οὕτω σχηματίζει τὸν λόγον. Ποία γὰρ ἀκολουθία ἦν, περὶ ἑαυτοῦ διαλεγόμενον, ἄλλον παράγειν εἰς μέσον; Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως αὐτὸ τέθεικεν; Οὐκ ἦν ἴσον εἰπεῖν, Ἡρπάγην, καὶ, Οἶδα ἁρπαγέντα· καὶ, Καυχῶμαι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ, Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι. Εἰ δὲ λέγοι τις, Καὶ πῶς ἔνι χωρὶς σώματος ἁρπαγῆναι; ἐρήσομαι αὐτὸν, Πῶς δὲ ἔνι μετὰ σώματος ἁρπαγῆναι; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐκείνου ἀπορώτερον, ἐὰν λογισμοῖς ἐξετάζῃς, καὶ μὴ τῇ πίστει παραχωρῇς. Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ἡρπάγη; Ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν αὐτὸν, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἔλαττον ἔχειν τῶν λοιπῶν ἀποστόλων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι συνεγένοντο τῷ Χριστῷ, οὗτος δὲ οὐδαμῶς, διὰ τοῦτο εἰς δόξαν ἦρπασε καὶ τοῦτον εἰς τὸν παράδεισον. Πολὺ γὰρ ὄνομα τοῦ χωρίου τούτου, καὶ πανταχοῦ ᾔδετο.

β'. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε, *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι.* Τίνος ἕνεκεν; εἰ γὰρ ἄλλος ἡρπάγη, σὺ τί καυχᾷ; Ὅθεν δῆλον, ὅτι περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα ἔλεγεν. Εἰ δὲ ἐπήγαγεν, *Ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι·* οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἢ ὅτι, Ἀνάγκης οὐκ οὔσης, οὐδὲν ἐρῶ τοιοῦτον ἁπλῶς καὶ εἰκῇ· ἢ συσκιάζων πάλιν τὸ εἰρημένον, ὡς ἐνεχώρει. Ὅτι γὰρ περὶ ἑαυτοῦ πᾶς ὁ λόγος ἦν, καὶ τὰ ἑξῆς δηλοῖ· ἐπήγαγε γὰρ λέγων, *Ἐὰν δὲ καὶ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ.* Πῶς οὖν ἔμπροσθεν ἔλεγες, *Ὄφελον ἠνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ*, καὶ, *Ὁ*

[a] Suspicatur Savilius legendum ἀλλ' ὁμοίως.

Digitized by Google

λαλῶ, οὐ κατὰ Κύριον λαλῶ, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ· ἐνταῦθα δὲ, Ἐὰν δὲ καὶ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων; Οὐ κατὰ τὸ καυχᾶσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸ ψεύδεσθαι· εἰ γὰρ τὸ καυχᾶσθαι ἀφροσύνης, πόσῳ μᾶλλον τὸ ψεύδεσθαι; Κατὰ τοῦτο οὖν φησιν, *Οὐκ ἔσομαι ἄφρων.* Διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ, Φείδομαι δὲ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ.* Αὕτη ἐστὶν ἡ ὡμολογημένη αἰτία· καὶ γὰρ καὶ θεοὺς αὐτοὺς ἐνόμισαν διὰ τὸ μέγεθος τῶν σημείων. Καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν στοιχείων ἀμφότερα πεποίηκεν ὁ Θεὸς, καὶ ἀσθενῆ καὶ λαμπρὰ κατασκευάσας, τὸ μὲν, ἵνα κηρύξῃ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, τὸ δὲ, ἵνα κωλύσῃ τῶν ἀνθρώπων τὴν πλάνην· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα καὶ θαυμαστοὶ ἦσαν καὶ ἀσθενεῖς, ὥστε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων παιδεύεσθαι τοὺς ἀπίστους. Εἰ γὰρ μένοντες θαυμαστοὶ μόνον, καὶ μηδὲν ἀσθενείας δεῖγμα φέροντες, [620] λόγῳ τοὺς πολλοὺς ἀπῆγον τοῦ μείζονα περὶ αὐτῶν ὑποπτεύειν τῆς ἀληθείας· οὐ μόνον οὐδὲν ἂν ἤνυσαν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἂν κατεσκεύασαν. Αἱ γὰρ διὰ τῶν λόγων γινόμεναι παραιτήσεις, ταπεινοφροσύνης ἂν ἔδοξαν εἶναι μᾶλλον, καὶ πλέον αὐτοὺς θαυμασθῆναι παρεσκεύασαν. Διὰ τοῦτο ἔργῳ καὶ πράγμασιν ἡ ἀσθένεια αὐτῶν ἐξεκαλύπτετο. Καὶ τοῦτο ἴδοι τις ἂν ἐπὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ γενομένων ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ ὁ Ἠλίας θαυμαστὸς ἦν, ἀλλ' ἠλέγχθη ποτὲ ὑπὸ δειλίας· καὶ ὁ Μωϋσῆς μέγας, ἀλλὰ καὶ οὗτος δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ πάθος ἐδραπέτευσε. Ταῦτα δὲ ἔπασχον, τοῦ Θεοῦ ἀφιστῶντος, καὶ συγχωροῦντος ἐλεγχθῆναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Εἰ γὰρ, ἐπειδὴ ἐξήγαγεν αὐτοὺς, λέγουσι, Ποῦ ἔστι Μωϋσῆς; εἰ καὶ εἰσήγαγε, τί οὐκ ἂν εἶπον; Διὰ τοῦτο καὶ αὐτός φησι, *Φείδομαι μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται.* Οὐκ εἶπεν, Εἶπη, ἀλλ', Ἵνα μηδὲ λογίσηταί τι μεῖζον τῆς ἀξίας τῆς ἐμῆς. Ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι περὶ αὐτοῦ πᾶς ὁ λόγος. Διὸ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγε, *Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι.* Οὐκ ἂν, εἰ περὶ ἑτέρου ἔμελλεν ἐρεῖν ἅπερ εἶπε, τοῦτο εἶπε· τίνος γὰρ ἕνεκεν οὐ συμφέρει περὶ ἑτέρου καυχᾶσθαι; Ἀλλ' αὐτὸς ἦν ὁ τούτων ἀξιωθείς· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων, *Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ.* Τί λέγεις; ὁ τὴν βασιλείαν οὐδὲν εἶναι νομίζων, οὐδὲ τὴν γέενναν πρὸς τὸν πόθον τοῦ Χριστοῦ, τὴν παρὰ τῶν πολλῶν ἐνόμιζέ τι εἶναι τιμὴν, ὥστε καὶ ἐπαρθῆναι, καὶ διηνεκοῦς δεῖσθαι τοῦ χαλινοῦ; οὐ γὰρ εἶπεν, Ἵνα κολαφίσῃ, ἀλλ' *Ἵνα κολαφίζῃ.* Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; Τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; Ὅταν ἀνακαλύψωμεν τίς ποτέ ἐστιν ὁ σκόλοψ, καὶ τίς ὁ ἄγγελος τοῦ σατᾶν, τότε καὶ τοῦτο ἐροῦμεν. Τινὲς μὲν οὖν κεφαλαλγίαν τινὰ ἔφασαν αὐτὸν λέγειν ὑπὸ τοῦ διαβόλου γινομένην· ἀλλὰ μὴ γένοιτο. Οὐ γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ Παύλου ταῖς τοῦ διαβόλου χερσὶν ἐξεδόθη, ὅπου γε αὐτὸς ὁ διάβολος ἐπιτάγματι μόνον εἶχεν αὐτῷ τῷ Παύλῳ· καὶ νόμους αὐτῷ καὶ ὅρους ἐτίθει, ὅτε τὸν πορνεύοντα παρέδωκεν εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός· καὶ ὑπερβῆναι τούτους οὐκ ἐτόλμησεν ἐκεῖνος. Τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; Σατᾶν ὁ ἀντικείμενος λέγεται τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ· καὶ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν τοὺς ἀντικειμένους οὕτως ἐκάλεσεν ἡ Γραφὴ, καὶ περὶ τοῦ Σολομῶντος διηγουμένη φησὶν, *Οὐκ ἦν σατᾶν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ·* τουτέστιν, ἀντικείμενος, πολεμῶν, ἢ ἐνοχλῶν. Ὁ τοίνυν λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐκ εἴασεν ὁ Θεὸς προχωρῆσαι τὸ κήρυγμα, τὸ φρόνημα καταστέλλων ἡμῶν, ἀλλὰ συνεχώρησε τοῖς ἀντικειμένοις ἐπιτίθεσθαι ἡμῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ἱκανὸν ἦν κατασπάσαι τὸ φρόνημα, ἐκεῖνο δὲ οὐκέτι, τὸ τῆς κεφαλαλγίας. Ἄγγελον τοίνυν σατᾶν λέγει Ἀλέξανδρον τὸν [621] χαλκέα, τοὺς περὶ Ὑμέναιον καὶ Φιλητὸν, πάντας τοὺς ἀντικειμένους τῷ λόγῳ, τοὺς φιλονεικοῦντας αὐτῷ καὶ πολεμοῦντας, τοὺς ἐμβάλλοντας εἰς δεσμωτήριον, τοὺς δέροντας, τοὺς ἀπάγοντας· ἐπειδὴ τὰ τοῦ σατανᾶ ἔπραττον. Ὥσπερ οὖν υἱοὺς διαβόλου καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους τὰ ἐκείνου ζηλοῦντας, οὕτω καὶ ἄγγελον σατᾶν ἅπαντα τὸν ἀντιπίπτοντα. Τοῦτο οὖν φησιν, *Ἐδόθη μοι σκόλοψ, ἵνα με κολαφίζῃ·* οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ τοὺς τοιούτους ὁπλίζοντος, μὴ γένοιτο, οὐ κολάζοντος οὐδὲ τιμωρουμένου, ἀλλὰ συγχωροῦντος καὶ ἀφιέντος τέως. *Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα·* τουτέστι, πολλάκις.

γ'. Καὶ τοῦτο πολλῆς ταπεινοφροσύνης, τὸ μὴ κρύψαι ὅτι οὐκ ἔφερε τὰς ἐπιβουλὰς, ὅτι ἔκαμνε, καὶ δεήσεως ἐδεῖτο ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς. *Καὶ εἰρέ μοι· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.* Τουτέστιν, Ἀρκεῖ σοι ὅτι νεκροὺς ἐγείρεις, ὅτι τυφλοὺς θεραπεύεις, ὅτι λεπροὺς καθαίρεις, ὅτι τὰ ἄλλα θαυματουργεῖς· μὴ ζήτει καὶ τὸ ἀκίνδυνον καὶ τὸ ἀδεὲς καὶ τὸ χωρὶς πραγμάτων κηρύττειν. Ἀλλὰ ἀλγεῖς, καὶ ἀθυμεῖς; Μὴ δόξῃ τοῦτο ἀσθενείας εἶναι ἐμῆς, τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἐπιβουλεύοντας καὶ δέροντάς σε καὶ ἐλαύνοντας καὶ μαστίζοντας· τοῦτο μὲν αὐτὸ δείκνυσί μου τὴν δύναμιν· *Ἡ γὰρ δύναμίς μου, φησὶν, ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται·* ὅταν διωκόμενοι τῶν διωκόντων περιγίνησθε, ὅταν ἐλαυνόμενοι τῶν ἐλαυνόντων κρατῆτε, ὅταν δεσμούμενοι τοὺς δεσμοῦντας τρέπησθε. Μὴ τοίνυν ζήτει τὰ περιττά. Ὁρᾷς πῶς ἄλλην μὲν αἰτίαν αὐτὸς τίθησιν, ἄλλην δὲ ὁ Θεός; Αὐτὸς μὲν γὰρ λέγει, *Ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ·* τὸν δὲ Θεὸν εἰρηκέναι φησὶν. ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τοῦτο συγχωρεῖ. Οὐ τοίνυν περιττὸν μόνον ζητεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπισκοτοῦν τῇ τῆς δυνάμεώς μου δόξῃ πρᾶγμα. Τὸ γὰρ, *Ἀρκεῖ σοι*, τοῦτο δηλοῦντός ἐστιν, ὡς οὐκ ὀφείλοντος προστεθῆναι ἑτέρου τινὸς, ἀλλ' ὡς τοῦ παντὸς ἀπηρτισμένου. Ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ κεφαλαλγίαν φησίν. Οὐ γὰρ δὴ νοσοῦντες ἐκήρυττον (οὐ γὰρ ἠδύναντο κηρύττειν ἀσθενοῦντες), ἀλλ' ὅτι ἐλαυνόμενοι, διωκόμενοι, πάντων περιεγένοντο. Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα ἤκουσα, φησὶν, ἥδιστα οὖν καυχήσομαι ἐν ἀσθενείαις μου. Ἵνα γὰρ μὴ καταπέσωσιν, ἐκείνων τῶν ψευδαποστόλων ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις καυχωμένων, καὶ τούτων ὄντων ἐν διωγμοῖς, δείκνυσιν, ὅτι διὰ τοῦτο λαμπρότερος γίνεται, καὶ οὕτω μᾶλλον ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ διαλάμπει, καὶ καυχήσεως ἄξια τὰ γινόμενα. Διό φησιν, *Ἥδιστα οὖν καυχήσομαι.* Οὐχὶ λυπούμενος ταῦτα εἶπον

Digitized by Google

tiæ est, multo certe magis mentiri. Hac igitur ratione ait, *Non ero insipiens.* Unde etiam subjunxit, *Veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt, aut audit ex me.* Hæc indubitata causa est : nam etiam ob miraculorum magnitudinem dii ipsi habiti sunt (*Act.* 14. 10). Quemadmodum ergo Deus in elementis utrumque fecit, nempe ut et imbecilla ea et præclara crearet, tum ut ipsius potentiam prædicarent, tum ut hominum errorem prohiberent : sic etiam hic quoque simul et admirabiles et imbecilles erant, ut ex operibus ipsis infideles erudirentur. Nam si admirabiles solum manentes, nec ullum imbecillitatis argumentum circumferentes, sermone suo vulgus prohibere studuissent, ne majora, quam veritas pateretur, de ipsis existimarent; non modo nihil perfecissent, sed etiam contrarium plane effecissent. Etenim illæ laudum recusationes, ab humilitate potius ac modestia proficisci visæ fuissent, majoremque ipsis admirationem peperissent. Ideo ergo factum est, ut opere ipso ac rebus ipsis eorum imbecillitas detegeretur. Quod ipsum in iis hominibus, qui tempore Veteris Testamenti fuerunt, conspicere possis. Nam Elias etiam eximius vir erat; at timiditatis tamen quandoque notatus est : et Moses item magnus ; at hic quoque ob eumdem affectum fugam fecit. Hæc porro idcirco ipsis accidebant, quod Deus abscederet, atque humanæ naturæ imbecillitatem declarari sineret. Nam si, cum Israelitas ex Ægypto eduxisset, dixerint illi, Ubi est Moses? si eos etiam in Palæstinam induxisset, quid non dicturi fuissent? Ideo ipse quoque ait, *Parco, ne quis me existimet.* Non ait, Dicat, sed, Ne quid majus quam pro dignitate mea existimet. Itaque hinc etiam liquet, eum de seipso hanc omnem orationem habere. Eaque de causa initio quoque dicebat, *Gloriari quidem non expedit mihi :* quibus quidem verbis, si de alio quopiam ea dicturus fuisset quæ dixit, non usus esset : cur enim de altero gloriari non conducit? Verum ipse erat qui his dignatus fuerat. Unde etiam hæc verba subnectit, 7. *Et ne magnitudo revelationum me extollat, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, qui me colaphizet.* Quid audio? isne, qui præ Christi amore nec cælorum regnum, nec gehennam quidquam esse ducebat, vulgi honores alicujus pretii esse censebat, ut etiam attolleretur, ac perpetuo freno opus haberet? non enim dixit, Qui colaphizaturus sit, sed, *Qui colaphizet.* Quis autem id dixerit? Quænam ergo verborum sententia est? Postquam, quisnam tandem iste stimulus, et quis angelus satanæ sit, aperuerimus, tum hoc etiam exponemus. Nonnulli ergo eum dolorem quemdam capitis, quem diabolus ipsi conflavisset, intelligere censuerunt. Absit autem ut ita sit. Neque enim Pauli corpus diaboli manibus addictum fuit : quippe cum diabolus ipse vel Pauli jussis cederet, eique Paulus et leges et certos terminos præscriberet, cum fornicatorem illum in carnis interitum ipsi traderet (1. *Cor.* 5. 5), nec eos ille transire ausus fuerit. Quid igitur his verbis sibi vult? Satan Hebræorum lingua adversarium sonat ; ac Scriptura tertio Regum libro adversarios hoc nomine appellavit. Nam de Salomone verba faciens, ait, *Non erat satan in diebus ipsius* (3. *Reg.* 5. 4), hoc est, adversarius, qui bellum ipsi inferret, aut molestiam exhiberet. Quod ergo ait, hanc habet sententiam : Deus prædicationem feliciter progredi non permisit, quo animos nostros demitteret, verum adversarios in nos impetum facere passus est. Hoc enim ad deprimendum fastum vim habebat, illud autem minime. Quocirca per angelum satanæ Alexandrum ærarium, Hymenæum, Philetum, ac denique omnes, qui fidei doctrinæ adversabantur, atque cum ipso contendebant ac bellum gerebant, eumque in carcerem conjiciebant, cædebant ac raptabant, intelligit : quod ea, quæ satanæ erant, perpetrarent. Quemadmodum enim Judæos diaboli filios vocat, quod illius opera imitarentur : sic etiam satanæ angelum omnes eos nuncupat, qui sibi obsisterent. Hoc itaque ait, *Datus est mihi stimulus qui me colaphizet :* non quod Deus hujusmodi homines amaret, absit, sed quod eos minime coerceret, ac suppliciis afficeret, verum ad quoddam tempus eos grassari permitteret. 8. *Propter quod ter Dominum rogavi.* Hoc est, sæpenumero.

3. Idque summæ humilitatis est, non celare quod ferendis insidiis impar esset, quod laboraret, atque, ut liberaretur, precibus opus haberet. 9. *Et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea : virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Hoc est, Sufficit tibi quod mortuos in vitam revocas, quod cæcis mederis, quod leprosos purgas, quod alia miracula edis : ne insuper id poscas, ut a periculis immunis sis, tranquille degas, ac sine molestiis munus prædicationis obeas. At doles et mœrore afficeris? Ne mihi hoc imbecillitati adscribatur, quod multi sint qui tibi insidias adstruant, teque cædant et exagitent ac flagris conscindant : nam hoc potius meam potentiam indicat : *Virtus enim mea,* inquit, *in infirmitate perficitur :* cum videlicet vos persequutionem patientes, eos qui vos persequuntur superatis, cum vexati, de iis qui vos vexant palmam refertis, cum vinculis adstricti, eos qui vos vinciunt convertitis. Quocirca supervacanea ne poscas. Vides quomodo ipse aliam causam afferat, aliam Deus? Ipse enim ait, *Ne extollar, datus est mihi stimulus carnis :* Deum vero dixisse ait, se istud idcirco permittere, ut potentiam suam ostendat. Non igitur supervacaneam dumtaxat rem postulas, sed etiam quæ potentiæ meæ gloriæ tenebras offundat. His enim verbis, *Sufficit tibi,* hoc indicatur : nihil aliud adjungi debere, verum omnia perfecta ac numeris omnibus absoluta esse. Itaque hinc etiam liquet, eum non de capitis dolore loqui. Neque enim ægrotantes prædicabant; non enim morbo detenti prædicare potuissent; sed exagitati ac vexati, omnia superabant. Posteaquam igitur hæc audivi, inquit, libentissime in infirmitatibus meis gloriabor. Ne enim animis concideremi, cum scilicet pseudapostoli illi ob contraria gloriarentur seseque jactarent, hi autem in persequutionibus versarentur, ostendit se propterea illustriorem fieri, Deique potentiam hac ratione ma-

Digitized by Google

gis elucere, eaque, quæ ipsis contingebant, gloria digna esse. Ideo ait, *Libentissime igitur gloriabor.* Non mœsto animo hæc dixi, quæ supra enumeravi, aut etiam hoc, quod nunc dixi, nempe datum mihi stimulum esse, sed velut eo nomine glorians, majoremque hinc vim contrahens. Unde etiam subjungit, *Ut inhabitet in me virtus Christi.* Hoc loco aliud quiddam tacite significat, quod quanto magis tentationes augebantur, tanto etiam magis gratia crescebat, ac permanebat. 10. *Quamobrem mihi placeo in infirmitatibus multis.* Quibus quæso? *In contumeliis, in persequutionibus, in necessitatibus, in angustiis.* Videsne quo pacto hoc nunc apertissime declaravit? Infirmitatis enim genus commemorans, febres non dixit, aut hujusmodi aliquem circuitum, aut alium corporis morbum, sed contumelias, persequutiones, angustias. Perspicisne animi æquitatem ac probitatem? Molestiis liberari cupiebat : cum autem a Deo audivit hoc fieri non oportere, non modo tristitia affectus non est, quod voti sui compos non extitisset, sed etiam voluptatem cepit. Ideo dicebat, *Placeo mihi :* Lætitia afficior, inquit, ac pro Christo contumeliis affici, vexari, opprimi cupio. Hæc porro dicebat, tum ut illorum arrogantiam comprimeret, tum ut horum animos erigeret, ne Pauli calamitates ipsis pudori essent. Hæc enim res, inquit, nos omnibus mortalibus clariores reddere potest. Ac deinde aliam quoque causam ponit : *Cum enim infirmor, tunc potens sum.* Quid miraris, si Dei potentia tunc ostendatur? ipse quoque tunc potens sum, siquidem tunc maxime gratia accedebat.

Ærumnæ pro Christo, consolationem habent. — Quemadmodum enim abundant ipsius passiones, ita etiam abundat consolatio nostra. Ubi afflictio, illic etiam consolatio : ubi consolatio, illic et gratia. Cum ergo in vincula conjectus fuisset, tunc demum mirifica illa patrabat : cum naufragium fecisset, atque in barbarorum regionem delatus fuisset, tunc potissimum effulsit ac celebratus est : cum tribunal vinctus ingressus est, tum judicem ipsum superavit. Sic in Veteri quoque Testamento contingebat : in tentationibus enim justi florebant : sic tres pueri, sic Daniel et Moses et Joseph : omnes hinc splendorem ac magnas coronas consequuti sunt. Nam tunc etiam anima purgatur, cum propter Deum premitur : tunc majori auxilio fruitur, atque ampliori gratia digna exsistit, cum majore subsidio opus habet. Qui ante illud quoque præmium, quod a Deo propositum est, ingentia bona percipit, cum philosophice se gerit. Nam afflictio et fastum amputat, et segnitiem omnem exscindit, atque ad patientiam instruit, ac velut inungit; rerum humanarum utilitatem detegit, atque ingentem philosophiam inducit. Omnes enim turbulenti animorum motus ipsi cedunt, invidia, æmulatio, libido, potentia, divitiarum et corporum amor, arrogantia, fastus, ira ac reliquum hujusmodi morborum agmen. Quod si in rebus ipsis et privatim virum aliquem et populum universum cernere libet, in promptu erit mihi ostendere, et qui in calamitate, et qui in quiete atque oblectatione versati sint, ac docere, quantum illinc fructus, quantum illinc socordiæ provenerit.

4. Etenim Hebræi, cum exagitarentur atque incommodis et calamitatibus afficerentur, ingemiscebant ac Deum obsecrabant, plurimumque auxilii e cælo pertrahebant : cum autem incrassati sunt, recalcitrarunt. Ninivitæ rursus, cum tranquille viverent, Deum usque adeo ad iracundiam inciterunt, ut se urbem funditus deleturum minaretur : at postquam Jonæ prædicatione humiles redditi sunt, nullum non philosophiæ argumentum præbuerunt. Quod si hominem unum privatim intueri libet, Salomonem tibi animo propone. Nam cum hic in cura et perturbatione versaretur, de gentis videlicet illius imperio atque gubernatione consilia agitans, illa visione dignatus est : cum autem deliciis se dedidit, in ipsam vitii voraginem devolutus est. Quid ipsius pater? quonam tempore eximium atque admirandum virum se præbebat? annon cum in tentationibus versaretur? Absalon vero annon modeste se gerebat, dum fugeret; postquam autem reversus est, et tyrannidem invasit et parricida factus est? Quid Job? Hic enim clarus erat cum prospere ageret; clarior autem visus est post calamitatem. Quid autem prisca et vetera commemorare attinet? nam si quis præsentem rerum statum expendat, quantum fructus ex afflictione nascatur, perspiciet. Nunc enim, cum pace fruimur, elanguimus et defluximus, ac sexcentis Ecclesiam malis implevimus : cum autem exagitabamur, et moderatiores et meliores et studiosiores et ad bonos conventus promptiores eramus. Quod enim auro ignis, hoc animis est afflictio; spurcitiem abstergens, purus efficiens, luculentos et illustres reddens. Hæc ad regnum inducit, illa ad gehennam. Quocirca hæc quidem angusta; illa autem lata. Unde etiam Christus dicebat, *In mundo pressuram habebitis* (*Joan.* 16. 33): tamquam ingens bonum ad nos emittens. Itaque si inter discipulos censeris, arctum et angustum iter capesse, nec indignare atque animum desponde. Nam nisi ad hunc modum premaris, omnino te infructuosa alia de causa premi necesse erit. Nam et invidus et pecuniarum avidus, et qui meretricis amore flagrat, et inanis gloriæ cupidus, et quilibet eorum qui prava consectantur, multos mœrores multasque calamitates subit, nec minus, quam ii qui lugent, angitur. Quod si non collacrymat ac mœret, pudore scilicet ac stupore prohibetur : si animum ipsius cognitum habes, infinitis eum fluctibus refertum conspicies. Cum itaque et eum qui hanc, et eum qui illam vitam sequitur, premi necesse sit, cur non hoc potius vitæ genus amplectimur, quod innumeras cum afflictione coronas affert? Etenim Deus sic sanctos omnes per afflictionem et anxietatem duxit; simul et ipsos juvans, et aliis consulens, ne majorem quam par esset, de se opinionem conciperent.

Alexander tertius decimus deus constitutus. — Sic enim idolorum cultus primo imperium obtinuit, cum homines ampliori, quam æquum esset, admiratione

ἅπερ ἀπηριθμησάμην, ἢ τοῦτο ὅπερ εἴρηκα νῦν, ὅτι *Ἐδόθη μοι σκόλοψ*, ἀλλ' ἐγκαλλωπιζόμενος καὶ πλείονα δύναμιν ἐφελκόμενος. Διὸ καὶ ἐπάγει, *Ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις* [622] *τοῦ Χριστοῦ*. Ἐνταῦθα καὶ ἕτερόν τι αἰνίττεται, ὅτι ὅσῳ τὰ τῶν πειρασμῶν ἐπετείνετο, τοσούτῳ τὰ τῆς χάριτος ηὔξετο καὶ ἐπέμενε. *Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις πολλαῖς*. Ποίαις, εἰπέ μοι; *Ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις*. Εἶδες πῶς αὐτὸ νῦν ἀπεκάλυψε σαφέστατα; Λέγων γὰρ τῆς ἀσθενείας τὸ εἶδος, οὐκ εἶπε πυρετούς, ἢ περιοδόν τινα τοιαύτην, ἢ ἄλλην ἀῤῥωστίαν σωματικὴν, ἀλλὰ ὕβρεις, διωγμούς, στενοχωρίας. Εἶδες ψυχὴν εὐγνώμονα; Ἐπεθύμει ἀπαλλαγῆναι τῶν δεινῶν· ὅτε δὲ ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ δεῖ τοῦτο γίνεσθαι, οὐ μόνον οὐκ ἠθύμησεν ἀποτυχὼν τῆς εὐχῆς, ἀλλὰ καὶ ηὐφράνθη. Διὸ ἔλεγεν, *Εὐδοκῶ*, χαίρω, ἐπιθυμῶ, ὑβρίζεσθαι, διώκεσθαι, στενοχωρεῖσθαι ὑπὲρ Χριστοῦ. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, κἀκείνους καταστέλλων, καὶ τούτων ἐπαίρων τὰ φρονήματα, ἵνα μὴ αἰσχύνωνται τοῖς Παύλου παθήμασιν. Ἀρκεῖ γὰρ ἡ ὑπόθεσις πάντων ποιῆσαι λαμπροτέρους. Εἶτα καὶ ἄλλην αἰτίαν τίθησιν· *Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι*. Τί θαυμάζεις, εἰ τοῦ Θεοῦ ἡ δύναμις τότε διαδείκνυται; καὶ ἐγὼ τότε δυνατός εἰμι· τότε γὰρ μάλιστα ἡ χάρις ἐπῆλθε.

Καθὼς γὰρ περισσεύει τὰ παθήματα αὐτοῦ, περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. Ὅπου θλῖψις, ἐκεῖ καὶ παράκλησις· ὅπου παράκλησις, ἐκεῖ καὶ χάρις. Ὅτε γοῦν ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, τότε τὰ θαυμαστὰ ἐποίησεν ἐκεῖνα· ὅτε ἐναυάγησε καὶ εἰς τὴν βάρβαρον ἐξηνέχθη χώραν, τότε μάλιστα ἐδοξάσθη. Ὅτε εἰς τὸ δικαστήριον εἰσῆλθε δεδεμένος, τότε καὶ τοῦ δικαστοῦ περιγέγονεν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ συνέβαινεν· ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἤνθουν οἱ δίκαιοι· οὕτως οἱ τρεῖς παῖδες, οὕτως ὁ Δανιὴλ, καὶ Μωϋσῆς, καὶ ὁ Ἰωσήφ· πάντες ἐντεῦθεν λαμπροὶ, καὶ μεγάλων κατηξιώθησαν στεφάνων. Τότε γὰρ καὶ ἡ ψυχὴ καθαίρεται, ὅτε διὰ τὸν Θεὸν θλίβεται· τότε μείζονος ἀπολαύει βοηθείας, πλείονος δεομένη συμμαχίας, καὶ πλείονος ἀξία χάριτος. Καὶ πρὸ τοῦ μισθοῦ δὲ τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ κειμένου, μεγάλα καρποῦται ἀγαθὰ φιλόσοφος γινομένη. Καὶ γὰρ τὸν τῦφον περισπᾷ, καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ἐκκόπτει πᾶσαν ἡ θλῖψις, καὶ πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφει· ἐκκαλύπτει τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὴν εὐτέλειαν, καὶ πολλὴν εἰσάγει φιλοσοφίαν. Πάντα γὰρ αὐτῇ παραχωρεῖ τὰ πάθη, βασκανία, ζῆλος, ἐπιθυμία, δυναστεία, χρημάτων ἔρως καὶ σωμάτων, ἀλαζονεία, τῦφος, θυμὸς, ἅπας ὁ λοιπὸς τῶν νοσημάτων τούτων ἑσμός. Καὶ εἰ βούλει ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἰδεῖν, καὶ ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ δῆμον ὁλόκληρον, δυνήσομαί σοι δεῖξαι, καὶ ἐν θλίψει γενομένους, καὶ ἐν ἀνέσει, καὶ διδάξαι πόσον ἐντεῦθεν τὸ κέρδος, καὶ πόση ἐκεῖθεν ἡ ῥᾳθυμία.

δ'. Καὶ γὰρ ὁ τῶν Ἑβραίων δῆμος, ὅτε μὲν ἐκακοῦντο καὶ ἠλαύνοντο, ἔστενον καὶ τὸν Θεὸν παρεκάλουν, [623] καὶ πολλὴν ἄνωθεν ἐπεσπῶντο τὴν ῥοπήν· ὅτε δὲ ἐλιπάνθησαν, ἀπεσκίρτησαν. Οἱ Νινευῖται πάλιν, ὅτε μὲν ἀδείας ἀπήλαυον, οὕτω τὸν Θεὸν παρώξυναν, ὡς ὁλόκληρον ἀπειλῆσαι τὴν πόλιν ἐκ βάθρων ἀνασπᾶν· ὅτε δὲ ὑπὸ τοῦ κηρύγματος ἐταπεινώθησαν ἐκείνου, πᾶσαν ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν. Εἰ δὲ καὶ ἄνδρα καθ' ἑαυτὸν ἰδεῖν ἐθέλοις, ἐννόησον τὸν Σολομῶντα. Καὶ γὰρ οὗτος ὅτε μὲν ἦν ἐν φροντίσι καὶ ταραχῇ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἔθνους ἐκείνου βουλευόμενος, τῆς ὄψεως ἠξιώθη ἐκείνης· ὅτε δὲ ἐν τρυφῇ γέγονεν, εἰς αὐτὸ τῆς κακίας τὸ βάραθρον ἐξωλίσθησε. Τί δὲ ὁ τούτου πατήρ; πότε θαυμαστὸς ἦν καὶ παράδοξος; οὐχ ὅτε ἐν πειρασμοῖς ἦν; Ὁ δὲ Ἀβεσσαλὼμ, οὐχ ἕως μὲν ἔφευγεν, ἐσωφρόνει, ἐπειδὴ δὲ ἐπανῆλθε, καὶ τυραννικὸς καὶ πατραλοίας ἐγένετο; Τί δὲ ὁ Ἰώβ; Οὗτος γὰρ λαμπρὸς μὲν ἦν καὶ ἐν ἀνέσει, λαμπρότερος δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν ἐφάνη. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰ ἀρχαῖα καὶ παλαιά; ἂν γὰρ τὰ ἡμέτερά τις ἐξετάσῃ τὰ νῦν, ὄψεται ἡλίκον τῆς θλίψεως τὸ κέρδος. Νῦν μὲν γὰρ εἰρήνης ἀπολαύοντες, ἀναπεπτώκαμεν, καὶ διερρύημεν, καὶ μυρίων γέμειν τὴν Ἐκκλησίαν ἐνεπλήσαμεν κακῶν· ὅτε δὲ ἠλαυνόμεθα, καὶ σωφρονέστεροι καὶ ἐπιεικέστεροι καὶ σπουδαιότεροι καὶ περὶ τοὺς συλλόγους τούτους ἦμεν προθυμότεροι, καὶ περὶ τὴν ἀκρόασιν. Ὅπερ γὰρ τῷ χρυσίῳ τὸ πῦρ, τοῦτο, ἡ θλῖψις ταῖς ψυχαῖς, τὸν ῥύπον ἀποσμήχουσα, καθαροὺς ἐργαζομένη, λαμπροὺς κατασκευάζουσα καὶ φαιδρούς. Αὕτη εἰς βασιλείαν εἰσάγει, ἐκείνη δὲ εἰς γέενναν. Διὸ ἡ μὲν ἔστιν εὐρύχωρος, ἡ δὲ στενή. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, *Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔξετε*· ὡς μέγα τι καταβάλλων ἡμῖν ἀγαθόν. Εἰ τοίνυν μαθητὴς εἶ, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδευε, μηδὲ δυσχέραινε μηδὲ ἀποδυσπέτει. Κἂν γὰρ οὕτω μὴ θλιβῇς, ἀνάγκη θλιβῆναι πάντως ἐξ ἑτέρας ὑποθέσεως ἀκερδοῦς. Καὶ γὰρ ὁ βάσκανος, καὶ ὁ χρημάτων ἐρῶν, καὶ ὁ πόρνης περικαιόμενος, καὶ ὁ κενόδοξος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος τῶν τὰ πονηρὰ ἐπιόντων πολλὰς ἀθυμίας ὑπομένει καὶ θλίψεις, καὶ τῶν πενθούντων οὐκ ἐλάττω θλίβεται. Εἰ δὲ μὴ δακρύει μηδὲ πενθεῖ, δι' αἰσχύνην καὶ ἀναισθησίαν· ὡς εἴ γε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καταμάθοις, μυρίων ὄψει κυμάτων γέμουσαν. Ὅταν οὖν καὶ τοῦτον καὶ ἐκεῖνον μετιόντας τὸν βίον ἀνάγκη θλίβεσθαι, διὰ τί μὴ τοῦτον αἱρούμεθα τὸν μετὰ θλίψεως μυρίους φέροντα στεφάνους; Καὶ γὰρ τοὺς ἁγίους ἅπαντας οὕτως ἤγαγεν ὁ Θεὸς διὰ θλίψεως καὶ στενοχωρίας, ὁμοῦ μὲν ἐκείνους ὠφελῶν, ὁμοῦ δὲ τοὺς λοιποὺς ἀσφαλιζόμενος, ὥστε μὴ μείζονα τῆς ἀξίας περὶ αὐτῶν δόξαν ἔχειν.

Οὕτω γὰρ καὶ εἰδωλολατρεῖαι τὴν ἀρχὴν ἐκράτησαν, τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ [624] τὴν ἀξίαν θαυμαζομένων· οὕτως Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον ἐνόμισεν εἶναι θεὸν ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων. Καὶ γὰρ αὕτη ταύτην

Digitized by Google

εἶχε τὴν ἀξίαν χειροτονεῖν καὶ ἐγκρίνειν θεούς. Ὥστε γοῦν τὰ κατὰ Χριστὸν ἀπηγγέλη πάντα, ἔπεμφεν ὁ τοῦ ἔθνους ἄρχων πυνθανόμενος, εἰ δοκεῖ αὐτοῖς καὶ αὐτὸν χειροτονῆσαι θεόν. Οἱ δὲ οὐκ ἐπένευσαν, ὀργιζόμενοι καὶ ἀγανακτοῦντες, ὅτι πρὸ τῆς αὐτῶν ψήφου καὶ γνώμης, ἡ δύναμις τοῦ σταυρωθέντος ἐκλάμψασα, εἰς τὸ οἰκεῖον ἐπεσπάσατο σέβας τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Τοῦτο δὲ ᾠκονομεῖτο καὶ ἀκόντων αὐτῶν, ὥστε μὴ ἐξ ἀνθρωπίνης ψήφου τὴν θεότητα ἀνακηρυχθῆναι τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ ἕνα τῶν πολλῶν αὐτὸν εἶναι νομισθῆναι τῶν ὑπ' ἐκείνων χειροτονηθέντων. Καὶ γὰρ καὶ πύκτας θεοὺς ἐνόμισαν, καὶ τὰ παιδικὰ τὰ Ἀδριανοῦ· ὅθεν καὶ ἡ πόλις Ἀντίνοος λέγεται. Ἐπειδὴ γὰρ θάνατος καταμαρτυρεῖ τῆς θνητῆς φύσεως, ἐφεῦρεν ὁ διάβολος ἑτέραν ὁδὸν, τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν, ᾗ τὴν ὑπερβάλλουσαν κολακείαν ἀναμίξας, εἰς ἀσέβειαν πολλοὺς ἐξήγαγε. Καὶ θέα κακουργίαν· ὅταν μὲν ἡμεῖς εἰς δέον αὐτὴν παράγωμεν, ἀνατρέπει τὸν λόγον· ὅταν δὲ εἰς βλάβην αὐτὸς κατασκευάζειν βούληται, μετὰ πολλῆς αὐτὴν ἴστησι τῆς σπουδῆς. Κἂν εἴπῃ τις, Πόθεν θεὸς Ἀλέξανδρος; οὐχὶ τέθνηκε, καὶ ἀθλίως; Ἀλλ' ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, φησί. Νῦν ὑπὲρ ἀθανασίας ποιῇ τὸν λόγον, καὶ φιλοσοφεῖς, ἵνα ἀποστήσῃς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· ὅταν δὲ ἡμεῖς λέγωμεν τοῦτο μέγιστον τοῦ Θεοῦ τὸ ὄφος, τοὺς ταπεινοὺς καὶ χαμαιπετεῖς, καὶ τῶν ἀλόγων οὐδὲν ἄμεινον διακειμένους, ὡς ἠπατημένους πείθεις. Κἂν εἴπωμεν, ὅτι ὁ ἐσταυρωμένος ζῇ, γέλως εὐθέως, καίτοι τῆς οἰκουμένης βοώσης ἁπάσης, καὶ πάλαι καὶ νῦν· τότε μὲν ἀπὸ τῶν σημείων, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν ἐπιστρεφάντων· οὐ γὰρ δὴ νεκροῦ ταῦτα τὰ κατορθώματα. Ἂν δὲ εἴπῃ τις, ὅτι Ἀλέξανδρος ζῇ, πιστεύεις, καίτοι γε οὐδὲν ἔχων σημεῖον εἰπεῖν. Ναὶ, φησὶ· πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα κατώρθωσε ζῶν· καὶ γὰρ καὶ ἔθνη καὶ πόλεις ὑπέταξε, καὶ πολέμους πολλοὺς καὶ μάχας ἐνίκησε, καὶ τρόπαια ἔστησεν.

ε'. Ἐὰν οὖν ἐγὼ δείξω, ὅπερ ἐκεῖνος ζῶν οὐκ ἐνενόησεν, οὐκ αὐτὸς, οὐκ ἄλλος τις τῶν ποτε γενομένων ἀνθρώπων, ποίαν ἑτέραν ζητεῖς ἀναστάσεως ἀπόδειξιν; Τὸ μὲν γὰρ ζῶντα κατορθοῦν πολέμους καὶ νίκας βασιλέα ὄντα, καὶ στρατόπεδα ἔχοντα, θαυμαστὸν οὐδὲν, οὐδὲ παράδοξον καὶ καινόν· τὸ δὲ μετὰ σταυρὸν καὶ τάφον τοσαῦτα ἐργάσασθαι πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης, τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον, καὶ τὴν θείαν καὶ ἀπόῤῥητον ἀνακηρῦττον δύναμιν. Καὶ ὁ μὲν Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν τελευτὴν [625] αὐτοῦ, διασπασθεῖσαν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ τέλεον ἀφανισθεῖσαν οὐκ ἐπανήγαγε· πῶς δὲ ἔμελλεν ὁ νεκρός; ὁ δὲ Χριστὸς τότε αὐτὴν μάλιστα ἔστησεν, ὅτε ἐτελεύτησε. Καὶ τί λέγω περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅπου γε καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, μετὰ τὸ τελευτῆσαι, λάμψαι ἔδωκε; Ποῦ γάρ, εἰπέ μοι, τὸ σῆμα Ἀλεξάνδρου; δεῖξόν μοι, καὶ εἰπὲ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἐτελεύτησε. Τῶν δὲ δούλων τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰ σήματα λαμπρὰ, τὴν βασιλικωτάτην καταλαβόντα πόλιν, καὶ αἱ ἡμέραι καταφανεῖς, ἑορτὴν τῇ οἰκουμένῃ ποιοῦσαι. Κοινὸ μὲν ἐκείνου καὶ οἱ οἰκεῖοι ἀγνοοῦσι, τὸ δὲ τούτου καὶ οἱ βάρβαροι ἐπίστανται.

Καὶ οἱ τάφοι τῶν δούλων τοῦ σταυρωθέντος λαμπρότεροι τῶν βασιλικῶν εἰσιν αὐλῶν, οὐ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκοδομημάτων μόνον· καὶ τούτῳ μὲν γὰρ κρατοῦσιν· ἀλλ', ὃ πολλῷ πλέον ἐστὶ, τῇ σπουδῇ τῶν συνιόντων. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τὴν ἀλωπεκῆν περικείμενος ἀπέρχεται τὰ σήματα ἐκεῖνα περιπτυξόμενος, καὶ τὸν τῦφον ἀποθέμενος ἕστηκε δεόμενος τῶν ἁγίων, ὥστε αὐτοῦ προστῆναι παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ τοῦ σκηνοποιοῦ καὶ τοῦ ἁλιέως προστατῶν καὶ τετελευτηκότων δεῖται ὁ τὸ διάδημα ἔχων. Τολμήσεις οὖν, εἰπέ μοι, τὸν τούτων Δεσπότην νεκρὸν εἰπεῖν, οὗ οἱ οἰκέται καὶ τετελευτηκότες, προστάται τῶν τῆς οἰκουμένης βασιλέων εἰσί; Καὶ τοῦτο οὐκ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἴδοι τις ἂν γινόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν μεγάλῃ τιμῇ τιμᾷν ἐνόμισεν ὁ παῖς, εἰ τοῖς προθύροις κατάθοιτο τοῦ ἁλιέως· καὶ ὅπερ εἰσὶν οἱ πυλωροὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἐν τοῖς βασιλείοις, τοῦτο ἐν τῷ σήματι οἱ βασιλεῖς τοῖς ἁλιεῦσι. Καὶ οἱ μὲν ὥσπερ δεσπόται τοῦ τόπου τὰ ἔνδον κατέχουσιν, οἱ δὲ ὡς πάροικοι καὶ γείτονες ἠγάπησαν τὴν αὐλειον αὐτοῖς ἀφορισθῆναι θύραν, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα καὶ τοῖς ἀπίστοις ἐπιδεικνύντες, ὅτι πλείων ἐν τῇ ἀναστάσει ἡ ὑπεροχὴ ἔσται τοῖς ἁλιεῦσιν. Εἰ γὰρ ἐνταῦθα οὕτως ἐν τοῖς τάφοις, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀναστάσει. Καὶ ἀντίλαχται ἡ τάξις· οἱ μὲν βασιλεῖς οἰκετῶν καὶ ὑπηρετῶν, οἱ δὲ ἀρχόμενοι βασιλέων τὴν ἀξίαν περίκεινται, μᾶλλον δὲ καὶ λαμπροτέραν. Καὶ ὅτι οὐ κολακεία τὸ πρᾶγμα, αὕτη δείκνυσιν ἡ ἀλήθεια· ἀπὸ γὰρ ἐκείνων καὶ οὗτοι λαμπρότεροι γεγόνασι. Πολὺ γὰρ τῶν ἄλλων τάφων τῶν βασιλικῶν τὰ σήματα ταῦτα σεμνότερα· ἐκεῖ μὲν γὰρ πολλὴ ἡ ἐρημία, ἐνταῦθα δὲ πολλὴ ἡ πανήγυρις. Εἰ δὲ βούλει καὶ ταῖς βασιλικαῖς παραβαλεῖν αὐλαῖς τοὺς τάφους τούτους, πάλιν ἐνταῦθα τὰ νικητήρια. Ἐκεῖ μὲν γὰρ πολλοὶ οἱ σοβοῦντες, ἐνταῦθα δὲ πολλοὶ οἱ καλοῦντες καὶ ἐπισπώμενοι πλουσίους, πένητας, ἄνδρας, γυναῖκας, δούλους, ἐλευθέρους· ἐκεῖ πολὺς ὁ φόβος, ἐνταῦθα ἄφατος ἡ ἡδονή. Ἀλλὰ γλυκὺ θέαμα χρυσοφοροῦντα βασιλέα καὶ ἐστεφανωμένον ἰδεῖν, καὶ παρεστῶτας στρατηγοὺς, ἄρχοντας, ταξιάρχους, φυλάρχους, ὑπάρχους. Ἀλλὰ [626] τὰ ἐνταῦθα τοσούτῳ σεμνότερα καὶ φρικωδέστερα, ὡς ἐκεῖνα σκηνὴν εἶναι καὶ παιδιὰν νομίσαι πρὸς ταῦτα. Ἅμα γὰρ ἐπέβης τῶν οὐδῶν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁ τόπος τὴν διάνοιαν παρέπεμψε, πρὸς τὸν ἄνω βασιλέα πρὸς τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν ἀγγέλων, πρὸς τὸν θρόνον τὸν ὑψηλὸν, πρὸς τὴν δόξαν τὴν ἀπρόσιτον. Καὶ ἐνταῦθα μὲν ὑπέταξεν ἄρχοντι τῶν ὑποκειμένων τὸν μὲν λῦσαι, τὸν δὲ δῆσαι· τὰ δὲ ὅσα

Digitized by Google

haberentur : sic Romanorum senatus Alexandrum decimum tertium deum esse censuit (*a*). Is enim hanc potestatem habebat, ut deos crearet atque conscriberet. Cum res omnes a Christo gestæ nuntiatæ sunt, Romam misit is qui Judæorum nationi præerat, sciscitans ex ipsis num eum quoque deum creare placeret. Id vero illi facere recusarunt, quod iniquo atque infenso animo ferrent, ante decretum suum atque sententiam Crucifixi potentiam effulgentem, universum orbem ad sui cultum attraxisse. Hoc porro vel invitis ipsis ita divinitus procurabatur, ut ne humanis suffragiis Christi divinitas promulgaretur, neque unus e multis illis ipse esse censeretur, qui ab ipsis designati fuerant. Nam et pugiles pro diis habuerunt, atque cinædum illum, quem Adrianus in deliciis habebat : unde etiam urbs Antinoi appellatur (*b*). Quia enim mors adversum humanam naturam testimonium dicit, diabolus alteram viam excogitavit, nimirum animæ immortalitatem : cui immodicam adulationem admiscens, quamplurimos in impietatem abduxit. Illius vafritiem perspice. Nam cum nos eam utiliter in medium afferimus, sermonem ille evertit : cum autem in perniciem eam adstruere cupit, magno studio eam constituit. Ac si quispiam dixerit, Qui fieri potest, ut Alexander deus sit? annon mortuus est, et quidem misere? At immortalis est animus, inquit. Nunc immortalitatem asseris ac philosopharis, ut a præpotente Deo nos abducas : at cum nos summum Dei beneficium eam dicimus, humiles et humi abjectos, nihiloque melius quam bruta animalia affectos, ut deceptos in tuam sententiam abducis. Quod si Crucifixum vivere dixerimus, risus statim consequitur : quamvis etiam orbis universus et olim et nunc quoque id clamet, tunc per miracula, nunc autem per eos, qui ad eum sese converterunt : neque enim mortui est ista præstare. Sin autem quispiam Alexandrum vivere asserat, huic fidem adhibes, cum tamen nullum miraculum proferre queas. Imo vero, inquis : multa enim et magna, cum viveret, gessit : nam et gentes et urbes imperio suo subjecit, et in multis bellis ac præliis victoriam obtinuit, tropæaque erexit.

5. Quid si ostendero id, quod nec ille dum viveret, nec alius quispiam ex his qui umquam exstiterunt, cogitavit; quod tandem aliud resurrectionis argumentum quæris? Nam quod quispiam vivens bella feliciter confecerit victoriasque adeptus sit, rex cum esset exercitusque haberet, nec mirum nec novum atque insolens videri debet : at vero post crucem ac tumulum, tot ac tanta in tota terra et mari efficere, hoc ingenti stupore plenum est, ac divinam et arcanam potentiam promulgat. Ac quidem Alexander imperium suum, post ipsius e vita discessum laceratum ac penitus deletum, non instauravit : qui enim id potuisset homo mortuus? at Christus tunc ipsum maxime excitavit, postquam ex hac vita migravit. Quid autem Christum commemoro, cum ipse discipulis quoque suis, ut post mortem clari essent concesserit? Ubi enim, quæso, Alexandri tumulus est? ostende mihi, et dic quo die mortuus sit. At Christi servorum vel sepulcra splendida sunt, ut quæ urbem præstantissimam ac regiam occuparint, et dies noti atque clari, qui festi a toto orbe celebrentur. Atque illius quidem tumulum sui quoque ignorant; hujus autem barbari quoque exploratum habent.

Sepulcra Martyrum regias aulas superant. — Ac sepulcra eorum, qui Crucifixo serviere, regias aulas splendore vincunt, non solum magnitudine aut pulchritudine ædificiorum; nam hac quoque parte illa superant; sed, quod multo majus est, concentium studio. Nam et ille qui purpuram gestat, ad sepulcra illa se confert, ut ea exosculetur; abjectoque fastu supplex stat sanctosque obsecrat, ut ipsi apud Deum sibi præsidio sint; atque, ut et tentoriorum opificem et piscatorem, et quidem fato functos, patronos habeat, precibus is contendit qui diademate cinctus est. Ergone, dic, quæso, horum dominum mortuum dicere audebis, cujus servi, etiam defuncti, eorum qui universo orbi imperant, patroni sunt? Atque id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinopoli. Nam et hic quoque Constantinum Magnum filius ita demum ingenti honore se affecturum existimavit, si eum in piscatoris vestibulo conderet : quodque Imperatoribus sunt in aulis janitores, hoc in sepulcro piscatoribus sunt Imperatores. Atque illi quidem, velut domini, interiores loci partes obtinent : hi autem velut accolæ ac vicini, præclare secum agi putarunt, si vestibuli janua ipsis assignetur; ab iis, quæ hic fiunt, etiam infidelibus ostendentes, quod piscatores in resurrectione præstantiorem gradum obtinebunt. Nam cum hic in sepulcris tanto superiores sint, multo certe magis in resurrectione : atque mutatis rerum vicibus, Imperatores famulorum ac ministrorum, subditi autem Imperatorum dignitatem tenent, imo splendidiorem. Quodque hoc non ab adulationis studio proficiscatur, veritas ipsa ostendit : ab illis enim hi quoque majorem splendorem sunt consequuti. Hæc quippe sepulcra aliis Imperatorum sepulcris multo splendidiora et venerabiliora facta sunt : in illis enim mira solitudo, in his ingens frequentia. Quod si cum imperatoriis aulis hæc sepulcra conferre libeat, penes hæc rursus victoria futura est. Illic enim multi sunt, qui turbam submoveant; hic contra multi qui invitent, atque et divites et pauperes, et viros et feminas, et servos ac liberos attrahant : illic ingens terror; hic lætitia, quæ nullis verbis explicari queat. At dulce spectaculum est Imperatorem auro amictum et corona redimitum videre, adstantesque bellicos duces, præfectos, tribunos, centuriones, prætores? Verum hæc adeo

(*a*) Alexandrum Magnum templum habuisse sibi dicatum significat Lampridius paulo post initium vitæ Alexandri Severi, cap. 5. Quod autem a Senatu Romano tertius decimus deus declaratus sit, ut ait Chrysostomus, certe non constare videtur. Tertius autem decimus hic deus censetur, quia duodecim dii præcipui Romæ habebantur : *Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

(*b*) Antinoum Hadriani cinædum inter deos relatum, et Antinoopolin ejus nomine dictam fuisse, ignorat nemo. Vide Spartianum in vita Hadriani, cap. 14.

Digitized by Google

illis augustiora magisque tremenda sunt, ut præ istis illa scena quædam ac merus ludus censeri possint. Simul enim atque limina transilieris, locus ipse mentem ad cælum, ad supernum Regem, ad angelorum exercitum, ad sublime illud solium, ad inaccessam gloriam transmittit. Atque hic quidem Imperator subditos suos præfecto ita subjecit, ut ei liberum sit alios solvere, alios vinculis astringere : at sanctorum ossa non miseram hanc abjectamque potestatem habent ; verum illa multo majorem. Dæmones enim sistunt et excruciant, acerbissimisque illis vinculis eos, qui adstricti sunt, solvunt. Quid hoc tribunali terribilius fingi potest? Cum nemo cernatur, nemo dæmonis lateri incumbat, voces et dilacerationes, verbera et cruciatus, linguæ conflagrantes audiuntur, dæmone admirabilem potentiam minime ferente. Atque isti, qui corpora gestarunt, virtutes corpore vacantes superant ; pulvisque, ossa et cinis naturas illas invisibiles dilacerant. Ideo nemo est qui peregrinationem unquam inire sustineat, ut Imperatorum aulas videat : contra multi plerumque Imperatores peregre profecti sunt, ut hoc spectaculo fruerentur. Siquidem sanctorum martyrum templa futuri judicii vestigia et signa exhibent, dum dæmones flagris cæduntur, hominesque castigantur ac liberantur. Viden' quæ sanctorum, etiam vita functorum, vis sit? vides quæ peccatorum, etiam viventium, imbecillitas? Proinde vitium fuge, ut eos qui tales sunt superes, ac virtutem omni studio consectare. Nam si præsentia ejusmodi sunt, cogites velim qualia futura sint. Atque hoc amore perpetuo correptus, sempiternam vitam arripe : quam utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXVII.

CAP. 12. v. 11. *Factus sum insipiens gloriando ; vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari.*

1. Absoluta de suis laudibus oratione, hic minime gradum fixit, verum se rursus excusat, ac de iis quæ dixit veniam petit, necessitate nempe adductum se fuisse dicens, non voluntate. Et tamen, quamvis eo necessitate pertractus fuerit, insipientem se vocat. Atque, cum hunc sermonem ordiretur, dicebat, *Ut insipientem accipite me ;* et, *Tamquam in insipientia :* nunc vero sublata hac particula, *ut*, insipientem seipsum vocat. Posteaquam enim, per ea quæ dixit, id quod volebat effecit, libere jam atque audacter vitium hujusmodi notat, quo videlicet omnes eruditi, ne, nisi summa necessitas urgeat, quisquam suas laudes prædicet : quippe cum Paulus, necessaria etiam causa oblata, insipientem tamen se appellarit. Deinde eorum, quæ loquutus est, causam omnem, non ad pseudoapostolos, sed ad discipulos suos convertit : *Vos* enim, inquit, *me coegistis.* Nam si ipsi ita se jactarent, ut id sine vestra fraude facerent, nec vos in exitium impellerent, non eo progressus essem, ut in ejusmodi sermones meipsum demitterem : quoniam autem universam Ecclesiam labefactabant, utilitatis vestræ causa insipientiæ vitio laborare coactus sum. Nec vero dixit, Metui, ne si primas apud vos tulissent, dogmata sua serorent ; verum hoc quidem superius posuit, cum dixit, *Timeo autem ne, sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri :* nunc autem non eodem modo, verum majori cum auctoritate ac potestate, ut qui ex iis, quæ ante dixerat, liberius loquendi facultatem nactus esset : *Ego enim a vobis debui commendari.* Postea causam affert : rursusque haud revelationes ac miracula tantum commemorat, sed etiam tentationes. *Nihil enim minus habui iis, qui sunt supra modum apostoli.* Vide quomodo hic quoque liberius ac majori quadam cum auctoritate loquatur. Prius siquidem aiebat, *Existimo me nihil minus habuisse :* hic autem absolute pronuntiando ita, uti dixi, post allatas probationes libere deinceps loquitur : quamquam ne sic quidem a modestia suisque moribus abscedit. Perinde enim ac si quid magni dixisset, suæque dignitatis modum excessisset, quod in apostolorum numerum sese aggregasset, sic rursus orationem temperat aitque : *Tametsi nihil sum,* 12. *signa tamen apostoli facta sunt in vobis.* Ne, inquit, hoc inspicias, an vilis et exigui pretii ego sim ; verum an non iis, quæ ab apostolo exspectanda erant, tibi frui contigerit. Nec dixit, Vilis, sed, quod hoc vocabulo adhuc inferius erat, *Nihil.* Quid enim refert magnum esse, si nemini prosis? quemadmodum nil prodest medicum artis suæ peritum esse, si nulli ægrotantium medeatur. Ne ergo, inquit, hoc expendas, quod nihil sim, sed illud spectes quod in iis, in quibus vos beneficio affici conveniebat, nullæ meæ partes desideratæ sunt, verum apostolatus mei experimentum præbui. Non ergo oportebat ut me ipse prædicarem. Hoc porro non eo dicebat, quod commendatione opus haberet : quomodo enim, cum ipsum cælum præ Christi amore parvi faceret? sed quod salutis ipsorum cupiditate teneretur. Postea, ne ipsi dicerent, Quid nostra interest, si eximiis apostolis nulla in re inferior fueris? ideo subjunxit, *In vobis facta sunt signa apostoli, in omni patientia et signis et prodigiis.* Papæ, quantum recte factorum pelagus paucis verbis præteriit! Ac vide quid primum collocet, nimirum patientiam. Hoc enim apostoli specimen est, nempe omnia forti animo ferre. Istud porro breviter tenui vocabulo complexus est : contra miracula, ut quæ non ipsius virtute ederentur, pluribus verbis expressit. Cogita enim quot carceres, quot plagas, quot discrimina, quot insidias, quot tentationum agmina hic tacite significarit, quot intestina bella, quot externa, quot dolores, quot impetus, unico patientiæ vocabulo indicavit. Per signa rursus quot homines a morte ad vitam revocati, quot

Digitized by Google

τῶν ἁγίων οὐ ταύτην ἔχει τὴν ἐξουσίαν τὴν οἰκτρὰν καὶ ταπεινήν, ἀλλ' ἐκείνην τὴν πολλῷ μείζονα. Δαίμονας γὰρ παρίστησι καὶ βασανίζει, καὶ τῶν δεσμῶν ἐκείνων τῶν πικροτάτων ἀπολύει τοὺς δεδεμένους. Τί φοβερώτερον τοῦ δικαστηρίου τούτου; Οὐδενὸς ὁρωμένου, οὐδενὸς ἐπικειμένου ταῖς πλευραῖς τοῦ δαίμονος, φωναὶ καὶ σπαραγμοί, μάστιγες, βάσανοι, γλῶσσαι ἐμπιπράμεναι, τοῦ δαίμονος οὐ φέροντος τὴν θαυμαστὴν δύναμιν ἐκείνην. Καὶ οἱ τὰ σώματα φορέσαντες, τῶν ἀσωμάτων κρατοῦσι δυνάμεων· ἡ κόνις καὶ τὰ ὀστᾶ καὶ ἡ τέφρα τὰς ἀοράτους ἐκείνας διαξαίνει φύσεις. Διὰ δὴ τοῦτο ὑπὲρ μὲν τοῦ βασιλικὰς ἰδεῖν αὐλὰς οὐδεὶς ἂν ποτε ἀποδημήσειε· βασιλεῖς δὲ πολλοὶ πολλάκις ἀποδεδημήκασι ταύτης ἕνεκεν τῆς θεωρίας. Τῆς γὰρ μελλούσης κρίσεως ἴχνη καὶ σύμβολα τὰ μαρτύρια τῶν ἁγίων παρέχεται, δαιμόνων μαστιζομένων, ἀνθρώπων κολαζομένων καὶ ἐλευθερουμένων. Εἶδες τῶν ἁγίων τὴν δύναμιν καὶ τετελευτηκότων; εἶδες τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν ἀσθένειαν καὶ ζώντων; Φύγε τοίνυν τὴν κακίαν, ἵνα κρατῇς τῶν τοιούτων, καὶ δίωκε μετὰ σπουδῆς ἁπάσης τὴν ἀρετήν. Εἰ γὰρ τὰ ἐνταῦθα τοιαῦτα, ἐννόησον ἡλίκα τὰ μέλλοντα. Καὶ τῷ ἔρωτι τούτῳ διηνεκῶς κατεχόμενος, ἐπιλαμβάνου τῆς αἰωνίου ζωῆς· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΖ'.

Γέγονα ἄφρων καυχώμενος· ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι.

α'. Ἀπαρτίσας τὸν περὶ τῶν οἰκείων ἐγκωμίων λόγον, οὐκ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλὰ ἀπολογεῖται πάλιν, καὶ συγγνώμην ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αἰτεῖ, ἀνάγκης εἶναι λέγων τὸ πρᾶγμα, οὐ προαιρέσεως. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἀνάγκης οὔσης, ἄφρονα ἑαυτὸν καλεῖ. Ἀρχόμενος μὲν οὖν ἔλεγεν, *Ὡς ἄφρονα δέξασθέ με*, καὶ, *Ὡς ἐν ἀφροσύνῃ*· νυνὶ δὲ τὸ, ὡς, ἀνελὼν, ἄφρονα ἑαυτὸν καλεῖ. Μετὰ γὰρ τὸ κατασκευάσαι διὰ τῶν εἰρημένων ἅπερ ἤθελε, θαῤῥῶν λοιπὸν καὶ ἀφειδῶς ἐπιλαμβάνεται τοῦ τοιούτου ἐλαττώματος, παιδεύων ἅπαντας μηδέποτε ἀνάγκης οὐκ οὔσης, ἑαυτόν τινα ἐγκωμιάζειν, ὅπου γε καὶ αἰτίας ὑποκειμένης, ἄφρονα ἑαυτὸν ὁ Παῦλος ὠνόμασεν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῶν εἰρημένων [627] οὐκ ἐπὶ τοὺς ψευδαποστόλους, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς μαθητὰς ἅπασαν περιτρέπει. *Ὑμεῖς* γὰρ, φησὶν, *ἠναγκάσατε*. Εἰ μὲν γὰρ ἐκαυχῶντο, καὶ μὴ μετὰ τῆς ὑμετέρας τοῦτο ἐποίουν πλάνης, μηδὲ ὑμᾶς ἀπώλλυον, οὐκ ἂν οὕτω προῆχθην εἰς τούτους ἐμαυτὸν καθεῖναι τοὺς λόγους· ἐπειδὴ δὲ ὁλόκληρον Ἐκκλησίαν διέφθειρον, πρὸς τὸ συμφέρον ὑμῖν ὁρῶν, ἠναγκάσθην ἄφρων γενέσθαι. Καὶ οὐκ εἶπεν· Ἔδειξα γὰρ μὴ τὰ πρωτεῖα παρ' ὑμῖν ἐνεγκάμενοι, τὰ παρ' ἑαυτῶν κατασπείρωσιν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὖν ἀνωτέρω τέθεικεν εἰπών, *Φοβοῦμαι μή πως, ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἠπάτησεν, οὕτω φθαρῇ [τὰ νοήματα ὑμῶν*· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ αὐθεντικώτερον, καὶ μετὰ πλείονος ἐξουσίας, ἔχων ἐκ τῶν εἰρημένων τὴν παῤῥησίαν. *Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι.* Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι· καὶ οὐ λέγει πάλιν τὰς ἀποκαλύψεις, οὐδὲ τὰ σημεῖα μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πειρασμούς. *Οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων.* Ὅρα πῶς πάλιν καὶ ἐνταῦθα ἐξουσιαστικώτερον φθέγγεται. Ἔμπροσθεν μὲν γὰρ ἔλεγε· *Λογίζομαι μηδὲν ὑστερηκέναι*· ἐνταῦθα δὲ ἀποφαντικῶς οὕτως, ὅπερ εἶπον, μετὰ τὰς ἀποδείξεις, θαῤῥῶν φθέγγεται λοιπόν· οὐ μὴν ἐς οὕτως ἀφίσταται τοῦ μέτρου, οὐδὲ τοῦ οἰκείου ἤθους. Ὥσπερ γὰρ μέγα τι εἰρηκὼς καὶ τὴν ἀξίαν ὑπερβαίνον τὴν ἑαυτοῦ, ὅτι μετὰ τῶν ἀποστόλων ἑαυτὸν ἠρίθμησεν, οὕτω μετριάζει πάλιν, καὶ ἐπάγει λέγων· *Εἰ καὶ οὐδὲν εἰμι, τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν.* Μὴ τοῦτο ἴδῃς, φησὶν, εἰ εὐτελὴς ἐγὼ καὶ μικρὸς, ἀλλ' εἰ μὴ τούτων ἀπήλαυσας, ὧν παρ' ἀποστόλου ἀπολαῦσαι ἐχρῆν. Καὶ οὐκ εἶπεν, εὐτελὴς, ἀλλ', ὃ κατώτερον ἦν, *Οὐδέν*. Τί γὰρ ὄφελος μέγαν εἶναι, καὶ μηδένα ὠφελεῖν; ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἰατροῦ κέρδος ἐμπείρου, μηδένα τῶν καμνόντων ἰωμένου. Μὴ τοίνυν, φησὶ, τοῦτο ἐξέταζε, ὅτι οὐδὲν ἐγὼ, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι ἐν οἷς ὑμᾶς εὖ παθεῖν ἔδει, οὐδὲν ὑστέρησα, ἀλλ' ἐγὼ τὴν πεῖραν ἔδωκα τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς. Οὐ τοίνυν ἔδει λόγων τῶν παρ' ἐμοῦ. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ τοῦ συνίστασθαι χρῄζων· πῶς γὰρ, ὁ καὶ τὸν οὐρανὸν μικρὸν ἡγούμενος πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ πόθον; ἀλλὰ τῆς σωτηρίας τῆς ἐκείνων ἐφιέμενος. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσι, Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, εἰ καὶ μηδὲν ὑστέρησας τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων; διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὅτι· *Ἐν ὑμῖν κατειργάσθη τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου, ἐν πάσῃ ὑπομονῇ καὶ σημείοις καὶ τέρασι.* Βαθὺ πηλίκον πέλαγος κατορθωμάτων ἐν ὀλίγοις ῥήμασι παρέδραμε. Καὶ θέα ποῖον πρῶτον τίθησι· τὴν ὑπομονήν. Τοῦτο γὰρ ἀποστόλου δεῖγμα, τὸ φέρειν πάντα γενναίως. Τοῦτο μὲν γὰρ ἐν βραχεῖ, διὰ μικρᾶς λέξεως· τὸ δὲ τῶν σημείων, ἅπερ οὐκ ἦν αὐτοῦ κατορθώματα, διὰ πλειόνων. Ἐννόησον γὰρ πόσα δεσμωτήρια, πόσας πληγὰς, πόσους κινδύνους, πόσας ἐπιβουλὰς, πόσας νιφάδας πειρασμῶν ἐνταῦθα ἠνίξατο, πόσους πολέμους ἐμφυλίους, ἐξωτικοὺς, πόσας ὀδύνας, πόσας προσβολὰς διὰ τοῦ [628] ὀνόματος τῆς ὑπομονῆς· διὰ τῶν σημείων πάλιν, πόσους νεκροὺς ἐγερθέντας, πόσους τυφλοὺς θεραπευθέντας, πόσους

Digitized by Google

λεπροὺς καθαρισθέντας, πόσους δαίμονας ἐλαθέντας. Ταῦτα ἀκούοντες, μανθάνωμεν [a], εἰ εἰς ἀνάγκην ἐμπέσωμεν τοιούτων διηγημάτων, συντέμνειν ἡμῶν τὰ κατορθώματα· ὃ καὶ αὐτὸς ἐποίησεν.

β'. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσί τινες, Εἰ γὰρ καὶ μέγας, καὶ πολλὰ εἰργάσω, ἀλλ' οὐ τοσαῦτα, ὅσα ἐν ταῖς λοιπαῖς Ἐκκλησίαις οἱ ἀπόστολοι, ἐπήγαγε· *Τί γάρ ἐστιν ὃ ἠττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας;* Οὐκ ἐλάττονος, φησὶ, μετέσχετε χάριτος τῶν λοιπῶν. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, Τί δήποτε πρὸς τοὺς ἀποστόλους τρέπει τὸν λόγον, τὴν πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους μάχην ἀφείς; Ἐκ περιουσίας ἀναστῆσαι βουλόμενος αὐτῶν τὰ φρονήματα, καὶ δεῖξαι, ὅτι οὐ μόνον ἐκείνων βελτίων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μεγάλων ἀποστόλων ἐλάττων. Διά τοι τοῦτο, ὅταν μὲν περὶ ἐκείνων διαλέγηται, φησὶν, *Ὑπὲρ ἐγώ*· ὅταν δὲ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἑαυτὸν παραβάλλῃ, ἀγαπητὸν εἶναί φησι τὸ μὴ ὑστερηκέναι, καίτοι γε πλεῖον αὐτῶν κοπιάσας. Δείκνυσι δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι κἀκείνους ὑβρίζουσιν, ὅταν τὸν ἴσον αὐτῶν ἐν δευτέρῳ τούτων ἔχωσιν. *Εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν.* Μετὰ πολλῆς πάλιν βαρύτητος ἔθηκε τὴν ἐπιτίμησιν. Καὶ τὸ ἐξῆς φορτικώτερον· *Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην.* Ἀλλ' ὅμως ἡ βαρύτης καὶ ἀγάπης ῥήματα, καὶ ἐγκώμιον ἐκείνων ἔχει· εἴ γε ἀδικίαν οἰκείαν εἶναι νομίζουσι τὸ μὴ καταδέξασθαι τὸν ἀπόστολον λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν, μηδὲ θαῤῥῆσαι τραφῆναι ἔνθεν. Εἰ τοῦτο, φησὶν, ἐγκαλεῖτε (οὐκ εἶπεν, ὅτι Κακῶς ἐγκαλεῖτε, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς γλυκύτητος), συγγνώμην αἰτῶ, χαρίσασθέ μοι τουτὶ τὸ ἁμάρτημα. Καὶ θέα τὴν σύνεσιν· ἐπειδὴ γὰρ συνεχῶς τοῦτο στρεφόμενον δνειδος αὐτοῖς ἔφερε, συνεχῶς αὐτὸ παραμυθεῖται. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ λέγων, ὅτι *Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἡ καύχησίς μου οὐ φραγήσεται αὕτη*, εἶπε πάλιν, ὅτι *Οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; οἶδεν ὁ Θεός· ἀλλ' ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν, καὶ ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται, εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς.* Καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ· *Τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; Ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ Εὐαγγέλιον.* Καὶ ἐνταῦθα, *Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην.* Πανταχοῦ γὰρ φεύγει τὸ δεῖξαι, ὅτι διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν οὐ λαμβάνει· διὸ καὶ ἐνταῦθα οὕτω φησίν· εἰ τοῦτο πλημμέλημα εἶναι ἡγεῖσθε, συγγνώμην αἰτῶ. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ πλήττων καὶ θεραπεύων. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο εἴπῃς· Εἰ πλῆξαι θέλεις, τί ἀπολογῇ; εἰ θεραπεύειν, τί πλήττεις; Τοῦτο γὰρ συνέσεώς ἐστι, καὶ κατατέμνειν καὶ ἐπιδεσμεῖν τὸ ἕλκος. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξῃ, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγον, συνεχῶς αὐτὸ στρέφειν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν, θεραπεύει μὲν αὐτὸ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ λέγων, *Οὐκ ἔγραψα δέ, ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί· καλὸν γάρ μοι ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις* [629] *κενώσῃ*· γλυκύτερον δὲ ἐνταῦθα καὶ προσηνέστερον. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; *Ἰδού, τρίτον τοῦτο ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν· οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς. Οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.* Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· οὐκ ἐπειδὴ μὴ λαμβάνω, διὰ τοῦτο οὐ παραγίνομαι, ἀλλὰ καὶ δεύτερον παρεγενόμην, καὶ τρίτον τοῦτο παρεσκεύασμαι ἐλθεῖν, καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν. Καὶ ἡ αἰτία σεμνή. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐπειδὴ μικρολόγοι, ἐπειδὴ πλήττεσθε, ἐπειδὴ ἀσθενεῖτε· ἀλλὰ τί; *Οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς.* Μείζονα ἐπιζητῶ, ψυχὰς ἀντὶ χρημάτων, σωτηρίαν ἀντὶ χρυσίου. Εἶτα ἐπειδὴ ὑποψίαν εἶχεν ἔτι τὸ πρᾶγμα, ὡς ἀλγοῦντος αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς, διὰ τοῦτο καὶ λογισμὸν τίθησιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν εἰπεῖν αὐτούς, οὐ γὰρ ἔξεστι καὶ ἡμᾶς ἔχειν καὶ τὰ ἡμῶν; ἐπάγει μετὰ πολλῆς τῆς χάριτος τὴν ἀπολογίαν λέγων· *Οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις*· ἀντὶ τῶν διδασκάλων καὶ τῶν μαθητῶν τοὺς γονέας καὶ τὰ τέκνα τιθεὶς, καὶ δείξας ὅτι ὀφειλῆς πρᾶγμα ποιεῖ, ὅπερ οὐκ ἦν ὀφειλῆς. Οὐ γὰρ οὕτω προσέταξεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκείνων φειδόμενος, ταῦτα λέγει· διὸ καὶ πλέον τι προστίθησιν. Οὐ γὰρ εἶπε μόνον, ὅτι οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα θησαυρίζειν, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀφείλουσιν οἱ γονεῖς τοῦτο ποιεῖν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δοῦναι δεῖ, *Ἐγὼ ἥδιστα δαπανήσω καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.* Τοὺς μὲν γὰρ γονέας θησαυρίζειν ἐκέλευσε τοῖς τέκνοις ὁ νόμος τῆς φύσεως· ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο ποιῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτὸν προσδίδωμι· καὶ αὕτη ἡ ὑπερβολὴ, τὸ μὴ μόνον μὴ λαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ προσδιδόναι, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας, καὶ ἐκ τοῦ ὑστερήματος· τὸ γὰρ *Ἐκδαπανηθήσομαι*, τοῦτό ἐστιν αἰνιττομένου. Κἂν γὰρ αὐτὴν δέῃ τὴν σάρκα ἀναλῶσαι, οὐ φείδομαι διὰ τὴν σωτηρίαν ὑμῶν. Καὶ τὸ ἐπαγόμενον μετ' ἐγκλήματος ὁμοῦ καὶ ἀγάπης· *Εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι.* Καὶ ταῦτα ποιῶ, φησὶν, ὑπὲρ τῶν φιλουμένων, καὶ οὐ φιλούντων ὁμοίως. Σκόπει τοίνυν λοιπὸν πόσους ἔχει τὸ πρᾶγμα βαθμούς. Ἔδει λαμβάνειν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐλάμβανεν· ἰδοὺ πρῶτον κατόρθωμα. Καὶ ὑστερούμενος, δεύτερον· καὶ αὐτοῖς κηρύττων, τρίτον· καὶ προσδίδωσι, τέταρτον· καὶ οὐχ ἁπλῶς προσδίδωσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἐπιτάσεως, πέμπτον· καὶ οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν, ἕκτον· καὶ ὑπὲρ τῶν μὴ σφόδρα φιλούντων αὐτὸν, ἕβδομον· καὶ ὑπὲρ τῶν σφόδρα φιλουμένων, ὄγδοον.

γ'. Τοῦτον δὴ καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν. Μέγα μὲν γὰρ ἔγκλημα [καὶ τὸ φθονεῖν] [b], καὶ τὸ μὴ φιλεῖν· μεῖζον δὲ γίνεται, ὅταν καὶ φιλούμενός τις μὴ φιλῇ. Εἰ [630] γὰρ ὁ τὸν φιλοῦντα φιλῶν, οὐδὲν πλέον ἔχει τῶν τελωνῶν· ὁ μὴ τοῦτο ἔχων, καὶ τῶν θηρίων ἐλάττων ἂν εἴη. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐ φιλεῖς τὸν φιλοῦντα; καὶ τίνος ἕνεκεν ζῇς; ποῦ δὲ χρήματα ἔσῃ λοιπόν; ἐν ποίοις πράγμασιν; ἐν πολιτικοῖς; ἐν ἰδιωτικοῖς; Οὐδαμῶς· οὐδὲν γὰρ ἀχρηστότερον ἀν-

[a] *Legebatur* μανθάνομεν.

[b] In editis hic primo legitur καὶ τὸ φθονεῖν, sed uncis inclusum quasi adjectitium, deindeque additur, καὶ τὸ μὴ φιλεῖν. Sed illud, καὶ τὸ φθονεῖν, perperam inductum videtur.

cæci curati, quot leprosi mundati, quot dæmones ejecti significantur. Ex his verbis illud discamus, ut si necessitas quædam nos in hujusmodi narrationes adegerit, ea, quæ a nobis recte gesta sunt, brevissime perstringamus, quemadmodum a Paulo quoque factum est.

2. Mox, ne aliqui dicerent, Etsi magnus es, ac multa gessisti, at non tot tamen ac tanta, quot et quanta apostoli in reliquis Ecclesiis gesserint, idcirco subdidit : 13. *Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis?* Non minorem quam cæteri gratiam accepistis. At, dixerit fortasse quispiam, cur relicta dimicatione cum pseudoapostolis, sermonem ad apostolos convertit? Ut eorum animos amplius erigat, ostendatque se non modo illis præstantiorem, sed ne magnis quidem apostolis inferiorem esse. Ideo quippe cum de illis verba facit, ait, *Plus ego :* quando autem cum apostolis se confert, satis habet, si ipsis inferior minime sit, tametsi etiam plus illis laborasset. Atque hinc illud quoque indicat, quod et in illos contumeliosi sint, cum eum, qui ipsis par sit, istiusmodi hominibus posthabeant. *Nisi quod ego ipse non gravavi vos.* Rursus cum magna acerbitate objurgationem posuit. Idque, quod sequitur, asperius adhuc est, *Donate mihi hanc injuriam.* Et tamen hæc asperitas benevolentiæ verba et eorum laudem continet : siquidem injuriæ hoc ducebant, quod Apostolus a se id impetrari minime passus esset, ut quidquam ab ipsis sumeret, nec tantum fiduciæ concepisset, ut ab his ali sustineret. Si hoc, inquit, mihi crimini vertitis (non dixit, Male me accusatis ; sed non sine magna suavitate), a vobis peto ut mihi hujus peccati gratiam faciatis. Et vide prudentiam : quoniam enim hoc assidue usurpatum probrum ipsis afferebat, idcirco etiam assidue illud mitigat. Superius enim cum dixisset, *Est veritas Christi in me, quod gloriatio hæc non infringetur*, dixit rursus, *Quia non diligo vos? Deus scit ; sed ut amputem occasionem eorum, qui quærunt occasionem, et ut, in quo gloriantur, inveniantur sicut et nos* (2. *Cor.* 11. 10-12). Et in priore epistola, *Quæ igitur mihi merces est? Ut evangelium prædicans sine sumptu ponam evangelium* (1. *Cor.* 9. 18). Hic rursus, *Donate mihi hanc injuriam.* Ubique enim cavet, ne ostendat eorum imbecillitatem in causa esse, cur nihil ab ipsis accipiat : ideoque hic quoque sic loquitur : Si hoc peccatum esse ducitis, veniam peto. Hæc autem idcirco dicebat, ut simul et eos percelleret et leniret. Nec enim mihi hoc dixeris, Si ferire cupis, quid excusatione uteris? si curare, quid feris? Hoc enim solertis animi est, nimirum incidere et vulnus obligare. Postea ne, uti prius dicebam, ideo hoc assidue versare videretur, quod aliquid ab ipsis acciperet, huic suspicioni medetur ipse etiam in epistola superiori, dicens, *Non autem scripsi, ut ita fiat in me : melius enim est mihi mori, quam ut gloriam meam quis evacuet* (*Ibid.* v. 15). Hic vero suavius blandiusque id facit. Quonam tandem modo? 14. *Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero gravis vobis : non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.* Quod autem dicit, hanc sententiam habet : Non quia nihil accipio, idcirco ad vos non accedo, verum et iterum accessi, et tertio ad vos proficisci paro, nec vobis oneri ero. Ac causam sane gravem affert ; neque enim dixit, Quia præparci estis, quia offendimini, quia imbecillitate laboratis ; sed quid? *Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.* Majora quædam posco, nempe animas loco pecuniarum, salutem auri loco. Deinde, quoniam res nondum suspicione carebat, tamquam videlicet ipse dolore quodam adversus eos commoveretur, ideo rationem quoque ponit. Quia enim verisimile erat eos dicere, Annon licet nobis, quæ nostra sunt, habere? non sine magna suavitate defensionem ipsorum in hæc verba subjungit : *Non enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis :* magistrorum videlicet ac discipulorum vice parentes ac filios collocans, ac demonstrans se debito quodam munere perfungi, cum tamen id debitum non esset. Non enim ita imperavit Christus, sed pro sua erga eos indulgentia his verbis utitur : ideoque quiddam etiam majus adjungit. Non solum enim dixit, Nec enim debent filii parentibus thesaurizare ; sed hoc quoque adjecit, quod parentum sunt partes, ut filiis thesaurizent. Quandoquidem itaque dare opus est, 15. *ego libentissime impendam, et superimpendar pro animabus vestris.* Etenim lex quidem naturalis hoc sanxit, ut parentes filiis thesaurizent ; ego vero, ea re non contentus, me ipsum quoque insuper vobis trado. Atque in hoc incredibilis ipsius liberalitas est, quod non solum non accipit, verum etiam insuper donat : neque id vulgariter, sed cum magna munificentia, atque ex eo quod ipsi deest : hoc enim vocabulo, *Superimpendar*, istud subindicatur. Nam etiamsi carnem ipsam expendere oporteat, nullam ipsius rationem habeo ob salutem vestram. Atque id quod subjungitur, conjunctam cum amore accusationem habet : *Licet plus vos diligens, minus diligar.* Atque hoc, inquit, facio, pro iis quos amo, licet illi perinde non redament. Jam ergo considera quot gradus ista res habeat. Accipere oportebat, ipse autem non accipiebat : hæc prima laus est. Et cum inopia premeretur : hæc secunda est. Et cum ipsis prædicaret : tertiam habes. Et insuper largitur : hæc quarta est. Nec vulgariter largitur, sed copiose : quinta hæc est. Nec pecunias dumtaxat, sed etiam seipsum : sexta. Et pro iis a quibus haud magnopere amabatur : septima. Ac denique pro iis quos majorem quemdam in modum amabat : octava hæc est.

3. Hunc itaque nos etiam imitemur. Magnum enim peccatum est invidere et non amare : majus tamen efficitur, cum quispiam amatus non redamat. Nam si is, qui amantem redamat, publicanis nihilo præstantior est ; is qui ne hoc quidem habet, ipsis ferisinferior erit. Quid ais, homo? amantem non redamas? cur ergo hujusce lucis usura frueris? qua tandem in re jam usui eris? quibusnam in rebus? forensibus, an privatis? Haud sane : nihil eo homine inutilius, qui amare nescit. Hanc legem latrones etiam per-

Digitized by Google

sæpe ac sicarii et sepulcrorum effossores amplexi sunt; cumque vel salem dumtaxat communem inter se habuissent, alio versi, ob mensæ commercium mores suos mutaverunt : tu vero non salem dumtaxat, sed verba etiam et negotia, et ingressus et egressus, cum aliquo communes habens, non eum amas? At ii, qui turpibus amoribus dediti sunt, universas quoque facultates suas in fornicarias expendunt : tu vero, honesto amore captus, ita frigidus et imbecillis atque ignavus es, ut ne citra sumptum quidem ullum amare sustineas? Sed quisnam est, inquis, usque adeo miser, quis tam belluinis moribus, ut amantem aversetur atque oderit? Tu quidem recte facis, qui ob rei absurditatem fidem mihi detrahis : verum, si multos ejusmodi demonstraro, quo tandem pacto ignominiam hanc feremus? Nam cum amanti obtrectas, aut obtrectante altero non ei opem fers, cum florenti invides, quænam hæc dilectio est? Quamquam ne hoc quidem ad probandam amicitiam sufficit, quod quispiam ab invidia liber sit; ut nec illud etiam, quod quis amantem odio non insectetur : nisi eum quoque tueatur, ipsiusque commoda amplificet. Cum autem nihil non facit ac loquitur, quo proximum dejiciat, quid hac anima miserius esse possit? Heri ac nudius tertius amicus illi eras, sermonesque ac mensam impertiebas : postea autem, simul atque membrum tuum florens vidisti, abjecta amicitiæ larva, inimicitiæ, vel furoris potius personam induisti. Perspicuus etenim furor est, prosperis aliorum rebus angi : hoc enim furentium canum est, rabieque laborantium. Eorum enim more hi quoque, livoris œstro perciti, in omnium ora prosiliunt. Præstat serpentem in visceribus provolutum habere, quam invidiam interne repentem. Etenim ille et medicamentorum auxilio sæpe evomi, et alimenti ope mitigari potest : at invidia non in visceribus sese volutat, sed in animæ sinu versatur, ac morbus ægre exstingui potest. Serpensque intus positus corpora humana non attigerit, si ipsi alimentum apponatur : at invidia, etiamsi sexcentas ei mensas apposueris, animam ipsam arrodit, undecumque mordens, vellicans, trahens; neque ullum solatii genus reperire est, cujus ope furorem compescat, uno dumtaxat excepto, nempe ut ei, qui prospere agit, calamitas aliqua accidat : sic morbus remittitur; imo ne sic quidem. Nam etiamsi ille incommodo aliquo afficiatur, alterius tamen res lætas ac secundas cernens, in ilsdem doloribus hæret; atque ubique vulnera, ubique plagæ. Neque enim fieri potest, ut qui in terra degit, neminem videat qui præclare ac feliciter agat. Tantaque est hujus morbi magnitudo, ut etiamsi sese domi incluserit, priscis etiam hominibus vita functis invideat. Atque iis quidem, qui in hominum frequentia vivunt, id evenire, quamvis grave ac molestum sit, non tamen æque grave habendum est : at quod ii quoque, qui a tumultibus in medio sitis liberati sunt, hoc morbo teneantur, id vero omnium acerbissimum est. Ac vellem istud silentio præterire : at si silentium ipsam etiam rerum infamiam adimeret, operæ pretium esset tacere, cum autem, me etiam tacente, res ipsæ vehementius, quam lingua mea facere posset, clamaturæ sint, nullum certe detrimentum a verbis meis afferetur, tamquam vitia nobis traducentibus, sed etiam fortasse fructus aliquis atque utilitas consequetur. Hic enim morbus Ecclesiam etiam attigit, omniaque sursum ac deorsum vertit, corporisque compagem discidit : nosque adversus nos ipsos mutuo stamus, livore nimirum arma nobis porrigente. Ob eamque causam ingens rerum depravatio est. Nam cum, omnibus ædificantibus, præclare se res habeat, si ii qui eruuntur stare queant; cum omnes id agimus ut diruamus, quis tandem finis erit?

4. Quid agis, homo? Utile esse existimas, proximi commoda dejicere : at ante illum tua evertis. Non plantarum cultores, non agricolas cernis, quomodo omnes concordibus animis in unum currant? hic effodit, ille serit, alius radicem contegit, alius quod satum est rigat, alius obsepit ac muro cingit, alius bestias arcet; omnesque in unum spectant, ut plantam incolumem servent. Hic autem non ita se res habet; verum planto quidem ipse, alter autem subagitat et succutit. Sine saltem eam recte figi ut robur contrahat, quod hostili impetu frangi nequeat. Non opus meum deles, sed tuum evertis : ego plantavi, rigare te oportebat. Si itaque succutias, radicem funditus evelles, nec habebis ubi rigationem tuam ostendas. At vides eum qui plantat omnium sermonibus celebrari? Bono animo esto : nec ego aliquid sum, nec tu : *Nec* enim *qui plantat, nec qui rigat, est aliquid* (1. *Cor.* 3. 7) : unius enim Dei opus est. Ex quo efficitur, ut adversus ipsum bellum ineas ac dimices, dum ea quæ plantata sunt exstirpas. Ergo aliquando tamen resipiscamus, atque expergiscamur. Non tam externum bellum, quam intestinam pugnam extimesco. Quandoquidem etiam radix, cum terræ recte affixa fuerit, nihil a ventis detrimenti patietur : sin autem ea, verme eam interne depascente, vacillet, nemine molestiam exhibente collabetur. Quousque tandem Ecclesiæ radicem vermium more exedimus? Nam et a terra hujusmodi cogitationes nascuntur; imo ne a terra quidem, sed a stercore, utpote quarum parens putredo sit : neque etiam ab exsecrando eo obsequio, quod a mulieribus exhibetur, absistunt. Tandem igitur aliquando fortes viros nos præbeamus; philosophiæ pugiles efficiamur, ingentem malorum proventum abigamus. Etenim Ecclesiæ multitudinem, tamquam exanime corpus, humi prostratum nunc cerno. Et sicut in corpore recens vita functo, oculos quidem et manus et pedes et collum et caput intueri licet, sic tamen ut nullum membrum munere suo fungatur : eodem modo hic quoque omnes, qui adsunt, fide quidem præditi sunt, at fides actuosa non est : fervorem enim exstinximus, Christique corpus mortuum reddidimus. Quod si hoc dictu horrendum est, multo utique horribilius est, cum in rebus ipsis cernitur. Siquidem fratrum nomina habemus, res autem hostium; cumque membra omnes

Digitized by Google

δρὸς οὐκ εἰδότος φιλεῖν. Τοῦτον καὶ λῃσταὶ πολλάκις τὸν νόμον ἠδέσθησαν καὶ ἀνδροφόνοι καὶ τοιχωρύχοι, καὶ ἀλλῶν κοινωνήσαντες μόνον, μετετάξαντο, τῇ τραπέζῃ τὸν τρόπον μεταβαλόντες· σὺ δὲ οὐχὶ ἀλλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥημάτων καὶ πραγμάτων κοινωνῶν, καὶ εἰσόδων καὶ ἐξόδων, οὐ φιλεῖς; Ἀλλ' οἱ μὲν αἰσχρῶς ἐρῶντες, καὶ ὁλοκλήρους δαπανῶσιν οὐσίας εἰς τὰς πορνευομένας γυναῖκας· σὺ δὲ σεμνὸν ἔχων ἔρωτα, οὕτως εἶ ψυχρὸς καὶ ἀσθενὴς καὶ ἀνανδρος, ὡς μηδὲ χωρὶς δαπάνης καταδέχεσθαι φιλεῖν; Καὶ τίς, φησὶν, οὕτως ἔσται ἄθλιος, τίς δὲ οὕτω θηρίον, ὡς τὸν φιλοῦντα ἀποστρέφεσθαι καὶ μισεῖν; Σὺ μὲν καλῶς ποιεῖς ἀπιστῶν διὰ τὴν τοῦ πράγματος ἀτοπίαν· ἐγὼ δὲ ἂν δείξω πολλοὺς ὄντας τοιούτους, πῶς οἶσομεν λοιπὸν τὴν αἰσχύνην; Ὅταν γὰρ κακῶς ἀγορεύῃς τὸν φιλούμενον, ὅταν ἀκούων κακῶς ἑτέρου λέγοντος μὴ ἀμύνῃς, ὅταν εὐδοκιμοῦντα φθονῇς, ποῖα αὕτη ἀγάπη; Καίτοι γε φιλίαν οὐδὲ τοῦτο ἀρκεῖ δεῖξαι, τὸ μὴ φθονεῖν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ μὴ ἐχθραίνειν, οὐδὲ τὸ μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ καὶ συγκροτεῖν καὶ αὔξειν τὸν φιλοῦντα· ὅταν δὲ πάντα ποιῇ καὶ λέγῃ, ὥστε καὶ καθελεῖν τὸν πλησίον, τί ταύτης ἀθλιώτερον τῆς ψυχῆς; Χθὲς καὶ πρώην φίλος, καὶ λόγων ἐκοινώνεις καὶ τραπέζης· εἶτα ἀθρόον, ἐπειδὴ εὐδοκιμοῦντα εἶδες τὸ μέλος τὸ σὸν, ῥίψας τὸ τῆς φιλίας προσωπεῖον, τὸ τῆς ἔχθρας ὑπέδυς, μᾶλλον δὲ τὸ τῆς μανίας. Μανία γὰρ περιφανὴς, τοῖς τῶν πλησίον δάκνεσθαι καλοῖς· τοῦτο γὰρ μαινομένων ἐστὶ, καὶ λυττώντων κυνῶν. Κατὰ γὰρ ἐκείνους εἰς τὰς ἁπάντων πηδῶσιν ὄψεις καὶ οὗτοι, τῇ βασκανίᾳ παροξυνόμενοι. Βέλτιον ὄφιν ἔχειν τοῖς σπλάγχνοις ἐγκαλινδούμενον, ἢ βασκανίαν ἔνδον συρομένην. Ἐκεῖνον γὰρ καὶ ἐμέσαι πολλάκις ἔνι διὰ φαρμάκων, καὶ διὰ τροφῆς παραμυθήσασθαι· ὁ δὲ φθόνος οὐκ ἐν σπλάγχνοις καλινδεῖται, ἀλλὰ τῷ κόλπῳ στρέφεται τῆς ψυχῆς, καὶ δυσεξάλειπτόν ἐστι πάθος. Καὶ ὁ μὲν ὄφις ἔνδον ὢν, οὐκ ἂν ἄψαιτο σωμάτων ἀνθρωπίνων, τροφῆς παρακειμένης· ὁ δὲ φθόνος, κἂν μυρίαν παραθῇς αὐτῷ τράπεζαν, αὐτὴν κατεσθίει τὴν ψυχὴν, δάκνων πάντοθεν, σπαράττων, ἕλκων· καὶ οὐκ ἔστιν σὺτῷ τινα παραμυθίαν εὑρεῖν, δι' ἧς ἀποστήσεται τῆς μανίας, ἀλλ' ἢ μίαν μόνον, τὴν τοῦ εὐημεροῦντος δυσπραγίαν· οὕτως ἀνίεται, μᾶλλον δὲ, οὐδὲ οὕτω. Κἂν γὰρ οὗτος πάθῃ κακῶς, ἕτερον ὁρῶν εὐημεροῦντα, ταῖς αὐταῖς ὀδύναις ἐνέχεται· καὶ πανταχοῦ τραύματα, καὶ πανταχοῦ πληγαί. Οὐδὲ γὰρ [631] ἔστι στρεφόμενον ἐπὶ γῆς μὴ ὁρᾷν εὐδοκιμοῦντας. Καὶ τοσαύτη τοῦ νοσήματος ἡ ὑπερβολὴ, ὅτι κἂν οἶκοι τις αὐτὸν κατακλείσῃ, τοῖς παλαιοῖς ἀνδράσι φθονεῖ τοῖς τετελευτηκόσι. Καὶ τὸ μὲν βιωτικοὺς ἀνθρώπους ταῦτα πάσχειν, χαλεπὸν μὲν, πλὴν οὐχ οὕτω δεινόν· τὸ δὲ καὶ τοὺς τῶν ἐν μέσῳ θορύβων ἀπηλλαγμένους ἔχεσθαι τοῦ νοσήματος τούτου αὐτὸ τοῦτο πάντων χαλεπώτερον. Καὶ ἠβουλόμην μὲν σιγᾷν· ἀλλ' εἰ μὲν ἡ σιγὴ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων αἰσχύνην ἀφῇρει, κέρδος ἦν τὸ μηδὲν εἰπεῖν· εἰ δὲ κἂν ἐγὼ σιωπήσω, τὰ πράγματα βοήσεται σφοδρότερον τῆς ἐμῆς γλώττης, βλάβη μὲν οὐδεμία ἀπὸ τῶν ἐμῶν ἔσται ῥημάτων, ὡς ἐκπομπευομένων ἡμῖν τῶν κακῶν, κέρδος δὲ ἴσως καὶ ὠφέλειά τις. Τοῦτο γὰρ τὸ νόσημα καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἥψατο, [καὶ] τοῦτο πάντα ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε, καὶ τοῦ σώματος διέσχισε τὴν ἀκολουθίαν, καὶ κατ' ἀλλήλων ἱστάμεθα, τοῦ φθόνου καθοπλίζοντος ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο πολλὴ ἡ διαστροφή. Εἰ γὰρ πάντων οἰκοδομούντων ἀγαπητὸν στῆναι τοὺς διδασκομένους, ὅταν ἅπαντες καθαιρῶμεν, τί ἔσται τὸ πέρας;

δ'. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Συμφέρειν νομίζεις τὰ τοῦ πλησίον καθαιρεῖν· πρὸ δὲ ἐκείνου τὰ σαυτοῦ καθαιρεῖς. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς φυτοκόμους [a], τοὺς γηπόνους, πῶς ἅπαντες εἰς ἓν τρέχουσιν; ὁ μὲν διέσκαψεν, ὁ δὲ ἐφύτευσεν, ὁ δὲ περιέστειλε τὴν ῥίζαν, ἄλλος ἀρδεύει τὸ φυτευθὲν, ἄλλος περιφράττει καὶ τειχίζει, ἄλλος ἀποσοβεῖ τὰ θρέμματα· καὶ πάντες εἰς ἓν βλέπουσι, τοῦ φυτοῦ τὴν σωτηρίαν. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ φυτεύω μὲν ἐγὼ, σαλεύει δὲ ἄλλος καὶ διασείει. Ἔασον κἂν παγῆναι καλῶς, ἵνα ἰσχυρότερον γένηται τῆς ἐπιβουλῆς. Θύ τὸ ἐμὸν ἀναιρεῖς ἔργον, ἀλλὰ τὸ σὸν καταλύεις· ἐγὼ ἐφύτευσα, σὲ ἔδει ποτίσαι. Ἂν τοίνυν σαλεύσῃς, τὴν ῥίζαν ἀνέσπασας, καὶ οὐκ ἔχεις οὗ τὴν ἀρδείαν ἐπιδείξῃ. Ἀλλ' ὁρᾷς εὐδοκιμοῦντα τὸν φυτεύοντα; Μὴ φθονῶ· οὔτε ἐγώ τί εἰμι, οὔτε σύ· *Οὔτε γὰρ ὁ φυτεύων, οὔτε ὁ ποτίζων ἐστί τι·* ἑνός ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. Ὥστε ἐκείνῳ μάχῃ καὶ πολεμεῖς, τὰ φυτευθέντα ἀνασπῶν. Ἀνανήψωμεν τοίνυν ποτὲ, γρηγορήσωμεν. Οὐ δέδοικα τὸν ἔξω πόλεμον, ὡς τὴν ἔνδον μάχην· ἐπεὶ καὶ ῥίζα, ὅταν ᾖ καλῶς ἡρμοσμένη τῇ γῇ, οὐδὲν πείσεται ἀπὸ τῶν ἀνέμων· ἂν δὲ αὐτὴ σαλεύηται, σκώληκος διατρώγοντος αὐτὴν ἔνδοθεν, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος πεσεῖται. Μέχρι τίνος διατρώγομεν τῆς Ἐκκλησίας τὴν ῥίζαν σκωλήκων δίκην; Καὶ γὰρ ἀπὸ γῆς αἱ τοιαῦται τίκτονται διάνοιαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀπὸ γῆς ἀλλ' ἀπὸ κόπρου, τὴν σηπεδόνα μητέρα ἔχουσαι· καὶ οὐκ ἀφίστανται τῆς καταπτύστου θεραπείας τῆς παρὰ τῶν γυναικῶν. Γενώμεθά [632] ποτε ἄνδρες γενναῖοι, γενώμεθα ἀθληταὶ φιλοσοφίας, ἀπελάσωμεν τὴν πολλὴν τῶν κακῶν τούτων φοράν. Καὶ γὰρ ὥσπερ σῶμα νεκρὸν, τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶ τὸ πλῆθος ἐῤῥιμμένον νῦν. Καὶ καθάπερ ἐν σώματι νεκρωθέντι προσφάτως, ἔνι μὲν ὀφθαλμοὺς ἰδεῖν, ἔνι δὲ χεῖρας καὶ πόδας καὶ τράχηλον καὶ κεφαλὴν, οὐδὲν δὲ τῶν μελῶν τὰ ἑαυτοῦ ποιοῦν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα πάντες πιστοὶ οἱ παρόντες, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἡ πίστις ἐνεργής· τὴν γὰρ θερμότητα ἐσβέσαμεν, καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα νεκρὸν εἰργασάμεθα. Εἰ δὲ φρικτὸν τὸ εἰρημένον, πολλῷ φρικωδέστερον, ὅταν ἐπὶ τῶν ἔργων φαίνηται. Τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα ἀδελφῶν ἔχομεν, τὰ δὲ πράγματα πολεμίων· καὶ μέλη καλούμενοι πάντες, καθάπερ θηρία διεστήκαμεν. Ταῦτα, οὐκ ἐκπομπεῦσαι [b] βουλόμενος τὰ ἡμέτερα, εἶπον, ἀλλ' ἐντρέψαι καὶ ἀποστῆσαι. Ὦ δεῖνα εἰσῆλθεν εἰς

[a] Pro illa voce, τοὺς φυτοκόμους, interpres convertit, *ædium exstructores*. Haud dubie legerat οἰκοδόμους. Sed φυτοκόμους magis ad seriem quadrat.

[b] *Legebatur* ἐμπομπεῦσαι.

Digitized by Google

οἰκίαν, ἀπήλαυσε τιμῆς· δέον εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι τὸ μέλος τιμᾶται τὸ σὸν, καὶ ὁ Θεὸς δοξάζεται, σὺ δὲ τούναντίον ποιεῖς· λέγεις; κακῶς πρὸς τὸν τετιμηκότα, ὥστε ἀμφοτέρους ὑποσκελίσαι, καὶ σεαυτὸν προσκαταισχῦναι. Τίνος ἕνεκεν, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε; ἤκουσας ἀδελφοῦ ἐγκωμιαζομένου, ἢ παρὰ ἀνδράσιν, ἢ παρὰ γυναιξὶ, καὶ ἐλυπήθης; Πρόσθες τοῖς ἐπαίνοις· οὕτω καὶ σαυτὸν ἐπαινέσῃ. Ἐὰν δὲ καὶ καθέλῃς τὸν ἔπαινον, πρότερον σαυτὸν κακῶς εἴρηκας, πονηρὰν δόξαν λαβὼν, κἀκεῖνον ἐπῆρας μειζόνως. Ὅταν ἀκούσῃς ἐπαινούμενον, γίνου τῶν λεγομένων κοινωνὸς, εἰ καὶ μὴ τῷ βίῳ καὶ τῇ ἀρετῇ, ἀλλὰ τῷ χαίρειν τοῖς ἐκείνου καλοῖς. Ἐπῆνεσεν ὁ δεῖνα; θαύμασον καὶ σύ· οὕτω καὶ σὲ ἐπαινέσεται ἐκεῖνος, ὡς χρηστὸν καὶ ἐπιεικῆ. Μὴ φοβηθῇς, ὡς τὰ σαυτοῦ καθαιρῶν ἐν τοῖς ἐγκωμίοις τοῖς ἑτέροις· τοῦτο γὰρ ἐν ταῖς κατηγορίαις γίνεται. Φιλόνεικον γαρ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὅταν ἴδῃ σε κακῶς λέγοντα, ἐπιτείνει τὰ ἐγκώμια, ταύτῃ δάκνειν βουλόμενος, τοὺς δὲ κατηγόρους μέμφεσθαι καθ' ἑαυτὸν, καὶ πρὸς ἑτέρους διαβάλλειν. Εἶδες πόσης ἀσχημοσύνης ἑαυτοῖς γινόμεθα αἴτιοι; πῶς ἀπόλλυμεν τὸ ποίμνιον καὶ διασπῶμεν; Γενώμεθα μέλη ποτὲ, γενώμεθα σῶμα ἑν· καὶ ὁ μὲν ἐγκωμιαζόμενος διακρουέσθω τοὺς ἐπαίνους, καὶ ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν μεταγέτω τὰ ἐγκώμια· ὁ δὲ ἑτέρου ἀκούων ἐπαινουμένου, συνηδέσθω. Ἂν οὕτως ἑαυτοὺς συνάγωμεν, καὶ τὴν κεφαλὴν πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπασόμεθα· ἐὰν δὲ διψκισμένοι πρὸς ἑαυτοὺς ὦμεν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀποστήσομεν βοήθειαν· ἐκείνης δὲ ἀποστάσης, πολλὴν τὸ σῶμα δέξεται λύμην, οὐ σφιγγόμενον ἄνωθεν. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, βασκανίαν καὶ φθόνον ἀπελάσαντες, καὶ τῆς τῶν πολλῶν ὑπεριδόντες δόξης, ἀγάπην καὶ ὁμόνοιαν ἀσπαζώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν παρόντων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· [633] ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΗ'.

Ἔστω δὲ, αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν, ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον. Μή τινα ὧν ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν. Μήτι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσιν;

α'. Ἀσαφῶς σφόδρα εἴρηται ταυτὶ τῷ Παύλῳ τὰ ῥήματα, ἀλλ' οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῇ. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ χρημάτων ὁ λόγος καὶ ἀπολογίας τῆς ὑπὲρ τούτων, εἰκότως συνεσκίασται τὰ εἰρημένα. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Εἶπεν, ὅτι Οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' ἑτοιμός εἰμι καὶ προσδοῦναι καὶ δαπανῆσαι· καὶ πολλὰ περὶ τούτου καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ καὶ ἐν ταύτῃ διελέχθη τῇ Ἐπιστολῇ. Νῦν δὲ ἕτερόν τι λέγει, ὥσπερ ἐξ ἀντιθέσεως εἰσάγων τὸν λόγον, καὶ λύων προηγουμένως. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς οὐκ ἐπλεονέκτησα· ἔχει δέ τις ἴσως εἰπεῖν, ὅτι Αὐτὸς μὲν οὐκ ἔλαβον, πανοῦργος δὲ ὢν ἐσκευάσατο τοὺς ὑπ' ἐμοῦ ἀποσταλέντας εἰς οἰκεῖον πρόσωπον αἰτῆσαί τι παρ' ὑμῶν, καὶ δι' ἐκείνων αὐτὸς ἐδεξάμην, τοῦ δοκεῖν εἰληφέναι ἐμαυτὸν ἔξω τιθεὶς, δι' ἑτέρων λαμβάνων. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν· καὶ μάρτυρες ὑμεῖς. Διὸ καὶ κατ' ἐρώτησιν προάγει τὸν λόγον, λέγων· *Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν. Μήτι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος;* οὐχ ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐμοὶ περιεπάτησε; Τουτέστιν, οὐδὲ αὐτὸς ἔλαβεν. Εἶδες πόση ἐπίτασις ἀκριβείας, τῷ μὴ μόνον ἑαυτὸν καθαρὸν τηρεῖν τοῦ λήμματος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεμπομένους οὕτω ῥυθμίζειν, ἵνα μηδὲ μικρὰν δῷ πρόφασιν τοῖς ἐπιλαμβάνεσθαι βουλομένοις Τοῦτο γὰρ πολλῷ μεῖζον οὗ πεποίηκεν ὁ πατριάρχης. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐπανελθὼν, τοῦ βασιλέως διδόντος λάφυρα, οὐκ ἔφη λήψεσθαι, πλὴν ὧν ἔφαγον ἐκεῖνοι· οὗτος δὲ οὔτε τῆς ἀναγκαίας τροφῆς οὔτε αὐτὸς ἀπήλαυσεν, οὔτε τοὺς κοινωνοὺς ἀφῆκε μετασχεῖν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἐπιστομίζων τῶν ἀναισχύντων τὰ στόματα. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀποφαίνεται, οὐδὲ λέγει ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνοι ἔλαβον, ἀλλ' ὁ πολλῷ τούτου μεῖζον ἦν, αὐτοὺς παράγει μάρτυρας τοὺς Κορινθίους τοῦ μηδὲν αὐτοὺς εἰληφέναι, ἵνα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου δοκῇ μαρτυρεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐκείνων ψήφου· ὅπερ εἰώθαμεν ἐπὶ τῶν σφόδρα ὡμολογημένων, καὶ ὑπὲρ ὧν θαῤῥοῦμεν, ποιεῖν. Εἶπατε γὰρ, φησὶ, μή τις τῶν παρ' ὑμῶν ἀποσταλέντων ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς; Οὐκ [634] εἶπε, Μή τις ἔλαβέ τι παρ' ὑμῶν; ἀλλὰ πλεονεξίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, καθαπτόμενος αὐτῶν, καὶ σφόδρα ἐντρέπων, καὶ δεικνὺς ὅτι τὸ παρὰ ἄκοντος λαβεῖν, πλεονεξία. Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ Τίτος; ἀλλὰ, *Μή τις;* Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι ὁ δεῖνα μὲν οὐκ ἔλαβεν, ἕτερος δὲ ἔλαβεν. Οὐδὲ εἷς τῶν ἀφικομένων. *Παρεκάλεσα Τίτον.* Καὶ τοῦτο πληκτικῶς. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἔπεμψα Τίτον, ἀλλὰ, *Παρεκάλεσα,* δεικνὺς ὅτι καὶ εἰ ἔλαβε, δικαίως ἂν ἔλαβεν, ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω καθαρὸς ἔμεινε. Διὸ πάλιν αὐτοὺς ἐρωτᾷ λέγων, *Μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν;* Τί ἐστι, *Τῷ αὐτῷ πνεύματι;* Τῇ χάριτι τὸ πᾶν ἀνατίθησι, καὶ δείκνυσιν, ὅτι ὅλον τὸ ἐγκώμιον τοῦτο, οὐ τῶν ἡμετέρων πόνων, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς κατόρθωμα ἦν, καὶ τῆς χάριτος. Καὶ γὰρ χάρις ἦν μεγίστη, τὸ καὶ ὑστεροῦντας καὶ λιμώττοντας μὴ λαμβάνειν διὰ τὴν τῶν μαθητευομένων οἰκοδομήν. *Οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσιν;* Τουτέστιν, οὐδὲ μικρὸν παρήλλαξαν ἐκεῖνοι ταύτην τὴν ἀκρι-

Digitized by Google

vicemur, ferarum tamen ritu inter nos dissidemus. Hæc non rerum nostrarum traducendarum studio a me dicta sunt, sed ut pudorem vobis incutiam, atque hinc vos avertam. Quidam in domum aliquam se contulit, honorificeque exceptus est. Deo gratiæ agendæ erant, quia membrum tuum honore afficitur ac Deus celebratur; tu contra omnino facis. Apud eum enim, a quo honore affectus est, ipsi obtrectas: ita ut ambos simul subvertas, tibique ignominiæ notam inuras. Quid causæ est, o miser et ærumnose, cur, cum fratrem vel apud viros, vel apud mulieres laudatum audieris, mœstitiam inde contrahas? Laudes ipse addas, ut tibi quoque laudem concilies. Quod si laudes depresseris, prius de teipso male loquutus eris, ut qui pravam opinionem tibi collegeris, atque insuper illum altius adhuc evexeris. Cum eum ab alio laudari audis, fac eorum, quæ dicuntur, sis particeps, si non vita et virtute, at hoc certe nomine, quod ipsius virtutibus gaudeas. Laudavit eum quispiam? admirare tu quoque: sic te ille ut probum ac benignum laudibus efferet. Non est quod metuas, ne per alienarum virtutum prædicationem tuas dejicias: hoc enim in obtrectationibus locum habet. Pervicax enim suapte natura hominum genus est; et qui te de eo, quem laudat, male loqui videt, laudibus sui cumulum addet, ut hac ratione te pungat, atque accusatores et secum, ipse et apud alios criminetur. Vides quantam turpitudinem nobis ipsi accersimus; quo pacto gregem perdimus ac discerpimus? Tandem aliquando membra efficiamur, tandem aliquando unum corpus. Atque is quidem, in quem laudes conferuntur, laudes eas propulset, et in fratrem encomia transferat: qui autem alterius laudes audit, ipsi gratuletur. Quod si nos ad hunc modum inter nos conjungamur, caput quoque ipsum nobis conciliabimus: sin autem inter nos disjuncti simus, Dei quoque opem a nobis avertemus: hac porro remota, ingentem perniciem corpus contrahet, ut quod superne minime constringatur. Hoc ergo ne nobis accidat, submoto livore atque invidia, vulgique opinione contempta, dilectionem atque concordiam amplectamur. Ita fiet, ut præsentia et futura bona consequamur: quæ utinam omnes adipiscamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXVIII.

CAP. 12. v. 16. *Sed esto, ego vos non gravavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi.* 17. *Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos?* 18. *Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigiis?*

1. Obscure admodum hæc verba a Paulo dicta sunt, non tamen frustra nec temere. Nam quoniam de pecuniis purgationeque ob eas sermo ipsi institutus erat, non abs re verba sua obscuritate quadam involvit. Quidnam ergo sibi vult id quod hic ait? Dixerat, Nihil cepi, sed paratus etiam sum insuper dare atque impendere; ac multa in eam sententiam tum in priore, tum in hac quoque epistola disseruit. Nunc vero aliud quidem ait, velutque objectioni occurrit eamque ante dissolvit. Quod autem ait, est ejusmodi: Equidem ipse per avaritiam vos minime circumscripsi; verum quispiam hoc fortasse dicere queat, quod quamquam nihil ipse sumpserim, tamen cum vafer ac subdolus essem, id curavi ut ii, qui a me missi erant, suo nomine aliquid a vobis postularent, sicque per eos sumpserim, atque ita me compararim, ut aliorum manu accipiens, acceptæ pecuniæ opinionem a me removerem. At ne hoc quidem dicere quisquam possit; vosque ipsi testes estis. Unde etiam interrogandi modo sermonem producit dicens, *Rogavi Titum, et misi cum eo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit?* nonne eodem quo ego, pacto ambulavit? Hoc est, nihil ipse accepit. Vides quantum accuratæ sinceritatis incrementum sit: quod non modo se purum ab accipiendo servaverit, sed eos quoque quos miserat, ita regat atque componat, ut ne tantillam quidem occasionem ils præbeat qui eum carpere gestiebant? Hoc enim longe majus est eo, quod patriarcha fecit. Nam ille, cum post victoriam reversus esset, ac rex ipsi spolia offerret, negavit se quidquam acceptarum, præter ea quæ socii ipsius comedissent (*Gen.* 14): hic autem ne necessarium quidem alimentum capere voluit, nec socios quoque participes ipsius esse passus est: sic nimirum impudentium ora quam maxime comprimens. Ideoque nec ipse pronuntiat nec dicit eos non accepisse, sed quod majus est, ipsos Corinthios testes adducit, nihil eos accepisse; ut ne a persona ipse sua, sed ab illorum calculo testimonium petere videatur: id quod in rebus exploratis et de quibus non dubitamus, facere solemus. Dicite enim, inquit, num quis ex iis quos misi vos per avaritiam circumvenit? Non dixit, Num quis a vobis aliquid accepit? verum πλεονεξίαν, hoc est, fraudationem, id vocat, illos perstringens ingentique pudore afficiens, atque ostendens fraudationem esse ab invitis quidpiam accipere. Nec dixit, Num Titus, sed, *Num quis?* Neque enim hoc dicere queatis, inquit, hunc non accepisse, illum autem accepisse: neque enim quisquam ex iis, qui ad vos se contulerunt, aliquid accepit. *Rogavi Titum.* Id quoque acriter dictum est: neque enim dixit, Titum misi, sed, *Rogavi;* hinc ostendens quod etiamsi aliquid accepisset, jure suo accepisset; et tamen sic quoque purum ab accipiendo se præstitit. Quocirca eos rursus his verbis interrogat, *Numquid vos Titus circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus?* Quid sibi vult, *Eodem spiritu?* Divinæ gratiæ totum adscribit, ostenditque universam hanc laudem non nostris laboribus comparari, sed Spiritus beneficio et gratia præstari. Etenim amplissima Dei gratia hoc fiebat, ut quamvis

Digitized by Google

inopia et egestate premerentur ac fame laborarent, tamen ob eorum quos erudiendos susceperant utilitatem nil acciperent. *Nonne iisdem vestigiis?* Hoc est, sinceritatem hanc ne tantillum quidem immutarunt, sed eamdem normam retinuerunt. 19. *Rursus putatis quod nos excusemus apud vos?* Vides quomodo ubique metuat, ne adulationis opinionem contrahat? vides prudentiam apostolicam, quam assidue id inculcet? Nam et prius dicebat, *Non rursus nos ipsos commendamus, sed occasionem damus vobis gloriandi* (2. *Cor.* 5. 12); et in epistolæ initio, *Num indigemus commendatitiis epistolis? Omnia autem propter ædificationem vestram* (2. *Cor.* 3. 1). Rursus eos demulcet: at ne hic quidem aperte ait, Ob imbecillitatem vestram non accipimus: sed, Ut vos ædificemus; dilucidius aliquanto quam ante loquens, detegensque id quod animo parturiebat, non tamen amarulenter. Non enim dixit, Ob imbecillitatem vestram, sed, Ut ædificemini. 20. *Timeo enim ne forte, cum venero, non quales volo inveniam vos, et ego inveniar a vobis, qualem non vultis.* Magnum aliquid ac molestum dicturus est, ac proinde excusationem ponit, tum per id quod dixit, *Omnia autem propter ædificationem vestram*, tum quia adjecit, *Timeo:* ut eorum quæ dicturus est asperitatem mitiget. Hoc quippe non jam arrogantiæ cujusdam erat, nec auctoritatis ejus, quam magistri adhibere solent, sed paternæ sollicitudinis; quod graviori etiam, quam illi ipsi qui peccarunt, metu commoveatur, cum eos castigare parabat. Quin ne sic quidem eos exagitat, nec certo pronuntiat, sed dubitando loquitur, *Ne forte, cum venero, non quales volo.* Non dixit, probos ac virtutis studiosos, sed, *Non quales volo;* ubique amoris vocabula usurpans. Hoc autem verbum, *Inveniam*, id quod præter exspectationem contingit indicat, ut et illud, *Inveniar a vobis.* Neque enim res ea voluntatis est, sed necessitatis causam a vobis accipientis: ideoque ait, *Inveniar qualem non vultis.* Hic non dixit, Qualem nolo, sed ad feriendum accommodatius, *Qualem non vultis.* Jam enim deinceps voluntas ejus erat, non quidem primaria, sed voluntas tamen. Poterat siquidem rursus dicere, Qualem nolo, atque ita amorem indicare; at remissum auditorem reddere nolebat. Quin potius sic oratio plus asperitatis habuisset; nunc autem et vehementius feriit, et mitiorem se ostendit. Hoc enim ipsius sapientiæ proprium est, ut, cum profundius secat, blandius percutiat. Postea, quia obscurius loquutus erat, his verbis istud detegit, *Ne forte contentio, æmulationes, animositates, detractiones, susurrationes, inflationes.* Et quod prius ponere debebat, hoc posterius collocat: etenim adversus eum arrogantia efferebantur. Verum ne prius quod suum erat quærere videretur, propterea id quod commune erat, priore loco ponit.

2. Hæc enim omnia ex invidia oriebantur, calumniæ, accusationes, dissidia. Siquidem invidia, velut perniciosa quædam radix, iracundiam, accusationem, arrogantiam, atque alia omnia pariebat, ab iisque amplius augebatur. 21. *Ne iterum, cum venero, humiliet me Deus apud vos.* Hoc quoque, *Iterum*, percutientis erat. Sufficiunt enim priora, inquit: velut etiam initio dicebat, *Parcens vobis non veni Corinthum* (2. *Cor.* 1. 23). Vides quo pacto simul et indignationem et benevolentiam præ se ferat? Quid autem est, *Humiliet?* Atqui gloria hæc est, nempe accusare, pœna afficere, rationes exposcere, judicis loco et gradu sedere: at humiliationem tamen id vocat. Tantum scilicet aberat, ut hujusmodi humiliationis eum puderet, quandoquidem præsentia corporis infirma erat, et sermo contemptibilis (2. *Cor.* 10. 10); ut etiam perpetuo in eo statu versari cuperet, contrariumque deprecaretur. Atque hoc postea apertius dicit, humiliationemque id maxime ducit, nimirum in inferendæ pœnæ atque supplicii necessitatem incidere. Cur autem non dixit, Ne, cum venero, humilier, verum, *Ne, cum venero, humiliet me Deus?* Quoniam nisi propter ipsum nulla me ea res sollicitudine affecisset. Neque enim, ut potestatem habens atque arroganter me gerens, pœnas exigo, sed quia ipse ita edixit. Ac superius quidem istud posuit, dicens, *Inveniar, qualem non vultis;* hic autem demissius ac lenius blandiusque loquitur, dicens, *Et lugeam multos ex his qui ante peccarunt*, non simpliciter, *qui peccaverunt*, sed, *qui non egerunt pœnitentiam.* Non dixit, Omnes, sed, *Multos;* ac ne eos quidem declarat, hinc quoque facilem ipsis ad pœnitentiam reditum dans; perspicuumque faciens, pœnitentiam errata corrigere posse, seque eos demum lugere, qui pœnitentia minime ducebantur, qui incurabili morbo laborabant, qui suo in vulnere manebant. Animadverte itaque apostolicam virtutem, quod nullius mali sibi conscius, pro alienis malis ingemiscat, ac pro iis, quæ alii perperam admiserunt, deprimatur. Hoc enim præsertim magistri munus est, discipulorum calamitatibus ad hunc modum affici, atque ob eorum quibus præest vulnera lugere. Postea peccati genus exponit: *Super fornicatione et immunditia quam egerunt.* Hic quoque fornicationem innuit: si vero quis tamen accurate rem expendat, omne peccati genus hoc nomine appellari potest. Nam quamvis fornicator præcipue atque adulter immundi dicantur: tamen cætera etiam peccata immunditiam animæ afferunt. Ideoque Christus quoque Judæos immundos appellat, non modo fornicationem, sed reliqua etiam improbitatis genera ipsis objiciens. Unde etiam ait, eos externa tantum mundasse; et, *Non quæ intrant in os, coinquinant hominem, sed quæ exeunt* (*Matth.* 23. 25. *et* 15. 11). Et alio loco dictum est, *Immundus est apud Dominum omnis qui elato est corde* (*Prov.* 16. 6). Et jure quidem. Ut enim virtute nihil porius, sic improbitate nihil obscœnius est: illa enim sole splendidior est, hæc cœno fœtidior. Atque hoc suo testimonio comprobare illi queant, qui in cœno volutantur, atque in tenebris versantur, si modo quispiam effecerit, ut vel tantillum videre queant. Quamdiu enim secum ipsi sunt atque hoc affectu inebriantur, velut in tenebris degentes, fœde atque indecore et

Digitized by Google

ἰειαν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν κανόνα διετήρησαν. *Πάλιν δοκεῖ-*
τε, ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; Εἶδες πῶς πανταχοῦ δέ-
οικε μὴ κολακείας δόξαν λάβῃ; εἶδες φρόνησιν ἀπο-
στολικὴν, πῶς συνεχῶς αὐτὸ τίθησι; Καὶ γὰρ ἔμ-
προσθεν ἔλεγεν, *Οὐ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν,*
ἀλλ' ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος· καὶ
ἐν προοιμίοις τῆς Ἐπιστολῆς, *Μὴ χρῄζομεν συστα-*
τικῶν ἐπιστολῶν; Τὰ δὲ πάντα ὑπὲρ τῆς οἰκοδο-
μῆς ὑμῶν. Πάλιν αὐτοὺς θεραπεύει. Καὶ οὐδὲ ἐν-
ταῦθα σαφῶς φησιν, ὅτι Διὰ τοῦτο οὐ λαμβάνομεν,
διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν, ἀλλ' ἵνα οἰκοδομήσωμεν
ὑμᾶς· σαφέστερον μὲν ἢ πρότερον εἰπὼν, καὶ ἐκκα-
λύψας ὅπερ ὤδινεν, οὐ μὴν πληκτικῶς. Οὐ γὰρ εἶπε,
διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν, ἀλλ', Ἵνα οἰκοδομηθῆτε.
Φοβοῦμαι γὰρ μή πως ἐλθὼν, οὐχ οἵους θέλω,
εὕρω ὑμᾶς, καὶ ἐγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε.
Πέλλει μέγα τι καὶ φορτικὸν λέγειν. Διὰ τοῦτο καὶ
τὴν ἀπολογίαν τίθησι, τῷ τε εἰπεῖν, ὅτι *Πάντα ὑπὲρ*
τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς, καὶ τῷ προσθεῖναι, ὅτι *Φο-*
βοῦμαι, τὸ τραχὺ καταστέλλων τῶν μελλόντων
ἐχθήσεσθαι. Τοῦτο γὰρ οὐκέτι αὐθαδείας ἦν οὐδὲ
ἐξουσίας διδασκαλικῆς, ἀλλὰ κηδεμονίας πατρικῆς,
ὅταν τῶν ἡμαρτηκότων μᾶλλον φοβῆται, καὶ τρέμῃ
ὁ μέλλον αὐτοὺς διορθοῦν. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως αὐτῶν
ἀπατρέχει, οὐδὲ ἀποφαίνεται, ἀλλ' ἐνδοιάζων φησὶ,
Μή πως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω. Οὐκ εἶπεν, ἐναρέ-
τους, ἀλλ', *Οὐχ οἵους θέλω*, διὰ πάντων τὰ τῆς φιλίας
ἐνδεικνύμενος ὀνόματα. Καὶ τὸ *Εὕρω* δὲ, τὸ παρὰ
προσδοκίαν δηλοῦντός ἐστιν, ὡσπεροῦν καὶ τὸ *Εὑ-*
ρεθῶ ὑμῖν. Οὐ γὰρ προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ
ἀνάγκης τὴν αἰτίαν παρ' ὑμῶν λαμβανούσης. Διό
φησιν, *Εὑρεθῶ οἷον οὐ θέλετε.* Ἐνταῦθα οὐκ
εἶπεν, Οἷον οὐ θέλω· ἀλλὰ πληκτικώτερον, *Οἷον οὐ*
βούλεσθε. Λοιπὸν γὰρ αὐτοῦ βούλημα ἦν, οὐχὶ προ-
γούμενον μὲν, βούλημα δ' οὖν ὅμως. [635] Ἠδύνατο
γὰρ πάλιν εἰπεῖν, Οἷον οὐ θέλω, καὶ οὕτω δεῖξαι
τὴν ἀγάπην· ἀλλ' οὐ βούλεται ἐκλῦσαι τὸν ἀκροατήν.
Ἄλλον δὲ καὶ τραχύτερος ὁ λόγος οὕτως ἐγίνετο·
οὗν δὲ καὶ ἔπληξε μειζόνως, καὶ ἡμερώτερον ἑαυτὸν
ἔδειξε. Τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τῆς σοφίας ἐστὶν ἴδιον, τὸ
καθύτερον τέμνοντα, ἡμερώτερον πλήττειν. Εἶτα
ἐπειδὴ ἀσαφῶς εἶπεν, ἐκκαλύπτει αὐτὸ λέγων, *Μή*
πως ἔρις, ζῆλοι, θυμοὶ, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ,
συσιώσεις. Καὶ ὁ πρῶτον ἔμελλε τιθέναι, τοῦτο
ὕστερον τίθησι· κατ' αὐτοῦ γὰρ ἀπενοοῦντο. Ἵνα
οὖν μὴ δόξῃ προηγουμένως τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν, τὸ
κοινὸν λέγει πρῶτον.

β'. Ταῦτα γὰρ πάντα ἀπὸ βασκανίας ἐτίκτετο, αἱ δια-
βολαὶ, αἱ κατηγορίαι, αἱ διαστάσεις. Ὥσπερ γάρ τις
ἰὸς μονηρὰ ἡ βασκανία τὸν θυμὸν, τὴν κατηγορίαν,
τὴν ἀπόνοιαν, τὰ ἄλλα πάντα ἔτικτε, καὶ παρ' αὐ-
τὸν ηὔξετο μειζόνως. *Μὴ πάλιν ἐλθόντα με τα-*
πεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς. Καὶ τὸ, *Πάλιν*,
ἡττόντος ἦν. Ἀρκεῖ γὰρ τὰ πρότερα, φησίν· ὃ καὶ
ἐπιχόμενος ἔλεγεν, ὅτι *Φειδόμενος ὑμῶν οὐκ ἦλθον*
εἰς Κόρινθον. Εἶδες πῶς καὶ ἀγανάκτησιν δείκνυσι
καὶ φιλοστοργίαν; Τί δέ ἐστι, *Ταπεινώσῃ;* Καὶ μὴν
τοῦτο αὖτη ἐστὶ, τὸ ἐγκαλεῖν, τὸ τιμωρεῖσθαι, τὸ εὐ-
θύνας ἀπαιτεῖν, τὸ ἐν τάξει δικαστοῦ καθέζεσθαι·
ἀλλ' ὅμως ταπεινωσιν αὐτὸ καλεῖ. Τοσοῦτον ἀπεῖχεν
αἰσχύνεσθαι τῇ ταπεινώσει ἐκείνῃ, ὅτι ἡ παρουσία
τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος,
ὅτι καὶ διηνεκῶς ἠβούλετο ἐν τούτῳ εἶναι, καὶ τοὐναν-
τίον ἀπηύχετο. Καὶ λέγει αὐτὸ προῶν σαφέστερον,
καὶ ταπείνωσιν τοῦτο μάλιστα ἡγεῖται, τὸ εἰς τοιαύ-
την ἐμπεσεῖν ἀνάγκην τοῦ κολάζειν, τοῦ τιμωρεῖ-
σθαι. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπε, Μὴ ἐλθὼν ταπεινω-
θῶ, ἀλλὰ, *Μὴ ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου;*
Ὅτι εἰ μὴ δι' αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐπεστράφην, οὐκ ἂν
ἐφρόντισα. Οὐδὲ γὰρ ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ αὐθαδι-
ζόμενος ἀπαιτῶ δίκην, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτοῦ ἐπίταγμα.
Ἀνωτέρω μὲν οὖν αὐτὸ τίθησι λέγων, *Εὑρεθῶ οἷον*
οὐ θέλετε· ἐνταῦθα δὲ καθυφίησι, καὶ ἡμερώ-
τερον καὶ πραότερον φθέγγεται λέγων, *Πεισθήσω*
πολλοὺς τῶν ἡμαρτηκότων. Οὐχ ἁπλῶς *ἡμαρτη-*
κότων, ἀλλὰ *τῶν μὴ μετανοησάντων.* Καὶ οὐκ εἶπε,
πάντας, ἀλλὰ, *Πολλούς·* καὶ οὐδὲ τούτους ποιεῖ φα-
νεροὺς, διδοὺς κἀντεῦθεν ῥᾳδίαν αὐτοῖς τὴν πρὸς
τὴν μετάνοιαν ἐπάνοδον· καὶ δῆλον ποιῶν, ὅτι δύνα-
ται μετάνοια τὰ πεπλημμεληκότα διορθῶσαι, τοὺς
μὴ μετανοοῦντας πενθεῖ, τοὺς τὰ ἀνίατα νοσοῦντας,
τοὺς ἐν τῷ τραύματι μένοντας. Ἐννόησον τοίνυν
ἀποστολικὴν ἀρετὴν, ὅταν μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς
πονηρὸν, ὑπὲρ ἀλλοτρίων θρηνῇ κακῶν, καὶ ὑπὲρ
τῶν ἑτέροις πεπλημμεληκότων ταπεινῶται. Τοῦτο
γὰρ μάλιστα τοῦ διδασκάλου, τὸ οὕτω συναλγεῖν ταῖς
τῶν μαθητῶν συμφοραῖς, τὸ κόπτεσθαι καὶ πενθεῖν
ἐπὶ τοῖς τραύμασι τῶν ἀρχομένων. Εἶτα λέγει καὶ
τὸ εἶδος τῆς ἁμαρτίας· *Ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκα-*
θαρσίᾳ ᾗ ἔπραξαν. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα πορνείαν
αἰνίττεται· [636] εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ
ἅπαν εἶδος ἁμαρτίας τούτῳ δύναται καλεῖσθαι τῷ
ὀνόματι. Εἰ γὰρ καὶ κατ' ἐξοχὴν ὁ πόρνος καὶ ὁ μοι-
χὸς λέγεται ἀκάθαρτος, ἀλλ' ὅμως καὶ τὰ ἄλλα
ἁμαρτήματα ἀκαθαρσίαν ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ. Διὰ δὴ
τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἀκαθάρτους καλεῖ τοὺς Ἰου-
δαίους, οὐχὶ πορνείαν αὐτοῖς ἐγκαλῶν μόνον, ἀλλὰ
καὶ πονηρίαν ἑτέραν. Διὸ καί φησι, ποιῆσαι καὶ τὸ
ἔξω καθαρόν· καὶ, ὅτι *Οὐ τὰ εἰσερχόμενα κοινοῖ τὸν*
ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα· καὶ ἀλλαχοῦ εἴρη-
ται, *Ἀκάθαρτος παρὰ Κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος.*
Καὶ εἰκότως. Οὐδὲν γὰρ ἀρετῆς καθαρώτερον, οὐδὲν
κακίας ἀκαθαρτότερον· ἡ μὲν γὰρ ἡλίου λαμπροτέρα
ἐστὶν, ἡ δὲ βορβόρου δυσωδεστέρα. Καὶ ταῦτα μαρ-
τυρήσαιεν ἂν καὶ αὐτοὶ οἱ ἐν τῷ βορβόρῳ κυλινδούμε-
νοι, καὶ οἱ ἐν τῷ σκότῳ διάγοντες, ὅταν μικρὸν γοῦν
τις αὐτοὺς διαβλέψαι παρασκευάζῃ. Ἕως μὲν γὰρ ἂν
καθ' ἑαυτοὺς ὦσι, καὶ μεθύουσι τῷ πάθει, καθάπερ
ἐν σκότῳ διατρίβοντες ἀσχημόνως κεῖνται μετὰ πολ-
λῆς τῆς αἰσχρότητος, αἰσθανόμενοι μὲν καὶ τότε
ἔνθα εἰσὶν, οὐκ ἀκριβῶς δέ· ἐπειδὰν δὲ ἴδωσί τινα
αὐτοὺς ἐλέγχοντα τῶν ἐν ἀρετῇ βιούντων, ἢ καὶ φα-
νέντα μόνον, τότε σαφέστερον αὐτῶν διαγινώσκουσι
τὴν ἀθλιότητα, καὶ ὥσπερ ἀκτῖνος ἀφεθείσης, οὕτω
περιστέλλουσι τὴν οἰκείαν ἀσχημοσύνην, καὶ τοὺς
συνειδότας ἐρυθριῶσι, κἂν ὁ μὲν δοῦλος, ὁ δὲ ἐλεύ-
θερος ᾖ, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, ὁ δὲ ἀρχόμενος. Οὕτω

Digitized by Google

ἰδὼν τὸν Ἠλίαν ὁ Ἀχαὰβ ἠσχύνετο, καὶ μηδέπω μηδὲν εἰρηκότος ἐκείνου, ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτοῦ μόνης ἁλούς· καὶ σιγῶντος τοῦ κατηγόρου, τὴν καταδικάζουσαν αὐτὸν ἔφερε ψῆφον, τὰ τῶν ἁλωκότων φθεγγόμενος, καὶ λέγων, *Εὕρηκάς με ὁ ἐχθρός μου.* Οὕτως αὐτὸς ὁ Ἠλίας τῷ τυράννῳ τότε ἐκείνῳ μετὰ πολλῆς διελέγετο τῆς παῤῥησίας. Οὕτως ὁ Ἡρώδης, οὐ φέρων τὴν ἀπὸ τῶν ἐλέγχων αἰσχύνην (καὶ γὰρ ἔδειξε σαφέστερον, λάμψασα μέγα καὶ διαυγὲς ἡ τῆς προφητικῆς γλώττης φωνή), ἐνέβαλεν εἰς τὸ δεσμωτήριον τὸν Ἰωάννην· καθάπερ γυμνὸς ὢν, καὶ τὸν λύχνον σβέσαι ἐπιχειρῶν, ἵνα πάλιν ἐν τῷ σκότῳ ᾖ. Μᾶλλον δὲ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐτόλμησε σβέσαι, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ τὸν μόδιον εἰς τὸ οἴκημα τέθεικεν· ἡ δὲ ἀθλία καὶ ταλαίπωρος ἐκείνη τοῦτο γενέσθαι κατηνάγκασεν. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτω καλύψαι ἴσχυσαν τὸν ἔλεγχον, ἀλλὰ μειζόνως ἀνῆψαν. Οἵ τε γὰρ ἐρωτῶντες, διὰ τί Ἰωάννης εἰς τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖ, τὴν αἰτίαν ἐμάνθανον, οἵ τε μετὰ ταῦτα γῆν καὶ θάλατταν οἰκοῦντες ἅπαντες, οἵ τε τότε γενόμενοι, οἵ τε νῦν, οἵ τε αὖθις ἐσόμενοι, σαφῶς ἔγνωσάν τε καὶ εἴσονται τὰ πονηρὰ ταῦτα δράματα, τά τε τῆς ἀσελγείας, τά τε τῆς μιαιφονίας αὐτῶν, καὶ χρόνος οὐδεὶς τὴν μνήμην τούτων ἐξαλεῖψαι δυνήσεται.

γ'. Τοσοῦτόν ἐστιν ἀρετή, οὕτως ἀθάνατον ἔχει τὴν μνήμην, οὕτω καὶ ἀπὸ ῥημάτων μόνων καταπλήττει τοὺς ἀντικειμένους αὐτῇ. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ δεσμωτήριον; διὰ τί μὴ κατεφρόνησε; μὴ γὰρ εἰς δικαστήριον αὐτὸν ἔμελλεν [637] ἕλκειν; μὴ γὰρ δίκην ἀπῄτησε τῆς μοιχείας; οὐχὶ ἔλεγχος ἦν τέως τὰ λεγόμενα μόνον; Τί τοίνυν δέδοικε καὶ τρέμει; οὐχὶ ῥήματα ἦν καὶ λόγος ψιλός; Ἀλλὰ μᾶλλον πραγμάτων ἔδακνεν. Οὐκ ἤγαγεν εἰς δικαστήριον, ἀλλ' εἰς ἕτερον τοῦ συνειδότος εἶλκεν αὐτὸν κριτήριον, καὶ πάντας ἐκάθισεν αὐτῷ δικαστὰς τοὺς μετ' ἐξουσίας κατὰ διάνοιαν τότε τὰς ψήφους φέροντας. Διὰ τοῦτο ἔτρεμεν ὁ τύραννος, τῆς ἀρετῆς τὴν λαμπηδόνα οὐ φέρων. Εἶδες ἡλίκον φιλοσοφία; δεσμώτην τυράννου λαμπρότερον ἐποίησε, καὶ τοῦτον ἐκεῖνος δέδοικε καὶ τρέμει. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἔδησε μόνον· ἡ δὲ μιαρὰ ἐκείνη καὶ ἐπὶ τὴν σφαγὴν ὥρμησε. Καίτοι γε ἐπὶ τοῦτον τὸ ἔγκλημα μᾶλλον ἐφέρετο. Οὐδὲ γὰρ ἐκείνῃ τότε ἀπαντήσας εἶπε, Τί συνοικεῖς τῷ τυράννῳ; οὐκ ἐπειδὴ ἀνεύθυνος ἦν· πῶς γάρ; ἀλλ' ἐντεῦθεν τὸ πᾶν διορθῶσαι ἐβούλετο. Διὸ τοῦτον ἐμέμψατο· καὶ οὐδὲ τοῦτον σφοδρῶς. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ὦ μιαρὲ καὶ παμμίαρε, καὶ παράνομε, καὶ βέβηλε, κατεπάτησας τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον, κατεφρόνησας τῶν ἐπιταχθέντων, τὴν ἰσχὺν τὴν σὴν νόμον ἐποίησας. Οὐδὲν τούτων, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχοις πολλὴ ἡ ἐπιείκεια τοῦ ἀνδρὸς, πολλὴ ἡ πραότης· *Οὐκ ἔξεστί σοι γὰρ ἔχειν, φησὶ, τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Διδάσκοντος μᾶλλον τὸ ῥῆμα ἢ ἐλέγχοντος, παιδεύοντος ἢ κολάζοντος, ῥυθμίζοντος ἢ ἐκπομπεύοντος, διορθοῦντος ἢ ἐπεμβαίνοντος. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ἐχθρὸν τῷ κλέπτῃ τὸ φῶς, ἐπαχθὴς ὁ δίκαιος τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ φαινόμενος ἁπλῶς· *Βαρὺς γὰρ ἡμῖν καὶ βλεπόμενος.* Οὐ γὰρ φέρουσιν αὐτοῦ τὰς ἀκτῖνας, καθάπερ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσοῦντες, τὰς ἡλιακάς. Πολλοῖς δὲ τῶν πονηρῶν οὐ φαινόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκουόμενος, βαρύς. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡ μιαρὰ καὶ παμμίαρος ἐκείνη, ἡ προαγωγὸς τοῦ θυγατρίου, μᾶλλον δὲ ἡ παιδοκτόνος, καίτοι οὐδὲ ἰδοῦσα αὐτὸν, οὐδὲ ἀκούσασα αὐτοῦ τῆς φωνῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν ὥρμησε· καὶ παρασκευάζει ἣν ἀσελγῶς ἔθρεψε, ταύτην καὶ εἰς φόνον ἐλθεῖν· οὕτως ἐκ περιουσίας αὐτὸν ἐδεδοίκει. Καὶ τί φησι; *Δός μοι ἐπὶ πίνακι ὧδε τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.* Ποῖ φέρῃ κατὰ κρημνῶν, ἀθλία καὶ ταλαίπωρε; μὴ γὰρ πάρεστιν ὁ κατήγορος; μὴ γὰρ ὁρᾶται καὶ ἐνοχλεῖ; Ἕτεροι ἔλεγον, *Βαρὺς ἡμῖν ἐστι καὶ βλεπόμενος·* ταύτῃ δὲ, ὅπερ εἶπον, καὶ ἀκουόμενος· διό φησι, *Δός μοι ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου.* Καὶ μὴν δεσμωτήριον οἰκεῖ διὰ σὲ, καὶ ἀλύσει περίκειται, καὶ ἔξεστί σοι νεανιεύεσθαι ἐπὶ τῷ ἔρωτι, καὶ λέγειν οὕτως· Ἐκράτησα τοῦ βασιλέως, ὅτι οὐδὲ δημοσίᾳ ἐγκληθεὶς καθυφῆκεν, οὐδὲ ἀπέστη τοῦ ἔρωτος, οὐδὲ διέσπασέ μου τὴν μοιχείαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγκαλέσαντα ἔδησε. Τί μαίνῃ καὶ λυσσᾷς, ἔχουσα καὶ μετὰ τὸν ἔλεγχον τῆς ἁμαρτίας τὸν νυμφίον; τί τράπεζαν ἐριννύων ἐπιζητεῖς, καὶ δαιμόνων ἀλαστόρων συμπόσιον κατασκευάζεις; Εἶδες πῶς οὐδαμοῦ, πῶς δειλὸν, πῶς ἄνανδρον ἡ κακία, πῶς ὅτε μάλιστα κρατήσει, τότε [638] γίνεται ἀσθενεστέρα; Καὶ γὰρ αὕτη οὐχ οὕτως ἐθορυβεῖτο πρὶν εἰς δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν τὸν Ἰωάννην, ὡς ταράττεται δεθέντος αὐτοῦ, καὶ ἐπείγει λέγουσα, *Δός μοι ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου.* Καὶ διὰ τί ὧδε; Δέδοικα μὴ συσκιασθῇ, φησὶν, ὁ φόνος, μὴ ἐξίλωσιν αὐτόν τινες τοῦ κινδύνου. Καὶ διὰ τί μὴ ὅλον τὸν νεκρὸν ἐπιζητεῖς, ἀλλὰ τὴν κεφαλήν; Τὴν λυπήσασαν, φησὶ, γλῶτταν, ταύτην ἐπιθυμῶ σιγῶσαν ἰδεῖν. Ἀλλὰ τοὐναντίον ἐστὶν, ὅπερ οὖν καὶ γέγονεν, ἀθλία καὶ ταλαίπωρε, λαμπρότερον βοήσεται, μετὰ ταῦτα ἀποτμηθεῖσα. Τότε μὲν γὰρ ἐν Ἰουδαίᾳ μόνον ἠδόα, νῦν δὲ πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἀφῖξεται· καὶ ὅπουπερ ἂν εἰσέλθῃς εἰς Ἐκκλησίαν, κἂν ἐν τῇ Μαύρων, κἂν ἐν τῇ Περσῶν, κἂν πρὸς αὐτὰς τὰς Βρετανικὰς νήσους, ἀκούσεις βοῶντος Ἰωάννου, *Οὐκ ἔξεστι σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Ἀλλ' οὐδὲν εἰδυῖα αὕτη φιλοσοφεῖν κατεπείγει καὶ ἄγχει καὶ ὠθεῖ τὸν ἀνόητον τύραννον ἐπὶ τὸν φόνον, δεδοικυῖα μή ποτε μεταβάληται. Σὺ δὲ μάθε πάλιν κἀντεῦθεν τῆς ἀρετῆς τὴν ἰσχύν. Οὐδὲ ἐγκεκλεισμένον, οὐδὲ δεδεμένον καὶ σιγῶντα φέρει τὸν δίκαιον. Εἶδες πῶς ἀσθενὲς ἡ κακία, πῶς ἀκάθαρτον; Ἀντὶ γὰρ ἐδεσμάτων ἀνθρωπίνην κεφαλὴν ἐπὶ πίνακι εἰσάγει. Τί μιαρώτερον, τί δὲ ἐναγέστερον, τί δὲ ἀναιδέστερον τῆς κόρης ἐκείνης; οἵαν ἀφῆκε φωνὴν ἐν

Digitized by Google

n summa turpitudine jacent, sentientes illi quidem
n quoque quo in statu sint, sed non perfecte : at
n ab aliquo eorum, qui in virtute vivunt, sese
rgui viderint, vel etiam eum conspexerint, tum
num miseriam suam apertius agnoscunt, ac velut
niseo quodam radio foeditatem suam contegunt,
ue ante consciorum ora erubescunt, etiamsi hic
vus sit, ille liber, hic subditus, ille rex. Sic
nab ad Eliæ conspectum pudore suffusus est, ta-
si nullum ille verbum adhuc emiserat, solo vide-
t ipsius prospectu convictus : ac silente accusa-
, sententiam, qua facinus ipsius damnabatur,
bat, eorum qui convicti sunt verba proferens,
licens, *Invenisti me, hostis meus* (3. *Reg.* 21. 20).
ta videlicet animi libertate ac fiducia Elias ty-
num illum tunc alloquebatur. Sic Herodes, cum
ehensionum pudorem ferre non posset (siquidem
hieticæ vocis ingens ac præclarus splendor erat),
nem in carcerem conjecit, tamquam qui nudus
t, ac lucernam exstinguere conaretur, ut rursus
nebris degeret. Quin potius ipse quidem eam
inguere non ausus est, sed in domo, velut sub
tio, collocavit : infelix autem ac misera illa hoc
leret, ab eo extorsit. At ne sic quidem criminis
ehensionem obtegere potuerunt, verum eam
is accenderunt. Nam et qui sciscitabantur quam
ausam Joannes in vinculis teneretur, eam disce-
. et qui postea vel tum terram aut mare incole-
, vel nunc sunt, aut posthac futuri sunt, scele-
m hanc tragœdiam, hoc est tam libidinem, quam
riam ab ipsis perpetratam cædem, apertius intel-
runt atque intellecturi sunt; nec ulla umquam
stas harum rerum memoriam delere poterit.

Tam præclara res est virtus, tamque immor-
est ipsius memoria : ita vel sermone solo eos,
ipsi adversarii sunt, metu concutit! Cur enim
in carcerem conjecit? cur non eum contempsit?
Joannes eum in judicium tracturus erat? num
terii pœnas ab eo expetiit? nonne reprehensio
laxat erant ea quæ dicebantur? Quid ergo metuit
remit? annon verba erant, ac simplex sermo?
hujusmodi verba magis, quam res ipsæ punge-
Non eum ad judicium, sed ad aliud conscien-
ribunal pertrahebat; omnesque eos, qui libera
ratione suffragium tunc ferebant, judices ipsi
ituebat. Quocirca tremebat tyrannus, virtutis
dorem haud ferens. Vides quanta philosophiæ
t? eum qui catenis vinctus erat, tyranno splen-
rem reddidit, effecitque ut hic illum formidaret
emeret. Verum ipse quidem in vincula dumta-
um conjecit; at nefaria illa in cædem impulit.
quam alioqui in hunc potius crimen conferebat
Neque enim, cum obviam illi factus fuisset,
at, Cur cum tyranno consuetudinem habes?
quod illa crimine vacaret, (qui enim id fieri
sset?) verum hac ratione totum emendare
at. Quamobrem illum reprehendit, nec admo-
vehementer. Neque enim dixit, O sceleste,
celestissime, o flagitiose ac profane, Dei legem
protrivisti, imperia illius contempsisti, potentiam
tuam pro lege habuisti. Nihil horum loquutus est,
sed etiam in criminis insectatione multa ab eo mode-
ratio ac lenitas adhibita est : *Non licet*, inquit, *tibi habere uxorem Philippi fratris tui* (*Marc.* 6. 18).
Quæ quidem verba docentis potius sunt quam coar-
guentis, erudientis potius quam vindicantis, insti-
tuentis potius quam traducentis, corrigentis potius
quam insultantis. Verum, ut dixi, inimica furi lux
est : vir justus vel solo aspectu peccatoribus mole-
stus est : *Gravis est* enim *nobis*, inquit, *etiam ad videndum* (*Sap.* 2. 14). Neque enim ipsius radios
ferre queunt : quemadmodum nec solares radios,
qui ægris oculis sunt. Multis quoque pravis homini-
bus non aspectu tantum, sed etiam auditu gravis
est. Ac proinde scelerata illa, atque adeo sceleratis-
sima filiæ lena, vel carnifex potius, quamvis ne
ipsum quidem vidisset, nec ipsius vocem audiisset,
tamen ad ejus cædem animum adjecit; operamque
dedit, ut ea, quam impudice alebat, in cædem
quoque prorumperet : usque adeo eum metuebat!
Et quid ait? *Da mihi in disco hic caput Joannis Baptistæ* (*Matth.* 14. 8). Quo præceps ferris misera et
calamitosa? num adest accusator? num cernitur ac
molestiam exhibet? Alii dicebant, *Gravis est nobis etiam ad videndum*; huic autem, uti dixi, auditu
etiam gravis est : ob idque ait, *Da mihi in disco hic caput Joannis.* Atqui tua causa carcerem incolit ac
vinculis adstrictus tenetur, tibique licet amoris ergo
tete jactare, atque his verbis uti : Regem superavi,
quandoquidem ne publice quidem reprehensus,
remissior fuit, nec ab amore se abduxit, nec adul-
terium meum divulsit : quin potius eum ipsum, a
quo propterea reprehensus fuerat, in vincula conje-
cit. Quid furis ac rabie percelleris, cum etiam post
peccati reprehensionem sponso fruaris? quid furia-
rum mensam requiris, atque carnificum dæmonum
convivium efficis? Vides quam nihil prorsus, quam
meticulosum atque ignavum sit vitium? quonam
modo, cum maxime vincit, tum imbecillius fiat?
Etenim ea non ita tumultuabatur, antequam Joan-
nem in carcerem contrusisset, quam vincto postea
eo perturbabatur, atque urgebat, dicens, *Da mihi hic in disco caput Joannis.* Et quare hic? Timeo, in-
quit, ne cædes ceu umbra obturbetur : ne aliqui eum
e periculo eripiant. Et quare non integrum cadaver,
sed caput dumtaxat poscis? Linguam illam, inquit,
silentem cernere gestio, quæ me molestia affecit.
At, o infelix ac misera, contrarium omnino eveniet :
secta enim clarius postea clamabit. Tunc enim
in Judæa tantum clamabat; nunc autem ad extre-
mos usque orbis fines se conferet : et in quamcumque
Ecclesiam ingressus fueris, sive apud Mauros, sive
apud Persas, sive apud ipsas Britannicas insulas,
clamantem Joannem audis, *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui.* Verum illa sapientiæ omnis
expers et ignara stolidum tyrannum ad cædem urget,
et premit atque impellit; metuens scilicet, ne sen-
tentiam mutet. Ac tu hinc quoque virtutis robur

Digitized by Google

intellige : ne carcere quidem inclusum ac vinculis adstrictum, et silentem justum virum ferre potest. Vides quam imbecilla, quam impura res sit vitium ? Etenim humanum corpus eduliorum loco in disco infert. Quid puella illa scelestius, quid libidinosius, quid impudentius ? quam in diaboli theatro, ac dæmonum convivio vocem emisit ? Vides linguam, et linguam : alteram salutaria medicamenta ferentem, alteram autem venenum habentem, ac diabolicarum epularum exstructricem ? Sed cur non intus in ipso convivio, ubi major ei voluptas erat, eum obtruncari jussit ? Metuebat scilicet ne, si eo accessisset seque contuendum præbuisset, ipso aspectu ac loquendi libertate omnium animos immutaret. Ideo caput quærebat, illustre stupri tropæum erigere cupiens ; et matri suæ dedit.

4. Vides saltationis præmia ? vides diabolicarum insidiarum spolia ? non Joannis caput dico, sed ipsum maritum. Nam si quis accurate rem expenderit, adversus regem tropæum erit ; et quæ vicerat, vincebatur, et qui capite truncatus fuerat, coronam obtinebat ac victor pronuntiabatur, ut qui etiam post mortem animos eorum, qui scelere se constrinxerant, vehementius concuteret. Quodque hæc, quæ a me dicta sunt, non inanis quidam verborum fumus sint, Herodem ipsum interroga. Nam ille, postquam Christi miracula ad ejus aures pervenerunt, dicebat : *Hic est Joannes : ipse surrexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo* (*Matth.* 14. 2). Usque adeo vigentem in se metum ac perpetuam trepidationem habebat ; nec quisquam erat, qui conscientiæ terrorem ei eximere posset, verum incorruptus ille judex continenter eum præfocabat, singulisque diebus perpetratæ cædis pœnas ab eo repetebat. Hæc cum perspecta habeamus, ne malo ab aliis affici, sed malum aliis inferre metuamus : illud enim victoria est, hoc clades. Eaque de causa Paulus etiam dicebat : *Quare non potius injuriam accipitis ? Sed vos injuriam facitis, et fraudatis : et quidem fratres* (1 *Cor.* 6. 7. 8). Etenim in perferendis malis coronæ bravia et præconia acquiruntur. Idque in omnibus sanctis perspicere est. Quia igitur omnes hac ratione coronati, ac victores pronuntiati sunt, nos proinde eamdem viam ingrediamur ; atque illud quidem oremus, ut in tentationem minime intremus ; cæterum si accesserit, adversus ipsam fortissime stemus, eamque, quam par est, animi promptitudinem exhibeamus : ut futura bona nanciscamur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIX.

CAP. 13. v. 1. *Ecce tertio hoc venio ad vos ; In ore duorum ac trium testium stabit omne verbum.*

1. Cum aliunde etiam multis ex rebus, tum vel hinc maxime Pauli philosophiam, paternumque affectum perspicere licet : nimirum quam in denuntiandis rebus vehemens, in inferendis autem pœnis tardus sit. Neque enim de iis qui peccabant pœnas statim sumpsit, sed semel atque iterum admonuit ; ac ne sic quidem in contumaces animadvertit, sed rursus admonet ac denuntiat dicens, *Tertio hoc venio ad vos*, ac priusquam adsim, rursus scribo. Postea, ne cunctatio segnitiem illis pariat, vide quo pacto hinc quoque eos corrigat, assidue nempe interminans ac plagas intentans, atque hisce verbis utens, *Si venero iterum, non parcam ;* et, *Ne, cum venero, lugeam multos.* Hæc porro idcirco facit ac loquitur, ut hac quoque parte omnium Dominum imitetur. Nam et Deus assidue quidem comminatur, ac sæpe præcipit, sed non sæpe punit et cruciatum infert. Hoc itaque ipse quoque facit : ideoque etiam ante dicebat, *Parcens vobis non ultra veni Corinthum.* Quid est, *Parcens vobis* (2. *Cor.* 1. 23) ? Hoc est, ne vos sceleribus devinctos inveniens, ac sine ulla emendatione in his perstantes, pœna et cruciatu vos afficiam. Et hoc loco, *Tertio hoc venio ad vos : In ore duorum ac trium testium stabit omne verbum.* Non scriptum cum scripto connectit : id quod alio quoque loco facit, cum ait, *Qui adhæret meretrici, unum corpus est : erunt enim, inquit, duo in carne una* (1. *Cor.* 6. 16). Et quidem de legitimo matrimonio hoc dictum est ; verum eo loco commode ad hoc abusus est, ut vehementiorem terrorem incuteret. Ita ergo hic quoque facit, nempe testimoniorum loco adventus suos ac pœnæ denuntiationes ponens. Quod autem ait, hanc sententiam habet : Semel dixi atque iterum, cum ad vos accessi, et nunc item per literas dico. Ac si quidem me audieritis, quod cupiebam contigit ; sin autem verba mea contempseritis, deinceps necesse erit, ut præstem quæ dixi, ac pœnam inferam. Idcirco ait : 2. *Prædixi, et prædico ut præsens bis, nunc etiam absens scribo iis qui peccaverunt, et reliquis omnibus, quod si iterum venero, non parcam.* Nam si in ore duorum ac trium testium stat omne verbum, bis adfui et dixi, ac nunc quoque per epistolam dico ; jam itaque deinceps necesse est verba mea vera inveniri. Non enim est quod existimetis literas meas inferioris auctoritatis esse, quam præsentiam, ut enim præsens dicebam, sic nunc quoque absens scribo. Vides paternam curam ac sollicitudinem ? vides magistro congruentem providentiam ? Nec tacuit, nec rursus pœnam intulit, verum sæpius quoque prædicit, atque in interminatione constanter permanet ac pœnam differt. Quod si in peccatis obstinati maneant, tum demum re ipsa pœnam se inflicturum minatur. Quid autem præsens prædixisti, ac nunc absens scribis ? *Quod si venero iterum, non parcam.* Postquam superius se hoc, nisi necessitate coactum, facere non posse ostendit, ac luctum et

Digitized by Google

τῷ θεάτρῳ τοῦ διαβόλου, καὶ τῷ συμποσίῳ τῶν δαιμόνων; Εἶδες γλῶτταν καὶ γλῶτταν, τὴν μὲν φάρμακα φέρουσαν σωτήρια, τὴν δὲ δηλητήριον ἔχουσαν, καὶ τραπεζοποιὸν γινομένην ἑστιάσεως διαβολικῆς; Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐκέλευσεν ἔνδον ἐν τῷ συμποσίῳ αὐτὸν κατασφαγῆναι, ἔνθα πλείων ἦν αὐτῇ ἡδονή; Ἐδεδοίκει μὴ παραγενόμενος καὶ ὀφθείς, ἅπαντας μεταβάλῃ διὰ τῆς ὄψεως, διὰ τῆς παῤῥησίας. Διά τοι τοῦτο τὴν κεφαλὴν ἐπιζητεῖ, τρόπαιον πορνείας λαμπρὸν στῆσαι βουλομένη· καὶ ἔδωκε τῇ μητρὶ αὐτῆς.

δ'. Εἶδες τῆς ὀρχήσεως τὰ ἐπίχειρα, εἶδες τὰ λάφυρα τῆς διαβολικῆς ἐπιβουλῆς; οὐ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου λέγω, ἀλλ' αὐτὸν τὸν συνοικοῦντα. Εἰ γάρ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, κατὰ τοῦ βασιλέως ἔσται [a] τὸ τρόπαιον, καὶ ἡ νικήσασα ἥττᾶτο, καὶ ὁ ἀποτμηθεὶς ἐστεφανοῦτο καὶ ἀνεκηρύττετο, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν σφοδρότερον κατασείων τῶν ἡμαρτηκότων τὴν διάνοιαν. Καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ εἰρημένα, αὐτὸν ἐρώτησον τὸν Ἡρῴδην· ὃς, ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ τὰ σημεῖα ἤκουσεν, ἔλεγεν· *Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης· αὐτὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.* Οὕτως ἀκμάζοντα εἶχε τὸν φόβον καὶ διηνεκῆ τὴν ἀγωνίαν· καὶ οὐδεὶς ἀποβαλεῖν τὸ δέος τοῦ συνειδότος ἴσχυσεν, ἀλλ' ἔμεινεν ὁ δικαστὴς ἐκεῖνος ὁ ἀδέκαστος ἄγχων αὐτὸν, καὶ καθ' ἡμέραν δίκην ἀπαιτῶν τῆς σφαγῆς. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ φοβώμεθα τὸ κακῶς παθεῖν, ἀλλὰ τὸ δρᾶσαι κακῶς· τοῦτο [639] μὲν γὰρ νίκη, ἐκεῖνο δὲ ἧττα. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε, *Διὰ τί οὐ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς.* Ἐν γὰρ τῷ πάσχειν κακῶς οἱ στέφανοι καὶ τὰ βραβεῖα καὶ ἡ ἀνακήρυξις. Καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων ἔστι τῶν ἁγίων ἰδεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἅπαντες ἐστεφανώθησαν οὕτως, ἀνεκηρύχθησαν οὕτω, καὶ ἡμεῖς ταύτην ὁδεύωμεν τὴν ὁδόν· καὶ εὐχώμεθα μὲν μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· εἰ δὲ παραγένοιτο, μετὰ πολλῆς ἱστάμενοι τῆς ἀνδρείας, τὴν προσήκουσαν ἐπιδειξώμεθα προθυμίαν· ἵνα τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Conjecit Dunæus ἔστη.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ'.

Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

α'. Πολλαχόθεν μὲν καὶ ἄλλοθεν, μάλιστα δὲ καὶ ἐκ τούτου, τοῦ Παύλου τὴν φιλοσοφίαν ἔστιν ἰδεῖν, καὶ τὴν πολλὴν φιλοστοργίαν· πῶς πολὺς μὲν ἐν ταῖς παραγγελίαις καὶ σφοδρὸς, ὀκνηρὸς δὲ καὶ μελλητὴς ἐν ταῖς τιμωρίαις. Οὐ γὰρ εὐθέως ἁμαρτάνοντας ἐκόλασεν, ἀλλὰ παρήγγειλεν ἅπαξ καὶ δεύτερον· καὶ οὐδὲ οὕτω παρακούσαντας τιμωρεῖται, ἀλλὰ πάλιν παραγγέλλει λέγων, *Τρίτον ἔρχομαι τοῦτο πρὸς ὑμᾶς*, καὶ πρὶν ἢ παραγένωμαι, γράφω πάλιν. Εἶτα ἵνα μὴ ἡ μέλλησις ῥᾳθυμίαν ἐργάσηται, ὅρα πῶς καὶ τὸ ἐντεῦθεν διορθοῦται, συνεχῶς ἀπειλῶν, καὶ ἐπανατεινόμενος τὴν πληγὴν, καὶ λέγων, *Ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι·* καὶ, *Μή πως ἐλθὼν πενθήσω πολλούς.* Ταῦτα δὲ ποιεῖ καὶ λέγει, καὶ ταύτῃ τὸν Δεσπότην τῶν ἁπάντων μιμούμενος· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς συνεχῶς μὲν ἀπειλεῖ καὶ πολλάκις παραγγέλλει, οὐ πολλάκις δὲ κολάζει καὶ τιμωρεῖται. Τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγεν, ὅτι *Φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον.* Τί ἐστι, *Φειδόμενος ὑμῶν;* Ἵνα μὴ εὑρὼν ἡμαρτηκότας καὶ ἀδιορθώτους μείναντας, ἐπάγω κόλασιν καὶ τιμωρίαν. Καὶ ἐνταῦθα, *Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.* Ἀγράφων ἐγγράφῳ συνάπτει· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ πεποίηκεν εἰπὼν, ὅτι *Ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν· ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.* Καίτοι γε ἐπὶ νομίμου τοῦτο εἴρηται γάμου. ἀλλὰ ἀπεχρήσατο αὐτῷ εἰς τοῦτο συμφεράντως, ὥστε φοβῆσαι μειζόνως. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ, ἀντὶ μαρτυριῶν τὰς παρουσίας αὐτοῦ τιθεὶς καὶ τὰς παραγγελίας. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἅπαξ εἶπον καὶ δεύτερον, ὅτε παρεγενόμην· λέγω καὶ νῦν διὰ γραμμάτων. Καὶ μὴν ἐὰν ἀκούσητέ μου, ὅπερ ἐπεθύμουν γέγονεν· ἐὰν δὲ παρακούσητε, ἀνάγκη λοιπὸν σεῖσαι [640] τὰ εἰρημένα, καὶ ἐπαγαγεῖν τὴν τιμωρίαν. Διό φησι, *Προείρηκα, καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι.* Εἰ γὰρ ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, παρεγενόμην [a] δεύτερον καὶ εἶπον, λέγω δὲ καὶ νῦν διὰ τῆς Ἐπιστολῆς· ἀνάγκη με λοιπὸν ἀληθεῦσαι. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε ἔλαττον ἔχειν τὰ γράμματα τῆς παρουσίας· ὥσπερ γὰρ παρὼν ἔλεγον, οὕτω καὶ ἀπὼν νῦν γράφω. Εἶδες κηδεμονίαν πατρικήν; εἶδες διδασκαλίαν καὶ πρέπουσαν [b] πρόνοιαν; Οὔτε ἐσίγησεν, οὔτε ἐκόλασεν, ἀλλὰ καὶ προλέγει πολλάκις, καὶ μένει διηνεκῶς ἀπειλῶν, καὶ ἀναβάλλεται τὴν τιμωρίαν· καὶ εἰ μένοιεν ἀδιόρθωτοι, τότε ἀπειλεῖ τὴν πεῖραν ἐπαγαγεῖν. Τί δὲ *προείρηκας παρὼν, καὶ ἀπὼν νῦν γράφεις; Ὅτι, ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι.* Δείξας πρότερον ὅτι οὐ δύναται, ἂν μὴ ἀναγκασθῇ, τοῦτο ποιῆσαι, καὶ πένθος τὸ πρᾶγμα καλέσας καὶ

[a] Legi vult Dunæus παρεγενόμην δέ, probabiliter.
[b] Idem vult διδασκάλῳ πρ. πρ.

Digitized by Google

ταπείνωσιν· *Μή πως γάρ*, φησίν, *ἐλθόντα με ὁ Θεός μου ταπεινώσῃ πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων*· καὶ ἀπολογησάμενος αὐτοῖς, ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον προεῖπε, καὶ ὅτι πάντα ποιεῖ καὶ μηχανᾶται, ὥστε ἀνακρούσασθαι τὴν τιμωρίαν, καὶ τῷ φόβῳ τῶν ῥημάτων βελτίους ποιῆσαι, τότε τὸ φορτικὸν τοῦτο καὶ φοβερὸν ἔθηκε λέγων, *Ὅτι, ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Οὐκ εἶπε, Τιμωρήσομαι καὶ κολάσω καὶ ἀταιτήσω δίκην, ἀλλὰ πάλιν πατρικοῖς ῥήμασι καὶ αὐτὴν τὴν τιμωρίαν τίθησι, δεικνὺς αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα καὶ τὴν συναλγοῦσαν αὐτοῖς διάνοιαν, διότι ἀεὶ φειδόμενος ἀνεβάλλετο. Εἶτα, ἵνα μὴ καὶ νῦν νομίσωσιν, ὅτι πάλιν ἀναβολὴ καὶ ἁπλῶς ἀπειλὴ ῥημάτων, διὰ τοῦτο καὶ ἔμπροσθεν εἴρηκεν· *Ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα*· καὶ, *Ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐκέτι ἀναβαλοῦμαι, εἰ ἀδιορθώτους εὕροιμι, ὃ μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἐπάξω πάντως, καὶ στήσω ὅπερ εἴρηκα. Εἶτα μετὰ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ καὶ σφοδρᾶς τῆς ἀγανακτήσεως πρὸς τοὺς κωμῳδοῦντας αὐτὸν ὡς ἀσθενῆ, καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ χλευάζοντας, καὶ λέγοντας, *Ἡ παρουσία ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος*, ὡς πρὸς τούτους γοῦν ἀποτεινόμενος, φησίν· *Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ*; Τοῦτο γὰρ ὁμοῦ μὲν πλήττων, ὁμοῦ δὲ κἀκείνων καθαπτόμενος εἴρηκεν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Ἐπειδὴ βούλεσθε δοκιμάζειν εἰ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστὸς οἰκεῖ, καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖτε, καὶ διὰ τοῦτό με κωμῳδεῖτε, ὡς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητον, ἄτε ἔρημον ὄντα τῆς δυνάμεως ἐκείνης· εἴσεσθε ὅτι οὐκ ἐσμὲν ἔρημοι, εἰ παράσχοιτε πρόφασιν, ὃ μὴ γένοιτο. Τί οὖν; εἰπέ μοι· διὰ τοῦτο κολάζεις, ἐπειδὴ δοκιμὴν ζητοῦσιν; Οὐχί, φησίν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐζήτουν, ἐκ πρώτης ἂν ἐκόλασα ἁμαρτόντας, καὶ οὐκ ἀνεβαλόμην. Ὅτι δὲ οὐ τοῦτο ζητεῖ, πρσῖὼν τοῦτο [641] σαφέστερον ἔδειξεν εἰπών, *Εὔχομαι δὲ μηδὲν ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν, οὐχ ἵνα μὴ ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλὰ ὑμεῖς δόκιμοι ἦτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν*.

β'. Οὐ τοίνυν αἰτιολογικῶς αὐτὸ τίθησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγανακτῶν, μᾶλλον καθαπτόμενος τῶν καταφρονούντων αὐτοῦ. Ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι, φησὶ, δοῦναι πεῖραν ὑμῖν τοιαύτην· εἰ δὲ αὐτοὶ παρέχετε τὴν αἰτίαν, καὶ βουληθείητέ με ἐκκαλέσασθαι, εἴσεσθε διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν. Καὶ ὅρα πῶς φορτικὸν ποιεῖ τὸν λόγον. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐπειδὴ δοκιμὴν ζητεῖτε ἐμοῦ, ἀλλὰ, *Τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ*· δεικνὺς ὅτι εἰς ἐκεῖνον ἡμάρτανον. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, Τοῦ ἐνοικοῦντος, ἀλλὰ, *Τοῦ λαλοῦντος*, δεικνὺς πνευματικὰ ὄντα τὰ ῥήματα. Εἰ δὲ οὐκ ἐνδείκνυται αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, οὐδὲ κολάζει· λοιπὸν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν λόγον ἐκεῖ μετήγαγε, φοβερωτέραν ποιῶν τὴν ἀπειλήν· οὐ δι' ἀσθένειαν· δύναται γάρ· ἀλλὰ διὰ μακροθυμίαν. Μὴ τοίνυν τὴν ἀνοχὴν αὐτοῦ ἀσθενειάν τις λογιζέσθω. Τί γὰρ θαυμάζεις, εἰ οὐκ ἐπεξέρχεται νῦν ἁμαρτάνουσιν, οὐδὲ ἀπαιτεῖ δίκην ἀνεχόμενος καὶ μακροθυμῶν, ὅπου γε καὶ σταυρωθῆναι αὐτὸς ὑπέμεινε, καὶ τοιαῦτα πάσχων οὐκ ἐκολάζε; Δι' ἐπήγαγε, *Ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δύναται ἐν ὑμῖν. Καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*. Πολλὴν ἀσάφειαν ἐν τὰ ῥήματα, καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις θόρυβον ἐνεβ Διόπερ ἀναγκαῖον αὐτὰ ἀναπλῶσαι σαφέστερον, τῆς λέξεως ταύτης εἰπεῖν τὰ σημαινόμενα, περὶ ἧ ἀσάφεια, ἵνα μηδεὶς σκανδαλίζηται μηδὲ τῶν ἐπιστερων.

Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον, καὶ τί δηλοῖ τὸ τῆς ἀσθενείας ὄνομα, καὶ κατὰ ποῖον σημαινόμενον εἴρηται, ἀναγκαῖον μαθεῖν. Μία μὲν γὰρ ἡ λέξις, πολλὰ δὲ τὰ ἐξ αὐτῆς δηλούμενα. Καὶ γὰρ ἀσθένεια λέγεται ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία· διὸ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἴρηται, *Ἴδε ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ*, περὶ τοῦ Λαζάρου· καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, *Ἡ ἀσθένεια αὕτη οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον*· καὶ περὶ τοῦ Ἐπαφρᾶ ὁ Παῦλος· *Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐλέησε*· καὶ περὶ τοῦ Τιμοθέου, *Οἴνῳ μικρῷ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας*. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα σωματικὴν ἀῤῥωστίαν δηλοῖ. Λέγεται πάλιν ἀσθένεια τὸ μὴ πεπεῖσθαι ἐν τῇ πίστει ἁπλῶς, μηδὲ τέλειον εἶναι καὶ ἀπηρτισμένον. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν*· καὶ πάλιν, *Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει*· τὸν ἐν τῇ πίστει ἀσθενοῦντα δηλῶν. Ἄλλο δὲ σημαινόμενα ἐκ τῆς ἀσθενείας ἐστί· καὶ τρίτον ἕτερον, ὃ καλεῖται ἀσθένεια. Ποῖον δὴ τοῦτο; Οἱ διωγμοὶ καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ, αἱ ἐπῆρειαι, οἱ πειρασμοὶ. αἱ ἐπηρεαι. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα· καὶ εἴρηκέ μοι· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται*. [642] Τί ἐστιν, *Ἐν ἀσθενείᾳ*; Ἐν διωγμοῖς, ἐν κινδύνοις, ἐν πειρασμοῖς, ἐν ἐπιβουλαῖς, ἐν θανάτοις. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε, *Μᾶλλον εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείᾳ*. Εἶτα δεικνὺς ποίαν λέγει ἀσθένειαν, οὐ πυρετὸν εἶπεν, οὐκ ἀμφιβολίαν τὴν περὶ τὴν πίστιν, ἀλλὰ τί; *Ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ*. *Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι*· τοῦτο δέστιν, Ὅταν διώκωμαι, ὅταν ἐλαύνωμαι, ὅταν ἐκβουλεύωμαι, τότε δυνατός εἰμι, τότε μᾶλλον κρατῶ καὶ περιγίνομαι τῶν ἐπιβουλευόντων, τῆς χάριτος ἐμοὶ φιλέστερον ἐνιζανούσης ἐν ἐμοί. Κατὰ δὴ τοῦτο τὸ τρίτον τὴν ἀσθένειαν τέθεικεν ὁ Παῦλος· καὶ ὃ λέγει τοῦτό ἐστι· πρὸς ἐκεῖνο πάλιν ἀποτεινόμενος, ὃ καὶ ἔμπροσθεν εἶπον, ὅτι εὐτελὴς αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι καὶ εὐκαταφρόνητος. Οὐ γὰρ δὴ ἐβούλετο κομπάζειν, οὐδὲ ὅπερ ἦν, εἶναι δοκεῖν αὐτὸν, οὐδὲ τὴν δύναμιν ἐνδείκνυσθαι, ἣν εἶχεν εἰς τὸ κολάζειν καὶ τιμωρεῖσθαι· ὅθεν καὶ ἐνομίζετο εὐτελὴς εἶναι. Ἐπὶ τούτου τοῦτο νομίζοντες ἐν πολλῇ ῥᾳθυμίᾳ ἦσαν καὶ ἀναισθησίᾳ, καὶ οὐ μετεβάλλοντο ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων καιρὸν ἐπιτήδειον λαβόντες, καὶ περὶ τούτων εἰσφόδρα διαλέγεται, δεικνὺς ὅτι οὐ δι' ἀσθένειαν ταῦτα ἐποίει, ἀλλὰ διὰ μακροθυμίαν. Εἶτα, ὅπερ ἔφην, ἵνα

Digitized by Google

humillationem eam rem appellavit; *Ne, cum venero, inquit, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam;* ac sese ipsis excusans, semel et iterum ac tertio prædixisse asseruit, quodque nihil non agat ac moliatur quo sumendas pœnas propulset, eosque verborum terrore meliores efficiat: tunc grave illud et horrendum affert dicens, *Si venero iterum, non parcam.* Non dixit, Puniam ac vindicabo, pœnasque expetam; sed rursus paternis verbis supplicium ponit, hinc viscera sua animumque ipsis condolentem ostendens, quod pro sua erga eos indulgentia semper pœnam infligere differret. Postea autem, ne nunc quoque ita existimarent, eum rursum dilatione ac verborum tantum minis uti; ideo prius quoque dixit: *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum;* et, *Si venero, non parcam.* Quod autem ait, est ejusmodi: Non jam diutius cunctabor, si vos, quod Deus avertat, emendationis expertes invenero, sed pœnas haud dubie inferam, ac quod dixi præstabo. Mox cum ingenti animi permotione ac vehementi indignatione in eos invehens, qui ipsum tanquam imbecillem traducebant, præsentiamque ipsius suggillabant dicebantque, *Præsentia infirma, et sermo contemptibilis* (2. *Cor.* 10. 10), adversus istos ait: 3. *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christi?* His enim verbis simul et hos ferit, et illos perstringit. Quod autem dixit, hunc sensum habet: Quandoquidem periculum facere vultis, an Christus in me habitet, rationesque a me exposcitis, eaque de causa me ut vilem ac contemnendum traducitis, tamquam potentia illa destitutum; hac me minime carere scietis, si, quod nolim, occasionem mihi præbueritis. Quid ergo? quæso; ideo castigas, quod experimentum quærant? Minime, inquit: nam si hoc quærerem, mox ut primum peccassent, in eos animadvertissem, nec cunctatione ulla usus fuissem. Quod autem id minime quærat, dilucidius postea indicavit his verbis: *Opto autem vos nullo malo afficere, non ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod bonum est, faciatis, nos autem ut reprobi simus.*

2. Non ergo per causæ modum istud ponit, sed potius ut stomachans, eosque quibus contemptui erat incessens. Equidem ipse, inquit, hujusmodi experimentum vobis præbere nolo: quod si ipsi causam præbueritis, meque concitare in animum induxeritis, ex ipsis rebus intelligetis. Ac vide quomodo orationem exasperet. Neque enim dixit, Quoniam experimentum mei quæritis, sed, *Ejus qui in me loquitur Christi.* Quibus verbis ostendit eos in illum peccavisse. Nec simpliciter dixit, Ejus qui in me habitat, sed, *Ejus qui in me loquitur;* hinc videlicet indicans, verba sua a Spiritu proficisci. Quod si vim suam ille non ostendit, nec pœnas irrogat; jam enim a se orationem illuc traducit, quo plus terroris minæ habeant; non imbecillitate prohibetur; id enim potest; sed animi lenitate. Quocirca ne ipsius tolerantiam imbecillitati quispiam adscribat. Cur miraris enim, si pro sua tolerantia patientiaque in peccatores non animadvertit nec pœnas ab iis expetit, cum ipse quoque in crucem agi sustinuerit, atque hujusmodi cruciatus perpetiens, pœnam minime irrogarit? Unde etiam subjunxit, *Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis.* 4. *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Plurimum hæc verba obscuritatis habent, atque imbecillioribus perturbationem injiciunt. Quapropter apertius ea explicare necesse est, atque hujus dictionis, in qua obscuritas sita est, significationem afferre: ut ne quis etiam ex simplicioribus offendatur.

Infirmitatis modi varii.—Quidnam igitur sit id quod dixit, quid per infirmitatis vocabulum designet, et qua significatione hoc loco usurpatum sit, operæ pretium est discere. Etenim una quidem est dictio, verum per eam multa indicantur: siquidem infirmitas dicitur corporis morbus; eaque ratione in Evangelio dictum est de Lazaro, *Ecce quem amas infirmatur* (*Joan.* 11. 3. 4); et ipse dicebat, *Hæc infirmitas non est ad mortem* (*Philipp.* 2. 27); ac Paulus de Epaphrodito verba faciens, *Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus* (1. *Tim.* 5. 23); et de Timotheo, *Vino modico utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates.* Hæc enim omnia corporeum morbum significant. Rursus infirmitas dicitur, cum quis in fide non satis firmus est, nec perfectus ac numeris omnibus absolutus. Idque his verbis Paulus indicabat: *Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum;* ac rursum, *Alius quidem credit se comedere omnia: qui autem infirmus est, solus manducat* (*Rom.* 14. 1. 2); infirmum in fide significans. Habes jam duos infirmitatis significatus. Est et tertia alia infirmitatis significatio. Quænam hæc? Persequutiones, insidiæ, molestiæ, tentationes, calamitates. Quod etiam Paulus his verbis declarabat, *Pro hoc ter Dominum rogavi: et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; virtus enim mea in infirmitate perficitur* (2. *Cor.* 12. 8. 9). Quid est, *In infirmitate?* In persequutionibus, in periculis, in tentationibus, in insidiis, in mortibus: id quod indicabat, cum diceret, *Quamobrem mihi placeo in infirmitate* (*Ibid. v.* 10). Ac postea exponens de qua infirmitate loqueretur, non febrem dixit aut dubitationem quamdam in fide, sed quid? *In contumeliis, in persequutionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus: ut inhabitet in me virtus Christi. Cum enim infirmor, tunc potens sum.* Hoc est, Cum vexor, cum exagitor, cum insidiis appetor, tunc robore polleo, tunc victoriam magis obtineo, atque eos qui mihi insidias parant supero, copiosiore gratia in me insidente. Secundum hoc tertium significationis genus, infirmitatis vocabulum hoc loco Paulus usurpavit; quodque ait, est ejusmodi: adversus id, quod jam ante dixi, rursum contendit, nempe quod vilis ipsis et contemnendus esse videbatur. Non enim sese jactare volebat, qualis revera erat, nec vim eam, quam ad puniendum et pœnas sumendas habebat, ostentare: unde etiam vilis et abjectus habebatur. Quoniam itaque ob eam opinionem in magna socor-

Digitized by Google

dia ac stupore versabantur, nec a peccatis resiliebant; commodam occasionem nactus, de his rebus acriter disserit, illud demonstrans, imbecillitatem non in causa esse cur nihil faciat, sed animi lenitatem. Ac postea, ut jam dixi, sermonem a se ad Christum traducens, metum auget ac minas amplificat. Quod autem ait, tale est : Num, si quid etiam faciam, ac de iis qui peccaverunt pœnas sumam, ego sum qui punio et pœnas sumo? imo vero Christus ipse est, qui in me habitat. Quod si hoc non creditis, sed experimentum capere vultis, per ejus qui in me habitat opera id mox perspectum habebitis : non enim in vobis infirmus est, sed potens. Cur autem adjecit, *In vobis*, cum ipse ubique viribus polleat? nam sive infideles, sive dæmones, sive quidquid tandem illud esse queat, supplicio afficere voluerit, id potest (*a*). Quid ergo sibi vult illud additamentum? Hoc dicens, pudore suffundit illos ab iis quæ jam experti sunt; vel hoc significat : Interim in vobis virtutem suam ostendit, qui emendari debetis. Quod etiam alibi dicebat : *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare* (1. *Cor.* 5. 12)?

3. Nam ab externis illis, inquit, tunc pœnas repetet in die judicii; a vobis autem etiam nunc, ut ab illo vos supplicio eximat. Attamen hanc curam et sollicitudinem ab amore partam, vide quanto cum timore et quanta cum indignatione adhibeat, dicens : *Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Quid significat illud, *Si crucifixus est ex infirmitate?* Etiamsi, inquit, voluerit rem sustinere, quæ infirmitatis suspicionem præ se ferat; certe nihil hoc vim potestatemque ejus minuit : potestas quippe illa inexpugnabilis manet, et quod infirmitatis videtur esse, nihil illam lædit; imo potius hoc maxime ejus robur et vim ostendit, quod talem rem perpessus sit, nec tamen ejus virtus ac potentia imminuta fuerit. Ne ergo infirmitatis vocabulum te conturbet; etenim alibi quoque dicit : *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* (1. *Cor.* 1. 25); quamquam nihil stultum nihilque infirmum Deus habet; sed crucem sic vocavit, incredulorum de ipso opinionem exponens. Audi enim illum, se ipsum interpretantem : *Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est; iis vero qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est* (*Ib.* v. 18); et rursum, *Nos autem prædicamus Deum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam* (*Ib.* v. 23. 24); ac rursus, *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus : stultitia enim est illi* (1. *Cor.* 2. 14). Vide quomodo ubique incredulorum suspicionem tollat et interpretetur, qui crucem stultitiam et infirmitatem esse putabant. Ita autem hoc quoque loco, non eam quæ vere sit infirmitatem memorat, sed eam quam increduli esse suspicabantur. Non igitur hoc dicit quod, infirmus cum esset, crucifixus fuerit, absit. Quod enim potuerit non crucifigi per omnia probavit : nunc supinos projiciens, nunc radios solis avertens, ficum arefaciens, accedentium ad se oculos excæcans, et innumera alia patrans. Quid sibi vult ergo quod dicit, *Ex infirmitate?* Quod etiamsi crucifixus sit, periculum passus et insidias (ostendimus enim infirmitatem periculum et insidias vocari), attamen nihil læsus fuit. Hæc autem dicebat, ad se trahens exemplum. Quia enim videbant illos persequutionem patientes, pulsos, despectos, nec propulsantes vel sese ulciscentes; ut doceret illos, quod ipsi talia paterentur non ex imbecillitate nec quod eos propulsare non valerent, sermonem ad Dominum reducit : quandoquidem ipse quoque, inquit, crucifigebatur, vinculis constringebatur, innumera patiebatur; nec invadentes se propulsabat, sed manebat, ea sustinens quæ infirmitatem præ se ferre viderentur, et sic virtutem suam ostendens, quod nempe nec propulsans illos nec sese ulciscens, in nullo prorsus læderetur. Vitam enim crux non abscidit, nec resurrectionem impedivit; sed resurrexit ille, et vivit. Cum autem audieris crucem et vitam, de œconomia, seu de Christi incarnatione sermonem excipe; de illa enim omnis hæc oratio instituitur. Quod si dicat, *Ex virtute Dei*, ex virtute ipsius Christi intelligit. Quod enim ipse eam excitaverit et imperet, audi dicentem : *Solvite templum hoc, et ego in tribus diebus excitabo illud* (*Joan.* 2. 19). Si autem id quod suum est Patris esse dicat, ne turberis : *Omnia enim, quæ Patris mei sunt, mea sunt* (*Joan.* 16), inquit, et rursum : *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt* (*Ib.* 15. *et* 17. 10). Sicut ergo ille, qui crucifixus est, nihil læsus est, inquit; sic neque nos dum persequutionem patimur et impugnamur : ideoque subjungit, *Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vivemus in illo ex virtute Dei.* Quid sibi vult illud, *Infirmi sumus in illo?* Persequutionem sustinemus, pellimur, extrema patimur. Sed quid significat, *In illo?* Per prædicationem, inquit, et per fidem in illum. Si autem tristia et molesta propter illum sustineamus, palam est et fausta quoque : ideoque subjunxit, *Sed salvamur in illo ex virtute Dei.* 5. *Vosmetipsos tentate, si estis in fide, vos ipsos probate. Annon cognoscitis vosmetipsos, quia Christus in vobis est? nisi forte reprobi estis.* 6. *Spero autem quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi.* Quia enim ex dictis ostenderat, quod etiamsi non illos plecteret, non ita se gereret eo quod Christum in se non haberet, sed ut illius lenitatem imitaretur, qui cum cruce afficeretur, non se ulciscebatur : rursus alio modo idem efficit. Atque majus argumentum ducens a discipulis ita rem probat. Quid enim de me magistro loquor, qui in tanta cura versor, ac totum terrarum orbem fidei meæ commissum habeo, totque ac tanta miracula edidi? Nam si vos, qui in discipulorum numero estis, vos ipsos examinare volueritis, Christum in vobis quoque habitare conspicietis : quod si in

(*a*) Quæ sequuntur postea in Editione Morelli Parisiensi, ex Commentario Epistolæ ad Galatas advecta sunt, et per paginas duas integras seriem omnino interturbant, idque ex typographorum vel imperitia vel nequitia. Nos omnia restituimus.

Digitized by Google

ἑαυτοῦ τὸν λόγον ἐπὶ τὸν Χριστὸν μεταγαγὼν, ἐπιτείνει τὸν φόβον, αὔξει τὴν ἀπειλήν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Μὴ γὰρ, καὶ ἐὰν ποιήσω τι, καὶ κολάσω καὶ τιμωρήσωμαι τοὺς ἡμαρτηκότας, ἐγώ εἰμι ὁ κολάζων καὶ τιμωρούμενος; ἔστιν ὁ ἐν ἐμοὶ οἰκῶν, αὐτὸς ὁ Χριστός. Εἰ δὲ οὐ πιστεύετε τοῦτο, ἀλλὰ βούλεσθε λαβεῖν δοκιμὴν, διὰ τῶν ἔργων τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἐμοὶ εἴσεσθε ταχέως· οὐδὲ γὰρ ἀσθενεῖ εἰς ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ δυνατός ἐστι. Καὶ διὰ τί προσέθηκεν, *Εἰς ὑμᾶς*, καίτοι πανταχοῦ δυνατός ἐστι; κἂν γὰρ ἀπίστους βουληθῇ κολάσαι, δύναται, κἂν δαίμονας, κἂν ὁτιοῦν. Τί οὖν βούλεται ἡ προσθήκη; Σφόδρα ἐντρέποντος αὐτούς ἐστι τὸ ῥῆμα, ἀφ' ὧν ἤδη πεῖραν εἰλήφασιν· ἢ τοῦτο δηλοῦντος, ὅτι Τέως ἐν ὑμῖν τὴν δύναμιν ἐπιδείκνυται τοῖς ὀφείλουσι διορθωθῆναι. Ὃ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγε· *Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;*

γ'. Τοὺς μὲν γὰρ ἔξω, φησὶ, τότε ἀπαιτήσει δίκην κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως· ὑμᾶς δὲ καὶ νῦν, ὥστε ἐκείνης ἐξελέσθαι τῆς τιμωρίας. Ἀλλ' ὅμως καὶ τὸ κηδεμονικὸν τοῦτο καὶ διὰ φιλοστοργίαν γινόμενον, ὅρα πῶς μετὰ φόβου τίθησι καὶ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ, λέγων· *Ὃς οὐκ* [a] *ἀσθενεῖ εἰς ὑμᾶς, ἀλλὰ δύναται ἐν ὑμῖν. Καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.* Τί ἐστιν, *Εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας*; Καὶ γὰρ εἰ εἵλετο, φησὶ, πρᾶγμα ὑπομεῖναι δοκοῦν ἀσθενείας ἔχειν ὑπόληψιν, ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο τὴν δύναμιν αὐτοῦ διακόπτει· μένει γὰρ αὕτη ἄμαχος οὖσα, καὶ οὐδὲν τὸ [643] πρᾶγμα τὸ δοκοῦν ἀσθενείας εἶναι ταύτην παρέβλαψεν, ἀλλ' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ δείκνυσι τὴν ἰσχὺν, ὅτι καὶ τοιοῦτον πρᾶγμα ὑπέμεινε, καὶ τὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ οὐκ ἠκρωτηριάσθη. Μὴ τοίνυν σε θορυβείτω ἡ λέξις τῆς ἀσθενείας· καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί*· καίτοι οὔτε μωρὸν, οὔτε ἀσθενὲς οὐδὲν ὁ Θεὸς ἔχει· ἀλλὰ τὸν σταυρὸν οὕτως κάλεσε, τὴν τῶν ἀπίστων ὑπόνοιαν περὶ αὐτοῦ ἐξαγούμενος. Ἄκουσον γοῦν αὐτοῦ ἑαυτὸν ἑρμηνεύοντος· *Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι*· καὶ πάλιν· *Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸν, Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν*· καὶ πάλιν, *Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν.* Ὅρα πῶς πανταχοῦ τῶν ἀπίστων τὴν ὑπόνοιαν ἑρμηνεύει, μωρίαν καὶ ἀσθένειαν τὸν σταυρὸν καλούντων. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα οὐ τὴν οὖσαν ἀσθένειαν λέγει, ἀλλὰ τὴν ὑποπτευομένην παρὰ τοῖς ἀπίστοις. Οὐ τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι ἀσθενὴς ὢν ἐσταυρώθη, ἄπαγε. Ὅτι γὰρ ἠδύνατο μὴ σταυρωθῆναι πάντων ἔδειξε, νῦν μὲν ὑπτίους ῥίψας, νῦν δὲ τὰς ἀκτῖνας ἀποστρέψας, καὶ συχνὴν ξηράνας, καὶ τὰς ὄψεις τῶν ἐλθόντων ἐπ' αὐτὸν πηρώσας, καὶ μυρία ἕτερα ἐργασάμενος. Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν, *Ἐξ ἀσθενείας*; Ὅτι εἰ καὶ ἐσταυρώθη κίνδυνον ὑπομείνας καὶ ἐπιβουλὴν (ἐδείξαμεν [b] γὰρ τὴν ἀσθένειαν κίνδυνον καλουμένην καὶ ἐπιβουλὴν), ἀλλ' ὅμως οὐδὲν παρεβλάβη. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν εἰς τὰ καθ' ἑαυτὸν ἔλκων τὸ ὑπόδειγμα. Ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων αὐτοὺς διωκομένους, ἐλαυνομένους, καταφρονουμένους, καὶ οὐκ ἀμυνομένους οὐδὲ ἐπεξιόντας, διδάσκων αὐτοὺς, ὅτι οὐδὲ αὐτοὶ παρὰ ἀτονίαν ταῦτα πάσχουσιν, οὐδὲ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐπεξιέναι, ἀνάγει τὸν λόγον ἐπὶ τὸν Δεσπότην· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς, φησὶν, ἐσταυροῦτο, ἐδεσμεῖτο, μυρία ἔπασχε, καὶ οὐκ ἐπεξῄει, ἀλλ' ἔμενε, τὰ δοκοῦντα τῆς ἀσθενείας εἶναι ὑπομένων πράγματα, καὶ ταύτῃ τὴν δύναμιν ἐπιδεικνύμενος τὴν αὐτοῦ, ὅτι καὶ μὴ ἐπεξιὼν μηδὲ ἀμυνόμενος, οὐδὲν ὅλως παραβλάπτεται. Τὴν γοῦν ζωὴν οὐ διέκοψεν ὁ σταυρὸς, οὐδὲ ἐνεπόδισε τὴν ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ ἀνέστη καὶ ζῇ. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς σταυρὸν καὶ ζωὴν, τὸν περὶ τῆς οἰκονομίας ἐκδέχου λόγον· περὶ γὰρ ταύτην ὁ πᾶς οὗτος λόγος. Εἰ δέ φησιν, *Ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*, [οὐχ ὡς αὐτοῦ ἀτονοῦντος ζωογονῆσαι τὴν σάρκα, ἀλλ' ἀδιάφορον αὐτῷ τὸ [c] λέγειν καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Εἰπὼν γὰρ, *Ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*,] ἐκ δυνάμεως τῆς αὐτοῦ εἴρηκεν. Ὅτι γὰρ καὶ αὐτὸς αὐτὴν ἀνέστησε καὶ διακρατεῖ, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Εἰ δὲ, ὅπερ αὐτοῦ ἐστιν, τοῦτο τοῦ Πατρὸς εἶναι λέγει, μὴ θορυβηθῇς· *Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρός μου ἐμά ἐστι*, φησὶ· καὶ πάλιν, *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά.* Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος ὁ [644] σταυρωθεὶς, οὐδὲν παρεβλάβη, φησὶν, οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς διωκόμενοι, πολεμούμενοι· διὸ καὶ ἐπάγει· *Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζησόμεθα ἐν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ.* Τί ἐστιν, *Ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ*; Διωκόμεθα, ἐλαυνόμεθα, τὰ ἔσχατα πάσχομεν, Ἀλλὰ τί ἐστιν, *Ἐν αὐτῷ*; Διὰ τὸ κήρυγμα, φησὶ, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς αὐτόν. Εἰ δὲ τὰ σκυθρωπὰ καὶ φορτικὰ ὑπομένομεν δι' αὐτὸν, εὔδηλον ὅτι καὶ τὰ φαιδρὰ· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Ἀλλὰ σωζόμεθα ἐν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. Ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτούς, ὅτι Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν, εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε; Ἐλπίζω δὲ, ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.* Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν εἰρημένων ἔδειξεν ὅτι, εἰ καὶ μὴ ἐπεξέρχεται, οὐχ ὡς οὐκ ἔχων τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ὡς τὴν μακροθυμίαν τὴν ἐκείνου μιμούμενος τοῦ σταυρουμένου, καὶ μὴ ἀμυνομένου, πάλιν ἑτέρως τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργάζεται, καὶ ἐκ πλείονος περιουσίας, ἀπὸ τῶν μαθητῶν κατασκευάζων τὸν λόγον. Τί γὰρ λέγω περὶ ἐμοῦ τοῦ διδασκάλου, φησὶ, καὶ τοσαύτην ἔχοντος φροντίδα, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐμπεπιστευμένου, καὶ τοσαῦτα σημεῖα

[a] Sic legendum ut Savil. in margine de conjectura posuit. Editi, ὡς οὐκ.

[b] *Legebatur* ἐδειξάμην.

[c] *Verba uncis inclusa aberant, neque ea restituit interpres.*

Digitized by Google

πεποιηκότος; Ὑμᾶς γὰρ αὐτοὺς ἐὰν βουληθῆτε ἐξετάσαι τοὺς ἐν τάξει μαθητῶν ὄντας, ὄψεσθε ὅτι καὶ ἐν ὑμῖν ὁ Χριστός· εἰ δὲ ἐν ὑμῖν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ διδασκάλῳ. Εἰ γὰρ τὴν πίστιν ἔχετε, καὶ ἐν ὑμῖν ὁ Χριστός. Καὶ περὶ τῶν πιστευόντων τοῦτο αὐτὸ εἴρηται θαύματα ἐργαζομένων· οἱ γὰρ πιστεύοντες τότε, ἐθαυματούργουν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Ἑαυτοὺς πειράζετε, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει. Ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτούς, ὅτι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε;* Εἰ δὲ ἐν ὑμῖν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ διδασκάλῳ. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πίστιν ἐνταῦθα λέγειν καὶ τὴν τῶν σημείων. Εἰ γὰρ ἔχετε τὴν πίστιν ἐκείνην, φησὶν, ὁ Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν, *Εἰ μή τι ἀδόκιμοι γεγόνατε.*

δ'. Εἶδες πῶς πάλιν φοβεῖ, καὶ ἐκ περιουσίας δείκνυσι παρ' αὐτῷ ὄντα τὸν Χριστόν; Ἐνταῦθα γάρ μοι δοκεῖ καὶ εἰς βίον αὐτοὺς αἰνίττεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἀρκεῖ ἡ πίστις εἰς τὸ ἐπισπᾶσθαι τὴν ἐνέργειαν τὴν πνευματικὴν, εἶπε δὲ, ὅτι Εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, τὸν Χριστὸν ἔχετε ἐν αὐτοῖς, συνέβαινε δὲ πολλοὺς εἶναι ταύτης τῆς ἐνεργείας ἐρήμους πίστιν ἔχοντας, λύων τὴν ἀπορίαν φησὶν, *Εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε*, εἰ μὴ βίον διεφθαρμένον ἔχετε. *Ἐλπίζω δὲ, ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.* Τὸ ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, Εἰ δὲ ὑμεῖς ἀδόκιμοι γεγόνατε, ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς· ἀλλ' οὕτω μὲν οὐ λέγει, ἵνα μὴ πλήξῃ, ἀμυδρῶς δὲ αὐτὸ αἰνίττεται, οὔτε ἀποφαινόμενος καὶ λέγων, ὅτι ἀδόκιμοί ἐστε, οὔτε κατ' ἐρώτησιν προάγων καὶ λέγων, εἰ δὲ ὑμεῖς ἀδόκιμοι, ἀλλὰ τοῦτο παραλιπὼν, αἰνιγματωδῶς αὐτὸ ἐνδείκνυται, ἐπάγων, *Ἐλπίζω δὲ, ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.* Πάλιν κἀνταῦθα πολλὴ ἡ ἀπειλὴ, μέγας ὁ φόβος. Ἐπειδὴ γὰρ ἐντεῦθεν, βούλεσθε, φησὶ, διὰ τῆς εἰς ὑμᾶς κολάσεως τὴν δοκιμὴν λαβεῖν, οὐκ ἀπορήσομεν τοῦ δοῦναι ὑμῖν [645] τὴν ἀπόδειξιν. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐ λέγει, μετὰ πλείονος δὲ τοῦ βάρους καὶ τῆς ἀπειλῆς· *Ἐλπίζω δὲ, ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.* Ἔδει μὲν γὰρ καὶ χωρὶς τούτου εἰδέναι ὑμᾶς, φησὶ, τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅτι Χριστὸν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς λαλοῦντα καὶ ἐνεργοῦντα· ἐπειδὴ δὲ καὶ διὰ τῶν ἔργων βούλεσθε λαβεῖν τὴν πεῖραν, εἴσεσθε ὅτι οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι. Εἶτα ἐπειδὴ τὴν ἀπειλὴν ἐπανετείνατο, καὶ τὴν κόλασιν λοιπὸν ἐπὶ θύρας ἤγαγε, καὶ ἐν τρόμῳ κατέστησεν αὐτοὺς, καὶ προσδοκᾷν ἐποίησε τιμωρίαν· ὅρα πῶς πάλιν καταγλυκαίνει τὸν λόγον, καὶ παραμυθεῖται τὸν φόβον, καὶ δείκνυσιν αὐτοῦ τὸ ἀφιλότιμον, τὸ πρὸς τοὺς μαθητὰς κηδεμονικὸν, τὸ φιλόσοφον τῆς γνώμης, τὸ ὑψηλὸν καὶ ἀκενόδοξον. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα δείκνυσι δι' ὧν ἐπάγει λέγων, *Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδὲν, ἵνα μὴ ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν. Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Χαίρομεν γὰρ ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε. Τοῦτο γὰρ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν.*

Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; Κατεφρονεῖτο, διεπτύετο, ἐκωμῳδεῖτο, ἐχλευάζετο, ὡς εὐτελὴς, ὡς εὐκαταφρόνητος, ὡς ἀλαζὼν, ὡς κομπάζων μὲν διὰ τῶν ῥημάτων, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων οὐδὲ μικρόν τι δεῖξαι ἔχων τὴν ἑαυτοῦ ἰσχύν· καὶ οὐ μόνον ἀναβάλλεται, οὐδὲ μόνον ἀναδύεται, ἀλλὰ καὶ εὔχεται μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τοσαύτην ὑπόθεσιν· *Εὔχομαι γὰρ*, φησὶ, *μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδὲν, ἵνα μὴ ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν.* Τί ἐστιν ὃ λέγει; Παρακαλῶ τὸν Θεὸν, φησὶν, ἱκετεύω μηδένα εὑρεῖν ἀδιόρθωτον, μηδένα εὑρεῖν ἀμετανόητον· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἁμαρτεῖν· *Μὴ ποιῆσαι* γὰρ *ὑμᾶς*, φησὶ, μηδέν· εἰ δὲ καὶ ἄρα ἁμάρτητε, μεταβάλλεσθαι, καὶ προλαβόντας διορθώσασθαι, καὶ πᾶσαν ἀποκρούσασθαι ὀργήν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο σπουδάζω, ἵνα οὕτω δόκιμοι ὦμεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ἵνα μὴ ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν. Εἰ γὰρ μένετε, φησὶν, ἀμετανόητα ἁμαρτάνοντες, ἀνάγκη ἡμᾶς κολάζειν, τιμωρεῖσθαι, πηροῦν ὑμῶν τὰ σώματα· ὅπερ ἐπὶ Σαπφείρας καὶ ἐπὶ τοῦ Μάγου γέγονε· καὶ ἐδώκαμεν δοκιμὴν τῆς δυνάμεως. Ἀλλ' οὐκ εὐχόμεθα τοῦτο, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἵνα μήτε ἡμεῖς οὕτω δόκιμοι φανῶμεν· τουτέστιν, Ἵνα μὴ οὕτω τὴν δοκιμὴν ἐπιδειξώμεθα τῆς δυνάμεως τῆς ἐν ἡμῖν, διὰ τοῦ κολάζειν ὑμᾶς καὶ τιμωρεῖσθαι ἁμαρτάνοντας καὶ ἀνίατα νοσοῦντας, ἀλλὰ τί; *Ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε*, τοῦτο εὐχόμεθα, ἵνα ἀεὶ ἐν ἀρετῇ, ἀεὶ ἐν διορθώσει, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν, οὐκ ἐπιδεικνύμενοι ἡμῶν τὴν τιμωρητικὴν δύναμιν. Καὶ οὐκ εἶπεν, *Ἀδόκιμοι*· οὐ γὰρ ἔμελλεν εἶναι ἀδόκιμος, εἰ καὶ μὴ ἐκόλασεν, ἀλλὰ [646] δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο δόκιμος· ἀλλ' εἰ καί τινες ὑποπτεύουσιν ἡμᾶς, φησὶ, μὴ ἐπιδεικνυμένους τὴν ἰσχὺν ἡμῶν εὐκαταφρονήτους εἶναι καὶ ἀπερρίμμενους, οὐδὲν ἡμῖν μέλει τούτου. Βέλτιον ἡμᾶς τοῦτο νομίζεσθαι παρ' ἐκείνοις, ἢ ἐν ταῖς πληγαῖς καὶ τῷ ἀδιορθώτῳ τῆς γνώμης τὴν δύναμιν, ἣν ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἐπιδείκνυσθαι. *Οὐ γὰρ δυνάμεθα κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.* Ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ αὐτοῖς χαρίζεσθαι (τοῦτο γάρ ἐστιν ἀκενοδόξου γνώμης), ἀλλ' ὅπερ ἡ τοῦ πράγματος ἀπαιτεῖ φύσις, τοῦτο ποιῇ, τοῦτο ἐπήγαγε λέγων· *Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας.* Ἂν γὰρ εὕρωμεν, φησὶν, ὑμᾶς εὐδοκιμοῦντας, ἀποκρουσαμένους τὰ ἁμαρτήματα διὰ τῆς μετανοίας, παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἰσχηκότας· οὐδὲ δυνησόμεθα, κἂν βουληθῶμεν, κολάσαι λοιπὸν, ἀλλὰ κἂν ἐπιχειρήσωμεν, οὐ συμπράξει ὁ Θεός. Εἰς τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἔδωκε τὴν δύναμιν, ὥστε ἀληθῆ φέρειν τὴν ψῆφον καὶ δικαίαν, καὶ οὐχ ὑπεναντίαν τῇ ἀληθείᾳ. Εἶδες πῶς πανταχόθεν ἀνεπαχθῆ ποιεῖ τὸν λόγον, καὶ παραμυθεῖται τῆς ἀπειλῆς τὸ τραχύ; Πλὴν ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο ἐστοὐδακεν, οὕτω βούλεται καὶ τὴν αὐτοῦ δεῖξαι γνώμην οἰκειουμένην αὐτοῖς· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Χαίρομεν γὰρ ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε. Τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν.* Μάλιστα μὲν γὰρ, φησὶν, οὔτε δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, τουτέστιν, εὐαρεστοῦντας ὑμᾶς κολάσαι· πλὴν ἐπειδὴ οὐ δυνάμεθα, διὰ τοῦτο οὐ βουλόμεθα, καὶ τοὐναντίον ἐπ-

Digitized by Google

vobis, multo certe magis in magistro. Nam si fidem habetis, Christus etiam in vobis est. De credentibus enim dicitur quod miracula patrarent; nam vere patrabant : ob idque subjecit, *Vosmetipsos tentate, ipsi vos probate, si estis in fide. An non cognoscitis vos, quod Christus in vobis est? nisi forte reprobi estis.* Quod si in vobis, multo magis in magistro. Mihi porro hæc de fide intelligere videtur, quæ in miraculis sita est. Nam si fide illa præditi estis, inquit, Christus in vobis est, *Nisi forte reprobi estis.*

4. Videsne quomodo rursus eos terreat, Christumque amplius apud se esse demonstret? Hic enim, ut puto, vitam quoque subindicat. Quandoquidem enim ad vim atque operationem spiritualem attrahendam fides minime sufficit, dixerat autem, Si in fide estis, Christum in vobis habetis ; contingebatque, multos qui fidem habebant, hujusmodi vi ac facultate carere, ideireo dubitationem solvens, ait, *Nisi forte reprobi estis;* hoc est, nisi vitam corruptam habetis. *Spero autem quod cognoscetis, quod nos reprobi non sumus.* Sequebatur ut diceret, Si autem vos reprobi facti estis ; at nos haudquaquam : verum hoc ita non exprimit, ne feriat, sed obscure hoc innuit, nec pronuntians ac dicens, Reprobi estis, nec rursus per interrogationem id proponens ac dicens, Si autem vos reprobi ; verum hoc prætermisso, obscure istud indicat, cum subjungit, *Spero autem quod vos cognoscetis, quod nos non sumus reprobi.* Hic rursus magna comminatio, magnus terror est. Quoniam enim hinc, inquit, hoc est per meam in vos animadversionem, experimentum capere vultis, non deerit nobis probatio vobis afferenda. Cæterum id non dicit, verum majore cum gravitate ac comminatione : *Spero autem quod cognoscetis, quia nos reprobi non sumus.* Vos enim, inquit, hoc etiam remoto, res nostras compertas habere oportebat, quodque Christum in nobis loquentem et operantem habeamus ; at quoniam per ipsa opera experimentum sumere cupitis, nos minime reprobos esse comperietis. Deinde, postquam minas intentavit, ac pœnam jam velut pro foribus collocavit, eosque summo terrore perterritos eo adduxit ut supplicium exspectarent ; vide quo pacto rursus orationem suavitate quadam perfundat, metumque mitiget ostendatque quam ab omni ambitione remotus sit, quantam discipulorum curam gerat, quam philosophico, quam excelso animo atque ab inani gloria alieno sit. Hæc enim omnia ostendit per ea quæ subjungit, dicens, 7. *Oro autem Deum, ut nihil mali faciatis, ut non nos probi appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus.* 8. *Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate.* 9. *Gaudemus autem quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc enim etiam oramus, vestram perfectionem.*

Pauli laudes. — Quid huic animæ par esse queat? Contemnebatur, conspuebatur, traducebatur, sanis incessebatur, ut vilis, ut despicabilis, ut arrogans, ut sese per verba quidem ostentans, in ipsis autem rebus ne tantillum quidem vim suam demonstrare valens ; et tamen non modo in eos animadvertere differt ac refugit, sed etiam vota facit, ut ne in hujusmodi rem incidat : *Oro*, inquit, *ut nihil mali faciatis, non ut nos probi appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus.* Quidnam est quod ait? Deum oro, inquit, obsecro, ut neminem qui corrigi nequeat offendam : quin potius ne hoc quidem solum est quod rogo, sed ut ne penitus quidem peccetis ; *Ne malum* enim *faciatis*, inquit : quod si etiam peccasse vobis contigerit, ut ad meliorem frugem vos conferatis, atque ante corrigamini omnemque iram propulsetis. Neque enim id agimus, ut probati ipsi simus, sed contra omnino, ut nos probati non appareamus. Nam si in peccatis ita perstetis, ut pœnitentia non ducamini, nobis necesse erit pœnas adhibere corporaque vestra plectere, ut in Sapphira et Mago contigit, potentiæque nostræ documentum præbere. Verum id minime optamus ; imo contra, ut ne ipsi sic probi appareamus, hoc est, ut ne sic potentiæ illius, qua præditi sumus, specimen edamus, nimirum eos, qui peccant atque incurabili morbo detinentur, pœna afficiendo; verum quid? *Optamus, ut vos quod bonum est faciatis;* hoc est, Ut vos semper in virtute ac vitæ integritate sitis, nos autem velut reprobi simus, nimirum vindictam nostram potentiam non exhibentes. Nec vero dixit, *Reprobi;* nec enim reprobus futurus erat, etiamsi pœnam non adhibuisset, quin potius hoc ipso nomine probus ; verum, Etsi nonnulli sunt, inquit, qui nos suspectos habeant, et quod potentiæ nostræ specimen non exhibeamus nos contemnendos et abjectos putent, nihil tamen hoc curo. Satius enim est, ut in hac apud illos existimatione simus, quam ut in plagis inferendis, atque in animis emendationem respuentibus potentiam nobis divinitus concessam ostendamus. *Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate.* Ne enim videretur in eorum gratiam id facere : id enim animi est ab inani gloria alieni ; sed quia ipsa rei natura istud postulabat, hæc verba subjunxit : *Non enim possumus aliquid contra veritatem.* Si enim vos virtutibus florentes invenerimus, inquit, atque peccata per pœnitentiam deponentes, fiduciamque apud Deum habentes ; jam nobis, ne si velimus quidem, supplicio vos afficere licebit, verum, etiamsi id facere moliamur, adjutorem Deum non habebimus. In hoc enim potentia nobis ab ipso concessa est, ut veram et æquam, non autem veritati repugnantem sententiam feramus. Videsne quomodo undique sermonem non molestum reddat, ac minarum asperitatem leniat? At quemadmodum hoc illi studio fuit, sic quoque ostendere vult, se animo ipsis conjunctissimum esse : ideoque subjunxit, *Gaudemus enim cum nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc autem et oramus, vestram perfectionem.* Maxime quidem, inquit, nec adversus veritatem quidquam possumus ; hoc est, vos Deo placentes supplicio afficere. Cæterum quod id nequimus, ne volumus quidem, imo contrarium cupimus.

Digitized by Google

Quin hoc ipso potissimum gaudemus, cum vos nullam nobis vindicis nostræ potentiæ demonstrandæ occasionem præbere invenerimus. Etiamsi enim hujusmodi res efficiendo, clari, probati ac fortes appareamus; at nos tamen quod contrarium est volumus, nimirum vos probatos esse atque ab omni reprehensione alienos, nosque numquam inde gloriam adipisci. Quocirca ait, *Gaudemus enim cum nos infirmi sumus.* Quid est, *Cum infirmi sumus?* Cum infirmi existimamur, non cum infirmi sumus, sed cum tales habemur; nam hoc esse apud hostes censebantur, cum ultricem vim suam non jam exercerent. Sed tamen gaudemus, inquit, cum ita conversamini, ut nullam nobis in vos animadvertendi ansam porrigatis: nobisque id voluptati est, cum sic infirmi existimamur, modo in vos nulla reprehensio cadat: ideoque subdit, *Vos autem potentes estis;* hoc est, probi ac virtute præstantes. Ac non modo hæc volumus, sed et precamur ut omnis reprehensionis expertes sitis atque perfecti, nullam nobis ansam præbentes.

5. Hoc vere paterni affectus est, discipulorum salutem gloriæ suæ anteferre; hoc animi ab inanis gloriæ studio remoti; hoc potissimum hominem e corporis vinculis eximit, atque a terra in cælum attollit, nempe ab inani gloria purum; quemadmodum contrarium in multa peccata conjicit. Neque enim fieri potest, ut quisquam magnus et excelsus ac strenuus sit, qui non ab inani gloria sit immunis; verum humi serpat ac multa labefactet necesse est, dum scelestæ dominæ, ac quovis barbaro crudeliori ancillatur. Ecquid enim ea immanius esse queat, quæ tum maxime sævit, cum maxime colitur? Atqui hoc ne feræ quidem habent, sed multo obsequio deliniuntur. At contra prorsus inanis gloria: contempta enim mitescit; honore affecta exasperatur, atque adversus eum a quo honore afficitur arma sumit. Hanc honorantes Judæi asperrimis pœnis cruciati sunt; hac contempta discipuli coronam obtinuerunt. Quid autem pœnam ac coronas dico? nam gloriam aspernari, plurimum ad hoc conducit, ut clari appareamus. Ac videbis etiam hic eos, qui hanc colunt, detrimento affici; eos contra, quibus ipsa contemptui est, utilitatem capere: siquidem discipuli, qui eam pro nihilo duxerunt (nihil enim prohibet quin idem rursus exemplum usurpemus), Deique gloriam pluris fecerunt, solem ipsum splendore superant, immortalemque etiam post mortem famam consequuti sunt: Judæi autem, qui se ei subjecerunt, sine urbe, sine lare, infames, exsules, sedibus suis exturbati, viles et contempti exstiterunt.

Gloria quomodo acquiratur. — Quamobrem tu quoque, si gloriam adipisci studes, gloriam repelle: quod si eam aucuperis, ea excides. Ac, si lubet, hunc sermonem ad res sæculares transferamus. Ecquos enim dicteriis incessimus? annon eos, qui ipsam expetunt? Itaque ipsi maxime sunt, qui ea carent, ut qui innumeros accusatores habeant, atque ab omnibus contemnantur. Ecquos rursus, dic, quæso, suspicimus ac prædicamus? annon eos, qui hanc spernunt? Ergo hi sunt qui gloria afficiuntur. Sicut enim ille dives est, non qui multis rebus, sed qui nulla re indiget: sic clarus ille, non qui gloriæ cupiditate æstuat, sed qui eam contemnit: umbra enim gloriæ est hæc gloria. Nemo enim picto pane conspecto, etiamsi millies fame teneatur, picturam attinget. Ne tu quoque umbras consectaris: gloriæ enim umbra hoc est, non gloria. Atque ut hoc ita se habere intelligas, illud tecum reputa, quod res ista apud homines crimini vertitur, quod fugienda omnibus videtur, iisque ipsis qui eam concupiscunt; quod denique is, qui eam habet aut habere expetit, hinc appellatus, pudore suffunditur. Unde igitur hæc cupiditas? inquies; et quo pacto exsistit hic affectus? Ab animi imbecillitate; neque enim dumtaxat accusare opus est, sed etiam corrigere; ab imperfecta mente, a puerili sententia. Quocirca puritiam deponamus, ac viros nos præbeamus, atque ubique, hoc est, in opibus, in voluptate, in deliciis, in gloria, in potentia, veritatem, ac non umbras sequamur. Ita fiet, ut et hic morbus et plurimi alii comprimantur. Umbras enim sequi hominis est insania laborantis. Ideo Paulus dicebat, *Evigilate juste, et nolite peccare* (1. *Cor.* 15. 34). Est enim et alterum insaniæ genus, eo gravius quod a dæmonibus aut a phrenitide accersitur. Illa enim insania veniam habet; hæc defensione caret, cum anima ipsa corrupta est rectumque judicium amissum: ac phrenitidis quidem organum corporea affectio est; hæc autem insania ab artifice mente promanat. Quemadmodum igitur inter febres illæ acerbiores et incurabiles sunt, quæ solida corpora attingunt, atque intus in nervis ipsis grassantur et in venis delitescunt: ita hæc quoque insania, quandoquidem intus in ipso animo flagrat, eumque pervertit ac labefactat. Quomodo enim non perspicua et certa insania sit morbusque omni insania gravior, res eas quæ perpetuo manent aspernari, fluxis autem ac perituris summo studio inhærere? Dic enim, quæso, si quis ventum persequeretur aut arripere tentaret, annon eum insanire diceremus? si quis neglecta veritate umbram teneret, et uxorem quidem suam odio haberet, umbram autem ipsius complecteretur; aut a filio quidem suo aversum animum haberet, ipsius autem umbram amaret, aliudne ad probandam insaniam signum clarius quæreres? Tales hi quoque sunt, qui ad res præsentes inhiant. Omnia quippe umbra sunt, sive gloriam, sive potentiam, sive nominis splendorem, sive divitias, sive voluptates, sive quidlibet aliud hujus vitæ dixeris. Ideo etiam propheta dicebat, *Verumtamen in imagine pertransit homo; sed et frustra conturbatur;* ac rursus, *Dies nostri sicut umbra declinaverunt.* Atque alio loco humana fumum, ac fœni florem appellat (*Psal.* 38. 7; *ibid.* 101. 12, *et* 4. *et* 102. 15). Nec vero læta solum umbra sunt, sed etiam tristia, sive mortem, sive egestatem, sive morbum, sive aliud quidvis dixeris. Quænam igitur firma ac stabilia sunt, tam læta quam tristia? Re-

Digitized by Google

θυμοῦμεν. Ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα χαίρομεν, ὅταν μὴ εὕρωμεν ὑμᾶς ἀφορμὴν ἡμῖν παρέχοντας τοῦ δεῖξαι ἡμῶν τὴν δύναμιν τὴν ἐπὶ τῇ κολάσει. Εἰ γὰρ καὶ τὸ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν λαμπροὺς δείκνυσι καὶ δοκίμους καὶ ἰσχυροὺς, ἀλλ' ἡμεῖς τὸ ἐναντίον βουλόμεθα, ὑμᾶς δοκίμους εἶναι καὶ ἀλήπτους, καὶ ἡμᾶς μηδέποτε τὴν ἐντεῦθεν καρποῦσθαι δόξαν. Διό φησι, *Χαίρομεν γὰρ, ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν.* Τί ἐστι, *Ἀσθενῶμεν;* Ὅταν νομιζώμεθα ἀσθενεῖς· οὐχ ὅτε ἐσμὲν ἀσθενεῖς, ἀλλ' ὅτε νομιζόμεθα ἀσθενεῖς· τοῦτο γὰρ ἐνομίζοντο παρὰ τοῖς ἐχθροῖς, οὐκέτι δεικνύμενοι τὴν τιμωρητικὴν αὐτῶν δύναμιν. Ἀλλ' ὅμως χαίρομεν, ὅταν οὕτως ἀναστραφῆτε, ὥστε μὴ παρασχεῖν ἡμῖν πρόφασιν τοῦ τιμωρεῖσθαι ὑμᾶς. Καὶ ἡμῖν τοῦτο ἡδὺ, ὅταν οὕτω νομιζώμεθα ἀσθενεῖς, μόνον ὑμεῖς ἵνα ἄληπτοι ἦτε· διὸ ἐπάγει, *Ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε·* τουτέστι, δόκιμοι, ἐνάρετοι. Καὶ οὐ μόνον βουλόμεθα ταῦτα, ἀλλὰ καὶ εὐχόμεθα ταῦτα, ἀλήπτους ὑμᾶς εἶναι, τετελειωμένους, μηδεμίαν παρέχοντας λαβὴν ἡμῖν.

ε'. Τοῦτο σπλάγχνου πατρικοῦ, τῆς οἰκείας εὐδοκιμήσεως τὴν σωτηρίαν προτιμᾶν τῶν μαθητῶν· τοῦτο ψυχῆς ἀκενοδόξου· τοῦτο μάλιστα ἀπαλλάττει τῶν συνδέσμων τοῦ σώματος, καὶ μετεωρίζεσθαι ποιεῖ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, τὸ τῆς δόξης εἶναι τῆς κενῆς καθαρόν· ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον εἰς πολλὰ ἄγει [647] τὰ ἁμαρτήματα. Οὐ γάρ ἐστι μὴ καθαρεύοντα δόξης κενῆς, ὑψηλὸν γενέσθαι καὶ μέγαν καὶ γενναῖον, ἀλλὰ ἀνάγκη χαμαὶ σύρεσθαι, καὶ πολλὰ διαφθείρειν, δουλεύοντα μιαρᾷ δεσποίνῃ καὶ βαρβάρου παντὸς ἀπηνεστέρᾳ. Τί γὰρ αὐτῆς ἀγριώτερον γένοιτ' ἄν, ἢ ὅταν μάλιστα θεραπεύηται, τότε μάλιστα ἀγριοῦται; Καίτοι γε τοῦτο οὐδὲ τὰ θηρία ἔχει, ἀλλὰ τῇ πολλῇ τιθασσεύεται θεραπείᾳ. Ἡ δὲ κενοδοξία τοὐναντίον ἅπαν· καταφρονουμένη μὲν ἡμεροῦται, τιμωμένη δὲ ἀγριοῦται καὶ ὀπλίζεται κατὰ τοῦ τιμῶντος. Ταύτην τιμήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐκολάσθησαν· ταύτην ἀτιμάσαντες οἱ μαθηταὶ ἐστεφανώθησαν. Καὶ τί λέγω κόλασιν καὶ στεφάνους; εἰς γὰρ αὐτὸ τὸ φανῆναι λαμπροὺς μάλιστα τὸ διαπτύειν αὐτὴν συντελεῖ. Καὶ ὄψει κἀνταῦθα τοὺς μὲν τιμῶντας αὐτὴν, παραβλαπτομένους, τοὺς δὲ ἀτιμάζοντας, ὠφελουμένους. Οἱ μὲν γὰρ ἀτιμάσαντες αὐτὴν μαθηταὶ (οὐδὲν γὰρ κωλύει τῷ αὐτῷ πάλιν χρήσασθαι ὑποδείγματι) καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ προτιμήσαντες, ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπουσιν, ἀθάνατον κτησάμενοι μνήμην καὶ μετὰ τελευτήν· οἱ δὲ ὑποκατακλιθέντες αὐτῇ Ἰουδαῖοι, ἀπόλιδες, ἐνέστιοι, ἄτιμοι, φυγάδες, ἀνάστατοι γεγόνασιν, εὐελεῖς, εὐκαταφρόνητοι.

Καὶ σὺ τοίνυν, εἰ βούλει δόξαν λαβεῖν, διάκρουσαι δόξαν· εἰ δὲ διώκεις δόξαν, ἐκπέσῃ δόξης. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τοῦτον καὶ ἐν τοῖς βιωτικοῖς τὸν λόγον γυμνάσωμεν. Τίνας γὰρ σκώπτομεν ἐν τοῖς σκώμμασιν; οὐχὶ τοὺς ἐφιεμένους αὐτῆς; Οὐκοῦν μάλιστα ὗτοί εἰσιν οἱ ταύτης ἀπεστερημένοι, μυρίους ἔχοντες κατηγόρους, καὶ παρὰ πάντων ἀτιμαζόμενοι. Τίνας δὲ θαυμάζομεν, εἰπέ μοι; οὐ τοὺς καταφρονοῦντας αὐτῆς; Οὐκοῦν οὗτοί εἰσιν οἱ δοξαζόμενοι. Ὥσπερ γὰρ πλούσιος οὐχ ὁ πολλῶν δεόμενος, ἀλλ' ὁ μηδενός· οὕτως ἔνδοξος οὐχ ὁ δόξης ἐρῶν, ἀλλ' ὁ ταύτης ὑπερορῶν· σκιὰ γὰρ δόξης ἐστὶν αὕτη ἡ δόξα. Οὐδεὶς ἄρτον ἰδὼν ἐζωγραφημένον, κἂν μυριάκις ὑπὸ λιμοῦ κατέχηται, τῆς γραφῆς ἅψεται. Μὴ τοίνυν μηδὲ σὺ δίωκε τὰς σκιάς· σκιὰ γὰρ δόξης τοῦτο, οὐ δόξα. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτο τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐκεῖνο λογίζου· ὅταν διαβάλληται παρὰ ἀνθρώποις τὸ πρᾶγμα, ὅταν φευκτὸν εἶναι δοκῇ τοῖς πᾶσι, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐπιθυμοῦσιν αὐτοῦ, ὅταν αἰσχύνηται καλούμενος ἐντεῦθεν ὁ ἔχων, ἢ ὁ ἐφιέμενος αὐτῆς. Πόθεν οὖν ἡ ἐπιθυμία, φησὶν, αὕτη, καὶ πῶς γίνεται τὸ πάθος; Ἀπὸ μικροψυχίας (οὐ γὰρ δεῖ κατηγορεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦσθαι), ἀπὸ ἀτελοῦς διανοίας, ἀπὸ παιδικῆς γνώμης. Ἂν σωμεθα τοίνυν παῖδες ὄντες, καὶ γενώμεθα ἄνδρες, καὶ παντα χοῦ τὴν ἀλήθειαν, μὴ τὰς σκιὰς διώκωμεν, καὶ ἐν πλούτῳ καὶ ἐν ἡδονῇ καὶ ἐν τρυφῇ καὶ ἐν δόξῃ καὶ ἐν δυνάμει· καὶ παύσεται τὸ νόσημα τοῦτο καὶ ἕτερα πλείονα. Τὸ γὰρ σκιὰς διώκειν, μαινομένου. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, *Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.* Ἔστι γὰρ καὶ [648] ἑτέρα μανία, χαλεπωτέρα ἐκείνης τῆς ἀπὸ τῶν δαιμόνων, τῆς ἀπὸ τῆς φρενίτιδος. Ἡ μὲν γὰρ ἔχει συγγνώμην, αὕτη δὲ ἀπολογίας ἐστέρηται, ὅταν αὐτὴ ἡ ψυχὴ διεφθαρμένη ᾖ, καὶ μὴ ὀρθὴ ἡ κρίσις αὐτῆς, ἀλλ' ἀπολωλυῖα· καὶ τὸ μὲν τῆς φρενίτιδος ὄργανόν ἐστι σωματικὸν πάθος, αὕτη δὲ ἡ μανία τοῦ τεχνίτου νοῦ. Ὥσπερ οὖν τῶν πυρετῶν ἐκεῖνοι χαλεπώτεροι καὶ ἀνίατοι οἱ τῶν στερεῶν ἀπτόμενοι σωμάτων, καὶ τοῖς νεύροις ἐνδομυχοῦντες, καὶ ταῖς φλεψὶν ἐναποκεκρυμμένοι· οὕτω δὴ καὶ αὕτη ἡ μανία, ἐπειδὴ αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἐνδομυχεῖ, διαστρέφουσα αὐτὴν καὶ λυμαινομένη. Πῶς γὰρ οὐ μανία λαμπρὰ καὶ σαφὴς, καὶ μανίας ἁπάσης χαλεπώτερον πάθος, τῶν μὲν μενόντων δεινεκῶς καταφρονεῖν, τῶν δὲ ἀπολλυμένων ἔχεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς; Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις ἄνεμον ἐδίωκεν ἢ κρατεῖν ἐπεχείρει, οὐκ ἂν ἔφαμεν αὐτὸν μαίνεσθαι; εἴ τις σκιὰς κατεῖχε, τῶν ἀληθῶν ἀμελῶν, καὶ τὴν μὲν γυναῖκα ἐμίσει τὴν ἑαυτοῦ, περιεπλέκετο δὲ αὐτῆς τῇ σκιᾷ, ἢ τὸν μὲν υἱὸν ἀπεστρέφετο, τὴν δὲ τούτου σκιὰν πάλιν ἐφίλει, ἆρα ἂν ἕτερον ἐζήτησας σημεῖον τούτου σαφέστερον εἰς ἀπόδειξιν μανίας; Τοιοῦτοί τινες εἰσι καὶ οὗτοι οἱ πρὸς τὰ παρόντα κεχηνότες. Καὶ γὰρ πάντα σκιὰ, κἂν δόξαν εἴπῃς, κἂν δυναστείαν, κἂν εὐδοκίμησιν, κἂν πλοῦτον, κἂν τρυφὴν, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον βιωτικόν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἔλεγε, *Μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος· πλὴν μάτην ταράσσεται·* καὶ πάλιν, *Αἱ ἡμέραι ἡμῶν, ὡς σκιὰ ἐκλίθησαν.* Καὶ ἀλλαχοῦ κάπνον καὶ ἄνθος χόρτου καλεῖ τὰ ἀνθρώπινα. Οὐ τὰ χηστὰ δὲ σκιὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ λυπηρὰ, κἂν θάνατον εἴπῃς, κἂν πενίαν, κἂν ἀῤῥωστίαν, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον. Ποῖα οὖν τὰ μένοντα, καὶ τὰ χρηστὰ καὶ τὰ λυπηρά; Ἡ βασιλεία ἡ αἰώνιος, καὶ ἡ γέεννα ἡ διηνεκής. Οὔτε γὰρ ὁ σκώληξ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβεσθήσεται· καὶ ἀναστήσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς

Digitized by Google

κόλασιν αἰώνιον. Ἵν' οὖν τὴν μὲν φύγωμεν, τῆς δὲ ἀπολαύσωμεν, ἀφέμενοι τῆς σκιᾶς, ἐχώμεθα τῶν ἀληθινῶν πραγμάτων μετὰ σπουδῆς ἁπάσης· οὕτω γὰρ ἐπιτευξόμεθα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Λ'.

Διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν.

α'. Ἦσθετο αὐτοῦ σφοδρότερον διαλεχθέντος, καὶ μάλιστα πρὸς τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς. Καὶ γὰρ ἔμπροσθεν ἔλεγεν, *Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ· ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους* [649] *ἡμᾶς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας·* καὶ, *Ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή·* καὶ, *Φοβοῦμαι μή πως ἐλθὼν, οὐχ οἵους θέλω, εὕρω ὑμᾶς, καὶ ἐγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν, οἷον οὐ θέλετε·* καὶ πάλιν, *Μή πως ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ, καὶ ἀκαθαρσίᾳ ᾗ ἔπραξαν·* καὶ μετὰ ταῦτα, *Προείρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι· ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ.* Ἐπεὶ οὖν ταῦτά τε καὶ ἕτερα πλείονα εἴρηκε, φοβῶν, ἐντρέπων, ὀνειδίζων, καθαπτόμενος, ἀπολογούμενος ὑπὲρ ἁπάντων, φησί· *Διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα μὴ παρὼν ἀποτόμως χρήσωμαι.* Βούλομαι γὰρ ἐν τοῖς γράμμασι κεῖσθαι τὴν ἀποτομίαν, ἀλλὰ μὴ ἐν τοῖς πράγμασι· βούλομαι σφοδρὰς εἶναι τὰς Ἐπιστολὰς, ἵνα μείνωσιν ἀπειλαὶ, καὶ μὴ εἰς ἔργον ἐξέλθωσιν. Πάλιν καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ φοβερώτερον ποιεῖ τὸν λόγον, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων κολάζειν, ἀλλ' ὁ Θεός· ἐπήγαγε γὰρ, *Κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος·* καὶ πάλιν δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐπιθυμεῖ τῇ ἐξουσίᾳ εἰς τὴν ἐκείνων ἀποχρήσασθαι τιμωρίαν. Προσέθηκε γὰρ, *Οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ἀλλ' εἰς οἰκοδομήν.* Καὶ ἡνίξατο μὲν τοῦτο νῦν, ὅπερ ἔφην· ἀλλὰ κατέλιπεν αὐτοῖς ἀναλογίσασθαι, ὅτι ἐὰν ἀδιόρθωτοι μείνωσι, καὶ τοῦτο πάλιν οἰκοδομή ἐστι, τὸ τοὺς οὕτω διακειμένους κολάζειν. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει, καὶ αὐτὸς τοῦτο οἶδε, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἔδειξε. *Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε· καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.* Τί ἐστι, *Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε;* ἐλύπησας, ἐφόβησας, εἰς ἀγωνίαν ἐνέβαλες, τρέμειν ἐποίησας καὶ δεδοικέναι, καὶ πῶς κελεύεις χαίρειν; Δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο κελεύω χαίρειν. Εἰ γὰρ τὰ παρ' ὑμῶν, φησὶν, ἀκολουθήσειε τοῖς παρ' ἐμοῦ, οὐδὲν ἔσται τὸ κωλύον τὴν χαράν. Τὰ μὲν γὰρ ἐμὰ ἅπαντα γέγονεν· ἐμακροθύμησα, ἀνεβαλόμην, οὐκ ἐξέκοψα, παρεκάλεσα, συνεβούλευσα, ἐφόβησα, ἠπείλησα, ὥστε πανταχόθεν ὑμᾶς συναγαγεῖν εἰς τὸν τῆς μετανοίας καρπόν. Δεῖ δὲ λοιπὸν γενέσθαι τὰ παρ' ὑμῶν. καὶ οὕτως ἀμάραντος ὑμῖν ἡ χαρά. *Καταρτίζεσθε.* Τί ἐστι, *Καταρτίζεσθε;* Τέλειοι γίνεσθε, ἀναπληροῦτε τὰ λείποντα. *Παρακαλεῖσθε.* Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ἦσαν οἱ πειρασμοὶ, καὶ μεγάλοι οἱ κίνδυνοι, φησί· Παρακαλεῖσθε καὶ ὑπ' ἀλλήλων, καὶ ὑφ' ἡμῶν, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς. Εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ συνειδότος γένοιτο χαρὰ καὶ τέλειοι κατασταίητε, οὐδὲν λείπει εἰς εὐθυμίαν ὑμῖν καὶ παράκλησιν· οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ [650] παράκλησιν, ὡς καθαρὸν συνειδὸς, κἂν μυρίοι περικέωνται πειρασμοί. *Τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε·* ὃ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ ἐκ προοιμίων ᾔτησεν. Ἔστι γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν, καὶ μὴ εἰρηνεύειν, ὅταν ἐν τοῖς δόγμασι συμβαίνωσί τινες, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀλλήλους διαστασιάζωσιν. Ἀλλὰ ἀμφότερα ὁ Παῦλος ἀπαιτεῖ. *Καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.* Οὐ γὰρ δὴ μόνον παραινεῖ καὶ συμβουλεύει, ἀλλὰ καὶ ἐπεύχεται. Ἡ γὰρ ἐπεύχεται τοῦτο, ἢ προλέγει τὸ ἐσόμενον· μᾶλλον δὲ ἀμφότερα. Ἐὰν γὰρ ταῦτα ποιῆτε, φησὶν, οἷον, ἐὰν τὸ αὐτὸ φρονῆτε καὶ εἰρηνεύητε, ἔσται καὶ ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν· ἀγάπης γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ εἰρήνης, καὶ τούτοις χαίρει, τούτοις εὐφραίνεται. Ἐντεῦθεν ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· ἐντεῦθεν τῶν κακῶν ἡ ἀναίρεσις ἁπάντων. Αὕτη τὴν οἰκουμένην ἔσωσεν, αὕτη τὸν χρόνιον πόλεμον κατέλυσεν, αὕτη τῷ οὐρανῷ τὴν γῆν ἀνέμιξεν, αὕτη τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησε. Ταύτην τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσωμεν· μυρίων γὰρ ἀγαθῶν μήτηρ ἡ ἀγάπη. Διὰ ταύτης ἐσώθημεν, διὰ ταύτης ἡμῖν τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ ἅπαντα. Εἶτα ἐνάγων αὐτοὺς εἰς ταύτην, φησίν· *Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.* Τί ἐστιν, *Ἁγίῳ;* Μὴ ὑπούλῳ, μὴ δολερῷ, καθάπερ ὁ Ἰούδας τὸν Χριστὸν ἐφίλησε. Διὰ γὰρ τοῦτο τὸ φίλημα δέδοται, ἵνα ἐμπύρευμα τῆς ἀγάπης γένηται, ἵνα ἀνακαίῃ τὴν διάθεσιν, ἵνα οὕτως ἀλλήλους φιλῶμεν, ὡς ἀδελφοὺς ἀδελφοὶ, ὡς παῖδες πατέρας, ὡς πατέρες παῖδας· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλεῖον· ἐκεῖνα μὲν γὰρ φύσεως, ταῦτα δὲ χάριτος. Οὕτως αἱ ψυχαὶ ἀλλήλαις συνδέονται. Διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀποδημίας ἐπανιόντες ἀλλήλους φιλοῦμεν, τῶν ψυχῶν ἐπιγινομένων εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους συνουσίαν. Τοῦτο γὰρ μάλιστά ἐστι τὸ μέλος τὸ τῆς ψυχῆς κηρύττον ἡμῖν τὸ φίλτρον.

β'. Ἐπὶ δὲ τοῦ φιλήματος τούτου τοῦ ἁγίου ἔστι καὶ ἕτερον λόγον εἰπεῖν. Ποῖον δὴ τοῦτον; Ναὸς ἐσμεν τοῦ Χριστοῦ· τὰ τοίνυν πρόθυρα φιλοῦμεν τοῦ ναοῦ καὶ τὴν εἴσοδον, ἀλλήλους φιλοῦντες. Ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅσοι καὶ τὰ

Digitized by Google

gnum sempiternum, ac gehenna perpetua. Neque enim vermis morietur, nec ignis exstinguetur : ac resurgent hi in vitam æternam, illi autem in pœnam sempiternam. Quæ cum ita sint, ut hanc fugiamus, illa fruamur, omissis umbris res veras serio ac summo studio complectamur : sic enim cælorum regnum assequemur : quod utinam nobis omnibus consequi contingat, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA XXX.

CAP. 13. v. 10. *Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, et non in destructionem.*

1. Senserat se asperiori sermone usum fuisse, ac præsertim ad calcem epistolæ. Etenim prius dicebat : *Ipse autem ego Paulus rogo vos per mansuetudinem et lenitatem Christi, qui in faciem quidem humilis sum in vobis, absens autem fiducia utor in vos. Quæso autem ne præsens audeam, per eam confidentiam qua existimor audere, in quosdam, qui arbitrantur nos tamquam secundum carnem ambulemus* (*Supra.* 10. 1. 2); et, *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit obedientia vestra* (*Ib. v.* 6); ac rursus, *Timeo, ne forte cum venero, non quales volo inveniam vos, et ego inveniar a vobis qualem non vultis;* et rursum, *Ne, cum venero, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super fornicatione et immunditia quam gesserunt* (*Ibid.* 12. 20. 21); et postea, *Prædixi et prædico ut præsens bis, et absens nunc scribo, quod si iterum venero, non parcam. An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christi* (*Cap.* 13. *v.* 2. 3)? Quoniam itaque hæc et alia complura dixerat terrorem injiciens, pudorem incutiens, objurgans, perstringens; idcirco, ut de omnibus se excuset, ait, *Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam.* Cupio enim asperitatem meam in literis solis sitam esse, et non in rebus : cupio acres epistolas esse, ut minæ maneant, ac non in opus exeant. Rursus in hac quoque excusatione majorem terrorem incutit, ostendens non se esse, qui pœnam irrogaturus sit, sed Deum; subjunxit enim, *Secundum eam potestatem, quam dedit mihi Dominus;* ac rursus indicans se minime cupere potentia sua ad eorum pœnam uti; adjecit enim, *Ad ædificationem, non ad destructionem.* Ac quidem istud, uti jam dixi, nunc subindicavit, verum reputandum ipsis reliquit, quod si obstinatis animis in peccatis hæreant, illud etiam ædificationis rationem habeat, nempe eos qui ita affecti sunt supplicio afficere. Etenim ita se res habet, atque ipse hoc novit, et operibus ipsis demonstravit. 11. *De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete; et Deus dilectionis et pacis erit vobiscum.* Quid sibi hæc verba volunt, *De cætero, fratres, gaudete?* mœrore nos affecisti, metum nobis intulisti, anxietatem injecisti, tremorem incussisti; et quo pacto nos gaudere jubes? Imo hoc ipso nomine vos gaudere jubeo. Nam si ea quæ vestrarum sunt partium, iis quæ mei officii sunt respondeant, nihil erit quod gaudio vestro impedimentum afferat. Nam quidquid a me exspectandum erat, præstiti : patientiam adhibui, cunctatus sum, non excidi, hortatus sum, admonui, terrui, comminatus sum, ut undecumque vos ad pœnitentiæ fructum colligerem. Partes jam vestræ accedant oportet; atque ita ejusmodi vobis gaudium erit, quod marcescere nequeat. *Perfecti estote.* Quid est, *Perfecti estote?* Perfecti efficiamini, ac quæ desunt expleatis. *Exhortamini.* Quoniam enim multæ tentationes atque ingentia pericula erant, Solatium, inquit, capite tum alii ab aliis, tum a nobis, tum ab ipsa in melius mutatione. Nam si a conscientia lætitia oriatur, vosque perfecti fueritis, nihil ad animi tranquillitatem et solatium vobis deest. Neque enim ad consolandos animos quidquam tantum confert, quantum pura conscientia, etiamsi alioqui sexcentæ tentationes ingruant. *Idem sapite, pacem habete.* Quod etiam in prioris epistolæ initio postulavit. Siquidem fieri potest ut nonnulli, quamvis idem sentiant, non pacem inter se habeant : nimirum cum in fidei quidem doctrina consentiunt, et in mutuis negotiis dissident. At utrumque exigit Paulus. *Et Deus dilectionis et pacis erit vobiscum.* Non enim solum monet atque hortatur, sed etiam optat ac precatur. Aut quippe id optat ac precatur; aut quod futurum est prædicit; vel potius utrumque simul facit. Si enim hæc feceritis, inquit; hoc est, si idem sentiatis, ac pacem colatis, Deus quoque vobiscum erit : Deus siquidem caritatis et pacis est, atque his rebus gaudet et oblectatur. Hinc vobis quoque pax futura est, nimirum ab ipsius caritate; hinc mala omnia procul a vobis pellentur. Hæc terrarum orbi salutem attulit, hæc diuturnum bellum sustulit, hæc terram cum cælo commiscuit, hæc homines angelos reddidit. Hanc proinde nos quoque amemus : infinitorum enim bonorum parens est caritas. Per hanc salutem accipimus, per hanc nobis arcana omnia bona comparantur. Deinde ipsos ad eam impellens ait : 12. *Salutate invicem in osculo sancto.* Quid est, *Sancto?* Non ficto, non subdolo, quemadmodum Judas Christum osculatus est. Ob id enim datum est osculum, ut caritatis fomes sit, ut affectum inflammet, ut hac ratione nosipsos mutuo amemus, velut fratres invicem se amant, patresque vicissim filios; imo etiam multo majus : illa enim naturæ sunt, hæc gratiæ. Sic animæ inter se devinciuntur. Ideo etiam ex peregrinatione aliqua reversi, mutuo nos osculamur, animis ad mutuum congressum accedentibus. Hoc enim potissimum membrum est, quod animi affectum nobis prædicat.

2. Quin de hoc sancto osculo aliud quoque afferri potest. Quid tandem? Templum Christi sumus (2. *Cor.* 6. 16) : itaque templi vestibula et aditum osculamur, cum alii alios osculamur. Annon cernitis

Digitized by Google

quotnam homines etiam hujusce templi vestibula osculentur (*a*), partim inclinato capite, partim manu tenentes atque ori manum admoventes? Ac per has portas et januas ingressus est Christus et ad nos ingreditur, cum communicamus. Nostis enim vos, qui mysteriorum participes estis, quid dicam. Neque enim vulgari quodam honore os nostrum afficitur, cum corpus Dominicum accipit. Ea præsertim de causa tum osculamur. Audiant qui obscœna loquuntur, qui convicia proferunt, ac cohorrescant, cogitantes quale os dedecorent : audiant qui obscœne osculantur : audi quæ oracula Christus per os tuum ediderit, atque illud ab omni macula purum conserva. De futura vita disseruit, de resurrectione, de immortalitate, quod mors minime mors sit, ac sexcenta alia arcana. Etenim is, qui initiandus est, ad sacerdotis os tamquam ad oraculum accedit. Audiamus quænam horrore digna sint. Siquidem vitam suam jam inde a progenitorum tempore perdidit, atque ad eam exquirendam accedit, teque interrogandum quo pacto eam invenire ac recuperare queat. Tum Deus ipsi velut per oraculum indicat qua ratione ipsa inveniri possit; atque os istud vel ipso propitiatorio augustius atque horribilius exsistit. Nam propitiatorium illud nusquam ejusmodi vocem emittebat, verum de rebus inferioris momenti disserebat, de bellis ac terrena pace; hæc autem omnia de cælo sunt et futura vita, rebusque novis ac mentis captum excedentibus. Postquam dixit, *Salutate invicem in osculo sancto*, subjunxit : *Salutant vos omnes sancti :* ut hinc quoque spem lætam ipsis afferat. Hoc autem osculi loco posuit, per salutationis vocabulum ipsos inter se copulans : siquidem ab eodem ore quo osculum manat, sermones etiam fluunt. Vides quomodo omnes, tam corporibus longe dissitos, quam vicinos inter se conciliet, hos per osculum, illos per literas? 13. *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei et Patris, et communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis. Amen.* Postquam eos, tum per salutationes, tum per oscula inter se copulavit, rursus precatione orationem concludit, ac perquam sedulo et accurate ipsos cum Deo quoque connectit..

Spiritum sanctum ejusdem atque Pater et Filius essentiæ esse probatur. — Ubi nunc sunt ii, qui Spiritum sanctum, quia in epistolarum initiis collocatus non est, ejusdem essentiæ non esse contendunt? Ecce enim nunc cum Patre et Filio ipsum recensuit. Ac præterea istud quoque afferri potest, quod cum in Epistola ad Colossenses dixisset, *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro* (*Coloss.* 1. 1. 3); Filium tacuit, nec ut in omnibus epistolis adjecit, Et Domino nostro Jesu Christo. An ergo propterea ne Filius quidem ejusdem essentiæ erit? Verum extremæ dementiæ fuerit hoc dicere. Nam hoc ipsum quoque vel maxime ostendit eum ejusdem essentiæ esse, quod Paulus varie hoc usus sit. Ac quod non conjectura sit quod dixi, audi quo pacto Filii et Spiritus mentionem fecerit, Patrem interim silentio præteriens. Ad Corinthios enim scribens, his verbis utitur : *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri* (1. *Cor.* 6. 11). Quid ergo, heus tu, annon isti in Patris nomine baptizati sunt? Ergo nec abluti nec sanctificati sunt. Atqui baptismo vere tincti fuerant. Cur ergo non dixit, Abluti estis in nomine Patris? Quia perinde illi erat, modo illius, modo alterius personæ meminisse : idque ipsi in plerisque epistolarum locis in usu fuisse reperies. Etenim in epistola ad Romanos ait, *Obsecro igitur vos per miserationes Dei* (*Rom.* 12. 1); atqui Filii quoque miserationes sunt : et, *Obsecro autem per caritatem Spiritus* (*Rom.* 15, 30); cum tamen Patris quoque sit caritas. Cur ergo nec Filii, cum de miserationibus loquitur, nec Patris, cum de caritate, mentionem fecit? Quod hæc perspicua atque indubitata essent. Has quoque gratias inverso modo rursus posuisse invenietur. Postquam enim dixit, *Gratia Christi, et Caritas Dei et Patris, et communicatio Spiritus sancti :* alio loco communicationem Filii et caritatem Spiritus ait. *Obsecro* enim *vos*, inquit, *per caritatem Spiritus ;* et in epistola ad Corinthios, *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ipsius* (1. *Cor.* 1. 9). Sic ea, quæ ad Trinitatem pertinent, divisionem omnem respuunt : et ubi Spiritus communicatio est, Filii quoque inventa est, et gratia, tum Filii est, tum Patris, tum Spiritus sancti : *Gratia enim vobis*, inquit, *a Deo Patre.* Et alio loco, cum multa ipsius genera enumerasset, subjunxit : *Hæc autem omnia operatur unus et idem Spiritus, dividens unicuique prout vult* (1. *Cor.* 12. 11). Hæc autem dico, non ut personas confundam, absit; sed quod tum harum distinctas proprietates, tum naturæ unitatem agnoscam.

3. Quocirca sic maneamus, ut dogmatum horum sinceritatem teneamus, ac Dei amorem attrahamus. Etenim prius quidem nos se odientes amavit, et cum hostes ejus essemus, in gratiam recepit; postea autem amantes jam amare vult. Quocirca constanter amemus, ut ab eo etiam amemur. Nam si, cum ab iis amamur qui plurimum possunt, timori omnibus sumus, multo magis, si a Deo amemur. Quod si hujus amoris causa opes etiam ac corpora et vitam quoque ipsam dare opus sit, ne id efficere dubitemus. Neque enim verbis nostrum erga eum amorem testari satis est, sed id re quoque demonstrandum est: neque enim ipse verbis dumtaxat, sed etiam rebus suum erga nos amorem demonstravit. Tu ergo quoque per opera id ostende, atque ea quæ ipsi grata sunt effice : sic enim ipse lucrum rursus referes. Etenim ille nulla re nostra indiget : id quod etiam sinceri amoris indicium est, quod, cum nulla ipse re indigeat nec in ullius rei penuria versetur, tamen nihil non faciat, ut a nobis ametur. Ideoque Moses dicebat : *Quid* enim *Dominus Deus a vobis quærit, nisi ut ipsum ametis, ac prompto animo post ipsum incedatis* (*Deut.* 10. 12)? Itaque cum præcipit ut ipsum ames, tunc maxime ostendit quod te amet. Nihil enim

(*a*) Vestibula ecclesiæ Christiani osculabantur.

Digitized by Google

πρόθυρα τοῦ ναοῦ τούτου φιλοῦσιν, οἱ μὲν κύψαντες, οἱ δὲ τῇ χειρὶ κατέχοντες, καὶ τῷ στόματι τὴν χεῖρα προσάγοντες; Καὶ διὰ τούτων τῶν πυλῶν καὶ τῶν θυρῶν καὶ εἰσῆλθε καὶ εἰσέρχεται πρὸς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ἡνίκα ἂν κοινωνῶμεν. Ἵστε οἱ τῶν μυστηρίων μετέχοντες τὸ λεγόμενον. Καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε τὸ στόμα ἡμῶν τετίμηται δεχόμενον τὸ σῶμα τὸ Δεσποτικόν. Διὰ τοῦτο μάλιστα ἐνταῦθα φιλοῦμεν. Ἀκουέτωσαν οἱ αἰσχρὰ φθεγγόμενοι, οἱ λοιδορίας ἐξάγοντες, καὶ φριττέτωσαν οἷον καταισχύνουσι στόμα· ἀκουέτωσαν οἱ αἰσχρῶς φιλοῦντες· ἄκουσον οἷα ἔχρησε διὰ τοῦ στόματός σου ὁ Θεὸς, καὶ φύλαξον αὐτὸ ἀκηλίδωτον. Περὶ τῆς μελλούσης ζωῆς διελέχθη, περὶ ἀναστάσεως, [651] περὶ ἀθανασίας, ὅτι ὁ θάνατος οὐ θάνατος, τὰ ἄλλα μυρία ἀπόῤῥητα. Ὥσπερ γὰρ εἰς χρηστήριον παραγίνεται πρὸς τὸ στόμα τοῦ ἱερέως ὁ μυσταγωγεῖσθαι μέλλων. Ἀκούσωμεν ὅσαπέρ ἐστι φρίκης μεστά. Καὶ γὰρ ἀπώλεσεν αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἐκ προγόνων, καὶ ἔρχεται αὐτὴν ἀναζητήσων, καὶ ἐρωτήσων πῶς ἂν αὐτὴν εὕροι καὶ ἀνακτήσαιτο. Εἶτα αὐτῷ ὁ Θεὸς χρᾷ πῶς ἂν εὑρεθείη, καὶ γίνεται τοῦ ἱλαστηρίου τὸ στόμα τοῦτο φρικωδέστερον. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ ἱλαστήριον οὐδαμοῦ τοιαύτην ἠφίει φωνὴν, ἀλλὰ πολὺ περὶ ἐλαττόνων διελέγετο πραγμάτων, περὶ πολέμων καὶ εἰρήνης τῆς κάτω· ταῦτα δὲ ἅπαντα περὶ οὐρανοῦ, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς, καὶ πραγμάτων καινῶν καὶ διάνοιαν ὑπερβαινόντων. Εἰπὼν δὲ, *Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ*, ἐπήγαγεν· *Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες*· κἀντεῦθεν διδοὺς αὐτοῖς χρηστὰς ἐλπίδας. Τοῦτο προέγραψεν[a] ἀντὶ τοῦ φιλήματος, διὰ τῆς προσρήσεως αὐτοὺς συνάπτων· ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ στόματος, οὗ τὸ φίλημα, πρόεισι καὶ τὰ ῥήματα. Εἶδες πῶς ἅπαντας συνάγει, καὶ τοὺς πόῤῥωθεν διεστῶτας τοῖς σώμασι, καὶ τοὺς πλησίον, τοὺς μὲν διὰ τοῦ φιλήματος, τοὺς δὲ διὰ τῶν γραμμάτων; *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν.* Ἀμήν. Ἐπειδὴ συνῆψεν αὐτοὺς ἀλλήλοις διὰ τῶν ἀσπασμῶν καὶ τῶν φιλημάτων, πάλιν εἰς εὐχὴν καταλύει τὸν λόγον, μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας συνάπτων αὐτοὺς καὶ τῷ Θεῷ.

Ποῦ νῦν οἱ λέγοντες, Ἐπειδὴ οὐκ ἐντέτακται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν Ἐπιστολῶν οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς οὐσίας; Ἰδοὺ γὰρ νῦν μετὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ κατέλεξε καὶ τοῦ Υἱοῦ. Χωρὶς δὲ τούτου, κἀκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι Κολοσσαεῦσιν ἐπιστέλλων, καὶ εἰπὼν, *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν*, τὸν Υἱὸν ἐσίγησε, καὶ οὐ προσέθηκεν, ὡς ἐν πάσαις ταῖς Ἐπιστολαῖς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἆρα οὖν οὐδὲ Υἱὸς ἔσται τῆς αὐτῆς οὐσίας διὰ τοῦτο; Ἀλλὰ ἐσχάτης ταῦτα ἀνοίας. Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο μάλιστα δείκνυσι τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα αὐτὸν, τὸ διαφόρως κεχρῆσθαι τὸν Παῦλον τούτῳ. Καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὸ εἰρημένον, ἄκουσον πῶς Υἱοῦ καὶ Πνεύματος μέμνηται, καὶ τὸν Πατέρα ἀποσιγᾷ. Κορινθίοις γὰρ γράφων φησὶν, *Ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*. Τί οὖν, εἰπέ μοι, οὐκ ἐβαπτίσθησαν εἰς Πατέρα οὗτοι; Οὐκοῦν οὐδὲ ἀπελούσαντο, οὐδὲ ἡγιάσθησαν. Ἀλλὰ ἐβαπτίσαντο· ὥσπερ οὖν καὶ ἐβαπτίσαντο. Πῶς οὖν οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἀπελούσασθε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός; Ὅτι ἀδιάφορον αὐτῷ, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης μεμνῆσθαι τῆς ὑποστάσεως· καὶ εὔροις [652] ἂν τοῦτο πολλαχοῦ τῶν Ἐπιστολῶν τὸ ἔθος. Καὶ γὰρ Ῥωμαίοις γράφων, φησὶ, *Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ*· καίτοι καὶ τοῦ Υἱοῦ εἰσιν οἱ οἰκτιρμοί· καὶ, *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος*· καίτοι καὶ τοῦ Πατρός ἐστιν ἡ ἀγάπη. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐμνήσθη ἐν τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲ ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Πατρός; Ὅτι ὡς δῆλα καὶ ὡμολογημένα ἐσίγησεν. Εὑρεθήσεται δὲ καὶ τὰ δῶρα αὐτὰ πάλιν ἀντιστρόφως τιθείς. Εἰπὼν γὰρ, *Ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, ἀλλαχοῦ τὴν κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Πνεύματός φησι. *Παρακαλῶ γὰρ ὑμᾶς διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος*, φησί. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους, *Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*. Οὕτω τὰ τῆς Τριάδος ἀδιαίρετα· καὶ οὗ τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἡ κοινωνία, εὑρέθη καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ οὗ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν ἡ χάρις, καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· *Χάρις γὰρ ὑμῖν*, φησὶν, *ἀπὸ Θεοῦ Πατρός*. Καὶ ἀλλαχοῦ πολλὰ αὐτῆς εἴδη καταλέξας, ἐπήγαγε, *Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται*. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ συναλείφων τὰς ὑποστάσεις, ἄπαγε, ἀλλὰ εἰδὼς καὶ τὸ τούτων ἰδιάζον καὶ διῃρημένον, καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἑνότητα.

Γ'. Μένωμεν τοίνυν καὶ τῶν δογμάτων τούτων τὴν ἀκρίβειαν ἔχοντες, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγάπην ἐπισπώμενοι. Πρότερον μὲν γὰρ μισοῦντας ἠγάπησε, καὶ ἐχθροὺς ὄντας κατήλλαξε· λοιπὸν δὲ ἀγαπῶντας ἀγαπᾷν βούλεται. Μένωμεν τοίνυν ἀγαπῶντες αὐτὸν, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῦ ἀγαπᾶσθαι. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώπων δυνατῶν ἀγαπώμενοι, φοβεροὶ πᾶσίν ἐσμεν, πολλῷ μᾶλλον παρὰ τοῦ Θεοῦ. Κἂν χρήματα δέῃ, κἂν σώματα, κἂν αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ταύτης δοῦναι τῆς ἀγάπης, μὴ φεισώμεθα. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ διὰ ῥημάτων λέγειν, ὅτι ἀγαπῶμεν, ἀλλὰ χρὴ καὶ τὴν τῶν πραγμάτων παρέχειν ἀπόδειξιν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἔδειξε τὴν ἀγάπην. Δεῖξον τοίνυν καὶ σὺ διὰ τῶν ἔργων τοῦτο, καὶ ποίει τὰ δοκοῦντα αὐτῷ· οὕτω γὰρ αὐτὸς καρπώσῃ τὸ κέρδος πάλιν. Ἐκεῖνος γὰρ οὐδενὸς δεῖται τῶν παρ' ἡμῶν· ὃ καὶ μάλιστα γνησίας ἀγάπης, τὸ μὴ δεόμενον μηδὲ ἐν χρείᾳ καθεστῶτα, πάντα ποιεῖν ὑπὲρ τοῦ φιλεῖσθαι παρ' ἡμῶν. Διὸ καὶ Μωϋσῆς ἔλεγε, *Τί γὰρ ζητεῖ Κύριος ὁ Θεὸς παρ' ὑμῶν, ἀλλ' ἢ ἀγαπᾷν αὐτὸν, καὶ ἕτοιμον εἶναί σε τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτοῦ*; Ὥστε,

[a] Savilius legendum putat προσέγραψεν, et certe melius haberet.

ὅταν αὐτὸν κελεύῃ φιλεῖν, τότε μάλιστα δείκνυσιν ὅτι σε φιλεῖ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω συγκροτεῖ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν, ὡς τὸ αὐτὸν ἀγαπᾷν. Ὅρα γοῦν, ὅτι καὶ τὰ ἐπιτάγματα αὐτοῦ πάντα εἰς τὴν ἡμετέραν ἀνάπαυσιν καὶ σωτηρίαν [653] καὶ εὐδοκίμησιν συντείνει. Καὶ γὰρ ὅταν εἴπῃ, *Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, μακάριοι οἱ πραεῖς, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί*, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐντεῦθεν καρποῦται, ἡμᾶς δὲ καλλωπίζων καὶ ῥυθμίζων ταῦτα ἐπιτάττει· καὶ ὅταν λέγῃ, *Ἐπείνασα*· οὐ δεόμενος τῆς παρ' ἡμῶν διακονίας, ἀλλὰ σὲ ἀλείφων εἰς φιλανθρωπίαν. Ἠδύνατο γὰρ καὶ χωρὶς σοῦ τὸν πένητα τρέφειν, ἀλλὰ θησαυρόν σοι χαριζόμενος μέγιστον, ταῦτα ἐπέταξεν. Εἰ γὰρ ὁ ἥλιος, κτίσμα ὢν, οὐδὲ δεῖται τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν (μένει γὰρ τὴν οἰκείαν φαιδρότητα ἔχων, κἂν μηδεὶς εἰς αὐτὸν ἐμβλέπῃ), οἱ δὲ κερδαίνοντες ἡμεῖς ἐσμεν, ὅταν αὐτοῦ τῆς ἀκτῖνος ἀπολαύσωμεν· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτο συμβαίνει. Ἵνα δὲ καὶ ἑτέρωθεν τοῦτο μάθῃς, ἄκουε· Πόσον εἶναι βούλει τὸ μέσον τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν; ἆρα ὅσον κωνώπων καὶ ἡμῶν ἢ [a] πολλῷ πλέον; Εὔδηλον ὅτι πολλῷ πλέον, καὶ ἄπειρον. Εἰ τοίνυν ἡμεῖς οἱ κενόδοξοι τῆς παρὰ τῶν κωνώπων οὐ δεόμεθα βοηθείας ἢ ὄξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ θεῖον, καὶ ἀπαθὲς ὂν καὶ ἀνενδεές. Τοσοῦτον ἡμῶν τοίνυν ἀπωλαύει, ὅσον εὐεργετούμεθα, ὅσον ἐντρυφᾷ ἡμῶν τῇ σωτηρίᾳ. Διὰ τοῦτο καὶ πολλαχοῦ τὰ αὐτοῦ ἀφεὶς, τὰ σὰ ζητεῖ. *Εἴ τις γὰρ*, φησὶ, *γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν. Ὁ δὲ ἀπολύων γυναῖκα παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχεύεσθαι.* Εἶδες ἄφατον ἀγαθότητα; Ἐὰν ᾖ πόρνη ἡ γυνὴ, φησὶν, οὐκ ἀναγκάζω συνοικεῖν· ἐὰν δὲ ἄπιστος, οὐ κωλύω. Πάλιν, ἐὰν λυπῇ πρός τινα, κελεύω ἀφεῖναί μου τὴν προσφοράν, καὶ προσδραμεῖν πρὸς τὸν λελυπηκότα. *Ἐὰν γὰρ προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου*, φησὶ, *κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.* Τί δὲ ἡ παραβολὴ τοῦ πάντα κατεδηδοκότος; οὐ τοῦτο ἐνδείκνυται; Ὅτε μὲν γὰρ τὰ μύρια τάλαντα κατέφαγεν, ἠλέησεν αὐτὸν, καὶ ἀφῆκεν· ὅτε δὲ ἑκατὸν δηνάρια ἀπῄτει τὸν σύνδουλον, καὶ πονηρὸν ἐκάλεσε, καὶ τῇ κολάσει παρέδωκεν· οὕτω πολὺς αὐτῷ λόγος ἐστὶ τῆς ἀναπαύσεως τῆς σῆς. Εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ δικαίου ἔμελλεν ἁμαρτάνειν ὁ βάρβαρος, καί φησιν, *Ἐφεισάμην σου τοῦ ἁμαρτῆσαι εἰς ἐμέ.* Τοὺς ἀποστόλους ἐδίωκεν ὁ Παῦλος, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· *Τί με διώκεις;* Ἄλλοι πεινῶσι, καὶ λέγει αὐτὸς πεινῶν, καὶ γυμνὸς περιιέναι καὶ ξένος, βουλόμενός σε ἐντρέπειν, καὶ ταύτῃ εἰς τὸν τῆς ἐλεημοσύνης λόγον ἐμβαλεῖν. Ἐννοοῦντες τοίνυν τὴν ἀγάπην, ὅσην διὰ πάντων ἐπεδείξατο καὶ ἐπιδείκνυται, γνωρίσαι τι ἡμῖν ἑαυτὸν καταξιώσας· ὅπερ μέγιστόν ἐστι κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ φῶς διανοίας, καὶ διδασκαλία ἀρετῆς· καὶ βίον ἀρεστὸν [654] νομοθετήσας, καὶ πάντα δι' ἡμᾶς ἐργασάμενος, καὶ τὸν Υἱὸν δεδωκὼς, καὶ βασιλείαν ἐπαγγειλάμενος, καὶ ἐπὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἡμᾶς καλῶν ἀγαθὰ, καὶ μακαριωτάτην ζωὴν παρασκευάσας ἡμῖν, ἅπαντα ποιῶμεν καὶ λέγωμεν, ὥστε καὶ τῆς ἀγάπης ἄξιοι φανῆναι τῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπιτυχεῖν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] *Deerat* ἡ.

MONITUM

Huic commentario non solitam operam posuit Chrysostomus. In aliis quippe in Novum Testamentum ab ipso editis explanationibus omnia in conciones seu homilias divisa distributaque sunt; ita ut concio quælibet ethica adhortatione claudatur, et moralia istæc posteriora præcepta maximam sæpe homiliæ partem complectantur. In hoc autem commentario omnia secus adornata sunt. Nam continenter Chrysostomus ad finem usque Epistolæ versus omnes explanat: moralia nonnumquam præcepta, sicubi occasio offertur, admiscet, sed non ut pro more solito concionem claudat. Populum autem non raro alloquitur. Quapropter crediderim illum hæc ita concinnavisse, vel ut præsenti populo sic legeret aut recitaret; vel ut diviso multis in partibus commentario, singulis postea partibus ethicum epilogum adjiceret, ut pro consueto more in homilias distributum opus populo pronuntiaret. Utro autem modo egerit nonnisi divinando assequi possumus.

Jam quædam nobis quærenda occurrunt, scilicet Antiochiæne an Constantinopoli hunc in Epistolam ad Galatas emiserit Commentarium: item quo anno quave occasione illum ediderit. Tum quædam addenda supererunt de commentarii ratione, deque aliis quibusdam.

Antiochiæ autem se hunc emisisse Commentarium clare innuit, quando in primo Epistolæ ad Galatas capite, quærens cur Paulus non initio prædicationis, nec cum cæteris apostolis vocatus fuerit, talia fatur col. 627: *Quamquam et nos super hac re alias sumus loquuti, cum de mutato Pauli nomine apud vos dissereremus, causamque redderemus, ob quam Deus prius dictum Saulum Paulum appellarit. Quæ si vobis e memoria exciderunt, ex eo libro omnia cognoscetis.* Jam quæritur quis sit ille liber, ubi Chrysostomus hasce quæstiones movet, nempe cur Paulus non statim ab initio vocatus sit, et cur nomen ejus mutatum fuerit. Estque haud dubie liber Homiliarum de Ma-

Digitized by Google

ita salutem nobis conciliat, ut cum ipsum amamus. Vide ergo, quod omnia ipsius præcepta ad requiem nostram ac salutem et gloriam referantur. Etenim cum ait, *Beati misericordes, beati mundo corde, beati mites, beati pauperes spiritu, beati pacifici* (*Matth.* 5. 3-9), nihil quidem ipse hinc percipit; verum hoc præcipit ut nos ornet et instituat : et cum ait, *Esurivi*, non eo id ait, quod ministerio nostro opus habeat, sed ut te ad misericordiam excitet. Nam alioqui etiam absque tua ope pauperem alere poterat; verum, ut amplissimum tibi thesaurum largiretur, hæc edixit. Nam cum sol iste, qui in rerum conditarum numero est, oculis nostris non indigeat (manet enim in splendore, etiamsi nemo eum cernat); verum nos ipsi sumus, qui utilitatem capimus, cum ipsius radiis fruimur : quanto magis in Deo id usu venit? Atque, ut hoc etiam aliunde noscas, audi. Quantum inter Deum ac nos interesse vis? an quantum inter nos et culices? an multo plus? Liquet profecto quod plus atque adeo infinities amplius. Si nos ergo, qui inanis gloriæ studiosi, nec culicum ministerio nec gloria indigemus; quanto magis Deus, qui a turbulentis animi motibus et egestate plurimum abest? Hactenus igitur tantum utilitatem ex nobis capit, quatenus beneficiis nos afficit, quantum salute nostra oblectatur. Quo fit, ut etiam plerumque sua missa faciens, tua quærat. *Si quis* enim, inquit, *uxorem habet infidelem, et ipsa consentit habitare cum eo, non dimittat illam* (1. *Cor.* 7. 11). *Qui autem dimittit uxorem, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari* (*Matth.* 5. 32). Videsne bonitatem omni sermone majorem? Si adultera sit uxor, inquit, non te cogo ut cum ea habites; si autem infidelis, non prohibeo. Rursus Si adversus aliquem infenso animo es, præcipio ut is, qui te molestia afficit, oblationem meam relinquat atque ad te currat : *Si* enim *offers munus tuum*, inquit, *atque illic recordaris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare, et vade, et prius reconciliare fratri tuo, et tum veniens offer munus tuum* (*Matth.* 5. v. 23. 24). Quid decoctoris illius parabola? annon hoc indicat? Nam cum decem millia talentorum abligurivisset, ipsius misertus est eumque missum fecit : ac cum idem centum denarios a conservo suo exegisset, tum nequam atque improbum eum vocavit, tum supplicio tradidit (*Matth.* 18. 24. *et sqq.*): tanta ipsi tuæ quietis cura est! In viri justi uxorem barbarus flagitium mox admissurus erat; ac dixit Dominus, *Peperci tibi, ut ne peccares in me* (*Gen.* 20. 6). Paulus apostolos persequebatur; et ait ad eum, *Quid me persequeris* (*Act.* 9. 4)? Alii fame laborabant : et ipse esurire se dicit, ac nudum et peregrinum oberrare (*Matth.* 25. 35), ut te pudore affectum ad eleemosynæ studium excitet. Cogitantes ergo quantam erga nos caritatem exhibuerit et exhibeat, quodque dignatus se nobis notum facere; quod quidem præcipuum bonorum omnium caput est, atque animi lumen, ac virtutis doctrina; quodque vitam ipsi gratam lege statuerit, et omnia in nostri gratiam fecerit, et Filium suum dederit, et regnum pollicitus sit, et ad arcana bona nos vocaverit, et beatissimam vitam nobis præparaverit; omnia faciamus ac dicamus, ut et ipsius amore ac benevolentia digni videamur, et futura bona consequamur : quæ utinam nobis omnibus adipisci contingat, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

AD COMMENTARIUM IN EPISTOLAM AD GALATAS.

tatione nominum, quas quatuor numero edidimus, Antiochiæ emissas. In prima vero, Tom. 3. col. 120 et 121, optime probat Chrysostomus e re fuisse ut Paulus post Christi resurrectionem, et postquam discipulos ejus acerrimo bello impetierat, ad fidem vocaretur, ut ejus de Christi resurrectione testimonium omnibus esset acceptius. In secunda vero et seqq., col. 126, quærit cur Paulus nomen mutaverit, et rationes affert cur qui Saulus antea vocabatur, Pauli nomen acceperit, et cur aliorum quoque nomina mutata fuerint. In tribus autem homiliis se de hoc solo nomine disseruisse testificatur Homilia quarta de Mutatione nominum, col. 148 : *Nam si recordamini*, inquit, *tres integros dies de solo hoc nomine disseruisse me scitis; dum causas afferrem ob quas, cum Saulus antea vocaretur, Paulus deinde vocatus est.* Cum ergo hæ homiliæ Antiochiæ habitæ fuerint, ex Chrysostomi testimonio supra allato probatur hunc etiam commentarium eadem in urbe factum fuisse.

Non perinde internoscere possumus quo anno Commentarium illum in Epistolam ad Galatas emiserit. Certum quidem est illum adornatum fuisse postquam conciones illas de mutatione nominum habuerat. Verum numquam certo expiscari potuimus, quo anno homiliæ istæ habitæ fuerint, ut videas in Monito ad Homilias in Principium Actorum, Tom. 3, col. 63, et in Præfatione ad Homilias in Genesim, Tom. 5. Nam hæ omnes homiliæ eodem anno habitæ fuerunt.

In hoc certe Commentario Chrysostomus longe accuratius Apostoli dicta explorat et explicat, quam in multis aliis homiliis et commentariis. Anomœos non semel egregie refellit, necnon Marcionistas et Manichæos. Contra Antiochenos multos declamat qui Judaicos ritus sectabantur. Alios etiam exagitat qui sibi virilia amputabant, quem morem innuere videtur a Manichæis invectum fuisse.

Veterem interpretationem Latinam plurimis in locis emendatam retinuimus.

Digitized by Google

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

IN EPISTOLAM AD GALATAS COMMENTARIUS [a].

CAPUT PRIMUM.

1. *Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Jesum Christum et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis,* 2. *et omnes qui mecum sunt fratres, Ecclesiis Galatiæ :* 3. *gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

1. Proœmium multa vehementia, magnoque spiritu plenum est ; nec proœmium modo, verum etiam tota, ut ita dicam, epistola. Etenim placide leniterque semper loqui discipulis, etiamsi opus sit acrimonia, non doctoris, sed corruptoris potius fuerit et hostis. Hanc ob causam et Dominus, cum multa placide mansueteque loquutus sit discipulis, nonnumquam tamen et austeriorem adhibuit orationem, nunc quidem illos beatos prædicans et collaudans, nunc rursus increpans et objurgans. Itaque cum Petro dixisset, *Beatus es, Simon Bar Jona* (*Matth.* 16. 17), promisissetque futurum, ut Ecclesiæ fundamenta super illius confessionem jaceret, haud multo post dicit eidem, *Vade post me, satana, scandalum es mihi* (*Ibid. v.* 23) ; et alibi rursus, *Adhuc et vos sine intellectu estis* (*Id.* 15. 16)? Tantumque terroris illis injecit, ut Joannes dicat, quod videntes eum cum muliere Samaritana colloquentem, de cibo quidem commonuerint, *Cæterum nemo ausus est dicere : Quid quæris aut quid loqueris cum ista* (*Joan.* 4. 27)? Hæc edoctus Paulus, ac præceptoris sui vestigiis inhærens, varie sermonem ad discipulorum utilitatem attemperat, nunc quidem urens ac secans, nunc rursum mitiora admovens remedia. Et Corinthiis quidem dicebat, *Quid vultis? ut in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu lenitatis* (1. *Cor.* 4. 21)? Galatis vero, *O stulti Galatæ* (*Gal.* 3. 1) : neque semel dumtaxat, sed bis usus est hac objurgatione. Quin et sub finem epistolæ, taxans illos dixit : *Nemo mihi molestus sit* (*Gal.* 6. 16). Rursus autem acerbitatem mitigat, cum ait : *Filioli mei, quos iterum parturio* (*Gal.* 4. 19) ; aliisque multis consimilibus verbis. Cæterum hanc epistolam esse plenam vehementiæ, cuivis perspicuum est vel ex ipso statim lectionis ingressu.

Quid Paulum moverit ad hanc epistolam scribendam. — Sed aperiendum est, quid Apostolum provocarit in discipulos : neque enim id pusillum fuit, neque parvi momenti ; alioqui nec ipse tam acerbe fuisset in eos invectus : siquidem quibuslibet de causis irritari, hominis est pusillanimi, morosi miserique : quemadmodum ex adverso in gravibus causis supinum ac negligentem esse, viri est inertis ac somniculosi. At hujusmodi nequaquam erat Pau-

(*a*) Tres servantur in Bibliotheca Regia hujus commentarii manuscripti Codices, scilicet, duo Colbertini et Regius 675.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Παῦλος [657] *ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοὶ, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

α'. Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ καὶ μεγάλου φρονήματος· οὐ τὸ προοίμιον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα, ὡς εἰπεῖν, ἡ Ἐπιστολή. Τὸ γὰρ μετ' ἐπιεικείας δεῖ τοῖς μαθητευομένοις διαλέγεσθαι, κἂν σφοδρότητος δέωνται, οὐ διδασκάλου, ἀλλὰ λυμεῶνος ἂν εἴη καὶ πολεμίου. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος πολλὰ προσηνῶς τοῖς μαθηταῖς διαλεχθείς, ἔστιν ὅπου καὶ αὐστηρότερον κέχρηται τῷ λόγῳ, καὶ νῦν μὲν μακαρίζει, νῦν δὲ ἐπιτιμᾷ. Τῷ γοῦν Πέτρῳ εἰπὼν, *Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ*, καὶ ἐπαγγειλάμενος τὰ θεμέλια τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ καταθήσεσθαι, μετ' οὐ πολὺ τῶν λόγων τούτων φησίν· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ·* καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, *Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε*; Καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς φόβον ἐνέθηκεν, ὡς καὶ τὸν Ἰωάννην εἰπεῖν, ὅτι ὁρῶντες αὐτὸν μετὰ γυναικὸς Σαμαρείτιδος λαλοῦντα, περὶ μὲν τῆς τροφῆς ὑπέμνησαν, *Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, Τί λαλεῖς, ἢ Τί ζητεῖς μετ' αὐτῆς;* Ταῦτα μαθὼν ὁ Παῦλος, ὁ κατ' ἴχνος τοῦ διδασκάλου βαίνων, ἐποίκιλε τὸν λόγον πρὸς τὴν τῶν μαθητευομένων χρείαν, νῦν μὲν καίων καὶ τέμνων, νῦν δὲ [658] προσηνῆ φάρμακα ἐπιτιθείς. Καὶ Κορινθίοις μὲν ἔλεγε· *Τί θέλετε, ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πραότητος;* Γαλάταις δὲ, *Ὦ ἀνόητοι Γαλάται·* καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον κέχρηται ταύτῃ τῇ ἐπιτιμήσει. Καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ καθαπτόμενος αὐτῶν ἔλεγε, *Κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω.* Καὶ θεραπεύει δὲ πάλιν, ὡς ὅταν λέγῃ, *Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω·* καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα. Ἀλλ' ὅτι μὲν θυμοῦ ἡ Ἐπιστολὴ γέμει, παντὶ που δῆλον καὶ ἐκ πρώτης ἀναγνώσεως.

Δεῖ δὲ εἰπεῖν τί τὸ παροξῦναν αὐτὸν κατὰ τῶν μαθητῶν· οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο οὐδὲ εὐτελὲς, ἐπεὶ οὐδὲ αὐτὸς τοσαύτῃ ἂν ἐχρήσατο τῇ καταφορᾷ. Τὸ γὰρ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι παροξύνεσθαι, μικροψύχων ἀνδρῶν καὶ σκληρῶν καὶ ταλαιπώρων· ὥσπερ οὖν τὸ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις ἀναπίπτειν, νωθροτέρων καὶ ὑπνηλοτέρων. Ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος τοιοῦτος. Τί οὖν τὸ κινῆσαν ἦν

ν Savil. in margine notat, τοῖς μαθηταῖς.

Digitized by Google

αὐτὸν ἁμάρτημα; Μέγα καὶ ὑπέρογκον, καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ πάντας αὐτοὺς ἠλλοτρίου, ὡς καὶ αὐτὸς προῶν ἔλεγεν· *Ἰδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει*· καὶ πάλιν, *Οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε.* Τί ποτ' οὖν τοῦτό ἐστι; δεῖ γὰρ αὐτὸ σαφέστερον ἀναπλῶσαι. Οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες, ὁμοῦ μὲν τῇ προλήψει τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ κατεχόμενοι, ὁμοῦ δὲ κενοδοξίᾳ μεθύοντες, καὶ βουλόμενοι ἀξίωμα διδασκάλων ἑαυτοῖς περιθεῖναι, ἐλθόντες εἰς τὸ Γαλατῶν ἔθνος ἐδίδασκον, ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι καὶ σάββατα καὶ νουμηνίας τηρεῖν, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι Παύλου ταῦτα ἀναιροῦντος. Οἱ γὰρ περὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην ταῦτα, φησὶν, οὐ κωλύουσιν, οἱ πρῶτοι τῶν ἀποστόλων, οἱ μετὰ Χριστοῦ γενόμενοι. Καὶ ἀληθῶς οὐκ ἐκώλυον· ἀλλ' οὐ δογματίζοντες τοῦτο ἐποίουν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντες τῶν ἐξ Ἰουδαίων πιστευόντων. Ὁ δὲ Παῦλος εἰς τὰ ἔθνη κηρύττων, οὐ χρείαν εἶχε τῆς συγκαταβάσεως ταύτης. Ὅτε οὖν ἐν Ἰουδαίᾳ γέγονε, καὶ αὐτὸς τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο ταύτῃ. Ἀλλ' οἱ ἀπατῶντες, οὐ λέγοντες τὰς αἰτίας, δι' ἃς καὶ οὗτος καὶ ἐκεῖνοι συγκατέβαινον, παρελογίζοντο τοὺς ἀφελεστέρους λέγοντες, ὅτι οὐ δεῖ Παύλου ἀνέχεσθαι· οὗτος γὰρ χθὲς καὶ σήμερον ἐφάνη, ἐκεῖνοι δὲ πρῶτοι οἱ περὶ Πέτρον· καὶ οὗτος μὲν μαθητὴς τῶν ἀποστόλων γέγονεν, ἐκεῖνοι δὲ τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὗτος μὲν μόνος, ἐκεῖνοι δὲ πολλοί, καὶ στῦλοι τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ εἰς ὑπόκρισιν δὲ αὐτὸν διέβαλλον λέγοντες, ὅτι καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ ἀναιρῶν περιτομὴν, φαίνεται καὶ τούτοις χρησάμενος ἀλλαχοῦ, καὶ ἑτέρως μὲν ὑμῖν, ἑτέρως δὲ ἄλλοις κηρύττων. Ἐπεὶ οὖν ἐμπρησθὲν εἶδεν ἔθνος ὁλόκληρον, καὶ πυρὰν χαλεπὴν κατὰ τῆς τῶν Γαλατῶν ἀφθείσαν [a] Ἐκκλησίας, καὶ τὴν οἰκοδομὴν σαλευομένην καὶ κινδυνεύουσαν [659] καταπεσεῖν, τοῦτο μὲν ὑπὸ θυμοῦ δικαίου, τοῦτο δὲ ὑπὸ ἀθυμίας κατεχόμενος καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν εἰπὼν, ὅτι *Ἤθελον παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου*), γράφει τὴν Ἐπιστολὴν, πρὸς ἅπαντα ταῦτα ἀπολογούμενος. Καὶ ἐκ προοιμίων εὐθέως πρὸς ἐκεῖνο ἀποτείνεται, ὃ διορύττοντες αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν ἔλεγον, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς δὲ τῶν ἀποστόλων γέγονε μαθητής. Διὸ καὶ οὕτως ἤρξατο· *Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων.* Ἔλεγον γὰρ, ὃ ἔφθην εἰπὼν, οἱ ἀπατεῶνες ἐκεῖνοι, ὅτι τῶν ἀποστόλων ἁπάντων ἔσχατος οὗτός ἐστι, καὶ παρ' ἐκείνων ἐδιδάχθη. Πέτρος γὰρ καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ ἐκλήθησαν πρῶτοι, καὶ κορυφαῖοι τῶν μαθητῶν εἰσι, καὶ τὰ δόγματα ἐδέξαντο παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ χρὴ μᾶλλον ἐκείνοις πείθεσθαι, ἢ τούτῳ· ἐκεῖνοι δὲ οὐ κωλύουσι περιτέμνεσθαι, οὐδὲ νόμον μὴ τηρεῖν.

β'. Καὶ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα λέγοντες, καὶ τοῦτον μὲν καθαιροῦντες, ἐκείνων δὲ τὴν δόξαν ἐπαίροντες, οὐχ ἵνα ἐκείνους ἐγκωμιάσωσιν, ἀλλὰ ἵνα Γαλάτας ἀπατήσωσιν, ἔπειθον ἀκαίρως τῷ νόμῳ προσέχειν. Εἰκότως οὖν οὕτως ἤρξατο. Ἐπεὶ γὰρ τὴν μὲν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἐξητυέλιζον, παρὰ ἀνθρώπων αὐτὴν λέγοντες εἶναι, τὴν δὲ Πέτρου παρὰ τοῦ Χριστοῦ, ἐκ προοιμίων εὐθέως πρὸς τοῦτο ἵσταται. Λέγων ἀπόστολος εἶναι, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου. Ἐβάπτισε μὲν γὰρ αὐτὸν Ἀνανίας, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος τῆς πλάνης ἀπήλλαξεν, οὐδὲ πρὸς τὴν πίστιν ἤγαγεν· ἀλλ' αὐτὸς ἄνωθεν ὁ Χριστὸς τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην πρὸς αὐτὸν ἀφῆκε φωνήν, δι' ἧς αὐτὸν ἐσαγήνευσε. Τὸν μὲν γὰρ Πέτρον καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ Ἰωάννην καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐκείνου, περιπατοῦντα παρὰ τὴν θάλασσαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ Παῦλον εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἐδεήθησαν ἐκείνου δευτέρας φωνῆς, ἀλλ' εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα καὶ πάντα τὰ ἄλλα ἠκολούθησαν αὐτῷ· οὕτω καὶ οὗτος ἀπὸ τῆς πρώτης κλήσεως πρὸς ἄκραν ἀνέδη σοφίαν, ὁμοῦ τε βαπτισάμενος καὶ πόλεμον ἀσπόνδως πρὸς Ἰουδαίους ἐλόμενος, καὶ ταύτῃ μάλιστα τῶν ἀποστόλων πλεονεκτήσας· *Περισσότερον γὰρ αὐτῶν ἐκοπίασα*, φησίν. Ἀλλὰ τέως οὐ κατασκευάζει τοῦτο, ἀλλ' ἀγαπᾷ τὰ ἴσα φέρων. Τὸ γὰρ σπουδαζόμενον ἐν αὐτῷ, οὐ δεῖξαι ἑαυτὸν ἐκείνων ὑπερέχοντα, ἀλλὰ τῆς πλάνης καταλῦσαι τὴν ὑπόθεσιν.

Τὸ μὲν οὖν, *Οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων*, κοινὸν ἁπάντων ἦν· ἄνωθεν γὰρ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν ἔχει τὸ κήρυγμα· τὸ δὲ, *Οὐ δι' ἀνθρώπων*, ἴδιον τῶν ἀποστόλων· οὐ γὰρ δι' ἀνθρώπων ἐκάλεσεν αὐτούς, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ. Διὰ τί δὲ μὴ τῆς κλήσεως ἐμνημόνευσε καὶ εἶπε, Παῦλος κλητὸς οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῆς ἀποστολῆς; Ὅτι περὶ τούτου πᾶς ἦν ὁ ἀγών. Ἔλεγον γὰρ ὑπὸ ἀνθρώπων τῶν ἀποστόλων ἐγκεχειρίσθαι τὴν διδασκαλίαν ταύτην, καὶ δεῖν ἐκείνοις [660] αὐτὸν ἕπεσθαι. Ὅτι δὲ οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων ἐνεχειρίσθη, ὁ Λουκᾶς ἐδήλωσεν, εἰπών· *Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν καὶ νηστευόντων τῷ Κυρίῳ, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀφορίσατε δή μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν.* Ὅθεν δῆλον, ὅτι μετ' ἐξουσίας Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Ἀποστολὴς γὰρ ἐστι τοῦ Πνεύματος, ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ φησιν ἀποστέλλεσθαι. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῖ, τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Πνεύματι λογιζόμενος. Τοῖς γὰρ Μιλησίων [b] διαλεγόμενος πρεσβυτέροις, *Προσέχετε ἑαυτοῖς*, φησὶ, καὶ τῷ *ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ἔθετο ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιμένας καὶ ἐπισκόπους*· καίτοι γε ἐν ἄλλῃ φησὶν Ἐπιστολῇ, *Οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας εἶτα ποιμένας καὶ διδασκάλους.* Οὕτως ἀδιαφόρως κέχρηται τῷ λόγῳ, τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ λέγων εἶναι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ Πνεύματος. Ἐπιφράττει δὲ καὶ ἄλλως τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα λέγων, *Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρός.* Ἐπειδὴ γὰρ τὴν λέξιν ταύτην ὡς ἐλάττονα οὐκ προσερρῖφθαι τῷ Υἱῷ φασιν, ὅρα τί ποιεῖ· ἐπὶ τὸν Πατρὸς αὐτὴν τίθησιν, διδάσκων ἡμᾶς μὴ νοεῖσθαι τῇ ἀῤῥήτῳ φύσει, μηδὲ μέτρα θεότητος ὁρίζειν μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρός [c]· εἰπὼν γὰρ, *Διὰ Ἰησοῦ Χ*

[a] Savil. in marg., ἀναφθεῖσαν.

[b] Imo Ἐφεσίων, quod conjicit Savil. Ephesiorum seniores alloquebatur, quos Miletum evocaverat.

[c] Aliam lectionem affert Savilius in margine, μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς γενομένους. In Morel. pessime, μέσον Υἱοῦ τοῦ Πατρός.

Digitized by Google

us. Quod igitur erat peccatum, quo sic commotus erat? Profecto magnum erat, et supra modum grave, quodque illos omnes abalienabat a Christo, quemadmodum ipse in progressu sermonis declarat dicens : *Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circumcidamini, Christus nihil vobis profuturus est;* ac rursum, *Quicumque in lege justificamini, a gratia excidistis* (*Gal.* 5. 2. 4). Quid igitur tandem hoc erat? nam apertius explanandum est. Qui ex Judæis crediderant, occupati persuasione Judaismi, inanis gloriæ siti tenuenti, dum sibi doctorum cupiunt parare dignitatem auctoritatemque, profecti ad Galatas docuerunt opus illis esse circumcisione, servanda sabbata et novilunia, nec tolerandum esse Paulum qui harum rerum nolleret observationes. Nam Petrus, Jacobus ac Joannes hæc, ut aiebant, non prohibebant, cum essent inter apostolos primæ dignitatis, et cum Christo fuissent versati. Ac revera non prohibebant; sed id faciebant, non quod ita faciendum esse decernerent, sed ut eorum qui ex Judæis crediderant, imbecillitati morem gererent. At Paulus qui gentibus prædicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac attemperatione. Nam cum versaretur in Judæa, ad eumdem modum et ipse morem gessit Judæis. Verum impostores quidam non explicantes causas, ob quas tum hic, tum illi Judæis morem gerebant, arte fallebant simpliciores, hujusmodi sermonibus : Non est ferendus Paulus : nam hic heri ac nudiustertius exortus est; at Petrus et qui cum illo sunt, primi sunt apostolorum : hic quidem discipulus fuit apostolorum, illi vero Christi. Præterea hic solus est, illi multi et Ecclesiæ columnæ. Denique et simulationis calumniam Paulo intendebant dicentes : Hic ipse qui tollit circumcisionem, alibi visus est iis uti quæ damnat, aliter vobis, aliter aliis prædicans. Proinde cum cerneret totam Galatarum gentem inflammatam, ac periculosum incendium adversus illorum Ecclesiam extatum esse, jamque domum succussam periclitari e corrueret; partim ira justa commotus, partim immenso animi dolore correptus (nam et hoc declavit dicens, *Cupiebam nunc esse apud vos, et mutare vocem meam* [*Gal.* 4. 20]), scribit epistolam, ad istæc omnia respondens, et ad hoc ab ipsis protinus exordis tendit, videlicet quod ii qui occultis cuniculis ipsius existimationem apud Galatas subvertere conantur, dicebant, alios esse discipulos ipsius Christi, hunc apostolorum duntaxat fuisse discipulum. Et hanc ob causam sic orsus est : *Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines.* Prædicabant enim, quemadmodum jam cœperam dicere, deceptores illi, quod Paulus apostolorum omnium postremus esset, eodque ab illis esset edoctus. Petrum enim, Jacobum et Joannem, ut primi fuerant vocati, ita inter discipulos tenere primas, qui sua dogmata ab ipso Christo acceperant : proinde magis credendum illis quam huic : at illos non vetare circumcisionem, neque legis observationem.

2. Hæc et his similia dictitantes, hinc Pauli deprimebant auctoritatem, illinc aliorum apostolorum gloriam attollentes, non ut illos laudibus ornarent, sed ut Galatas seducerent, persuaserant ut legi adhærerent, cum jam legis tempus præteriisset. Proinde congruenter ad hunc exorsus est modum. Quoniam enim ipsius doctrinam despiciebant, dicentes illam ab hominibus profectam, cum Petri doctrina esset a Jesu Christo, in ipso statim ingressu refellit hoc, dicens se apostolum esse non ab hominibus neque per homines. Nam baptizarat quidem illum Ananias (*Act.* 9. 17), at non ille liberavit eum ab errore, nec ad fidem adduxit, sed ipse cælitus Christus, emissa ad eum admiranda illa voce, per quam hunc quoque piscatus est. Nam Petrum quidem ac fratrem ejus et Joannem cum fratre suo, ambulans juxta mare vocarat (*Matth.* 4); Paulum vero vocavit cum jam ascendisset in cælum. Et quemadmodum illi non habebant opus iterata vocatione, sed protinus relictis retibus, cæterisque omnibus sequuti sunt eum : ita et hic a prima statim vocatione ad summum ascendit fastigium, simul ac baptizatus est, bello cum Judæis irreconciliabili suscepto. Atque hoc nomine potissimum cæteris apostolis antecellebat : *Abundantius* enim, inquit, *illis laboravi* (1. *Cor.* 15. 10). Verum nondum hoc aggreditur, sed sat habet cæteris æquiparari. Neque enim hoc illi studio fuit, ut ostenderet se cæteris eminentiorem, sed ut erroris materiam dissolveret.

Paulus ab ipso Christo vocatus. Filii et Spiritus sancti eadem potestas.—Itaque quod dicit, *Non ab hominibus*, omnium erat commune, siquidem evangelii prædicatio originem ac radicem ducebat e cælis; sed quod addit, *Neque per homines*, apostolorum proprium erat: neque enim per homines vocarat eos, sed per se ipsum. Sed cur non meminit vocationis, dicens : Paulus vocatus, non ab hominibus; sed apostolici muneris facit mentionem? Quoniam in hoc totius sermonis cardo vertebatur. Dicebant enim ipsum ab apostolis, hominibus, suscepisse illam docendi provinciam, ideoque par esse, ut illos sequeretur. Verum quod non ab hominibus eam suscepisset, declarat Lucas qui dicit : *Ministrantibus autem illis ac jejunantibus Domino, dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum et Barnabam* (*Act.* 13. 2). Unde liquet eamdem esse potestatem Filii et Spiritus. Cum enim a Spiritu missus esset, a Christo se missum ait. Idem et alibi declarat, ea quæ Dei sunt, adscribens Spiritui : siquidem senioribus Milesiis verba faciens, *Attendite*, inquit, *vobis ipsis et universo gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus pastores et episcopos* (*Act.* 20. 28) : et tamen in alia quadam epistola dicit, *Quos quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo loco prophetas, deinde pastores ac doctores* (1. *Cor.* 12. 28). Adeo promiscue citraque discrimen loquitur, quæ Spiritus sunt Deo tribuens, ac rursum quæ Dei sunt, Spiritui. Quin et aliter hæreticorum obturat ora, cum ait : *Per Jesum Christum et Deum Patrem.* Etenim quoniam aiunt hanc vocem, velut inferioris dignitatis adjectam Filio, vide quid facit. Eam Patris vocabulo præponit, nos interim docens, ne naturæ ineffabili leges statuamus, neque deitatis modum præfiniamus

Digitized by Google

inter Filium et Patrem. Nam ubi dixisset, *Per Jesum Christum*, adjecit, *Et Deum Patrem*. Etenim si sola Patris mentione facta dixisset, per quem ; fortassis commento reperto dixissent hanc particulam, *per quem*, congruere Patri, eo quod Filii opera ad illum referantur : at nunc simul et Filii et Patris facta mentione, communiterque de utroque loquutus, isti commento locum non reliquit. Neque enim id facit, quod ea quæ Filii sunt propria, referat ad Patrem ; sed ut declaret, quod hæc oratio nullum naturæ discrimen inducat. Quid porro hic dicturi sint isti, qui ex baptismo gradum aliquem inferiorem commenti sunt, eo quod baptizemur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ? Nam si ideo inferior est Filius, quod post Patrem ponitur, cum hic Apostolus a Christo orsus ad Patrem veniat, quid dicturi sunt ? Verum nihil blasphemum dicemus. Non enim committendum est, ut cum illis decertantes a veritate excidamus, quin potius etiam si decies millies insaniant illi, nos tamen intra veritatis limites contineamur oportet. Quemadmodum igitur nos non dixerimus Filium Patre majorem, eo quod Paulus hunc priore loco commemoravit : nam id quidem summæ dementiæ et impietatis extremæ fuerit : ita nec illic quia Patri postponitur Filius, arbitrari debemus Filium Patre minorem. *Qui excitavit eum a mortuis.* Quid agis, Paule ? cum cupias judaizantes ad fidem perducere, nihil ex illis magnis ac præclaris adducis in medium ? quale est illud quod ad Philippenses scripsisti, dicens : *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* (*Philipp.* 2. 6) ; item quod Hebræis scribens clara voce protulisti, *Splendor est gloriæ, et figura substantiæ illius* (*Hebr.* 2. 3) : rursum quod in evangelii sui initio ille tonitrui filius insonuit : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1. 1) ; præterea quod ad Judæos crebro pronuntiavit Jesus, dicens, quod eamdem potentiam habeat, quam Pater, eamdemque operandi facultatem (*Joan.* 5. 17. *sqq.*). Horum nihil dicis, verum his omnibus omissis, de carnis dispensatione facis mentionem, crucem ac mortificationem in medium afferens. Etiam, inquies. Si illi sermo fuisset apud homines qui nihil magni de Christo concepissent animis, æquum erat illa magnifica proferre; verum quoniam illi nobis movent seditionem, qui sibi videbantur pœnas daturi si descivissent a lege : ideo mentionem facit ejus rei, per quam excludit totam legis necessitatem, nimirum commemorans Dei munificentiam ex cruce et resurrectione collatam universis. Etenim si dixisset : In principio erat Verbum, et quod in forma Dei esset, et fecisset seipsum æqualem Patri, aliaque his similia ; declarasset quidem Verbi divinitatem, verum nihil ad id, quod hic agebatur, illa contulissent. Nunc vero quod ait, *Qui excitavit eum a mortuis*, commonefacit eos summi beneficii, quod in nos contulit Christus : quæ res haud mediocriter ad rem propositam ipsi conducebat, quia homines plerique non perinde solent attentis auribus audire eos sermones qui Dei majestatem commendant, atque eos qui ejusdem in homines beneficentiam declarant. Hanc ob causam omissa illorum mentione, de collato nobis beneficio verba facit.

3. *Anomœorum objectio solvitur.* — Verum hic insultant hæretici, dicentes : Ecce Pater suscitat Filium. Nam postquam semel eos corripuit insaniæ morbus, ad sublimia illa dogmata sponte surdi sunt: si qua vero humiliora vel ob carnem assumptam ita dicta sunt, vel ob Patri debitum honorem, vel ob aliam quampiam dispensationem, hæc seligunt, et hæc sola expendentes, ipsi sibi (nolim enim dicere, Scripturæ) noxam afferunt. Quos equidem lubens perconter cur ista dicant ? num ideo, quod studeant Filium ostendere imbecillem, nec satis idoneum ad unius corporis suscitationem ? Atqui fides erga illum effecit, ut et umbræ eorum qui in ipsum credebant, excitarent mortuos (*Act.* 5. 15). Itane qui credebant in eum, homines mortales, ex umbra sola luteorum corporum quæ gerebant, exque vestibus horum corporibus admotis, excitabant mortuos : et ipse seipsum excitare non potuit ? annon hæc evidens est insania, vehemensque delirium ? Non audis illum dicentem : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (*Joan.* 2. 19) ? ac rursum, *Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam* (*Joan.* 10. 18) ? Quam igitur ob causam Pater illum excitasse dicitur? sic illum excitare, quemadmodum et alia facere dicitur, quæ facit Filius. Siquidem hoc partim honoris gratia, qui Patri debetur, dictum est, partim ob auditorum imbecillitatem. *Et qui mecum sunt omnes fratres.* Quam ob causam hoc non addit in cæteris epistolis ? In illis enim aut suum nomen solum ponit, aut duorum dumtaxat triumve addit nomina ; hic autem totam multitudinem posuit, ideoque neminem nominatim commemorat. Cur ergo hoc facit? Traduxerant Paulum hoc nomine, quod solus hæc prædicaret, novamque dogmatum rationem inveheret. Cum igitur illorum suspicionem tollere vellet, simulque declarare quod multos haberet ejusdem sententiæ consortes, adjungit sibi fratres, significans se ex illorum sententia scribere ea quæ scribit. *Ecclesiis Galatiæ.* Neque enim unam civitatem, neque duas, neque tres, sed totam Galatarum gentem hujus erroris incendium pervaserat. Contemplare vero mihi et hic vehementem indignationem Apostoli. Non enim dixit, Dilectis, neque, Sanctificatis, sed, *Ecclesiis Galatiæ.* Nam hoc erat ægre affecti animi suumque dolorem aperientis, quod eos non a caritate, neque propriis nominibus honorifice appellavit, sed a sola congregatione : quodque non addidit, Ecclesiis Dei, sed simpliciter dixit, *Ecclesiis Galatiæ.* Quamquam et alioqui in ipsa statim præfatione festinat illorum dissidium redigere in concordiam ; ideoque Ecclesiæ vocabulum posuit, pudorem illis incutiens, et cogens in unum. Etenim qui dissecti sunt in varias partes, nequaquam possunt hoc appellari cognomine; siquidem Ecclesiæ nomen consensus concordiæque nomen est. *Gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo.* Ubique necessario ponit hanc particulam, maxime vero nunc Galatis scribens. Cum enim periclitarentur, ne a gratia excidérent, optat illis

Digitized by Google

στοῦ, ἐπήγαγε, *Καὶ Θεοῦ Πατρός*. Εἰ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τοῦ Πατρὸς μνημονεύσας εἶπε τὸ, Δι' οὗ, ἴσως ἂν καὶ ἐσοφίσαντο, λέγοντες ἁρμόζειν τῷ Πατρὶ τὸ, Δι' οὗ, τῷ τὰ ἔργα τοῦ Υἱοῦ εἰς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι· νῦν δὲ τοῦ Υἱοῦ μνημονεύσας ὁμοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ κοινῇ θεὶς τὴν λέξιν, οὐκέτι τὸν λόγον τοῦτον χώραν ἀφίησιν ἔχειν. Οὐ γὰρ, ὡς τὰ τοῦ Υἱοῦ νῦν ἀνατιθεὶς τῷ Πατρὶ, τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι οὐδεμίαν αὕτη ἡ λέξις οὐσίας διαφορὰν εἰσάγει. Τί δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐπινοοῦντές τινα ἐλάττωσιν διὰ τὸ εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτίζεσθαι, ἐνταῦθα ἂν εἴποιεν; Εἰ γὰρ καταδεέστερος ὁ Υἱὸς διὰ τὸ μετὰ Πατέρα κεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἀρξάμενος ὁ Ἀπόστολος ἐπὶ τὸν Πατέρα ἔρχεται, τί ἂν εἴποιεν; Ἀλλ' οὐδὲν ἂν εἴποιμεν βλάσφημον. Οὐ γὰρ χρὴ φιλονεικοῦντας ἐκείνοις τῆς ἀληθείας ἐξίστασθαι, ἀλλὰ, κἂν μυριάκις μαίνωνται, τὰ μέτρα τῆς εὐσεβείας ἡμᾶς διατηρεῖν ἀναγκαῖον. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς μείζονα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ πρῶτον ἐμνημόνευσεν· ἐσχάτης γὰρ τοῦτο μανίας, καὶ ἀσεβείας ὑπερβολὴ πάσης· οὕτως οὐδὲ ἐκεῖ διὰ τὸ μετὰ τὸν Πατέρα κεῖσθαι τὸν Υἱὸν, ἐλάττοντα χρὴ νομίζειν ἡμᾶς εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν. *Τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν*. Τί ποιεῖς, ὦ Παῦλε; Ἰουδαΐζοντας ἀνθρώπους ἐνάγειν εἰς πίστιν θέλων, οὐδὲν τῶν μεγάλων ἐκείνων καὶ λαμπρῶν ἄγεις εἰς μέσον, οἷον ὃ πρὸς Φιλιππησίους γράφεις, λέγων, ὅτι *Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*· ὃ μετὰ ταῦτα ἐπιστέλλων Ἑβραίοις ἀνεβόησας, ὅτι *Ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως* [661] *αὐτοῦ*· ὃ ἐκ προοιμίων ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς ἀνεφώνησεν, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· ὃ πρὸς Ἰουδαίους πολλάκις αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς φθεγγόμενος ἔλεγεν, ὅτι τὰ αὐτὰ δύναται τῷ πατρὶ, καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν ἔχει. Τούτων οὐδὲν λέγεις, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεὶς, τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας μέμνησαι, σταυρὸν εἰς μέσον φέρων καὶ ἔκρωσιν; Ναὶ, φησίν. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς ἀνθρώπους λόγος ἦν μηδὲν μέγα περὶ τοῦ Χριστοῦ φανταζομένους, καλῶς εἶχεν ἐκεῖνα λέγειν· ἐπειδὴ δὲ ὡς θέλοντες τιμωρεῖσθαι, εἰ ἀποστατεῖν τοῦ νόμου, στασιάζουσι πρὸς ἡμᾶς, διὰ τοῦτο πράγματος μέμνηται, δι' οὗ πᾶσαν ἐκβάλλει τοῦ νόμου τὴν χρείαν, ἐγω δὴ τὴν ἐκ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐργεσίαν ἐγγινομένην ἅπασι. Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ τὸ ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖν τῷ Θεῷ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, δεικνύντος μὲν ἦν τὴν τοῦ Λόγου θεότητα, οὐδὲν δὲ τοιοῦτον εἰς τὸ παρὸν συμβαλλομένου· τὸ δὲ εἰπεῖν, *Τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν*, ἀναμνήσκοντος ἦν τῆς ὑπὲρ ἡμῶν εὐεργεσίας τὸ φάλαιον, ὅπερ οὐ μικρὸν εἰς τὸ προκείμενον αὐτῷ συνετέλει. Καὶ γὰρ εἰώθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτω τοῖς τὴν τοῦ Θεοῦ μεγαλωσύνην παρατιθεμένοις προσέχειν λόγοις, ὡς τοῖς τὴν εἰς ἀνθρώπους ἐργεσίαν ἐνδεικνυμένοις. Διόπερ ἀφεὶς ἐκεῖνα εἰπεῖν περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας γεγενημένης ποιεῖται τὸν λόγον.

γ'. Ἀλλ' ἐπιπηδῶσιν οἱ αἱρετικοὶ λέγοντες, Ἰδοὺ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τὸν Υἱόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ νενοσήκασι, πρὸς μὲν τὰ ὑψηλὰ τῶν δογμάτων ἐθελοκωφοῦσι, τὰ δὲ ταπεινὰ, καὶ ἢ τῆς σαρκὸς ἕνεκεν εἰρημένα οὕτως, ἢ διὰ τὴν εἰς τὸν Πατέρα τιμὴν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ οἰκονομίαν, ταῦτα ἐκλέγουσι, καὶ καθ' ἑαυτὰ ἐξετάζοντες, ἐπηρεάζουσιν ἑαυτοῖς (οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τῇ Γραφῇ)· οὓς ἡδέως ἂν ἐροίμην. τίνος ἕνεκεν ταῦτα λέγουσιν; ἆρα ἀσθενῆ τὸν Υἱὸν ἐπιδεῖξαι βουλόμενοι, καὶ οὐκ ἰσχύοντα πρὸς ἑνὸς ἀνάστασιν σώματος; Καὶ μὴν ἡ εἰς αὐτὸν πίστις καὶ τὰς σκιὰς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ἀνιστᾷν ἐποίησε νεκρούς. Εἶτα οἱ μὲν εἰς αὐτὸν πιστεύοντες ἄνθρωποι, θνητοὶ μὲν ὄντες, ἔτι ἀπὸ σκιᾶς μόνης τῶν πηλίνων σωμάτων ἐκείνων, καὶ ἱματίων τοῖς σώμασι τούτοις περικειμένων, νεκροὺς ἤγειραν, αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἀναστῆσαι οὐκ ἴσχυσε; καὶ πῶς οὐ φανερὰ αὕτη μανία, καὶ παρανοίας ἐπίτασις; Οὐκ ἤκουσας αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν;* καὶ πάλιν, *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν*; Τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἐγηγερκέναι λέγεται; Ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ποιεῖν, ἅπερ αὐτὸς ποιεῖ. Καὶ γὰρ καὶ εἰς τὸν Πατέρα τιμῆς ἕνεκεν εἴρηται τοῦτο, καὶ τῆς τῶν ἀκροατῶν ἀσθενείας. *Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί*. Τί δήποτε οὐδαμοῦ τοῦτο προσέθηκεν ἐπιστέλλων; [662] Ἢ γὰρ τὸ αὐτοῦ ὄνομα τίθησι μόνον, ἢ δύο καὶ τριῶν ἑτέρων ὀνομαστί· ἐνταῦθα δὲ πλῆθος ὁλόκληρον ἔθηκε· διόπερ οὐδὲ ὀνομαστί τινος ἐμνημόνευσε. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Διέβαλλον αὐτὸν ὡς μόνον ταῦτα κηρύττοντα, καὶ καινοτομίαν τινὰ τοῖς δόγμασιν ἐπεισάγοντα. Θέλων οὖν ἀνελεῖν αὐτῶν τὴν ὑποψίαν, καὶ δεῖξαι ὅτι πολλοὺς ἔχει τῆς γνώμης κοινωνοὺς, συνέταξε τοὺς ἀδελφοὺς, δηλῶν ὅτι ἅπερ γράφει, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκείνων γράφει γνώμης. *Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας*. Οὐ γὰρ μίαν πόλιν, οὐδὲ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλ' ὁλόκληρον τῶν Γαλατῶν τὸ ἔθνος αὕτη τῆς πλάνης ἐπενέμετο ἡ πυρά. Θέα δέ μοι καὶ ἐνταῦθα τὴν πολλὴν ἀγανάκτησιν. Οὐ γὰρ εἶπε, Τοῖς ἀγαπητοῖς, οὐδὲ, Τοῖς ἡγιασμένοις, ἀλλὰ, *Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας*. Τοῦτο δὲ ἦν σφόδρα βαρυθυμοῦντος καὶ τὴν ὀδύνην ἐνδεικνυμένου, τὸ μηδὲ ἀπὸ τῆς ἀγάπης, μηδὲ ἀπὸ τῆς τιμῆς τῶν ὀνομάτων αὐτοὺς καλέσαι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συνόδου μόνης· καὶ μηδὲ προσθεῖναι, Ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἁπλῶς *Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας*. Ἄλλως δὲ καὶ συνάψαι ἐκ προοιμίων τὸ στασιάζον ἐπείγεται· διὸ καὶ τὸ ὄνομα τῆς Ἐκκλησίας τέθεικεν, ἐντρέπων αὐτοὺς, καὶ συνάγων εἰς ἕν. Οἱ γὰρ εἰς πολλὰ διῃρημένοι μέρη, οὐκ ἂν δύναιντο ταύτῃ καλεῖσθαι τῇ προσηγορίᾳ· τὸ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα, συμφωνίας ὄνομα καὶ ὁμονοίας ἐστί. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Πανταχοῦ μὲν ἀναγκαίως τοῦτο τίθησι, μάλιστα δὲ Γαλάταις ἀποστέλλων νῦν. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς χάριτος ἐκινδύ-

Digitized by Google

νευον ἐκπεσεῖν, ἐπεύχεται αὐτοῖς ταύτην ἀνακτήσασθαι πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ἑαυτοὺς ἐξεπολέμωσαν, παρακαλεῖ τὸν Θεὸν πρὸς τὴν αὐτὴν αὐτοὺς ἐπαναγαγεῖν εἰρήνην.

Θεοῦ Πατρός. Κἀντεῦθεν πάλιν ῥᾳδίως ἁλίσκονται οἱ αἱρετικοί. Ἐπειδὴ γάρ φασι τὸν Ἰωάννην ἐν προοιμίῳ τῶν Εὐαγγελίων λέγοντα, *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, διὰ τοῦτο χωρὶς ἄρθρου τεθεικέναι τοῦτο, ὡς ἐλάττονα εἰσάγοντα τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, καὶ πάλιν τὸν Παῦλον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν τὸν Υἱὸν λέγοντα, οὐ περὶ τοῦ Πατρὸς εἰρηκέναι, διὰ τὸ χωρὶς ἄρθρου καὶ αὐτὸ κεῖσθαι· τί ἂν εἴποιεν ἐνταῦθα, τοῦ Παύλου λέγοντος, οὐκ, Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, Ἀλλ', *Ἀπὸ Θεοῦ Πατρός;* Πατέρα δὲ ἐνταῦθα τὸν Θεὸν καλεῖ, οὐ κολακεύων αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα καθαπτόμενος, καὶ ὑπομιμνήσκων τὴν αἰτίαν δι' ἧς ἐγένοντο υἱοί. Οὐ γὰρ διὰ νόμου, ἀλλὰ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ταύτης ἠξιώθησαν τῆς τιμῆς. Διὰ τοῦτο πανταχοῦ καὶ ἐν προοιμίοις κατασπείρει τὰ ἴχνη τῆς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, μονονουχὶ λέγων· Οἱ δοῦλοι, καὶ οἱ ἐχθροὶ, καὶ οἱ ἠλλοτριωμένοι, πόθεν ἐξαίφνης Πατέρα καλεῖτε τὸν Θεόν; μὴ ὁ νόμος; ὑμῖν ταύτην ἐχαρίσατο τὴν συγγένειαν; τί τοίνυν καταλιπόντες τὸν εἰς ταύτην ὑμᾶς τὴν ἐγγύτητα ἀγαγόντα, προστρέχετε πάλιν τῷ παιδαγωγῷ; [663] Οὐκ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ ἱκανὰ τὰ ὀνόματα, αὐτοῖς ταῦτα τὴν εὐεργεσίαν ἐνδείξασθαι. Τὸ γὰρ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα μετὰ ἀκριβείας ἐξεταζόμενον τὴν εὐεργεσίαν πᾶσαν ἐνδείκνυται. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς διὰ τοῦτο κληθήσεται, φησὶν, *Ὅτι αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν*· καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ δὲ προσηγορία τῆς τοῦ Πνεύματος ἀνέμνησε χρίσεως. *Τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.*

δ'. Ὁρᾷς ὅτι οὐ δουλικὴν ὑπέμεινε διακονίαν οὐδὲ ἠναγκασμένην, οὐδὲ ἐξεδόθη παρά τινος, ἀλλ' ἑαυτὸν ἔδωκεν, ὥστε, ὅταν ἀκούσῃς Ἰωάννου λέγοντος, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Πατὴρ, μὴ ἐλαττώσῃς τὴν ἀξίαν τοῦ Μονογενοῦς διὰ τοῦτο, μηδὲ ἀνθρώπινόν τι ὑποπτεύσῃς. Κἂν γὰρ ὁ Πατὴρ λέγηται δεδωκέναι, οὐχ ἵνα δουλικὴν διακονίαν ἐννοήσῃς, τοῦτο λέγεται, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ τῷ Πατρὶ τοῦτο δοκοῦν ἦν, ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπών· *Κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν*· οὐ κατ' ἐπιταγὴν, ἀλλὰ *Κατὰ τὸ θέλημα*. Ἐπειδὴ γὰρ ἓν θέλημα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἅπερ ὁ Υἱὸς ἐβούλετο, ταῦτα καὶ ὁ Πατὴρ ἤθελεν. *Ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.* Μυρίοις, φησὶν, ἑαυτοὺς περιεπείραμεν κακοῖς, καὶ τῆς ἐσχάτης ἦμεν ὑπεύθυνοι κολάσεως. Καὶ ὁ μὲν νόμος οὐ μόνον οὐκ ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ κατεδίκασε, τὸ μὲν ἁμάρτημα φανερώτερον καθιστὰς, ἐλευθερῶσαι δὲ οὐκ ἰσχύων, οὐδὲ παῦσαι τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ἀδύνατον τοῦτο δυνατὸν ἐποίησε, τάς τε ἁμαρτίας λύσας, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐν τάξει φίλων καταστήσας καὶ μυρία ἕτερα χαρισάμενος ἀγαθά. Εἶτά φησιν *Ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ.* Πάλιν ἕτεροι ταύτης τῆς λέξεως ἐπιλαμβάνονται αἱρετικοὶ, τὸν παρόντα βίον διαβάλλοντες, καὶ τὴν Παύλου μαρτυρίαν παράγοντες. Ἰδοὺ γὰρ, φασὶ, τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα πονηρὸν εἴρηκε. Καὶ τί παράγεις αἰῶν, εἰπέ μοι; Χρόνος ἐν ἡμέραις καὶ ὥραις; Τί οὖν; τὸ διάστημα τῶν ἡμερῶν πονηρὸν, καὶ ἐκ ἡλίου δρόμος; Ἀλλ' οὐδεὶς ἂν εἴποι τοῦτό γε, εἰς ἐσχάτην ἀλογίαν κατενεχθείη. Ἀλλ' οὐ τὴν ἡμέραν εἶπε, φησὶν, ἀλλὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν πονηρὰν ἐκάλεσε. Καὶ μὴν τὰ ῥήματα οὐ τοῦτό φησιν, ὡς οὐκ ἴσταται ἐπὶ τῶν ῥημάτων, ἀφ' ὧν τὴν κατηγορίαν ἔπλεξας, ἀλλὰ σαυτῷ τέμνεις ἐρμηνείας ὁδόν. Οἶδα καὶ ἡμῖν συγχωρήσεις ἑρμηνεῦσαι τὰ εἰρημένα, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ εὐσεβῆ τὰ ἡμέτερα, καὶ λόγον ἔχοντα. Τί οὖν ἂν εἴποιμεν; Ὅτι οὐδεὶς τῶν κακῶν γένοιτ' ἂν αἰτιόν ποτε τῶν καλῶν, τῶν δὲ χρηστῶν στεφάνων καὶ τοσούτων μισθῶν ὁ παρὼν βίος αἰτιός ἐστιν. Αὐτὸς γοῦν οὗτος ὁ μακάριος Παῦλος ἐπαινεῖ μεθ' ὑπερβολῆς αὐτὸν λέγων οὕτως· *Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω.* Καὶ αἵρεσιν δὲ ἑαυτῷ [a] [664] τοῦ ζῆν ἐνταῦθα, καὶ τοῦ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, προτιμᾷ τὴν ἐνταῦθα διαγωγήν. Εἰ δὲ τοιαύτη ἦν, οὔτ' ἂν ἐκεῖνος ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ εἶπεν, οὔτ' ἄλλος τις εἰς ἀρετὴν αὐτῷ καταχρήσασθαι ἐξῆν εἰ καὶ σφόδρα ἐσπούδαζε. Κακίᾳ γὰρ οὐκ ἂν τις ἀγαθόν τις χρήσαιτο, οὐ πορνείᾳ εἰς σωφροσύνην, οὐ φθόνῳ εἰς φιλοφροσύνην. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ Παῦλος περὶ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς, ὅτι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται· τοῦτο λέγει, ὅτι ἡ κακία μένουσα κακία οὐ δύναται εἶναι ἀρετή. Ἐπὰν δὲ ὅταν ἀκούσῃς πονηρὸν αἰῶνα, τὰς πράξεις νόησον τὰς πονηράς, τὴν προαίρεσιν τὴν διεφθαρμένην. Οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀποκτείνῃ ἡμᾶς, καὶ ἐξαγάγῃ τῆς παρούσης ζωῆς, ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἵνα ἀφείς ἐν τῷ κόσμῳ, παρασκευάσῃ τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς διαγωγῆς γενέσθαι ἀξίους. Διὰ τοῦτο καὶ τῷ Πατρὶ διαλεγόμενος ἔλεγε· *Καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσὶ, καὶ ἐγὼ πρὸς σὲ ἔρχομαι.* Καὶ πάλιν, *Οὐκ ἐρωτῶ, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ*· τουτέστιν, ἀπὸ τῆς κακίας. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ τούτων, ἀλλ' ἔτι πονηρὰν τὴν παροῦσαν ζωὴν εἶναι φῂς, οὐκ ἐγκάλει τοῖς ἑαυτοὺς ἀναιροῦσιν. Ὥσπερ γὰρ ἐν κακίας ἑαυτὸν ὑπεξάγων, οὐκ ἐγκλημάτων, ἀλλὰ στεφάνων ἄξιος· οὕτω καὶ ὁ βιαίῳ θανάτῳ, καὶ ἀνάγκης ἢ δι' ἄλλων τινῶν καταλύων τὸ ζῆν, οὐκ ἂν εἴη δίκαιος ἐγκαλεῖσθαι καθ' ὑμᾶς. Νῦν δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς τοιούτους κολάζει τῶν ἀνδροφόνων μᾶλλον, καὶ πάντες βδελυττόμεθα, καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀνελεῖν οὐ καλὸν, πολλῷ μᾶλλον ἑαυτόν. Εἰ δὲ πονηρὸν ἡ παροῦσα ζωὴ, τοὺς ἀνδροφόνους στεφανοῦμεν ὅτι τῆς πονηρίας ἡμᾶς ἀπαλλάττουσι. Χωρὶς δὲ τούτων, καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ λέγουσιν, ἑαυτοῖς περιπίπτουσι. Τὸν γὰρ ἥλιον Θεὸν εἶναι φάσκοντες, καὶ μετ' ἐκεῖνον τὴν σελήνην, καὶ προσκυνοῦντες ὡς τῶν πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους, ἑαυτοῖς μαχόμενοι [b] λέγουσιν. Ἡ τούτων χρεία καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων πρὸς ἡμᾶς

[a] Ἑαυτῷ deest in Editis; sed in edit. Savil. notatur margine, et sic legit Interpres Latinus.

[b] Unus cod. recte, μαχόμενα.

Digitized by Google

hujus instaurationem : et quoniam seipsos hostes reddiderant Deo, obsecrat Deum ut eos ad eamdem pacem reducat. *Deo Patre.*

Aliud argumentum contra Anomœos. — Et hoc ex loco rursum facile capiuntur hæretici. Nam qui Joannem in initio sui Evangelii, cum ait, *Et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1. 1), dicunt ideo Θεόν, id est Deum, absque articulo posuisse, ut Filii deitatem induceret paterna minorem (*a*) ; itemque Paulum, cum ait Filium in forma Θεοῦ, id est Dei, fuisse, non de Patre fuisse loquutum, eo quod ibi quoque Dei nomen careat articulo : quid hic dicturi sunt, cum ipse Paulus sic loquatur, non ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, id est a Deo, præfixo articulo ; sed ἀπὸ Θεοῦ Πατρός, id est a Deo Patre, sine articulo ? Patrem vero hic Deum appellat, non quidem illis assentans ac blandiens, sed acriter arguens, causamque commemorans cur facti sint filii. Non enim per legem, sed per lavacrum regenerationis hoc honoris adepti sunt : ideoque passim in ipsis etiam exordiis spargit beneficentiæ divinæ vestigia, tantum non dicens : Cum servi sitis, cum sitis hostes et alienati, qua fronte vocatis Patrem Deum ? num lex vobis largita est istam cognationem ? cur igitur deserto eo, qui vos in hanc propinquitatem induxit, rursum transcurritis ad pædagogum ? Neque vero Patris nomen tantum, verum Filii cognomina sufficiebant ad declarandam illis Dei erga ipsos munificentiam. Etenim Domini Jesu Christi nomen si diligenter expendatur, totam illius beneficentiam declarat. Jesus enim, inquit, ob hoc vocabitur, *Quoniam ipse salvum faciet populum suum a peccatis ipsorum* (*Matth.* 1. 21) : Christi vero cognomen Spiritus unctionem revocat in memoriam (*b*). 4. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.*

4. Vides quod non servile sustinuerit ministerium, nec a quoquam sit traditus, sed ipse seipsum tradiderit. Itaque cum audis Joannem dicentem, quod Pater Filium suum unigenitum dedit pro nobis (*Joan.* 3. 16), ne ob id diminuas Unigeniti dignitatem, neve quid humanum de illo suspiceris. Quamquam enim Pater dicitur tradidisse, non hoc dicitur, ut imagineris quod Filius Patri servili more inserviat, sed ut intelligas hoc Patri quoque fuisse placitum. Quod et hic Paulus declarat, dicens : *Juxta voluntatem Dei et Patris nostri.* Non dixit, secundum præceptum, sed, *secundum voluntatem.* Etenim cum eadem sit voluntas Patris ac Filii, hæc voluit et Pater. *Pro peccatis nostris.* Innumeris, inquit, malis nosipsos involveramus, eramusque extremo supplicio obnoxii. Ac lex quidem adeo non liberabat, ut condemnarit etiam, sic prodito peccato et in apertum prolato, ut nec liberos reddere, nec iram Dei sedare valeret. sed Dei Filius et hoc quod erat impossibile, reddidit possibile, dum et peccata dissolvit, et inimicos constituit in amicorum ordinem, et alia innumera bona largitus est. Post hæc ait : *Ut eriperet nos ex præsenti sæculo malo.* Rursus hoc dictum alii arripiunt hæretici, damnantes hanc præsentem vitam, et in hoc Pauli testimonium allegantes. Ecce, inquiunt, præsens sæculum appellat malum. Sed age dic mihi, quid est sæculum ? Tempus diebus et horis distinctum. Quid igitur ? an spatium dierum malum est ? an malus est solis cursus ? At nemo istud umquam dicturus est, etiamsi ad extremam venerit amentiam. Verum, inquies, non tempus dixit malum, sed præsentem vitam appellavit malam. Atqui non istud sonant verba Pauli ; verum non sistis in verbis, ex quibus nectis hujus vitæ accusationem, sed ipse tibi aperis interpretandi viam. Proinde nobis quoque concedas, ut quæ dicta sunt interpretemur, idque eo magis, quod quæ nos afferimus et pia sunt et rationi consentanea. Quid igitur dicturi sumus ? Quod nullum malum esse queat umquam causa boni ; hæc vero vita innumerabiles coronas tantaque præmia pariat. Unde et ipse Paulus supra modum laudat eam, loquens hunc in modum : *Quod si vivere in carne hic mihi fructus est operis, et quid eligam ignoro* (*Philipp.* 1. 22). Hic vero cum sibi proponat optionem, utrum hic mallet vivere, an dissolvi et esse cum Christo, potius ducit hic commorari. Quod si mala esset vita, nequaquam hoc ille de seipso dixisset, nec alius quisquam potuisset ea ad virtutem abuti, quantumvis adhibuisset studii. Nullus enim umquam malitia possit in bonum uti, non scortatione ad pudicitiam, non invidia ad benevolentiam. Nam cum Paulus de prudentia carnis loquens scribit, eam non esse subjectam legi Dei ; neque enim posse (*Rom.* 8. 7) ; hoc sentit, malitiam donec manet malitia, non posse esse virtutem. Proinde cum audis malum sæculum, intellige pravas actiones, propositum animi corruptum. Neque enim ob id venit Christus, ut nos occideret exigeretque ex hac vita, sed ut nos in mundo relictos, dignos efficeret, qui in cælis versemur. Ideoque Patri loquens, sic ait : *Et hi in mundo sunt, et ego ad te venio* (*Joan.* 17. 11) ; ac rursum, *Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo ;* hoc est, a malitia. Quod si non pateris hanc interpretationem (*a*), sed adhuc prædicas hanc vitam esse malam, ne crimineris eos qui sibi ipsis consciscunt necem. Ut enim qui se subducit a malis, non criminationem meretur, sed coronam : ita qui violenta morte, seu laqueo seu aliis modis, vitam abrumpit, hunc haudquaquam æquum fuerit in crimen vocari secundum vestram sententiam. Nunc vero et Deus illos acrius punit quam homicidas, et nos omnes eos detestamur ; atque id jure merito. Nam si alios occidere fas non est, multo magis nefas est seipsum occide-

(*a*) Eusebius Cæsariensis, qui putabat Filium nec consubstantialem Patri, nec deitate ipsi parem, hoc etiam affert argumentum libro contra Marcellum, capite 16 et 17. Allato loco Joannis Evangelistæ versiculo, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος ; arguit ille τὸν Θεόν, Deum Patrem cum articulo τόν, Filium vero sine articulo esse, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, quia nempe Filius alterius minorisque substantiæ esset, quam Pater. Hoc autem Arianorum Anomœorumque argumentum frequenter opponebatur, quod ex aliis Scripturæ locis confutat Chrysostomus.

(*b*) Χριστός enim *unctum*, χρίσις *unctionem* significat : res sic trita.

(*a*) Manichæos notat.

Digitized by Google

re. Quod si hæc vita res esset mala, coronandi forent homicidæ, qui nos a malitia liberarent. Ad hæc autem, qui hæc dicunt, secum ipsi pugnant. Etenim cum solem prædicent esse Deum, post hunc et lunam deam, hosque adorent veluti multorum bonorum auctores, secum pugnantia loquuntur. Nam horum ut et reliquorum astrorum non alius est usus, nisi quod ad præsentem vitam nobis conferant; hanc, inquam, ut isti loquuntur, malam; dum et alunt corpora, et splendore prælucent, et terræ fructus alunt et augent. Qui fit igitur, ut ad hujus malæ vitæ constitutionem adeo subveniant isti vestro judicio dii? Sed neque astra dii sunt, absit; sed opera sunt Dei, in nostram utilitatem condita: neque mundus malus est. Quod si mihi memores homicidas, adulteros et monumentorum suffossores; hæc nihil ad præsentem vitam attinent: neque enim hæc peccata sunt vitæ quam agimus in carne, sed corruptæ voluntatis. Etenim si ista sic essent vitæ præsentis, ut sorte quadam illi essent affixa; nullus ab his malis liber esset neque purus. Proinde considera neminem effugere posse quæ propria sunt hujus vitæ. Quæ porro sunt hæc? Edere, bibere, dormire, crescere, esurire, sitire, nasci, mori, cunctaque his similia. Hæc nullus umquam vicerit, non peccator, non justus, non rex, non plebeius, sed omnes subjacemus naturæ necessitati. Itidem et scelera perpetrare, si pertineret ad sortem conditionemque naturæ, nullus hæc effugere posset, quemadmodum nec illa. Nec enim mihi dixeris, raros esse qui recte vitam gerunt. Nullum omnino reperies qui naturalibus necessitatibus umquam fuerit superior. Itaque donec vel unus invenietur, qui virtutem præstiterit, constabit undique illæsa nostra ratio. Quid ais, miser et infelix? num hæc vita mala, in qua Deum agnovimus, in qua de futuris philosophamur, in qua ex hominibus facti sumus angeli, cumque cælestibus Virtutibus simul choros ducimus? Et quod tandem aliud quæramus malæ perversæque vestræ mentis argumentum?

5. Cur igitur, inquis, Paulus sæculum præsens dixit malum? Nimirum communi hominum more sic loquutus est, quandoquidem et nos sic loqui solemus, Malum habui diem, non ipsum tempus, sed actionem et ærumnam incusantes. Eadem ratione Paulus damnans pravas hominum voluntates, hac loquendi consuetudine est usus, ostendens quod Christus nos liberaverit a prioribus peccatis, et in posterum adversus hæc tutos reddiderit. Prius enim illud declarat, cum ait, *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris*: cum autem addit, *Ut eriperet nos ex præsenti sæculo malo*, tutamen et custodiam in posterum aperit. Nam lex quidem etiam ad unum horum erat infirma, gratia vero ad utrumque valuit. Ideo subjunxit: *Secundum voluntatem Dei et Patris nostri*. Cum enim illi putarent se Deo non obsequi, utpote qui legem servandam dederat, metuerentque ne perirent, si deserta veteri lege in novam progrederentur; et hanc illorum opinionem corrigit dicens, hæc Patri quoque placita esse. Nec simpliciter dixit, Patris, sed, *Patris nostri*; idque frequenter repetit, pudorem illis incutiens, cum ostendit, quod suum Patrem Christus nostrum Patrem effecerit. 5. *Cui gloria in sæcula. Amen.* Et hoc novum est et inusitatum. Nam hanc vocem, *Amen*, nusquam alibi reperimus in epistolarum initio positam, sed multis præcedentibus solet addi. At hic ostendens ea, quæ dicta sunt, satis evidentem habere Galatarum accusationem, et sermonem esse perfectum et absolutum, hoc usus est exordio: quandoquidem manifesta crimina non egent multo probationis apparatu. Posteaquam enim illis in memoriam redegisset crucem et resurrectionem, redemptionem e peccatis, in posterum datam tutelam, paternam voluntatem, Filii consilium, gratiam, pacem, denique totum illius donum, glorificando Deum sermonem clausit. Verum non hac de causa solum hoc fecit, sed etiam quod supra modum doni magnitudinem admiraretur ac stuperet, gratiæque immensitatem, simulque secum reputaret, cum tales essemus, quales nos reddidisset Deus, idque subito in puncto momentoque temporis: tamquam qui hæc oratione consequi non posset, glorificatione finit sermonem, non eam quæ Deo digna sit, sed quam ipse poterat laudem pro toto terrarum orbe depromens. Atque ideo deinceps concitatiore usus est oratione, velut inflammatus vehementer ex consideratis Dei erga nos beneficiis. Cum enim dixisset, *Cui gloria in sæcula, amen;* ab acriori objurgatione orditur, dicens: 6. *Miror quod tam cito transferimini ab eo, qui vocavit vos in gratia Christi, in aliud evangelium.* Quoniam per legis observationem arbitrabantur se placere Patri, quemadmodum existimabant Judæi Christum persequentes; hoc primum demonstrat, illos dum hæc faciunt, non modo Christum, sed et Patrem offendere. Non enim, inquit, a Christo, sed etiam a Patre deficitis ista faciendo. Nam ut Vetus Testamentum non Patris tantum est, verum et Filii: ita gratia non Filii solum est, sed et Patris, et communia omnia: *Omnia*, inquit, *quæ Patris mei sunt, mea sunt* (Joan. 16. 15). Ergo cum dicit eos etiam a Patre descivisse, duplicem impingit culpam, quod defecerint, et quod celerrime defecerint. Atqui contrarium etiam erat reprehensione dignum, videlicet si post multum temporis descivissent; verum hic agitur de circumventione. Est quidem et ille dignus reprehensione, qui post longum temporis spatium deficit: qui vero ad primam irruptionem et in ipso sagittarum e longinquo volantium jactu concidit, extremæ imbecillitatis de se specimen præbuit. Hoc nomine et hos incusat, dicens: Quid hoc rei est, quod ii qui vos decipiunt, nec spatio temporis ad id opus habent, sed primus accessus sufficit eis ad subvertendum vos et capiendum? quam tandem impetrare possitis veniam? Etenim si hoc crimen in amicos commissum esset, ac si is, qui priores utiles ac necessarios amicos reliquisset, dignus esset condemnatione: qui Deo vocante resilit, cogita quanto supplicio sit obnoxius. Cæterum cum ait, *Miror*, non solum verecundiam illis ingerit hoc dicto, quod post tantam munificentiam, post tan-

Digitized by Google

μὲν οὐδὲν, εἰς δὲ τὴν παροῦσαν ἡμῖν συντελεῖ ζωὴν, τὴν, ὡς αὐτοί φασι, πονηρὰν, σώματα τρέφουσά τε, καὶ καταυγάζουσα, καὶ καρποὺς εἰς ἀκμὴν ἄγουσα. Πῶς οὖν πρὸς τὴν σύστασιν τοῦ πονηροῦ βίου τοσαύτην εἰσάγουσι λειτουργίαν οὗτοι οἱ καθ' ὑμᾶς θεοί; Ἀλλ' οὔτε τὰ ἄστρα θεοὶ, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἔργα Θεοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν πεποιημένα χρείαν, οὔτε ὁ κόσμος πονηρός. Εἰ δὲ λέγοις μοι τοὺς ἀνδροφόνους καὶ τοὺς μοιχοὺς καὶ τοὺς τυμβωρύχους, οὐδὲν ταῦτα πρὸς τὸν παρόντα βίον· οὐδὲ γὰρ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ταῦτα ἁμαρτήματα, ἀλλὰ τῆς διεφθαρμένης προαιρέσεως. Εἰ γὰρ τῆς παρούσης ζωῆς ἦν ταῦτα, ὡς πάντως αὐτῇ συγκεκληρωμένα, οὐδεὶς ἂν ἐλεύθερος ἦν οὐδὲ καθαρός. Ὅρα γοῦν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς τὰ ἰδιώματα οὐδένα δυνάμενον διαφυγεῖν. Τίνα δὲ ταῦτά ἐστι; Τὸ ἐσθίειν, τὸ πίνειν, τὸ καθεύδειν, τὸ αὔξεσθαι, τὸ πεινῇν, τὸ διψῇν, τὸ γεννᾶσθαι, τὸ τελευτᾷν, καὶ τὰ τούτοις ἑοικότα ἅπαντα. Καὶ τούτων οὐδεὶς ἂν περιγένοιτο, οὐχ [665] ἁμαρτωλὸς, οὐ δίκαιος, οὐ βασιλεὺς, οὐκ ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ὑποκείμεθα τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ. Οὕτω καὶ τὸ φαῦλα πράττειν, εἰ τῇ φύσει τῆς ζωῆς ἦν συγκεκληρωμένον, οὐδεὶς ἂν αὐτὰ διέφυγεν, ὥσπερ οὐδὲ ἐκεῖνα. Μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι σπάνιοι οἱ κατορθοῦντες. Τῶν γὰρ φυσικῶν ἀναγκῶν οὐδένα εὑρήσεις περιγεγενημένον ποτέ. Ὥστε ἕως ἂν εὑρίσκηται καὶ εἰς κατωρθωκὼς ἀρετὴν, οὐδὲν ὁ λόγος παραβλαβήσεται. Τί φῄς, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε; πονηρὰ ἡ παροῦσα ζωὴ, ἐν ᾗ τὸν θεὸν ἐπέγνωμεν, ἐν ᾗ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφοῦμεν, ἐν ᾗ γεγόναμεν ἐξ ἀνθρώπων ἄγγελοι, καὶ ταῖς ἄνω συγχορεύομεν δυνάμεσι; Καὶ ποίαν ἑτέραν ζητήσωμεν τῆς πονηρᾶς ὑμῶν γνώμης καὶ διεστραμμένης ἀπόδειξιν;

ε'. Τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ Παῦλος εἶπε, φησὶν, αἰῶνα πονηρὸν τὸν ἐνεστῶτα; Τῇ κοινῇ κεχρημένος συνθείᾳ. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, Κακὴν ἔσχον ἡμέραν, οὐ τὸν καιρὸν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν, ἢ τὴν περίστασιν διαβάλλοντες. Οὕτω καὶ ὁ Παῦλος τὰς πονηρὰς διαβάλλων προαιρέσεις, τῇ συνηθείᾳ κέχρηται· καὶ δείκνυσιν, ὅτι καὶ τῶν προτέρων ἡμᾶς ἀπήλλαξεν ὁ Χριστὸς ἁμαρτημάτων, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀσφάλισατο. Τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, *Τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν*, ἐκεῖνο ἐδήλωσε· τῷ δὲ προσθεῖναι, *Ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ*, τὴν πρὸς τὸ μέλλον ἀσφάλειαν ἐνέφηνεν. Ὁ μὲν γὰρ νόμος καὶ πρὸς τὸ ἐν σθένει, ἡ δὲ χάρις πρὸς ἀμφότερα δυνατὴ γέγονε. *Κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμιζον ἐκεῖνοι τοῦ Θεοῦ παρακούειν, ὡς δεδωκότος τὸν νόμον, καὶ ἐδεδοίκεσαν, εἰ τὴν Παλαιὰν ἀφέντες προσέλθοιεν τῇ Καινῇ· καὶ ταύτην διὰ τῶν ὅρων διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν λέγων, ὅτι καὶ τῷ Πατρὶ ταῦτα δοκεῖ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, Πατρὸς, ἀλλὰ, *Πατρὸς ἡμῶν*, καὶ συνεχῶς αὐτὸ τίθησιν, ἐνδεικνύων αὐτοὺς τῷ δεικνύναι, ὅτι Πατέρα ἡμῶν τὸν τοῦ **Πατέρα** πεποίηκεν ὁ Χριστός. *ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* Καὶ τοῦτο καινὸν καὶ παρηλλαγμένον. Τὸ γὰρ, *Ἀμήν*, οὐδαμοῦ ἐν ἀρχῇ καὶ προοιμίοις Ἐπιστολῆς εὑρίσκομεν κείμενον, ἀλλὰ μετὰ πολλά. Ἐνταῦθα δὲ δεικνὺς, ὅτι καὶ τὰ εἰρημένα ἱκανὴν εἶχε κατηγορίαν Γαλατῶν, καὶ ὅτι ὁ λόγος ἀπηρτισμένος ἐστὶ, τὸ προοίμιον τοῦτο τέθεικε. Τὰ γὰρ φανερὰ τῶν ἐγκλημάτων οὐ πολλῆς δεῖται κατασκευῆς. Ἀναμνήσας γὰρ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως, τῆς τῶν ἁμαρτημάτων λυτρώσεως, τῆς πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλείας, τῆς τοῦ Πατρὸς γνώμης, τῆς τοῦ Υἱοῦ βουλῆς, τῆς χάριτος, τῆς εἰρήνης, πάσης αὐτοῦ τῆς δωρεᾶς, εἰς δοξολογίαν τὸν λόγον κατέκλεισεν. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ μεθ' ὑπερβολῆς ἐκπλήττεσθαι τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος, τῆς χάριτος τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ἐννοεῖν τίνας ὄντας τί εἰργάσατο ὁ Θεὸς ἀθρόον καὶ ἐν ἀκαριαίᾳ καιροῦ ῥοπῇ· ἅπερ τῷ λόγῳ [666] παραστῆσαι μὴ δυνάμενος, εἰς δοξολογίαν κατέλυσεν, οὐ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ τὴν αὐτῷ δυνατὴν εὐφημίαν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἀναπέμπων ἀπάσης. Διὰ τοῦτο καὶ σφοδρότερον τῷ μετὰ ταῦτα κέχρηται λόγῳ, καθάπερ πυρωθεὶς σφοδρῶς ὑπὸ τῆς ἐννοίας τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ. Εἰπὼν γὰρ, *ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμὴν*, ἀπὸ σφοδροτέρας ἄρχεται ἐπιπλήξεως, οὕτω λέγων· *Θαυμάζω, ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον.* Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς τοῦ νόμου φυλακῆς ὑπώπτευον ἀρέσκειν τῷ Πατρὶ, καθάπερ καὶ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν διώκοντες, τοῦτο πρῶτον ἐνδείκνυται, ὅτι οὐ τὸν Χριστὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα παροξύνουσι τοῦτο πράττοντες. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μεθίστασθε τοῦτο ποιοῦντες. Ὥσπερ γὰρ ἡ Παλαιὰ οὐ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ ἡ χάρις οὐ τοῦ Υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ πάντα κοινά· *Πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρός μου, ἐμά ἐστιν.* Εἰπὼν τοίνυν, ὅτι καὶ τοῦ Πατρὸς ἀφίστανται, δύο ἐγκλήματα τίθησι, καὶ τὴν μετάθεσιν, καὶ τὴν ταχίστην μετάθεσιν. Καὶ μὴν τὸ ἐναντίον κατηγορίας ἄξιον, τὸ μετὰ πολὺν ἀποστῆναι χρόνον· ἀλλὰ ἐνταῦθα περὶ ἀπάτης ὁ λόγος. Ἄξιος μὲν γὰρ ἐγκλημάτων καὶ ὁ μετὰ πολὺν χρόνον· ὁ δὲ ἐκ πρώτης προσβολῆς, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀκροβολισμοῖς καταπεσὼν, ἐσχάτης ἀσθενείας ἐξήνεγκεν ὑπόδειγμα, ὃ καὶ τούτοις ἐγκαλεῖ, λέγων· Τί τοῦτο, ὅτι οὐδὲ χρόνου δέονται οἱ ἀπατῶντες ὑμᾶς, ἀλλ' ἡ πρώτη προσαγωγὴ [a] ἀρκεῖ πάντας ὑμᾶς καταστρέψασθαι καὶ ἑλεῖν; καὶ ποίαν ἂν σχοίητε συγγνώμην; Εἰ γὰρ ἐπὶ φίλων τοῦτο γινόμενον, ἔγκλημα, καὶ ὁ τοὺς προτέρους καὶ χρησίμους τῶν ἐπιτηδείων ἀφεὶς καταγνώσεως ἄξιος, ὁ Θεοῦ καλοῦντος ἀποπηδῶν, ἐννόησον ὅσης ἂν εἴη τιμωρίας ὑπεύθυνος. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Θαυμάζω*, οὐ μόνον ἐντρέπων αὐτοὺς λέγει, ὅτι μετὰ τοσαύτην δωρεὰν, μετὰ τοσαύτην ἁμαρτημάτων συγχώρησιν καὶ φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν, εἰς ζυγὸν δουλείας ἠτομόλησαν· ὁμοῦ δὲ καὶ δεικνὺς, οἷαν

[a] Editi, ἀλλ' ἐκ πρώτης προσαγωγῆς. Sed Savil. in marg., ἡ πρώτη προσαγωγή, et sic legit Interpres Latinus, atque ita sensus postulare videtur.

Digitized by Google

ἔχει περὶ αὐτῶν ὑπόνοιαν, ὅτι μεγάλην τινὰ καὶ ἐσπουδασμένην. Οὐδὲ γὰρ ἂν, εἰ τῶν τυχόντων ἐνόμιζεν αὐτοὺς εἶναι καὶ εὐεξαπατήτων, ἐθαύμασεν ἂν ἐπὶ τῷ γενομένῳ, ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν γνησίων, φησὶ, καὶ πολλὰ πεπονηκότων ὑμεῖς, διὰ τοῦτο θαυμάζω· ὅπερ ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς ἀνακτήσασθαι, καὶ πρὸς τὰ πρότερα ἐπαναγαγεῖν. Ὃ καὶ ἐν μέσῃ τῇ Ἐπιστολῇ διλῶν ἔλεγε· *Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ, εἴ γε καὶ εἰκῇ. Μετατίθεσθε.* Οὐκ εἶπε, μετέθεσθε, ἀλλὰ, *Μετατίθεσθε*, τουτέστιν, Οὐδέπω πιστεύω, οὐδὲ ἡγοῦμαι ἀπηρτισμένην εἶναι τὴν ἀπάτην· ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ἐστὶν ἀνακτωμένου. Τοῦτο οὖν σαφέστερον προεἰπὼν, λέγει, *Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε.* [667] *Ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ.* Ἡ μὲν κλῆσίς ἐστι τοῦ Πατρὸς, τῆς δὲ κλήσεως ἡ αἰτία, τοῦ Υἱοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καταλλάξας καὶ δωρεὰν δούς· οὐ γὰρ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ἐσώθημεν. Μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα ἐκείνου, καὶ ἐκεῖνα τούτου· *Τὰ γὰρ ἐμὰ σὰ*, φησὶ, *καὶ τὰ σὰ ἐμά*. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου μετατίθεσθε, ἀλλ', *Ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς Θεοῦ*. Ὃ γὰρ ἦν φρικωδέστερον, καὶ μᾶλλον ἱκανὸν αὐτοὺς καταπλῆξαι, τοῦτο τέθεικεν. Οἱ γὰρ ἀπατᾷν αὐτοὺς βουλόμενοι, οὐκ ἀθρόως τοῦτο ἐποίουν, ἀλλ' ἡρέμα αὐτοὺς τῶν πραγμάτων μεθιστῶντες, τῶν ὀνομάτων οὐ μεθίστων. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ διαβόλου πλάνη, μὴ γυμνὰ προτιθέναι τὰ θήρατρα. Εἰ μὲν γὰρ εἶπον, Ἀπόστητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὡς πλάνους ἂν καὶ λυμεῶνας ἐφυλάξαντο· νῦν δὲ ἀφέντες αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει τέως, καὶ τῇ πλάνῃ εὐαγγελίου ἐπιτιθέντες ὄνομα, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας διώρυττον τὴν οἰκοδομὴν, τῶν εἰρημένων, καθάπερ τινῶν παραπετασμάτων, διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων κρυπτόντων τοὺς τοιχωρύχους.

Γ'. Ἐπεὶ οὖν εὐαγγέλιον ἐκάλουν τὴν ἑαυτῶν ἀπάτην, καλῶς αὐτὸς καὶ πρὸς τὸ ὄνομα μάχεται, καὶ παρρησιάζεται, λέγων· *Εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο.* Καλῶς· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλο [a]. Ἀλλ' ὅμως ὅπερ πάσχουσιν οἱ νοσοῦντες ἐκ τῶν ὑγιεινῶν βλαπτόμενοι σιτίων, τοῦτο καὶ Μαρκίωνες ἐνταῦθα ἔπαθον. Ἐπελάβετο γὰρ τῶν εἰρημένων εἰπὼν, ὅτι Ἰδοὺ καὶ Παῦλος εἶπεν, Οὐκ ἔστιν ἕτερον εὐαγγέλιον. Οὐδὲ γὰρ παραδέχονται τοὺς εὐαγγελιστὰς ἅπαντας, ἀλλ' ἕνα μόνον, καὶ αὐτὸν περικόψαντες καὶ συγχέαντες, ὡς ἐβούλοντο. Τί οὖν, ὅταν αὐτὸς λέγῃ, *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ*; Ἔστι μὲν οὖν πολλοῦ γέλωτος τὰ εἰρημένα παρ' αὐτῶν· πλὴν κἂν καταγέλαστα ᾖ, ἀναγκαῖον διελέγχειν αὐτὰ διὰ τοὺς εὐκόλως ἀπατωμένους. Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι κἂν μυρίοι γράφωσιν Εὐαγγέλια, τὰ δὲ αὐτὰ γράφωσιν, ἓν ἐστι τὰ πολλὰ, καὶ οὐδὲν ἀπὸ τοῦ τῶν γραφόντων πλήθους εἰς τὸ ἓν εἶναι παραβλαβήσεται· ὥσπερ οὖν κἂν εἷς ᾖ πάλιν ὁ γράφων, καὶ ἐναντία λέγῃ, οὐκ ἔστιν ἓν τὰ γραφόμενα. Τὸ γὰρ ἓν καὶ οὐχ ἕν, οὐ τῷ τῶν γραφόντων ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ ταυτότητι καὶ ἑτερότητι τῶν λεγομένων κρίνεται. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια ἓν ἐστιν Εὐαγγέλιον. Ὅταν γὰρ ἄτερος τὰ αὐτὰ λέγωσιν, οὐκ ἔστιν ἄλλο καὶ ἄλλο τὴν τῶν προσώπων διαφοράν, ἀλλ' ἓν διὰ τὴν τῶν εἰρημένων συμφωνίαν. Οὐδὲ γὰρ ὁ Παῦλος τὰ αὐτὰ θμοῦ λέγει νῦν, ἀλλὰ περὶ διαφωνίας τῶν εἰρημένων. Εἰ μὲν οὖν ἄλλο τὸ Ματθαίου, καὶ τὸ Λουκᾶ ἕτερον κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἐγγεγραμμένων καὶ τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν, καλῶς ἐπιμένονται τοῦ λόγου· εἰ δὲ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, πεπαίσαν ἀνοηταίνοντες, καὶ ταῦτα προσποιούμενοι ἀγνοεῖν, ἃ καὶ τοῖς ἄγαν παισὶν ἐστι κατάδηλα· *μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες ἀνατρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.* Τοῦτο ἐστιν, Ἕως ἂν ὑγιαίνητε τὸν νοῦν, οὐκ ἐπιγνώσεσθε ἕτερον εὐαγγέλιον, ἕως ἂν ὀρθὰ βλέπητε, καὶ μὴ διεστραμμένα, τὰ μὴ ὄντα φανταζόμενοι. Ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς διαταραχθεὶς ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων βλέπει, οὕτω καὶ νοῦς τῇ τῶν πονηρῶν συγχύσει θολούμενος λογισμῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχειν εἴωθε. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ μαινόμενοι ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων φαντάζονται. Ἀλλ' αὕτη χαλεπωτέρα ἐκείνης ἡ μανία· οὐκ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς νοητοῖς τὴν λύμην ἐργαζομένη, οὐκ ἐν τῇ κόρῃ τῶν τοῦ σώματος ὀμμάτων, ἀλλ' ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας τὴν καταστροφὴν κατασκευάζουσα. *Καὶ θέλοντες ἀνατρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.* Καὶ μὴ μόνον, ἢ δευτέραν ἐπεισῆγον ἐντολὴν, τὴν τῆς περιτομῆς, καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν μόνον καινοτομοῦντες, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι μικρὸν παραποιηθέν, τὸ ὅλον λυμαίνεται, εἶπε τὸ Εὐαγγέλιον ἀνατρέπεσθαι. Καθάπερ γὰρ ἐν τοῖς βασιλικοῖς νομίσμασιν ὁ μικρὸς τοῦ χαρακτῆρος περικόψας, ὅλον τὸ νόμισμα κίβδηλον εἰργάσατο· οὕτω καὶ ὁ τῆς ὑγιοῦς πίστεως τὸ βραχύτατον ἀνατρέψας, τῷ παντὶ λυμαίνεται ἐπὶ τὰ χείρονα προϊὼν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς.

Ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ φιλονεικίας ἡμᾶς κρίνοντες ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς διαστάσεως; Οἱ νῦν εἰσιν οἱ λέγοντες οὐδὲν μέσον εἶναι ἡμῶν καὶ τῶν, ἀλλ' ἀπὸ φιλαρχίας τὴν διαφορὰν γενέσθαι. Ἀκουέτωσαν τί φησιν ὁ Παῦλος, ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον ἀνέτρεψαν οἱ καὶ μικρόν τι καινοτομοῦντες. Οὐκοῦν τι μικρόν· πῶς γὰρ [b], οἱ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κτίσμα λέγοντες; Οὐκ ἤκουσας ὅτι καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ σαββάτῳ ξύλα τις συλλέξας, καὶ μίαν ἐντολὴν παραβὰς, καὶ οὐδὲ ταύτην μεγίστην, ἐσχάτην δίκην ἔσχεν; καὶ Ὀζᾶ τὴν κιβωτὸν μέλλουσαν πεσεῖσθαι στηρίξας, παραχρῆμα ἀπέθανεν, ὅτι μὴ προσήκούσης αὐτῷ διακονίας ἥψατο; Εἶτα σαββάτου μὲν ἡ παράβασις, καὶ τὸ τῆς κιβωτοῦ καταπεσεῖν ἄψασθαι, εἰς τοσαύτην ἦγαγε τὸν Θεὸν ἀγανάκτησιν, ὥστε μηδὲ βραχείας τυχεῖν συγγνώμης τοὺς τοσοῦτον τολμήσαντας· ὁ δὲ δόγματα φρικτὰ καὶ ἀπάντων

[a] Hæc, καλῶς... ἄλλο, quæ lecta fuerant ab Interprete Latino, in Editis δι' ὁμοιοτέλευτον omissa sunt. Mox Μαρκίωνες pro Marcionistis antehac apud Chrysostomum non memini me legere, licet non infrequens sit apud illum Marcionistarum mentio.

[b] Savil. in margine εἰ δὲ οὕτοι πῶς. Locum hunc meliorem effert Interpres Latinus, nam post hæc verba *Filium Dei prædicant esse creaturam*, adjecit, *et quæ omnium maximum immutant.*

Digitized by Google

tam peccatorum condonationem, post immensam exhibitam humanitatem, ultro currant ad jugum servitutis : verum simul et illud ostendit qualem habeat de illis opinionem, nimirum ingentem quamdam et egregiam. Neque enim si judicasset eos de numero vulgarium esse, et eorum quibus facile imponitur, nequaquam admiraretur quod acciderat : verum, Quoniam vos, inquit, estis de numero sincerorum, et eorum qui multum laboris sustinuerunt, ideo miror. Id igitur satis erat ad eos restituendos et ad priora revocandos, quod ipsum in hujus epistolæ medio declarat, dicens : *Tam multa vassi estis frustra, si tamen frustra. Transferimini.* Non dixit, Transiati estis, sed, *Transferimini*, hoc est, Nondum credo, nondum arbitror perfectam circumventionem. Quod ipsum rursus est revocare studentis. Hoc igitur cum dixisset, addit : *Ego confido de vobis, quod nihil aliud sapietis* (*Gal.* 5. 10). *Ab eo qui vocavit vos in gratia Christi.* Ipsa quidem vocatio Patris est, vocationis autem causa Filii est : nam ipse est qui nos reconciliavit, qui donum dedit : neque enim ex operibus justitiæ salvi facti sumus. Quin potius et hæc illius sunt, et illa hujus : nam *Mea*, inquit, *tua sunt, et tua mea* (*Joan.* 17. 10). Nec dixit, Ab evangelio transferimini ; sed, *A Deo, qui vos vocavit.* Quod erat dictu horribilius, et accommodatius ad terrorem illis incutiendum, id posuit. Siquidem qui studebant illos seducere, non id repente faciebant, sed paulatim eos ab ipsis rebus transferentes, a nominibus non transferebant. Nam hujusmodi diaboli fraus est, haudquaquam nudos proponere laqueos, quibus venatur homines. Etenim si dixissent, Desciscite a Christo, Galatæ vitassent eos velut impostores et corruptores : nunc vero sinentes eos adhuc in fide manere, et interim fraudi prætexentes evangelii nomen, facillime ædificium perfodiebant, videlicet iis quæ dixi, velut obtentis velamentis per hæc nomina celantibus parietum perfossores.

6. Quoniam igitur illi suam fraudem appellabant evangelium, ipse etiam adversus nomen repugnat, libereque agit, dicens : *In aliud evangelium*, 7. *quod non est aliud.* Pulchre : neque enim est aliud. Attamen quod accidit ægrotantibus, dum salubribus cibis offenduntur, hoc idem usu venit hic Marcionistis : arripuerant enim quæ dicta sunt hic, ac dicebant : Ecce Paulus etiam ipse dixit, non esse aliud evangelium. Neque enim hi recipiunt omnes evangelistas, sed unum dumtaxat : quem ipsum tamen suo arbitratu mutilarunt commiscueruntque. Quid igitur sibi vult cum ait, *Juxta evangelium meum et prædicationem Jesu Christi* (*Rom.* 16. 25) ? Sunt quidem vehementer ridicula, quæ isti afferunt ; verumtamen quamquam sunt deridenda, operæ pretium tamen est ea refellere propter eos qui facile decipiuntur. Quid igitur dicemus ? Quod etiam si decies mille sint evangelistæ qui scribunt evangelia, modo scribant eadem, multa illa unicum esse evangelium, neque quidquam obstare scribentium multitudinem, quominus unum sit evangelium : quemadmodum ex adverso, si unus scribens contraria diceret, non essent unum evangelium quæ scribuntur. Ut enim unum sit evangelium aut non unum, non æstimatur ex numero scribentium, sed hinc, eademne sint an diversa quæ scribuntur. Unde dilucidum est, quatuor Evangelia unum esse evangelium. Cum enim quatuor eadem loquantur, non est aliud atque aliud ob personarum differentiam, sed unum ob eorum qui loquuntur consonantiam. Neque enim Paulus nunc de numero loquitur, sed de dissonantia eorum quæ dicuntur. Proinde si secundum vim scriptorum et dogmatum accurationem aliud est evangelium Matthæi, aliud Lucæ ; recte Pauli sermonem hunc arripiunt : sin unum et idem est, desinant ineptire, simulantes hæc ignorare se, quæ vel admodum pueris nota perpicuaque sunt. *Nisi quod quidam sunt, qui conturbant vos, et volunt subvertere evangelium Christi.* Hoc est, donec fueritis sanæ mentis, non agnoscetis aliud evangelium, donec recto nec distorto fueritis intuitu, ita ut imaginemini ea quæ non sunt. Quemadmodum enim oculus turbatus aliud pro alio cernit : ita mens pravarum cogitationum confusione perturbata, idem pati consuevit. Ideo enim qui laborant insania, alia pro aliis imaginantur. Verum hæc insania periculosior est quam illa, quæ noxam affert non in rebus sensilibus, sed in rebus intelligibilibus ; non in pupilla corporalium oculorum, sed in oculis animi subversionem gignens. *Et volunt subvertere evangelium Christi.* Atqui unum aut alterum dumtaxat præceptum induxerant, circumcisionem et dierum observationem innovantes . verum ut ostenderet quod pusillum quiddam perperam admixtum, totum corrumpit, dixit subverti evangelium. Quemadmodum enim in moneta regia, qui paulum aliquid amputarit de impressa imagine, totum numisma reddidit adulterinum : ita quisquis sanæ fidei vel minimam particulam subverterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedens.

Contra Anomœos et Arianos. — Ubi sunt igitur qui nos ut contentiosos damnant, eo quod cum hæreticis habemus dissidium ? ubi sunt qui dictitant nullum esse discrimen inter nos et illos, sed ex principatus ambitu proficisci discordiam ? Audiant quid dicit Paulus, nimirum illos subvertisse evangelium, qui paululum quiddam rerum novarum invexerant. Isti vero non pusillum quiddam innovant ; nam quomodo pusillum, cum Filium Dei prædicent esse creaturam ? Annon audisti, quod is qui in Veteri quoque Testamento, sabbato ligna collegerat, unicum mandatum nec id maximum transgressus, extremo affectus sit supplicio ? quodque Oza, quoniam arcam alioqui subvertendam fulsit, e vestigio mortuus est (2. *Reg.* 6. 7), eo quod ministerium ipsi non congruens usurparit ? Ergone sabbatum violatum et solus arcæ ruituræ contactus ad tantam indignationem Deum provocavit, ut qui hæc ausi fuerant, ne minimum quidem veniæ sint consequuti : hic vero qui adoranda et ineffabilia dogmata corrumpit, excusationem habiturus est et veniam consequetur ? Non potest hoc fieri, non potest, inquam. Hoc ipsum igitur est omnium

Digitized by Google

malorum causa, quod ob pusilla non indignemur. Ob id enim majora scelera sustinuerunt, quod minoribus debita correctio non adhibeatur. Et quemadmodum in corporibus, qui vulnera neglexerunt, febres gignunt et putrefactiones ac mortem denique : itidem et in animis qui pusilla spernunt, majora inducunt. Ille, inquiunt, labitur in jejunio, neque quidquam est magni : alter vero valet quidem recta fide, cæterum temporis gratia simulans, profitendi libertatem prodidit; neque id quidem est aliquid magni mali. Alius irritatus, minatus est se defecturum a recta fide; neque id supplicio dignum, inquies, eo quod ira animique commotione peccavit. Quin et innumera reperiet aliquis hujus generis quotidie peccata invehi in Ecclesias. Hanc ob causam ridiculi facti sumus et Judæis et gentibus, dum Ecclesia in mille partes discinditur. Etenim si iis, qui a divinis præscriptis resilire conabantur et paulum quiddam secus quam oporteret tentabant, mox ab initio fuisset adhibita conveniens increpatio : nequaquam nata fuisset hæc pestis, non tanta tempestas Ecclesias occupasset. Vide igitur quomodo Paulus circumcisionem appellat evangelii subversionem.

7. *Contra Christianos judaizantes et superstitiosos.* — Nunc autem multi sunt apud nos, qui eodem die jejunant quo Judæi, qui similiter observant sabbata; et generose ferimus, imo potius miserabiliter (*a*). Et quid loquor de rebus Judæorum? multa gentium more apud nostros aliquot servantur, sortilegia, auguria, omina, ac dierum observationes, superstitiosa super genesim cura, et omnis impietatis plenæ literæ, quas puerorum, protinus ut nati sunt, magno malo capitibus imponunt, ab ipso protinus exordio docentes illos virtutis adipiscendæ studium abjicere, et ad fallacem fati tyrannidem, quod quidem in ipsis est, illos adducentes. Quod si iis qui circumciduntur Christus nihil prodest, istis qui tanta invehunt mala, cur adeo deinceps profutura est fides ad salutem? Quamquam a Deo erat data circumcisio; verum quoniam corruptelam inferebat evangelio, non suo tempore servata, nihil non fecit Paulus, ut eam amputaret. Et post hæc cum Paulus ad excludendas consuetudines Judaicas tantum adhibuerit studium, eo quod intempestive servarentur : nos ne paganam quidem consuetudinem amputabimus? et quam obsecro sumus habituri excusationem? Has ob causas in tumultu ac turbatione sunt res nostræ, et qui discipuli esse debuerant, multa repleti mentis elatione, subverterunt ordinem, et omnia sus deque versa sunt. Quod si quis illos vel leviter accuset, conspuunt in eos, quorum imperio subsunt, quia nempe nos eos perperam a puero instituimus. Atqui etiam si qui præsunt, improbi essent innumerisque scaterent malis, ne sic quidem fas esset discipulo dictis non audientem esse. Etenim si de Judæorum doctoribus dictum est, quoniam super cathedram Mosis sedebant (*Matth.* 23. 2), eos a discipulis esse audiendos, quamquam operibus erant onusti tam malis, ut Dominus discipulis præceperit ne illa imitarentur : qua venia digni erunt, qui Ecclesiæ præsides per gratiam Dei modeste viventes, conspuunt et conculcant? Quod si nefas est ut alius alium judicet, quanto magis fas non est judicare doctores? 8. *Sed etiamsi ego aut angelus de cælo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.* Vide prudentiam apostolicam. Ne quis diceret, illum sua ipsius ostentare dogmata, etiam seipsum devovit. Cæterum quoniam ad auctoritatem confugiebant, et ubique celebrabant Jacobum et Joannem, hac de causa et angelorum meminit : Ne mihi, inquit, Jacobum narres et Joannem : etiamsi quis primorum angelorum e cælis descenderit, corrumpens evangelii prædicationem, anathema sit. Non temere dixit, De cœlo; sed, quoniam sacerdotes quoque dicti sunt angeli (*Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem exquirent ex ore ejus, quoniam angelus Domini omnipotentis est* (*Malach.* 2. 7) : ne quis existimaret de his angelis nunc verba fieri, addita particula, *de cælo*, supernas Virtutes indicavit. Neque dixit, Si contraria annuntiaverint, aut totum evangelium subverterint; verum, Si vel paulum evangelizaverint præter evangelium quod accepistis, etiamsi quidvis labefactarint, anathema sint. 9. *Sicut ante dixi, et rursum nunc dico.* Ne putares ea verba ab ira profecta esse, aut per hyperbolen magnificentius quam pro re dicta, aut impetu cursuque sermonis raptim excidisse, repetit eadem. Etenim qui animi commotione occupatus dixit aliquid, hunc mox dicti pœnitere solet : qui autem denuo repetit eadem, declarat sese cum judicio loquutum, ac prius animi consilio fuisse decretum et comprobatum, atque ita demum voce proditum. Abraham igitur cum rogaretur, ut mitteret Lazarum, respondit, *Habent Moysen et prophetas : si illis non crediderint, neque mortuos resuscitatos audituri sunt* (*Luc.* 16. 29. 31). Hæc autem Christus ipse inducit loquentem Abraham, declarans se velle plus fidei habendum esse Scripturis, quam si mortui reviviscant. Paulus vero (cum Paulum dico, rursum ipsum Christum dico; hic enim erat, qui mentem illius regebat) etiam angelis e cælo descendentibus præponit Scripturas; idemque valde congruenter. Nam angeli quamlibet magni, tamen servi sunt ac ministri; sed Scripturæ omnes non a servis, sed ab universorum Domino Deo scriptæ, ad nos missæ sunt. Hanc ob causam dicit : Si quis vobis evangelizaverit præter id quod evangelizavimus vobis. Non dixit, Si ille aut ille, idque prudenter admodum citra odium et invidiam. Quorsum enim opus erat jam edere nomina, posteaquam tam sublimi fuerat usus sermone, ut universos, et qui in cælis sunt et qui in terris, complecteretur? Per hoc enim quod in evangelistas et angelos pronuntiat anathema, omnem dignitatem comprehendit; per hoc vero quod seipsum quoque pronuntiat anathema, omnem familiaritatem

(*a*) Antiochenorum quosdam objurgat Chrysostomus, quod Judaismi morbo laborent, quodque Judaica observent, in Orationibus contra Judæos, Tom. I, col. 844, et 849. Quodque etiam Christiani quidam gentilium superstitiones multas observarent, passim apud Chrysostomum reperies.

Digitized by Google

λυμηνάμενος, οὗτος ἀπολογίας τεύξεται καὶ συγγνώμης; Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό ἐστι τὸ πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ καὶ ὑπὲρ τῶν μικρῶν τούτων ἀγανακτεῖν. Διὰ τοῦτο τὰ μείζονα τῶν ἁμαρτημάτων ἐπεισῆλθεν, ὅτι τὰ ἐλάττονα τῆς προσηκούσης οὐ τυγχάνει διορθώσεως. Καὶ καθάπερ ἐν τοῖς σώμασιν οἱ τῶν τραυμάτων καταφρονήσαντες, πυρετοὺς ἔτεκον καὶ σηπεδόνας καὶ θάνατον· [669] οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν οἱ τῶν μικρῶν ὑπερορῶντες, τὰ μείζονα ἐπεισάγουσιν. Ὁ δεῖνα, φησὶ, περὶ τὴν νηστείαν σφάλλεται, καὶ οὐδὲν μέγα ἐστίν· ἕτερος τῇ πίστει μὲν ἔῤῥωται τῇ ὀρθῇ, ὑποκρινόμενος δὲ διὰ τὸν καιρὸν, τὴν παῤῥησίαν προέδωκεν· οὐδὲ τοῦτό τι μέγα δεινόν. Ἄλλος παροξυνθεὶς, ἠπείλησεν ἀποστήσεσθαι τῆς ὀρθῆς πίστεως· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἄξιον τιμωρίας· ὀργῇ γὰρ ἥμαρτε, φησὶ, καὶ θυμῷ. Καὶ μυρία τις ἂν εὕροι τοιαῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτήματα ἐπεισκγόμενα ταῖς Ἐκκλησίαις. Διὰ τοῦτο καὶ καταγέλαστοι γεγόναμεν καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν, εἰς μυρία τῆς Ἐκκλησίας σχιζομένης. Εἰ γὰρ οἱ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀποπηδᾷν τῶν θείων θεσμῶν ἐπιχειροῦντες καὶ μικρόν τι παρακινεῖν, τῆς προσηκούσης ἐτύγχανον ἐπιτιμήσεως, οὐκ ἂν ὁ παρὼν ἐτέχθη λοιμὸς, καὶ τοσοῦτος χειμὼν τὰς Ἐκκλησίας κατέλαβεν. Ὅρα γοῦν ὁ Παῦλος πῶς τὴν περιτομὴν ἀνατροπὴν τοῦ Εὐαγγελίου καλεῖ.

ζ'. Νῦν δέ εἰσι πολλοὶ παρ' ἡμῖν καὶ τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις νηστεύοντες ἡμέραν, καὶ σάββατα τηροῦντες ὁμοίως· καὶ φέρομεν γενναίως, μᾶλλον δὲ ταλαιπώρως. Καὶ τί λέγω τὰ Ἰουδαίων; καὶ γὰρ Ἑλλήνων ἔθη πολλὰ παρά τισι τῶν ἡμετέρων φυλάττεται, κληδονισμοὶ καὶ οἰωνισμοὶ καὶ σύμβολα καὶ ἡμερῶν παρατηρήσεις, καὶ ἡ περὶ τὴν γένεσιν σπουδὴ, καὶ τὰ πάσης ἀσεβείας γέμοντα γραμματεῖα, ἃ τικτομένων τῶν παιδίων εὐθέως ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν συντιθέασι κεφαλῆς, ἐκ προοιμίων παιδεύοντες καταλύειν τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους, καὶ ὑπὸ τὴν πεπλανημένην τυραννίδα τῆς εἱμαρμένης τό γε αὐτῶν ἄγοντες μέρος. Εἰ δὲ τοὺς περιτεμνομένους οὐδὲν ὁ Χριστὸς ὠφελεῖ, τοὺς τοσαῦτα ἐπισυρομένους κακὰ, τί τοσοῦτον ἡ πίστις εἰς σωτηρίαν ὠφελήσει λοιπόν; Καίτοι ἡ περιτομὴ παρὰ Θεοῦ δεδομένη ἦν, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἐλυμαίνετο τῷ Εὐαγγελίῳ οὐκ ἐν καιρῷ σελουμένη, πάντα ἔπραττεν ὁ Παῦλος, ὥστε αὐτὴν περικόψαι. Εἶτα ὁ μὲν Παῦλος ὑπὲρ ἐθῶν Ἰουδαϊκῶν τοσαύτην ἐποιεῖτο σπουδὴν, ἐπειδὴ ἐκαίρως ἐφυλάττετο, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν Ἑλληνικὴν περικόψομεν συνήθειαν; καὶ ποίαν σχοίημεν ἀπολογίαν; Διὰ ταῦτα ἐν ταραχαῖς καὶ θορύβοις νῦν τὰ ἡμέτερα, καὶ οἱ μαθητευόμενοι φρονήματος ἐμπλησθέντες πολλοῦ τὴν τάξιν ἀνέτρεψαν, καὶ τὰ ἄνω κάτω γεγένηται. Κἂν μικρόν τις ἐγκαλέσῃ, διαπτύουσι τοὺς ἄρχοντας, ἐπειδὴ κακῶς ἡμεῖς αὐτοὺς ἐπαιδοτριβήσαμεν. Καίτοι γε εἰ καὶ μοχθηρότεροι, καὶ μυρίων ἦσαν κακῶν γέμοντες οἱ προεστῶτες, οὐδὲ οὕτω τῷ μαθητῇ θέμις ἦν παρακούειν. Εἰ γὰρ περὶ τῶν Ἰουδαίων διδασκάλων φησὶν, ὅτι ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν, ἀκούεσθαι δίκαιοι παρὰ τῶν μαθητευομένων ἂν εἶεν, καίτοι γε ἔργα εἶχον οὕτω πονηρὰ, ὡς τοὺς μαθητὰς [670] κελεῦσαι μὴ ζηλοῦν, μηδὲ μιμεῖσθαι ἐκεῖνα, τίνος ἂν εἶεν συγγνώμης ἄξιοι οἱ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προέδρους τοὺς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ μετ' ἐπιεικείας ζῶντας διαπτύοντες καὶ καταπατοῦντες; Εἰ γὰρ ἀλλήλους κρίνειν οὐ θέμις, πολλῷ μᾶλλον τοὺς διδασκάλους. *Ἀλλὰ κἂν ἐγὼ, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Ὅρα σύνεσιν ἀποστολικήν. Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι κενοδοξίας ἕνεκεν τὰ ἴδια συγκροτεῖ δόγματα, καὶ ἑαυτὸν ἀνεθεμάτισεν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς ἀξιώματα κατέφευγον, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, διὰ τοῦτο καὶ ἀγγέλων ἐμνήσθη. Μὴ γάρ μοι Ἰάκωβον εἴπῃς, φησὶ, καὶ Ἰωάννην· κἂν γὰρ τῶν πρώτων ἀγγέλων ᾖ τις τῶν ἐξ οὐρανοῦ διαφθείρων τὸ κήρυγμα, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Ἐξ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ οἱ ἱερεῖς ἄγγελοι ἐκαλοῦντο· *Χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορός ἐστιν·* ἵνα μὴ τούτους νομίσῃς ἀγγέλους λέγεσθαι νῦν, τῇ *τοῦ οὐρανοῦ* προσθήκῃ τὰς ἄνω δυνάμεις ἡνίξατο. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐὰν ἐναντία καταγγέλλωσιν, ἢ ἀνατρέπωσι τὸ πᾶν, ἀλλὰ, Κἂν μικρόν τι εὐαγγελίζωνται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα, κἂν τὸ τυχὸν παρακινήσωσιν, ἀνάθεμα ἔστωσαν. *Ὡς προείρηκα, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω.* Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς θυμοῦ τὰ ῥήματα εἶναι, ἢ ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι, ἢ κατὰ συναρπαγήν τινα, δεύτερον τὰ αὐτὰ πάλιν τίθησιν. Ὁ μὲν γὰρ θυμῷ τι προαχθεὶς εἰπεῖν, κἂν μεταγνοίη ταχέως· ὁ δὲ δεύτερον τὰ αὐτὰ λέγων, δείκνυσιν ὅτι κρίνας οὕτως εἶπε, καὶ πρότερον ἐν τῇ γνώμῃ κυρώσας, οὕτως ἐξήνεγκε τὸ λεχθέν. Ὁ μὲν οὖν Ἀβραὰμ ἀξιούμενος πέμψαι τὸν Λάζαρον ἔλεγεν, *Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας· ἐὰν μὴ ἐκείνων ἀκούσωσιν, οὐδὲ νεκρῶν ἀναστάντων ἀκούσονται.* Ταῦτα δὲ αὐτὸν εἰσάγει λέγοντα ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καὶ νεκρῶν ἐγειρομένων ἀξιοπιστοτέρας εἶναι βούλεται τὰς Γραφάς. Ὁ δὲ Παῦλος (ὅταν δὲ Παῦλον εἴπω, τὸν Χριστὸν πάλιν λέγω· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ κινῶν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν) καὶ ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ καταβαινόντων αὐτὰς προτίθησι· καὶ μάλα εἰκότως. Οἱ γὰρ ἄγγελοι, κἂν μεγάλοι, ἀλλὰ δοῦλοι καὶ ὑπουργοί [a] τυγχάνουσιν ὄντες· αἱ δὲ Γραφαὶ πᾶσαι οὐ παρὰ δούλων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ἐῶν ὅλων Θεοῦ Δεσπότου γραφεῖσαι ἐπέμφθησαν. Διὰ τοῦτό φησιν· Ἐάν τις ὑμᾶς εὐαγγελίσηται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, συνετῶς σφόδρα καὶ ἀνεπαχθῶς. Τί γὰρ ἔδει λοιπὸν ὀνομάτων μνησθῆναι τὸν τοσαύτῃ χρησάμενον ὑπερβολῇ, ὡς καὶ ἅπαντας, καὶ τοὺς ἄνω καὶ τοὺς κάτω, περιλαβεῖν; Διὰ μὲν γὰρ τοῦ τοὺς εὐαγγελιστὰς καὶ ἀγγέλους ἀναθεματίσαι, πᾶν ἄξιωμα περιέγραψε· διὰ δὲ τοῦ ἑαυτὸν, πᾶσαν οἰκειότητα καὶ [671] γνησιότητα. Μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι Οἱ συναπόστολοί σου καὶ ἑταῖροι ταῦτα λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἐμαυτοῦ φείδομαι τοιαῦτα κηρύττοντος. Ταῦτα δὲ

[a] Sic Savil. in margine, et ita legisse videtur Interpres Latinus. Editi λειτουργοί

οὐχ ὡς καταγινώσκων τῶν ἀποστόλων φησὶν, οὐδὲ ὡς παραβαινόντων τὸ κήρυγμα, ἄπαγε· Εἴτε γὰρ ἡμεῖς, εἴτε ἐκεῖνοι, φησὶν, οὕτω κηρύσσομεν· ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι ἀξίωμα προσώπων οὐ προσίεται, ὅταν περὶ ἀληθείας ὁ λόγος ᾖ. *Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; Εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.* Εἰ γὰρ καὶ ὑμᾶς ἠπάτων, φησὶ, ταῦτα λέγων, μὴ τὸν Θεὸν δύναμαι παραλογίσασθαι τὸν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας εἰδότα, καὶ ᾧ πᾶσά μοι σπουδὴ διαπαντὸς ἀρέσκειν; Εἶδες φρόνημα ἀποστολικόν; εἶδες ὕψος εὐαγγελικόν; Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔλεγεν, *Οὐχ ὑμῖν ἀπολογούμεθα, ἀλλ' ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος·* καὶ πάλιν, *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.* Ἐπειδὴ γὰρ μαθηταῖς διδάσκαλος ὢν ἀναγκάζεται ἀπολογεῖσθαι, ὑπομένει μὲν αὐτὸ, δυσανασχετεῖ δὲ, οὐ δι' ἀπόνοιαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς τῶν ἀπατωμένων γνώμης, καὶ τὸ μὴ σφόδρα παρ' αὐτοῖς πιστεύεσθαι. Διὸ καὶ ταῦτα εἴρηκε, μονονουχὶ λέγων· Μὴ γὰρ πρὸς ὑμᾶς μοι ὁ λόγος ἐστί; μὴ γὰρ ἄνθρωποί μοι δικάζειν μέλλουσι; πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν τῶν ἐκεῖ ἅπαντα πράττομεν, καὶ οὐκ ἂν εἰς τοσοῦτον ἤλθομεν ἀθλιότητος, ὡς μέλλοντες ἀπολογεῖσθαι τῷ πάντων Δεσπότῃ ὑπὲρ ὧν κηρύττομεν, διαφθείρειν τὰ δόγματα.

η'. Ὥστε ὁμοῦ μὲν ἀπολογούμενος, ὁμοῦ δὲ αὐτῶν κατεξανιστάμενος, ταῦτα τέθεικε. Τοὺς γὰρ μαθητευομένους οὐ δικάζειν τοῖς διδασκάλοις [a], ἀλλὰ πιστεύειν προσῆκεν· ἐπειδὴ δὲ ἀντεστράφη ἡ τάξις, καὶ κριταὶ καθέζεσθε, φησὶ, μάθετε ὅτι τῆς μὲν πρὸς ὑμᾶς ἀπολογίας οὐ πολύς μοι λόγος, τὸ δὲ πᾶν διὰ τὸν Θεὸν πράττομεν, καὶ ὥστε ἐκεῖνον [b] περὶ δογμάτων ἀπολογήσασθαι τούτων. Ὁ μὲν γὰρ ἀνθρώπους θέλων πεῖσαι, πολλὰ ὕπουλα ποιεῖ καὶ διεστραμμένα, καὶ ἀπάτῃ κέχρηται καὶ ψεύδει, ὥστε πεῖσαι καὶ ἑλεῖν τὴν τῶν ἀκουόντων γνώμην· ὁ δὲ Θεὸν πείθων, καὶ ἀρέσκειν ἐκείνῳ σπουδάζων, ἁπλῆς δεῖται διανοίας καὶ καθαρᾶς· ἀνεξαπάτητον γὰρ τὸ Θεῖον. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἡμεῖς, φησὶν, οὐ φιλαρχίας ἕνεκεν, οὐδὲ ὥστε μαθητὰς ἔχειν, οὐδὲ τῆς παρ' ὑμῶν ἐφιέμενοι δόξης ταῦτα γράφομεν· οὐ γὰρ ἀνθρώποις ἀρέσαι ἐσπουδάκαμεν, ἀλλὰ Θεῷ. Εἰ γὰρ ἤθελον ἀνθρώποις ἀρέσκειν, ἔτι μετὰ Ἰουδαίων ἦμην, ἔτι τὴν Ἐκκλησίαν ἐδίωκον. Ὁ δὲ ἔθνους ὁλοκλήρου καὶ οἰκείων καὶ φίλων καὶ συγγενῶν καὶ δόξης τοσαύτης καταφρονήσας, καὶ ἀνταλλαξάμενος τούτων διωγμοὺς καὶ ἔχθρας καὶ πολέμους καὶ θανάτους καθημερινοὺς, εὔδηλον ὅτι καὶ ταῦτα, ἃ λέγω νῦν, οὐ τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης ἐφιέμενος λέγω. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἐπειδὴ μέλλει καὶ τὸν πρότερον αὐτοῦ διηγεῖσθαι [672] βίον, καὶ τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν, καὶ δεικνύναι δι' ἐναργῶν ἀποδείξεων, ὅτι μετ' ἀληθείας μετέστη, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι αὐτοῖς ἀπολογούμενος ταῦτα ποιεῖ, καὶ ἐπαρθῶσι. Διὰ τοῦτο προεῖπεν· *Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω;* Οἶδε γὰρ εἰς καιρὸν τὸν προσήκοντα πρὸς τὴν τῶν μαθητευομένων διόρθωσιν καὶ ὑψηλὸν καὶ μέγα τι φθέγγεσθαι. Καίτοι γε ἦν ἑτέρωθεν τὰς ἀποδείξεις ποιήσασθαι τοῦ μετὰ ἀληθείας κηρύττειν, ἀπὸ τῶν σημείων, ἀπὸ τῶν θαυμάτων, ἀπὸ τῶν κινδύνων, ἀπὸ τῶν δεσμωτηρίων, ἀπὸ τῶν καθημερινῶν θανάτων, ἀπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τοῦ δίψους, καὶ τῆς γυμνότητος, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ νῦν, ἐκεῖνοι δὲ καὶ τούτων ἦσαν κεκοινωνηκότες, τῶν κινδύνων λέγω, ἑτέρωθεν μεθοδεύει τὸν λόγον· ἐπεὶ, ὅτε πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους ἀπετείνατο, οὕτω προσάγει τὴν σύγκρισιν, τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις ὑπομονὴν εἰς μέσον φέρων καὶ λέγων· *Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; (παραφρονῶν λαλῶ·) ὑπὲρ ἐγώ· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις·* νῦν μέντοι τὴν προτέραν ἀναστροφὴν λέγει, καί φησι· *Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὐδὲ ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ὅρα πῶς ἄνω καὶ κάτω τοῦτο διισχυρίζεται, ὅτι τοῦ Χριστοῦ γέγονε μαθητὴς, οὐκ ἀνθρώπου μεσιτεύοντος, ἀλλ' αὐτοῦ δι' ἑαυτοῦ καταξιώσαντος ἀποκαλύψαι τὴν γνῶσιν αὐτῷ πᾶσαν. Καὶ ποία τοῖς ἀπιστοῦσιν ἀπόδειξις γένοιτ' ἂν τοῦ τὸν Θεὸν ἀποκαλύψαι σοι δι' ἑαυτοῦ, καὶ μὴ διὰ μέσου τινὸς τὰ ἀπόῤῥητα ἐκεῖνα μυστήρια; Ἡ προτέρα ἀναστροφὴ, φησὶν· οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ Θεὸς ἦν ὁ ἐκκαλύπτων, οὕτως ἀθρόαν ἔσχον μεταβολήν. Οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ ἀνθρώπων διδασκόμενοι, ὅταν σφοδροὶ καὶ διακαεῖς ὦσιν ἐν τοῖς ἐναντίοις, χρόνου δέονται καὶ πολλῆς τῆς μηχανῆς πρὸς τὸ πεισθῆναι· ὁ δὲ οὕτως ἀθρόον μεταστὰς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τῆς μανίας ἀκμῇ καθαρῶς νήψας, εὔδηλον ὅτι θείας τυχὼν ὄψεως καὶ διδασκαλίας, ἀθρόον πρὸς τὴν καθαρὰν ἐπανῆλθεν ὑγείαν. Διὰ τοῦτο ἀναγκάζεται περὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ διηγήσασθαι ἀναστροφῆς, καὶ μάρτυρας αὐτοὺς καλεῖ τῶν γενομένων. Ὅτι μὲν γὰρ κατηξίωσεν ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς δι' ἑαυτοῦ με καλέσαι ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὑμεῖς οὐκ ἴστε· πῶς γὰρ, οἱ μὴ παρόντες; ὅτι δὲ διώκτης ἦμην, σφόδρα ἴστε. Καὶ γὰρ μέχρις ὑμῶν ἡ σφοδρότης ἡ ἐμὴ διεδόθη· καίτοι πολὺ τὸ διάστημα Παλαιστινῶν καὶ Γαλατῶν ὥστε οὐκ ἂν τοσοῦτον διέβη ἡ φήμη, εἰ μὴ πολλὴ τῶν γινομένων ὑπερβολὴ ἦν, καὶ πᾶσιν ἀφόρητος. Διὸ καί φησιν· *Ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν.* Ὁρᾷς πῶς ἕκαστον μετὰ ἐπιτάσεως τίθησι, καὶ οὐκ αἰσχύνεται; Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐδίωκεν, [673] ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης, καὶ οὐκ ἐδίωκε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπόρθει, τουτέστι, σβέσαι ἐπεχείρει τὴν Ἐκκλησίαν, καταστρέψαι, καθελεῖν, ἀφανίσαι· τοῦτο γὰρ πορθοῦντος ἔργον. *Καὶ*

[a] Savil. in margine ponit τοὺς διδασκάλους, quæ lectio melior videtur.

[b] Notat in margine Savilius legendum esse πρὸς ἐκεῖνον, quæ lectio præstat omnino.

Digitized by Google

et affinitatem complexus est. Ne mihi dixeris, inquit, collegæ tui et socii apostoli hæc dicunt : nec mihi ipsi parco, si diversa prædicem. Non hæc dicit, quod damnaret apostolos tamquam evangelicæ prædicationis prævaricatores, absit; ait enim, Sive nos sive illi sic prædicamus; sed ut ostenderet personarum dignitatem non recipi, quoties expenditur veritas. 10. *Nunc enim hominibus suadeo, an Deo? aut quæro hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.* Quamvis enim, inquit, vos fallerem hæc dicens; num et Deo valeam imponere, qui perspicit arcana mentis, et cui ut placerem, semper omne mihi studium fuit? Vides spiritum apostolicum, vides sublimitatem evangelicam. Hæc eadem autem in Epistola ad Corinthios dixit : *Non vobis excusamus nos, sed occasionem damus vobis gloriandi* (2. *Cor.* 5. 12); atque iterum, *Mihi vero pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die* (1. *Cor.* 4. 3). Cum enim doctor cogeretur se discipulis excusare, sustinet quidem illud, sed tamen indigne fert, haud quidem ob arrogantiam; absit hoc; sed partim ob id quod ii qui seducebantur, tam mobili essent animo tamque instabili sententia; partim quod ipsius verbis apud illos parum certa fides haberetur. Et ideo his propemodum usus est verbis : An mihi apud vos est habenda oratio? an homines mihi jus dicturi sunt? apud Deum dicturi sumus; atque ut apud illud tribunal bonam habeamus causam, omnia facimus, ac non eo devenimus infelicitatis, ut cum rationem reddituri simus omnium Domino super iis quæ prædicamus, corrumpamus evangelii dogmata.

8. Itaque partim sese excusans, partim illos exstimulans, hæc verba posuit. Non enim conveniebat discipulis jus dicere præceptoribus, sed credere et obtemperare. Verum quoniam, inquit, inversus est ordo et judices nunc sedetis; scitote mihi non esse magnopere curæ, quomodo me purgem apud vos, sed omnia facimus propter Deum, utque illi de hisce dogmatibus reddamus rationem. Etenim qui studet hominibus suadere, multa facit subdola pravaque, et fraudibus utitur et mendacio, quo persuadeat mentemque capiat auditorum : contra, qui Deo suadet, illique placere studet, huic simplici puraque mente est opus; Deus enim falli non potest. Unde perspicuum est, inquit, nos quoque nec principatum ambientes, nec discipulos colligendi studio, neque gloriam ac laudem a vobis captantes hæc scribere : neque enim nobis studio est placere hominibus, sed Deo. Nam si voluissem hominibus placere, adhuc cum Judæis essem, adhuc persequerer Ecclesiam Dei. Cæterum qui totam Judæorum gentem, qui familiares, amicos et cognatos, qui tantam contempsi gloriam, proque his commutavi persecutiones, inimicitias, bella ac mortes quotidianas, satis declaravi me hæc quoque, quæ nunc loquor, non humanæ laudis studio loqui. Hoc autem ideo præfatus est, quoniam commemoraturus est prioris vitæ suæ historiam, et quomodo repente fuerit immutatus, et argumentis evidentibus demonstraturus se pro veritate stare, ne putarent illum hæc eo facere, quo ipsis redderet rationem, atque hinc efferrentur. Ideo prius dixit : *Nunc an hominibus suadeo?* Noverat enim, prout postulabat opportunitas, etiam sublime quippiam ac magnificum loqui, ad eorum quos instituebat correctionem. Atqui poterat aliunde probare, se cum veritate ac sinceritate prædicare evangelium, nimirum è prodigiis, e miraculis, e periculis, e carceribus, et quotidianis mortibus, e fame, siti et nuditate, ex aliis horum similibus : verum quoniam illi nunc dirigitur oratio non ad pseudapostolos, sed ad apostolos qui horum periculorum erant consortes, alia via aggreditur causæ tractationem. Alioqui cum ad pseudapostolos sermonem intenderet, hunc in modum induxit comparationem, tolerantiam in periculis adducens in medium, dicensque : *Ministri Christi sunt? (desipiens loquor :) plus ego; in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter* (2. *Cor.* 11. 23). Nunc vero superioris vitæ conversationem memorat, dicens : 11. *Notum vobis facio, fratres, evangelium quod prædicatum est a me, non esse secundum hominem :* 12. *neque ego enim ab homine accepi illud neque edoctus sum, sed per revelationem Jesu Christi.* Vide ut undequaque confirmat se fuisse Christi discipulum, nullo hominis interventu, sed ipso Christo per seipsum omnem ipsi cognitionem dignante patefacere. Et quomodo, inquiunt, probari possit incredulis, quod Deus per se nullo hominis interventu tibi patefecerit illa arcana mysteria? Probat hoc, inquit, illa prior mea conversatio : nisi enim Deus fuisset, qui revelabat, non adeo repente fuissem immutatus. Nam qui docentur ab hominibus, etiamsi sint acri ardentique ingenio, tamen si ad contraria transferantur, tempore illis est opus multoque studio ut persuadeantur : qui autem cum vehementissime laboraret insania, ita repente rediit ad sanam mentem, declarat sibi divinam visionem ac doctrinam adfuisse, perque hanc subito ad puram rediisse sanitatem. Ideo cogitur priorem suam vitam commemorare, atque ipsos testes citat eorum quæ gesta sunt. Vos quidem, inquit, nescitis, quod unigenitus Dei Filius me e cælis per se vocare dignatus est : nam qui possitis id scire, cum non adfueritis? verum illud omnino nostis, quod fuerim persequutor. Nam usque ad vos quoque vehementia mea penetravit, cum ingens sit intervallum inter Palæstinam et Galatiam; ita ut non fuerit rumor in tam longinquum dimanaturus, nisi quæ fiebant a nobis, modum excessissent fuissentque intolerabilia. Unde et dicit : 13. *Audistis meam conversationem in Judaismo, quod supra modum persequebar Ecclesiam Dei et expugnabam illam.* Vides ut singula cum exaggeratione commemorat, nec pudet sua mala confiteri. Non enim tantum est persequutus, sed omni cum vehementia; nec persequutus est modo, verumetiam expugnavit, hoc est, conatus est Ecclesiam exstinguere, subvertere, demoliri, abolere : nam id est expugnatoris opus. 14. *Et proficiebam in Judaismo ultra multos*

Digitized by Google

τὸν εἰρηκότα. Τοῦτο τοίνυν ποιῶμεν. Οὐδὲ γὰρ δεῖ τὰ ῥήματα γυμνὰ ἐξετάζειν, ἐπεὶ πολλὰ ἕψεται τὰ ἁμαρτήματα· οὐδὲ τὴν λέξιν καθ' ἑαυτὴν βασανίζειν, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ προσέχειν τοῦ γράφοντος. Καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἡμετέραις διαλέξεσιν, ἂν μὴ τούτῳ ὦμεν κεχρημένοι τῷ τρόπῳ, καὶ τὴν γνώμην ἐξετάζωμεν τοῦ λέγοντος, πολλὰς ὑποστησόμεθα τὰς ἀπεχθείας, καὶ πάντα ἀνατραπήσεται. Καὶ τί δεῖ λέγειν ἐπὶ ῥημάτων, ὅπου καὶ ἐπὶ πραγμάτων ἂν μή τις τὸν κανόνα τοῦτον φυλάττῃ, πάντα ἄνω καὶ κάτω γενήσεται; Καὶ γὰρ καὶ ἰατροὶ καὶ τέμνουσι καὶ διακλῶσί τινα τῶν ὀστέων, καὶ λῃσταὶ ταῦτα ποιοῦσι πολλάκις. Πόσης οὖν ἀθλιότητος [a] ἂν εἴη, ὅταν λῃστὴν καὶ ἰατρὸν μὴ δυνηθῶμεν διελεῖν; Πάλιν ἀνδροφόνοι καὶ μάρτυρες τὰς αὐτὰς ὑπομένουσιν ὀδύνας βασανιζόμενοι· ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον ἑκατέρων. Κἂν μὴ τοῦτον διατηρῶμεν τὸν κανόνα, οὐ δυνησόμεθα εἰδέναι ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἠλίαν ἀνδροφόνον ἐροῦμεν, καὶ τὸν Σαμουὴλ καὶ τὸν Φινεὲς, τὸν δὲ Ἀβραὰμ καὶ παιδοκτόνον, εἰ τὰ πράγματα μέλλοιμεν ἐξετάζειν γυμνά, μὴ προστιθέντες αὐτοῖς τὴν τῶν ποιούντων γνώμην. Ἐξετάσωμεν τοίνυν καὶ τοῦ Παύλου τὴν διάνοιαν, ἀφ' ἧς ταῦτα ἔγραφεν· ἴδωμεν αὐτοῦ τὸν σκοπὸν, καὶ τίς ἦν διόλου περὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ τότε εἰσόμεθα ταῦτα ἐκ ποίας ἐλέγετο γνώμης. Οὐδὲ γὰρ ἐξευτελίζων ἐκείνους, οὔτε ἑαυτὸν ἐπαινῶν, οὔτε ταῦτα εἴρηκεν, οὔτε τὰ πρότερα· πῶς γὰρ, ὅπου καὶ ἑαυτὸν ἀνεθεμάτισεν; ἀλλὰ πανταχοῦ τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἀσφάλειαν διατηρῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον οἱ τὴν Ἐκκλησίαν πορθοῦντες, ὅτι Τοῖς ἀποστόλοις ἔπεσθαι δεῖ τοῖς μὴ κωλύουσι ταῦτα, οὐχὶ τῷ Παύλῳ τῷ κωλύοντι, ἐντεῦθεν δὲ κατὰ μικρὸν ἡ Ἰουδαϊκὴ πλάνη εἰσήγετο, ἀναγκάζεται στῆναι πρὸς ταῦτα γενναίως, οὐ τοὺς ἀποστόλους εἰπεῖν κακῶς βουλόμενος, ἀλλὰ τῶν οὐκ ὀρθῶς ἐπαιρόντων ἑαυτοὺς τὴν ἄνοιαν καταστεῖλαι βουλόμενος. Διὰ τοῦτό φησιν, *Οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι*. Καὶ γὰρ ἦν ἀτοπίας ἐσχάτης τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθόντα, ἀνθρώποις ἀνατίθεσθαι λοιπόν. Ὁ μὲν γὰρ παρὰ ἀνθρώπων μανθάνων, εἰκότως ἀνθρώπους λαμβάνει κοινωνοὺς πάλιν· ὁ δὲ τῆς θείας ἐκείνης καὶ μακαρίας ἀξιωθεὶς φωνῆς, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ τὸν θησαυρὸν ἔχοντος τῆς σοφίας πάντα [676] διδαχθεὶς, τίνος ἕνεκεν λοιπὸν ἀνθρώποις ἀνετίθετο; Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ μανθάνειν παρὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ διδάσκειν ἀνθρώπους δίκαιος ἂν εἴη. Οὐ τοίνυν ἀπονοίας ἕνεκεν ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλ' ὥστε δεῖξαι τοῦ οἰκείου κηρύγματος τὸ ἀξίωμα. *Οὐδὲ ἀνῆλθον*, φησὶ, *πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους*. Ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω τοῦτο ἔλεγον, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἦσαν ἐκεῖνοι, πρὸ αὐτοῦ ἐκλήθησαν, οὐκ ἀνῆλθον πρὸς ἐκείνους, φησίν. Εἰ δὲ ἐχρῆν αὐτοῖς κοινώσασθαι, ὁ ἀποκαλύψας αὐτῷ τὸ κήρυγμα, καὶ τοῦτο ἂν αὐτῷ ἐκέλευσε.

Τί οὖν, οὐκ ἀνῆλθεν ἐκεῖ; Καὶ μὴν ἀνῆλθε, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μαθησόμενός τι παρ' αὐτῶν. Ἔστι. Ὅτε ἐν τῇ πόλει τῶν Ἀντιοχέων, τῇ τὸν πολύν [illegible] λον ἄνωθεν ἐπιδειξαμένῃ Ἐκκλησίᾳ [b], γέγονε [illegible] αὐτοῦ τούτου τοῦ νῦν προκειμένου, καὶ ἐζήτουν [illegible] ρον χρὴ περιτέμνειν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας, [illegible] μηδὲν τοιοῦτον ἀναγκάζειν αὐτοὺς ὑπομένειν. Τότε ἀνῆλθεν αὐτὸς οὗτος ὁ Παῦλος καὶ Σίλας. Πῶς οὖν φησιν, Οὐκ ἀνῆλθον, οὐδὲ ἀνεθέμην; Ὅτι τρόπον μὲν οὐκ αὐτὸς ἀνῆλθεν, ἀλλ' ἀπεστάλη παρ' ἑτέρων· δεύτερον δὲ οὐ μαθησόμενος παρεγένετο, ἀλλ' ἑτέρους πείθων. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ταύτης εἶχε τῆς γνώμης, ἣν καὶ οἱ ἀπόστολοι μετὰ ταῦτα ἐπῃρωσαν τὸ μὴ δεῖν περιτέμνεσθαι· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος οὐκ ἐδόκει τέως ἀξιόπιστος εἶναι, ἀλλὰ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις προσεῖχον, ἀνῆλθεν, οὐκ αὐτός τι εἰδὼς πλέον, ἀλλὰ πείσων τοὺς ἀντιλέγοντας, ὅτι καὶ οἱ Ἱεροσολύμοις τούτοις ψηφίζονται. Οὕτω καὶ ἐξ ἀρχῆς τὰ δέοντα συνεώρα, καὶ οὐδενὸς ἐδεῖτο διδασκάλου, ἀλλ' ἃ μετὰ πολλὴν διάκρισιν ἔμελλον οἱ ἀπόστολοι κυροῦν, ταῦτα αὐτὸς πρὸ τῆς διακρίσεως ἄνωθεν ἔσχεν ἀκίνητα παρ' ἑαυτῷ. Καὶ ταῦτα ἐκ πολλῶν δηλῶν, ἔλεγεν, ὅτι πολὺν καὶ μακρὸν λόγον ἐποιήσατο τούτων ἀπέτεινε πρὸς αὐτοὺς ὁ Παῦλος καὶ τρόπον τινὰ Ἱεροσόλυμα ἐλθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἀδελφοῖς ἔδει καὶ περὶ [c] ἐκείνων μαθεῖν, ἀνῆλθεν ὑπὲρ ἐκείνων οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ λέγει, Οὐκ ἀνῆλθον, ἐπὶ τοῦτο κεῖνο εἰπεῖν, ὅτι οὔτε ἐν προοιμίοις τοῦ κηρύγματος ἀνῆλθεν, οὔτε ἡνίκα ἀνῆλθεν, ἐπὶ τῷ μαθεῖν ἀνῆλθε. Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀμφότερα ἐπισημαίνεται, λέγων *Εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι*. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, Οὐ προσανεθέμην, ἀλλ', *Εὐθέως*. Εἶτα μετὰ ταῦτα [d] ἀνῆλθεν, οὐχ ὑπὲρ τοῦ τι προσθεῖναι· *Ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν*. Ὅρα ζέουσαν ψυχὴν τοὺς τόπους ἐσπούδαζε καταλαμβάνειν τοὺς οὐδέπω γεωργηθέντας, ἀλλ' ἀγριώτερον ἔτι διακειμένους. Ἐπεὶ γὰρ μετὰ τῶν ἀποστόλων ἀνέμενεν, οὐδὲν ἔχων πλέον θάνειν, τὸ κήρυγμα ἂν ἐνεποδίσθη· ἔδει γὰρ ἐπὶ πανταχοῦ τὸν λόγον διαδοῦναι. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος, καὶ ζέων τῷ πνεύματι, τῆς διδασκαλίας ἐλέγχου ἤπτετο ἀνθρώπων βαρβάρων καὶ ἀγρίων, [677] ἐναγώνιον αἱρούμενος, καὶ πολὺν ἔχοντα τὸν πόνον. Καὶ θέα μοι τὴν ταπεινοφροσύνην. Εἶπεν Ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, ἐπήγαγε, *Καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν*. Οὐ λέγει τὰ κατορθώματα αὐτοῦ, οὐδὲ τίνας κατήχησε καὶ πόσους, καὶ ὅτι ἅμα τῷ βαπτισθῆναι τοσοῦτον ἐπεδείξατο ζῆλον, ὡς συγχέειν Ἰουδαίους, καὶ εἰς τοσοῦτον ἦγε τὸν θυμὸν, ὡς ἐφεδρεύειν καὶ βούλεσθαι αὐτὸν ἀνελεῖν καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς Ἕλληνας· ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μὴ πολλὴν ἐποίησε τοῖς πιστεύουσι τὴν πρόοδον. Ἐπειδὴ γὰρ ἠττῶντο τῇ διδασκαλίᾳ, λοιπὸν ἐπὶ τὸν ἐτρέποντο ὅπερ τῆς τοῦ Παύλου νίκης σημεῖον

[a] Πόσης οὖν ἀθεότητος. Sic Editi pessime, cum legendum sit ἀθλιότητος, *infelicitatis*, ut vertit Interpres Latinus, qui post hæc verba, *Rursum homicidæ pariter ut martyres torquentur*, addit, *At non quia patiuntur eadem tormenta, utrique eodem habentur loco*, quæ vel ex Græco exemplari convertit, vel suo marte addidit, ut non semel facit.

[b] Post Ἐκκλησίᾳ vox quædam deest, nempe ἔθνος vel quæpiam similis, quam Interpres Latinus vertit *gentium*.

[c] Dunæus conjecit παρά.

[d] Ante hæc verba, εἰ δὲ μετὰ ταῦτα, Interpres Latinus istæc adjecit, quæ non sunt in exemplari nostro: *simul et illud subindicans, quod hæc rei nihil calumniari*

ab aliis audierat, quique eadem aliis præceperat, non ipse in hæc incidisset, non dicam Paulus, sed vel homo quivis. Verum, ut dixi, hic sermo si per se nudus expendatur, offendere movereque potest auditorem : verum si causam adjecerimus ob quam hæc dicebat Apostolus, et applaudent et admirabuntur omnes ita loquutum. Hoc igitur faciamus. Non enim oportet verba nuda expendere, alioqui multa consequentur mala ; neque convenit sermonem per se nudum examinare, sed observare mentem scribentis. In nostris enim sermonibus nisi hac ratione fuerimus usi, expendentes quid senserit is qui loquitur, multas inducemus simultates, omniaque subvertentur. Et quid attinet loqui de verbis, quando et in factis, nisi regulam hanc servaverimus, omnia sursum deorsum miscebuntur? Nam et medici secant nonnumquam et ossa frangunt : quæ frequenter eadem faciunt et latrones. Annon igitur fuerit extremæ infelicitatis, si nequeamus latronem a medico discernere? Rursum homicidæ pariter ut martyres torquentur; at non quia patiuntur eadem tormenta, utrique eodem habentur loco, sed plurimum interest inter hos et illos. Quod ni regulam hanc servaverimus, nulla de re recte judicare poterimus ; sed ipsum etiam Heliam homicidam censebimus, cumque hoc Samuelem et Phinees : quin et Abraham filii interfectorem dicemus, si res nudas expendimus, non addentes quo animo id fecit. Exquiramus igitur et Pauli mentem qua hæc scripsit, consideremus quo spectarit, quem scopum sibi proposuerit, et quis semper fuerit erga apostolos ; tum intelligemus, quo animo hæc scribat. Neque enim ut vel illos despiceret, vel seipsum prædicaret, loquutus est vel hæc, vel illa superiora : quomodo enim id fecisset, qui in seipsum pronuntiarit anathema (*Rom.* 9. 3)? sed ut ubique servaret evangelii sinceritatem. Cum enim ii qui oppugnabant Ecclesiam, dicerent iis apostolis adhærendum esse, qui ista minime prohiberent, non Paulo qui prohiberet; atque hinc sensim irrepsisset Judaicus error ac deceptio, cogitur hic fortiter et aperte resistere, non quidem volens apostolis maledicere, sed hoc agens ac moliens, ut eorum insolentiam, qui seipsos non recte laudabant, comprimeret : ideo dicit, *Non contuli cum carne et sanguine.* Fuisset enim extremæ absurditatis, eum qui a Deo fuerat edoctus, postea cum hominibus communicare. Nam qui discit ab hominibus, is jure denuo recipit homines in consortium : verum quem Deus sua beata voce dignatus est, quique ab eo doctus est, qui habet sapientiæ thesaurum, cur postea cum hominibus conferret? Par enim fuerit, ut talis doceat potius homines, quam ut discat ab hominibus. Non igitur arrogantiæ causa hæc dicebat Apostolus, sed ut suæ prædicationis auctoritatem declararet. *Neque ascendi*, inquit, *ad eos qui ante me fuerunt apostoli.* Quoniam illi nusquam non dicebant cæteros apostolos esse Paulo priores, et ante hunc fuisse vocatos, ideo dicit, Non ascendi ad eos. Quod si fuisset cum illis communicandum de evangelio, is qui per revelationem injunxerat ei prædicandi munus, utique et hoc præcepisset.

Quæstio an circumcidendi Christiani essent. — Quid igitur? non ascendit illuc? Sane ascendit, sed ut disceret aliquid ab illis. Quando? Cum in civitate Antiochia, quæ ab initio singulare studium erga Ecclesiam exhibuerat, quæstio nata est de hac ipsa re quæ nunc tractatur, quærebat autem, an essent circumcidendi qui ex gentibus credidissent, an non compellendi potius, ut tale quidpiam paterentur ; id temporis ascendit Paulus et cum eo Silas. Quomodo igitur dicit, Non ascendi, neque contuli? Primum quidem quoniam ipse sponte non ascenderat, sed missus erat ab aliis : deinde quoniam non accessit eo ut aliquid disceret, sed potius ut aliis persuaderet. Nam ipse statim ab initio fuerat ejus sententiæ, quam apostoli postea comprobarunt, videlicet, non oportere circumcidi : cæterum quoniam ad eum usque diem non visus est illis sat idoneus cui fides haberetur, sed magis auscultabant iis qui versabantur Jerosolymis ; ascendit non ipse percepturus quod ante nescierat, sed ut contradicentibus persuaderet, quia qui Jerosolymis erant his adhærerent. Itaque ab initio quid esset agendum perspexerat, nec opus habebat ullo doctore ; sed quæ post multam discussionem erant apostoli decreturi, hæc ipsa citra discussionem cælitus habebat apud sese certa et indubitata. Idque Lucas declarans dicit, Paulum prolixam et copiosam orationem habuisse super hisce rebus apud illos etiam priusquam iret Jerosolymam (*Act.* 15. 2). Verum quoniam ita visum erat fratribus, ut ab illis quoque disceret, ascendit, non sua ipsius causa, sed illorum. Etsi vero dicit, *Non ascendi*, illud sic explicare possumus, quod nec initio prædicationis ascenderit, nec cum ascendit, ascenderit discendi gratia : quandoquidem horum utrumque significat, dicens, *Protinus non contuli cum carne et sanguine.* Non simpliciter dixit, Non contuli, sed, *Protinus non contuli.* Quod si postea ascendit, non tamen ut quidpiam acciperet. *Sed abii*, inquit, *in Arabiam.* Contemplare ferventem animum : studebat occupare regiones antehac a nemine cultas, sed quæ etiamnum feroces erant. Etenim si mansisset apud apostolos, cum nihil esset quod ab illis posset discere, prædicationis officium fuisset impeditum : oportebat enim illos ubique disseminare verbum. Ideo hic beatus spiritu fervens, protinus aggressus est docere homines barbaros et agrestes, vitæ genus suscipiens multis laboribus ac periculis obnoxium.

11. Jam mihi considera illius humilitatem. Cum dixisset, *Abii in Arabiam*, subjunxit, *Et iterum reversus sum Damascum.* Non commemorat sua præclara facta, neque quos edocuerit, neque quam multos : quamquam simul ut baptizatus est, tantum exhibuit zelum, ut non solum confunderet Judæos, sed ad tantam iracundiam provocaret tum illos tum gentes, ut ipsi struxerint insidias, conatique sint e medio tollere : quod non accidisset, nisi credentibus magnam adjunxisset accessionem. Cum enim doctrina superarentur, restabat ut ad cædem sese verterent :

Digitized by Google

quod quidem evidens erat argumentum Paulinæ victoriæ. At non passus est Christus illum interimi, servans eum prædicando evangelio. Attamen nihil loquitur de recte factis hisce : sic omnia quæ dicit, non ambitionis gratia dicit, neque quo cæteris apostolis præstantior habeatur, neque ægre ferens quod despiceretur, sed quod metueret, ne quid hinc detrimenti accideret prædicationi. Nam et abortivum seipsum appellat, et omnium peccatorum primum, ac postremum apostolorum, et hujus honore nominis indignum (1. *Cor.* 15. 8. 9; 1. *Tim.* 1. 15) : atque hæc dicebat, cum plus omnibus laborasset : quod quidem præcipuum est humilitatis signum. Etenim cum qui sibi nullius bonæ rei conscius est, submisse de seipso loquitur; probus est, non humilis : at qui post tot coronas talia loquitur, ille novit quid sit modestia. *Et iterum reversus sum*, inquit, *Damascum* (1. *Cor.* 12. 32). Atque quanta verisimile est eum illic egisse? De hac civitate refert quod eam præfectus, cui rex Areta gentis ejus curam delegaret, custodiret, cupiens beatum illum comprehendere. Quod quidem maximum argumentum erat, illum acriter magnaque vi vexare Judæos. Verum horum nihil hic commemorat; ac ne illic quidem ea commemoraturus erat, sed reticuisset, nisi tum perspexisset tempus illud eam historiam postulare. Si igitur et hic dicens se isse ac rediisse, præterea nihil addit eorum quæ illic gesta fuerant. 18. *Deinde post tres annos ascendi Jerosolymam, ut viderem Petrum.* Quid hoc animo possit esse modestius? Post tanta tamque præclara gesta, cum nihil opus haberet Petro, nec illius egeret voce, sed honore par esset illi (nihil enim hic dicam amplius); tamen ascendit velut ad majorem ac seniorem, solusque Petri conspectus commovit illum, ut eo proficisceretur. Vides quomodo illis tribuit congruentem honorem, neque solum non ducit seipsum illis meliorem, verum ne parem quidem esse putat? id quod ex ipsa profectione liquet. Sicut enim nunc multi fratrum nostrorum ad viros sanctos proficiscuntur, eodem affectu tunc Paulus ad Petrum profectus est; quin potius erat hoc multo humilius, quod fecit Paulus. Nam isti nunc utilitatis suæ gratia peregrinationem suscipiunt; at tum beatus ille non ut disceret aliquid ab illo, neque ut correctionem aliquam acciperet, profectus est, sed tantum ut videret eum, suaque præsentia honoraret. *Ut viderem*, inquit, *Petrum ascendi*. Non dixit ἰδεῖν, id est, ut cernerem Petrum, sed ἱστορῆσαι, id est, ut viderem et cognoscerem : quomodo loqui solent, qui magnas ac splendidas urbes invisunt cognoscendi gratia : adeo judicabat operæ pretium esse tantummodo videre virum. Idem autem ex ipsis factis perspicuum est : proficiscens enim Jerosolymam, cum multas jam nationes convertisset, tantasque res gessisset quantas cæterorum nemo gesserat, Pamphyliam, Lycaoniam, Ciliciam gentem, omnes qui illam orbis partem habitant, ad rectam vitam instituisset et ad Christum adduxisset, primum quidem ingreditur ad Jacobum, plurima cum modestia velut ad majorem et honoratiorem. Deinde consulentem sustinet, et consulet contraria iis, quæ nunc tractat. *Videsne*, inquit, *frater, quot millia sunt Judæorum qui crediderunt? Itaque rade caput, et purifica teipsum* (*Act.* 21. 23). Rasit caput, omnesque ritus Judaicos peregit. Quia enim non lædebatur evangelium, omnium hominum erat : ubi vero videbat nonnullos ex hac humilitate lædi, non amplius utebatur hac immodica modestia. Jam enim hoc fuisset non præstare modestiam, sed lædere atque corrumpere discipulos. *Et mansi apud illum diebus quindecim.* Itaque quod propterea illum profectus sit, multum honorem declarat; quod autem ibi tot dies commoratus sit, amicitiam ac benevolentissimam arguit caritatem. 19. *Alium vero apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.* Vide ut majorem benevolentiam habuit erga Petrum : hujus enim causa peregrinationem suscepit, et apud eumdem commoratus est. Hæc et dico frequenter, et vos memoria tenere volo, ut si qua audiatis quæ adversus Petrum dixisse videatur, ne quis suspectum habeat Paulum apostolum. Siquidem hanc ipse causam et ipse hæc loquitur, prævenions ut talem corrigat suspicionem, ut cum dicit, *Restiti Petro* (*Gal.* 1. 11), ne quis hæc verba putet esse simultatis aut contentionis : nam et honorat virum et diligit plus omnibus. Nec enim ob ullum aliorum apostolorum narrat se descendisse Jerosolymam, sed propter hunc solum : *Alterorum autem*, inquit, *apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum. Vidi*, inquit, non doctus sum ab eo quam. Sed vide quanto cum honore et hunc nominavit. Non enim simpliciter dixit Jacobum, sed magnificum illud elogium addidit, *Fratrem Domini*; usque adeo liber erat ab omni livore. Etenim si tantum voluisset eum de quo loqueretur, potuerat notis declarare, et dicere, Jacobum Cleopæ, qui cognomen posuit evangelista (*Joann.* 19. 25). Verum non ita loquutus est, sed quoniam existimat hoc titulos apostolorum sibi esse proprios, veluti seipsum honestans, ita et illum veneratur. Non enim sic appellavit eum, ut dicebam, sed quomodo? *Fratrem Domini.* Atqui nec frater erat Domini secundum carnem, sed esse putabatur : attamen ne id quidem avertit Paulum, quominus adderet viro dignitatis titulum. Quin et aliunde multifariam ostendit Paulus se tam sincere erga apostolos affectum fuisse, qui illo dignum erat. 20. *Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quod non mentior.* Vides in omnibus sermoniliter elucentem hujus sancti animi humilitatem? Nam si enim in judicio concertaret, ac pœnas daturus esset, non ita studuit excusare sese. 21. *Deinde veni in regiones Syriæ et Ciliciæ;* postquam Petrum viderat. Rursus incipit narrare de certamine, quod propositum erat. Judæam quidem non attingens, tum quod ad gentes missus esset, tum quod noluerit super alienum fundamentum ædificare. Cujus rei gratia ne sinistræ quidem congressu viderat illos : idque perspicuum est ex iis quæ sequuntur : 22. *Eram enim*, inquit, *de facie ignotus Ecclesiis Judææ* : 23. *tantum audiebant quod is qui aliquando persequebatur nos, nunc evan-*

Digitized by Google

καθαρὸν ἦν. Ἀλλ' οὐκ εἴασεν αὐτὸν ὁ Χριστὸς ἀποθανεῖν, τηρῶν αὐτὸν τῷ κηρύγματι· ἀλλ' ὅμως οὐδέν φησι τῶν κατορθωμάτων τούτων· οὕτως ἅπερ λέγει πάντα, οὐ φιλοτιμίας ἕνεκεν λέγει, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ νομισθῆναι τῶν ἀποστόλων μείζων, οὐδὲ δακνόμενος ἐπὶ τῷ ἐξεντελίζεσθαι, ἀλλὰ δεδοικὼς μή τι γένηται τῷ κηρύγματι βλάβος ἐντεῦθεν. Καὶ γὰρ ἔκτρωμα ἑαυτὸν καλεῖ, καὶ πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἔσχατον τῶν ἀποστόλων, καὶ τῆς προσηγορίας τῆς τοιαύτης ἀνάξιον· καὶ ταῦτα ἔλεγεν ὁ πλέον πάντων κοπιάσας, ὅπερ μάλιστά ἐστι ταπεινοφροσύνης. Ὁ μὲν γὰρ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ἀγαθὸν, ταπεινὰ δὲ περὶ αὐτοῦ λέγων, εὐγνώμων, οὐ ταπεινόφρων ἐστίν· ὁ δὲ μετὰ τοσούτους στεφάνους τοιαῦτα φθεγγόμενος, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ μετριάζειν εἰδώς. *Καὶ πάλιν ὑπέστρεψα*, φησὶν, *εἰς Δαμασκόν*. Καίτοι πόσα αὐτὸν ἐκεῖ εἰργάσθαι εἰκὸς ἦν; Περὶ γὰρ τῆς πόλεώς φησι τούτης, ὅτι πᾶσαν αὐτὴν ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βαλέως ἐφύλαττε, τὸν μακάριον τοῦτον σαγηνεῦσαι σπουδάζομενος· ὅπερ σημεῖον μέγιστον ἦν τοῦ σφόδρα αὐτὸν κατὰ κράτος ἐλαύνειν αὐτὸν τοὺς Ἰουδαίους. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐνταῦθα λέγει, οὐδ' ἂν ἐκεῖ αὐτὰ εἰπεῖν ἔτε τέθεικεν, εἰ μὴ καὶ τότε τὸν καιρὸν εἶδεν ἐκεῖνον ἀπαιτοῦντα τὴν ἱστορίαν, ἀλλ' ἐσίγησεν ἂν· ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἦλθε καὶ ἀπῆλθε λέγων, οὐκέτι προστίθησι τὰ ἐντεῦθεν γενόμενα. *Ἔπειτα μετὰ τρία ἔτη ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Κηφᾶν*. Τί ταύτης ταπεινοφρονέστερον γένοιτ' ἂν εἰπεῖν ψυχῆς; Μετὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα κατορθώματα μηδὲν Πέτρου δεόμενος, μηδὲ τῆς ἐκείνου φωνῆς, ἀλλ' ἰσότιμος ὢν αὐτῷ (πλέον γὰρ οὐδὲν ἐρῶ τέως), ὡς ἀνέρχεται ὡς πρὸς μείζονα καὶ πρεσβύτερον· τῆς ἀποδημίας αὐτῷ τῆς ἐκεῖ γίνεται αἰτία ἡ ἱστορία Πέτρου μόνη. Ὁρᾷς πῶς τὴν προσήκουσαν τοῖς ἀπονέμει τιμὴν, καὶ οὐ μόνον ἀμείνω, ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν ἐκείνων εἶναι νομίζει; Καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἀποδημίας ταύτης δῆλον. Καθάπερ γὰρ νῦν πολλῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων πρὸς ἁγίους ἄνδρας ἀποδημοῦσιν, οὕτω καὶ Παῦλος πρὸς Πέτρον τότε ἐλθὼν ἐπῆλθεν· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ ταπεινότερον. Οἱ μὲν γὰρ νῦν ὠφελείας ἕνεκεν ἀποδημοῦσιν· ὁ μακάριος τότε ἐκεῖνος, οὐχ ὡς μαθησόμενός τι παρὰ αὐτοῦ, οὐδὲ ὡς διόρθωσίν τινα δεξόμενος, ἀλλὰ [678] τοῦτο μόνον, ὥστε ἰδεῖν αὐτὸν καὶ τιμῆσαι παρρησίᾳ. *Ἱστορῆσαι* γὰρ, φησὶ, *Πέτρον*. Καὶ εἶπεν, Ἰδεῖν Πέτρον, ἀλλ', Ἱστορῆσαι Πέτρον, οἱ τὰς μεγάλας πόλεις καὶ λαμπρὰς καταλαμβάνοντες λέγουσιν. Οὕτω πολλῆς ἄξιον ἡγεῖτο τιμῆς εἶναι καὶ τὸ μόνον ἰδεῖν τὸν ἄνδρα. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πράξεων δῆλον. Ὅτε γὰρ ἦλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλοὺς τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέψας, καὶ πολλὰ ἐργασάμενος, ὅσα τῶν ἑτέρων οὐδείς, τὴν Καππαδοκίαν, τὴν Λυκαονίαν, τὸ Κιλίκων ἔθνος, πάντας οὓς κατὰ τὸ μέρος ἐκεῖνο τῆς οἰκουμένης διαλαβόμενος καὶ τῷ Χριστῷ προσαγαγὼν, πρῶτον ἐπανέρχεται πρὸς Ἰάκωβον μετὰ πολλῆς τῆς εὐσεβοφροσύνης ὡς πρὸς μείζονα καὶ τιμιώτερον. Ἅπερ τὰ συμβουλεύοντος ἀνέχεται, καὶ συμβουλεύοντα τὰ ἐναντία τῶν νῦν. *Ὁρᾷς* γὰρ, φησὶν, *ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων; Ἀλλὰ ξύρησαι, καὶ ἁγνίσθητι*. Καὶ ἐξυρήσατο, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ πάντα ἐπετέλεσεν. Ἔνθα μὲν γὰρ οὐκ ἐβλάπτετο τὸ Εὐαγγέλιον, πάντων ταπεινότερος ἦν· ἔνθα δὲ ἐκ τῆς ταπεινοφροσύνης ἐώρα τινὰς ἀδικουμένους, οὐκέτι ἐκέχρητο τούτῳ τῷ πλεονεκτήματι· τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν λοιπὸν ταπεινοφρονεῖν, ἀλλὰ λυμαίνεσθαι καὶ διαφθείρειν τοὺς μαθητευομένους. *Καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε*. Τὸ μὲν οὖν δι' αὐτὸν ἀποδημῆσαι, τιμῆς ἦν πολλῆς· τὸ δὲ καὶ τοσαύτας ἐπιμεῖναι ἡμέρας, φιλίας καὶ σφοδροτάτης ἀγάπης. *Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου*. Ὅρα πῶς πρὸς τὸν Πέτρον μείζονα τὴν φιλίαν ἔχει· καὶ γὰρ δι' αὐτὸν ἀπεδήμησε, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔμεινε. Ταῦτα δὲ καὶ λέγω συνεχῶς, καὶ ἀξιῶ φυλάττειν, ἵν' ὅταν ἀκούσητε, ἃ κατὰ Πέτρου δοκεῖ εἰρηκέναι, μηδεὶς ὑποπτεύσῃ τὸν Ἀπόστολον. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αὐτὸς τοῦτο προδιορθούμενος ταῦτά φησιν, ἵνα ὅταν λέγῃ, ὅτι *Ἀντέστην Πέτρῳ*, μηδεὶς ἔχθρας καὶ φιλονεικίας ταῦτα εἶναι νομίσῃ τὰ ῥήματα· καὶ γὰρ τιμᾷ τὸν ἄνδρα καὶ φιλεῖ μᾶλλον πάντων. Δι' οὐδένα γὰρ τῶν ἀποστόλων ἀνεληλυθέναι φησὶν, ἀλλ' ἢ δι' αὐτὸν μόνον. *Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον*, φησὶν, *εἰ μὴ Ἰάκωβον*. *Εἶδον*, οὐκ ἐδιδάχθην, φησὶ, παρ' αὐτοῦ οὐδέν. Ἀλλ' ὅρα καὶ τοῦτον μεθ' ὅσης τιμῆς ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, Ἰάκωβον, ἀλλὰ καὶ τὸ σεμνολόγημα προσέθηκεν, Τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου· οὕτω βασκανίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένος ἦν. Εἰ γὰρ σημῆναι ὃν ἔλεγεν ἤθελεν, ἐνῆν καὶ ἐξ ἑτέρου γνωρίσματος τοῦτο ποιῆσαι δῆλον, καὶ εἰπεῖν τὸν τοῦ Κλωπᾶ, ὅπερ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγεν. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τῶν ἀποστόλων σεμνολογήματα ἴδια εἶναι ἐνόμιζεν, ὡς ἑαυτὸν ἐπαίρων, οὕτω σεμνύνει κἀκεῖνον. Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν αὐτὸν οὕτως, ὡς εἶπον, ἀλλὰ πῶς; *Τὸν ἀδελφὸν* [679] *τοῦ Κυρίου*. Καίτοι γε οὐδὲ κατὰ σάρκα ἀδελφὸς ἦν τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οὕτως ἐνομίζετο· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἀπεστράφη τὸ ἀξίωμα θεῖναι τοῦ ἀνδρός. Καὶ πολλαχόθεν ἄλλοθεν δείκνυται, ὅτι διέκειτο πρὸς τοὺς ἀποστόλους πάντας οὕτω γνησίως, ὡς αὐτῷ πρέπον ἦν. *Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι*. Εἶδες διὰ πάντων ὁμοίως ἐκλάμπουσαν τῆς ἁγίας ταύτης ψυχῆς τὴν ταπεινοφροσύνην; Καθάπερ γὰρ ἐν δικαστηρίῳ ἀγωνιζόμενος, καὶ μέλλων εὐθύνας ὑπέχειν, οὕτως ἐσπούδακεν ἀπολογήσασθαι. *Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ Κιλικίας*· μετὰ τὸ Πέτρον ἰδεῖν. Πάλιν ἄρχεται τοῦ λόγου καὶ τοῦ ἀγῶνος τοῦ προκειμένου, τῆς μὲν Ἰουδαίας οὐχ ἁπτόμενος, διά τε τὸ πρὸς τὰ ἔθνη ἀπεστάλθαι, καὶ διὰ τὸ μὴ ἂν ἐλέσθαι [a] ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομεῖν. Διόπερ οὐδὲ κατὰ ψιλὴν αὐτοὺς συντυχίαν εἶδε· καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον. *Ἤμην* γὰρ, φησὶν, *ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας. Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν,*

[a] *Legendum* ἀνελέσθαι.

Digitized by Google

ἦν ποτε ἐπόρθει. Τί ταύτης τῆς ψυχῆς μετριώτερον γένοιτ' ἄν; Ὅτε μὲν γὰρ τὰ φέροντα αὐτῷ κατηγορίαν διελέγετο, οἷον ὅτι ἐδίωκε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐπόρθει αὐτήν, μετὰ πολλῆς αὐτὰ τέθεικε τῆς ὑπερβολῆς, ἐκπομπεύων αὐτοῦ τὸν βίον τὸν πρότερον· τὰ δὲ μέλλοντα αὐτὸν δεικνύναι λαμπρὸν, ταῦτα παρατρέχει. Καὶ δυνάμενος, εἴπερ ἐβούλετο, τὰ κατορθώματα αὐτοῦ πάντα εἰπεῖν, οὐδὲν αὐτῶν τίθησιν, ἀλλ' ἑνὶ ῥήματι πέλαγος παρελθὼν ἄφατον, καὶ εἰπὼν, ὅτι *Ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας*, καὶ ὅτι *Ἀκούοντες ἦσαν, ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἣν ποτε ἐπόρθει*, οὐδὲν πλέον προσέθηκε. Τί δὲ αὐτῷ βούλεται τὸ λέγειν, ὅτι *Ἀγνοούμενος ἤμην ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας*; Ἵνα μάθῃς, ὅτι τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κηρύξαι αὐτοῖς περιτομὴν, ὅτι οὐδὲ ἀπὸ ὄψεως γνώριμος ἦν αὐτοῖς. *Καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν.* Σκόπει καὶ ἐνταῦθα τὸν κανόνα αὐτοῦ τῆς ταπεινοφροσύνης, πῶς αὐτὸν διατηρεῖ μετὰ ἀκριβείας. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐθαύμαζόν με, ἐπῄνουν με, ἐξεπλήττοντο, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῆς χάριτος ἔδειξεν ὂν *Τὸν γὰρ Θεὸν ἐδόξαζον*, φησὶν, *ἐν ἐμοί.*

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

Ἔπειτα δὲ διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον· ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν.

α'. Τῆς μὲν πρώτης ἀναβάσεως τὴν αἰτίαν Πέτρον εἶναί φησι, καὶ τὸ ἱστορῆσαι ἐκεῖνον· τῆς δὲ δευτέρας, τὴν ἀποκάλυψιν τὴν τοῦ Πνεύματος. *Καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι, κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον.* Τί φῆς, ὦ Παῦλε; ὁ παρὰ τὴν ἀρχὴν μὴ [680] ἐλόμενος [a], ἀναθέσθαι μηδὲ μετὰ ἔτη τρία δεκατεσσάρων παρελθόντων ἐτῶν, τότε ἀνατίθῃ, μή πως εἰς κενὸν τρέχῃς; Καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν εὐθέως ἀρξάμενον τοῦτο ποιῆσαι, ἢ μετὰ ἔτη τοσαῦτα; Τί δὲ καὶ ἔτρεχες, εἰ μὴ πεπεισμένος ἦς, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔτρεχες; τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς ἔτη τοσαῦτα κηρύττειν, οὐκ εἰδὼς ὅτι κηρύττει καλῶς; Καὶ τὸ πολὺ τούτου πάλιν ἀπορώτερον, ὅτι κατὰ ἀποκάλυψίν φησιν ἀνεληλυθέναι. Τοῦτο γὰρ ἀπορώτερον μὲν, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, τοῦ προτέρου, ἱκανὸν δὲ κἀκείνου τὴν λύσιν ἡμῖν παρασχεῖν. Εἰ μὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀνῆλθε, μάλιστα μὲν οὐδὲ τοῦτο ἂν ἔχοι λόγον· οὐ γὰρ ἦν τῆς μακαρίας ἐκείνης ψυχῆς εἰς τοσαύτην ἄνοιαν ἐμπεσεῖν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων, *Οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως, οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.* Εἰ τοίνυν οὐκ ἀδήλως, πῶς λέγεις, *Μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον*; Ὅθεν δῆλον, ὅτι εἰ καὶ χωρὶς ἀποκαλύψεως ἀνῆλθεν, ἔπαθεν ἂν τὰ τῶν ἀνοήτων· πλὴν ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἄτοπον ἦν τὸ γινόμενον· ὅταν δὲ καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος αὐτὸν ἕλκῃ χάρις, τίς τολμήσει τι τοιοῦτον ὑποπτεῦσαι λοιπόν; Διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκε καὶ αὐτὸς τὸ, *Κατὰ ἀποκάλυψιν*, ἵνα μηδὲ πρὸ τῆς λύσεως τοῦ ζητήματος καταγνῷς αὐτοῦ τινα ἄγνοιαν, εἰδὼς ὅτι οὐκ ἀνθρώπινον ἦν τὸ γενόμενον, ἀλλὰ θεία τις οἰκονομία πολλὰ προορωμένη καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ αἴτιον τῆς ἀποδημίας ταύτης; Ὥσπερ ὅτε πρότερον ἐξ Ἀντιοχείας εἰς Ἱεροσόλυμα ἀνῆλθεν, οὐ δι' ἑαυτὸν ἀνῆλθεν· αὐτὸς καὶ ᾔδει σαφῶς, ὅτι χρὴ καθαρῶς ἔπεσθαι τοῖς τοῦ Χριστοῦ δόγμασιν· ἀλλὰ τοὺς μαχομένους συνάγειν βουλόμενος· οὕτω καὶ νῦν οὐκ αὐτὸς ἐδεῖτο μαθεῖν, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔτρεχεν, ἀλλ' ἵνα οἱ ἐγκαλοῦντες πληροφορηθῶσιν. Ἐπειδὴ μείζονα περὶ Πέτρου καὶ Ἰωάννου δόξαν εἶχον, καὶ διαστασιάζειν αὐτοὺς ᾤοντο, διὰ τὸ τοῦτον μὲν ἄνευ περιτομῆς κηρύττειν, ἐκείνους δὲ ταύτην συγχωρεῖν, καὶ παράνομα πράττειν αὐτὸν ᾤοντο, καὶ εἰς κενὸν τρέχειν· *Ἀνῆλθον*, φησὶ, *καὶ ἐκοινωσάμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον*, οὐχ ἵνα αὐτός τι μάθω, ὃ καὶ πρόδηλον σαφέστερον λέγει, ἀλλ' ἵνα διδάξω τοὺς ταῦτα ὑποπτεύοντας, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν τρέχω. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὴν τοιαύτην προορώμενον φιλονεικίαν, παρεσκεύασεν αὐτὸν ἀνελθεῖν καὶ κοινώσασθαι. Διὰ τοῦτό φησι, *Κατὰ ἀποκάλυψιν ἀνέβην*, καὶ Βαρνάβαν καὶ Τίτον ἔλαβε μάρτυρας ἐσομένους τοῦ κηρύγματος. *Καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ κηρύττω ἐν τοῖς ἔθνεσιν*, τουτέστι, τὸ χωρὶς περιτομῆς· *κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι.* Τί βούλεται, *Κατ' ἰδίαν*; καίτοι γε ὁ δόγματα κοινὰ διορθοῦν σπουδάζων, οὐ κατ' ἰδίαν, ἀλλὰ κοινῇ ταῦτα προτίθησιν. Ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτως· οὐ γὰρ μαθεῖν τι καὶ διορθῶσαι ἐβούλετο, ἀλλὰ τῶν βουλομένων ἁπαξάπασιν τὴν πρόφασιν ἀνελεῖν. Ἀλλὰ [681] ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις πάντες ἐσκανδαλίζοντο, εἴ τις παραβαίη τὸν νόμον, εἴ τις κωλύοι χρήσασθαι τῇ περιτομῇ· διὸ καὶ ἔλεγε, *Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶ τῶν πεπιστευκότων; καὶ οὗτοι πάντες εἰσὶ κατηχημένοι περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν ἀπὸ τοῦ νόμου διδάσκεις·* ἐπεὶ οὖν ἐσκανδαλίζοντο, *παῤῥησίᾳ* μὲν παρελθεῖν καὶ τὸ κήρυγμα ἀποκαλύψαι τὸ ἑαυτοῦ οὐκ ἠνείχετο· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσιν ἀνέθετο ἐπὶ Βαρνάβα καὶ Τίτου, ἵνα οὗτοι μάρτυρες ἀξιόπιστοι γένωνται πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις ἔδοξεν ἐναντίον εἶναι, ἀλλὰ βεβαιοῦσι τὸ κήρυγμα τὸ τοιοῦτον. Ὅταν δὲ λέγῃ, *Τοῖς δοκοῦσιν*, οὐκ ἀναιρῶν τὸ εἶναι αὐτοὺς μεγάλους τοῦτο λέγει· ἐπεὶ καὶ περὶ ἑαυτοῦ φησι, *Δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν*· ὅπερ ἐστὶ μετριάζοντος, οὐκ ἀναιροῦντος τὸ ἔχειν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα. *Τοῖς δοκοῦσι*, φησὶ, μετὰ τῆς ἑαυτοῦ καὶ τὴν κοινὴν ἁπάντων λέγων ψῆφον. *Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι.* Τί ἐστιν, *Ἕλλην ὤν*; Ἐξ Ἑλλήνων ἦν, φησὶ, καὶ ἀκρόβυστος. Οὐ μόνον γὰρ ἐγὼ οὕτως ἐκήρυττον, ἀλλὰ καὶ Τίτος οὕτως ἔπραττε, καὶ ἀκρόβυστον ὄντα οὐκ ἠνάγκασαν περιτμηθῆναι οἱ ἀπόστολοι. Ὅπερ ἀπό-

[a] *Legebatur* ἐλόμενε, *et mox* περίπερατι, ἀνατίθη.

Digitized by Google

nat fidem, quam pridem expugnabat. Quid hoc animo possit esse modestius? Nam cum exponeret ea, quæ pertinebant ad ipsius accusationem, ut quod persequutus esset Ecclesiam Dei, quodque devastaret eam, hæc multa cum exaggeratione protulit, traducens suam ipsius vitam prius actam; illa vero, quæ ipsum splendidum demonstratura erant, prætercurrit: cum potuisset omnia sua præclara gesta commemorare, nihil horum refert, sed unico verbo pelagus immensum prætervectus dicit: *Veni in regiones Syriæ et Ciliciæ;* et, *Audierant quod is qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem quam pridem expugnabat;* nec præterea quidquam addidit. Quid autem sibi vult, cum ait: *Ignotus eram Ecclesiis Judææ?* Ut scires, adeo Paulum non prædicasse Judæis circumcisionem, ut ipse ne de facie quidem fuerit illis notus. 24. *Et glorificabant in me Deum.* Hic perpende regulam Paulinæ modestiæ, quantoque studio eam observet. Non enim dixit, Admirabantur me, laudabant me, stupebant; sed declaravit totum hoc esse gratiæ, dicens: *Deum glorificabant in me.*

CAPUT II.

1. *Deinde post annos quatuordecim ascendi Jerosolymam una cum Barnaba, assumpto simul et Tito.* 2. *Ascendi autem secundum revelationem.*

1. Prioris itineris causam Petrum ait fuisse, utque illum videret: ut autem iterum ascenderet, in causa fuisse revelationem Spiritus. *Et contuli cum illis evangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur esse alicujus existimationis, ne forte in vanum currerem aut cucurrissem.* Quid ais, Paule? qui initio nolebas conferre, neque per annos tres, peractis quatuordecim annis tum confers, ne forte in vanum curreres? At quanto melius fuerat illud protinus in initio fecisse, quam post tot annos? Cur autem currebas, si non persuasum habebas, te non in vanum currere? et quis tam excors est, ut tot annos prædicet, ignarus an recte prædicet? Jam illud hoc etiam multo perplexius est, quod ait se secundum revelationem ascendisse. Hoc est difficilius, ut dicebam, priore; sed tamen idoneum ut nobis et illius porrigat solutionem. Nam si sua sponte ascendisset, ne id quidem ullo pacto consentaneum esset cogitationi: non enim erat illius beatæ animæ in tantam delabi amentiam; siquidem ipse est qui dicit, *Sic curro, ut non in incertum: sic pugno, non ut aerem verberans* (2. *Cor.* 9. 26). Quod si curris non in incertum, quomodo dicis, *Ne forte in vanum currerem, aut cucurrissem?* Unde perspicuum est, quod si ascendisset absque revelatione, accidisset illi quod insipientibus solet accidere; attamen casus non fuisset perinde absurdus: cum autem illum Spiritus gratia ducit, quis deinceps ausit aliquid tale suspicari? Nam hanc ob causam et ipse addidit illud, *Secundum revelationem*, ne quis ante quæstionis solutionem condemnaret illum inscitiæ, nimirum sciens non esse humanum quod geritur, sed divinæ dispensationis multa providentis et de præsentibus et de futuris. Quæ autem igitur hujus peregrinationis causa? Quemadmodum cum prius ascenderet Antiochia Jerosolymam, non sua sponte ascendit (nam ipse planissime noverat, simpliciter ac mere Christi decretis hærentium esse); sed cupiens eos qui dissidebant, redigere in concordiam: similiter et nunc non ipsi fuit opus discere, an in vanum cucurrisset, sed ut iis, qui ipsum accusabant, id omnino persuaderetur. Cum enim magnificentiorem de Petro et Joanne opinionem haberent, putarentque apostolos inter se dissidere, eo quod hic prædicaret evangelium absque circumcisione, illi contra permitterent eam; atque hinc existimabant Paulum adversum legem agere, et in vanum currere: *Ascendi,* inquit, *et contuli cum illis evangelium;* non ut ipse quidquam discerem; quod ipsum post apertius dicit; sed ut docerem eos, qui hæc suspicantur, me non in cassum currere. Spiritus enim qui prævideret hanc contentionem orituram, procurarat ut Paulus illuc ascenderet et conferret. Ideo dixit, *secundum revelationem ascendi*, eademque de causa Barnabam ac Titum sibi adjunxit, testes futuros prædicationis. *Et contuli*, inquit, *cum illis evangelium, quod prædico in gentibus;* hoc est, sine circumcisione: *seorsum autem iis qui videbantur alicujus existimationis?* Quid significare voluit dicendo, *Seorsum?* nam qui communia dogmata studet corrigere, non seorsum, sed in publicum ea proponit. Paulus autem non ita: non enim cupiebat aliquid discere, corrigereve suorum dogmatum, sed occasionem adimere cupientibus alios decipere. Cum enim Jerosolymis offenderentur omnes, si quis transgrederetur legem, si quis prohiberet circumcisionem; unde et Jacobus dicebat: *Vides, frater, quot millia sunt qui crediderunt? et hi omnes audierunt de te, quod defectionem doces a lege* (*Act.* 21. 20. 21): cum igitur offenderentur, palam quidem accedere suamque prædicationem aperire non sustinebat, sed seorsum contulit cum iis qui erant alicujus opinionis, præsentibus Barnaba ac Tito, ut hi apud eos, qui ipsum criminabantur, forent idonei testes, ne apostolis quidem visum, Pauli prædicationem in gentibus contrariam esse suæ, imo se illam confirmare. Cum autem ait, *Qui videbantur alicujus existimationis*, non ideo dicit, ut detrahat eis suam magnitudinem: quandoquidem de seipso quoque dicit, *Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam* (1 *Cor.* 7. 40). Quod utique est modeste loquentis, non negantis se habere. Hoc pacto et hic dixit, *Qui videbantur*, suum judicium cum publico omnium judicio conjungens. 3. *Sed ne Titus quidem, qui mecum erat, cum Græcus esset, coactus est circumcidi.* Quid est, *Cum Græcus esset?* E Græcorum, inquit, hoc est, e gentium erat genere, præputium gerens. Non enim ego solum ita prædicavi, verum etiam Titus ita fecit, quem, cum esset præputiatus,

Digitized by Google

non compulerunt circumcidi. Quod quidem certissimum erat argumentum, illos non damnare quæ a Paulo dicebantur ac gerebantur. Et quod hoc multo majus est, cum urgerent adversarii, eaque scirent, ne sic quidem apostoli per eos huc adacti sunt, ut juberent eum circumcidi : id quod ipse declarat dicens : 4. *Sed propter subintroductos falsos fratres.* Qui sunt isti falsi fratres? siquidem hinc non mediocris oritur quæstio. Nam si apostoli istic permittebant circumcisionem, quare nunc falsos fratres appellas eos, qui et ipsi secundum apostolorum sententiam jubebant hoc fieri? Primum, quia non est idem jubere ut fiat, et quod fit permittere. Etenim qui præcipit, is studiose ceu rem necessariam ac præcipuam agit : qui autem, cum ipse non præcipiat, tamen non prohibet volentem, is non concedit ut rem factu necessariam, sed dispensationem quamdam implet : quale quiddam Corinthiis Paulus scripsit, de congressu virorum cum uxoribus præcipiens.

2. Deinde ne putares eum hoc illis pro lege scribere, subjunxit : *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium* (1. *Cor.* 7. 6) : eo quod hoc non esset judicium ex auctoritate latum, sed indulgentia erga illorum incontinentiam : ideo dicit : *Propter incontinentiam vestram* (*Ibid.v.*5). Nam si Pauli sententiam cupis cognoscere, audi quid dicat : *Volo omnes homines esse, ut ipse sum* (*Ibid. v.* 7), in continentia. Itidem et hic accidit, apostoli non ut legis defensores hoc concedebant, sed obsecundantes infirmitati Judaicæ : alioqui si legem tueri voluissent, non alio modo prædicassent Judæis, alio gentibus. Etenim si res ejusmodi fuisset, ut ab infidelibus necessario fuerit observanda : perspicuum est etiam ab omnibus fidelibus observandam fuisse. Contra si decretum est, ne quis gentibus harum rerum gratia molestus esset, satis declararunt se hoc Judæis morem gerendo permisisse.

Apostoli falsi in quo differant a veris.—At falsi fratres non eodem modo, sed hoc agebant ut eos excluderent a gratia ac denuo in servitutis jugum pertraherent. Hoc igitur est primum discrimen inter apostolos et falsos fratres, longo intervallo illos dirimens. Alterum erat, quod apostoli id faciebant in Judæa, ubi lex vigebat; et falsi fratres hoc ubique faciebant: nam et Galatas omnes attigerant. Unde dilucidum est, hoc non factum ædificationis gratia, sed ad subvertendum totum negotium. Aliter ab apostolis concedebatur legis observatio; aliter a falsis fratribus studiose curabatur. *Qui subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram quam habemus in Christo Jesu.* Vides ut exploratorum appellatione expressit bellum eorum? Exploratores enim ob nihil aliud ingrediuntur, nisi ut cognitis rebus adversariorum, ipsi sibi facillimum aditum parent ad expugnandum capiendumque; ut et illi tum faciebant, studentes eos in veterem retrahere servitutem. Unde vel hinc liquet, non idem fuisse propositum apostolis et istis, imo magnopere diversum. Illi siquidem concedebant, ut eos paulatim eximerent e servitute; isti contra hoc moliebantur, ut eos in graviorem pertraherent servitutem. Ideoque observabant, attente circumspicientes et curiose disquirentes quinam haberent præputium, quod et Paulus declarans ait : *Subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram.* Non tantum exploratorum vocabulo, verum etiam ex eo quod clam ingressi essent seque furtim intromisissent, eorum insidias demonstravit. 5. *Quibus nec ad horam cessimus subjectione.* Vide sermonis nobilitatem et vim. Non dixit, Cessimus verbo, sed *Subjectione.* Non enim id faciebant, ut aliquid frugiferum docerent, sed ut eos subigerent et in servitutem pertraherent. Idcirco apostolis quidem cessimus, istis vero non item. *Ut evangelii veritas maneret apud vos.* Ut, inquit, quod prius verbis prædicaveramus, factis confirmaremus, nimirum quod *Vetera transierunt, et nova facta sunt omnia* (2. *Cor.* 5. 17) : et quod, *Si quis est in Christo, nova est creatura :* et quod, *His qui circumciduntur, Christus nihil proderit* (*Gal.* 6. 15. *et* 3. 2). Hanc veritatem confirmantes, nec ad horam cessimus. At mox quoniam protinus obstabant illa quæ faciebant apostoli, eratque verisimile futuros aliquos qui dicerent : Qui fit igitur, ut hæc illi præcipiant? vide quam sapienter solvit objectionem. Non enim explicat veram causam, videlicet quod id facerent apostoli ut sese attemperarent et morem gererent Judæis : alioquin enim offensi fuissent audientes. Oportet enim dispensationis ignorare causam eos, ad quos sit aliquis ex ea fructurus rediturus : nam si patet causa eorum quæ fiunt, tota perierit utilitas. Quapropter ipsum quidem, qui dispensationem adhibet, scire causam oportet eorum quæ geruntur : at eos quibus est profutura dispensatio, hanc oportet ignorare. Atque ut magis fiat dilucidum quod dico, ex hoc ipso argumento sumemus exemplum. Hic ipse beatus Paulus, qui circumcisionem tollit, cum Timotheum esset missurus ad docendum Judæos, prius illum circumcidit (*Act.* 16), atque ita misit.

Οὐδὲν προσηνέστερον τῆς ἀγίας ἐκείνης ψυχῆς, δὲν γλυκύτερον καὶ φιλοστοργότερον. Οὐ τοίνυν δὲ τὰ πρότερα ἀλόγου θυμοῦ, οὐδὲ πάθους ψυχῆς , ἀλλὰ κηδεμονίας πολλῆς. Καὶ τί λέγω, οὐκ ἠδισατε; πολλὴν μὲν οὖν καὶ γνησίαν σπουδὴν περὶ ᾶς ἐπεδείξατε. *Οἴδατε γὰρ, φησὶν, ὅτι δι' ἀσθέιαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν, καὶ τὸν ιρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθεσατε οὐδὲ διεπτύσατε.* Τί ποτέ ἐστιν, ὃ λέγει; λαυνόμην, φησὶν, ἐμαστιγούμην, μυρίους θανάτους ἐμενον κηρύττων ὑμῖν, καὶ οὐδὲ οὕτω κατεφροσατέ μου. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *Τὸν πειρασμόν υ τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε οὐδὲ επτύσατε.* Εἶδες σύνεσιν πνευματικήν; Καὶ γὰρ τάξει ἀπολογίας πάλιν αὐτοὺς ἐντρέπει, δεικνὺς α ἔπαθε δι' αὐτούς. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τοῦτο ὑμᾶς κανδάλισε, φησὶν, οὐδὲ διεπτύσατέ με διὰ τὰ πάθη ὰ τοὺς διωγμούς· ἀσθένειαν γὰρ καὶ πειρασμὸν οῦτα καλεῖ. *Ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με.* ὡς οὖν οὐκ ἄτοπον ξωκόμενον μὲν καὶ ἐλαυνόνον, ὡς ἄγγελον Θεοῦ δέχεσθαι, παραινοῦντα δὲ δέοντα μὴ δέχεσθαι; *Τίς οὖν ἦν ὁ μακαριὸς ὑμῶν; Μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν ὅτι, εἰ δυνατὸν, ὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατε μοί.* *Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν;* Ἐνταῦθα διαπορεῖ καὶ ἐκπλήττεται, καὶ παρ' αὐτῶν ητεῖ τὴν αἰτίαν τῆς μεταβολῆς μαθεῖν. Τίς γὰρ ὑμᾶς ηπάτησε, φησὶ, καὶ ἔπεισεν ἑτέρως διατεθῆναι ρὸς ἡμᾶς· οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ περιέποντες καὶ θεραεύοντες, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τιμιώτερον ἄγοντες; τοίνυν γέγονε; πόθεν ἡ ἔχθρα, πόθεν ἡ ὑποψία; ι τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἶπον; Διὰ τοῦτο μὲν οὖν εἰζόνως ἐχρῆν τιμᾶν καὶ θεραπεύειν· νυνὶ δὲ ἐχθρὸς ιῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, οὐκ δα ἄλλην αἰτίαν, ἢ τὰ ἀληθῆ λέγειν ὑμῖν. Καὶ ὅρα εθ' ὅσης ἀπολογεῖται ταπεινοφροσύνης. Οὐ γὰρ ρ' ὧν περὶ αὐτοὺς ἐπεδείξατο, ἀλλ' ἀφ' ὧν αὐτοὶ ερὶ αὐτὸν, δείκνυσιν ἀδύνατον εἶναι ἐκ κακονοίας ῦτα λέγεσθαι. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν οὕτω· Καὶ πῶς ἐγχωεῖ τὸν μαστιζόμενον, τὸν ἐλαυνόμενον, τὸν μυρία αθόντα δι' ὑμᾶς, νῦν ἐπιβουλεύειν ὑμῖν; ἀλλ' ἀφ' ὧν εἶχον ἐναβρύνεσθαι ἐκεῖνοι, ἀπὸ τούτων συλλογίζεται λέγων· πῶς ἐγχωρεῖ τὸν τιμηθέντα παρ' ὑμῶν, τὸν ὡς ἄγγελον δεχθέντα τοῖς ἐναντίοις ἀμείψασθαι; *Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐκ ἀληθῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε.* Ἔστι γὰρ καὶ ζῆλος ἀγαθὸς, ὅταν τις οὕτω ζηλοῖ, ὥστε μιμήσασθαι τὴν ἀρετήν· ἔστι καὶ ζῆλος πονηρὸς, ὥστε ἐκβάλλειν τῆς ἀρετῆς τὸν κατορθοῦντα· ὃ δὴ καὶ αὐτοὶ νῦν ἐπιχειροῦσι, τῆς μὲν τελείας γνώσεως ἐκβάλλειν θέλοντες, εἰς δὲ [708] τὴν ἡκρωτηριασμένην καὶ νόθον ἀγαγεῖν, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ μὲν ἐν τάξει κάθωνται διδασκάλων, ὑμᾶς δὲ τοὺς νῦν ὑψηλοτέρους αὐτῶν ὄντας ἐν τάξει καταστήσωσι μαθητῶν. Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπών· *Ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε.* Ἐγὼ δὲ τοὐναντίον βούλομαι, φησὶν, ὑμᾶς αὐτῶν καλλίονας, καὶ ὑπόδειγμα γίνεσθαι τῶν τελειοτέρων. Ὃ δὴ καὶ ἐγένετο, ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμην· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς.* Ἐνταῦθα γὰρ αἰνίττεται, ὅτι ἡ ἀπουσία αὐτοῦ ταῦτα εἰργάσατο, καὶ ὅτι τὸ μὲν μακάριον τοῦτό ἐστι, μὴ παρόντος τοῦ διδασκάλου μόνον, τοὺς μαθητὰς τὴν δέουσαν ἔχειν γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἀπόντος· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνοι οὐδέπω ἦσαν πρὸς τοῦτο τελειότητος ἀφιγμένοι, πάντα ποιεῖται, ὥστε εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐμβιβάσαι. *Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.* Ὅρα ταραττόμενον, ὅρα θορυβούμενον. Ἀδελφοί μου, δέομαι ὑμῶν· *Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω.* Μητέρα μιμεῖται περιτρέμουσαν τοῖς παιδίοις. *Ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.* Εἶδες σπλάγχνα πατρικά; εἶδες ἀθυμίαν ἀποστόλῳ πρέπουσαν; εἶδες οἵαν ἀφῆκεν ὀλολυγὴν πολὺ τῶν τικτουσῶν πικροτέραν; Διεφθείρατε, φησὶ, τὴν εἰκόνα, ἀπωλέσατε τὴν συγγένειαν, τὴν μορφὴν ἠλλοιώσατε· ἀναγεννήσεως ἑτέρας ὑμῖν δεῖ καὶ ἀναπλάσεως· ἀλλ' ὅμως ἔτι τεκνία καλῶ τὰ ἀμβλωθρίδια, τὰ ἐκτρώματα. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐ λέγει, ἑτέρως δέ· φείδεται γὰρ, καὶ οὐ βούλεται πλῆξαι, οὐδὲ τραύματα ἐπιθεῖναι τραύμασιν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν τοὺς εἰς μακρὰν καταπεσόντας νόσον, οὐχ ὑφ' ἓν θεραπεύουσιν, ἀλλὰ διαλιμπάνοντες, ὥστε μὴ ὀλιγοψυχοῦντας ἀπολέσθαι, οὕτω καὶ ὁ μακάριος οὗτος. Καὶ γὰρ αἱ ὠδῖνες αὗται τῶν σωματικῶν δριμύτεραι ὅσῳ καὶ ἡ φιλοστοργία μείζων, καὶ τὸ ἁμαρτηθὲν οὐ τὸ τυχὸν ἦν.

γ'. Ὅπερ γὰρ ἀεὶ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, καὶ τὸ μικρὸν παραβαθὲν ὁλόκληρον τὴν ὄψιν ἠφάνισε, καὶ τὴν μορφὴν ἠλυμήνατο. *Ἤθελον παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου.* Σκόπει μοι τὸν ἀκαρτέρητον, τὸν θερμὸν, τὸν οὐ δυνάμενον στέγειν τὰ τοιαῦτα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀγάπη· οὐκ ἀρκεῖται τοῖς ῥήμασιν, ἀλλ' ἐπιζητεῖ καὶ τὴν παρουσίαν. *Ὥστε ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου,* φησί. Τουτέστιν, ἀλλάξαι τὸν ὁλοφυρμὸν [a], ποιῆσαι καὶ δάκρυα, καὶ πάντα εἰς θρῆνον ἐπισπάσασθαι. Διὰ γὰρ ἐπιστολῆς οὐκ ἐνῆν δάκρυα δεῖξαι οὐδὲ ὀλολυγμόν· διὸ καίεται τὴν παρουσίαν ἐπιζητῶν. *Ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν.* Οὐκ ἔχω γὰρ, φησὶ, τί εἴπω, οὐκ ἔχω τί λογίσωμαι. Πόθεν οἱ πρὸς αὐτὴν ἀναβάντες τῶν οὐρανῶν τὴν κορυφὴν, καὶ διὰ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπ

[a] *Corruptus locus, sic meo judicio restituendus* τουτέστι ποιῆσαι ὀλοφυρμόν. DUNÆUS.

Digitized by Google

ἐμείνατε ὑπὲρ ἧς πίστεως, καὶ διὰ τῶν σημείων, ὧν ἐπεδείξασθε διὰ τῆς πίστεως, νῦν ἀθρόον οὕτως εἰς τοσαύτην εὐτέλειαν κατηνέχθητε, ὡς εἰς περιτομὴν καὶ σάββατα σύρεσθαι, καὶ τῶν Ἰουδαϊζόντων ἐκκρέμασθαι; Διὰ ταῦτα καὶ ἀρχόμενος ἔλεγε· *Θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε*· καὶ ἐνταῦθα· *Ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν*· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· [709]; Τί εἴπω τί λαλήσω; τί ἐννοήσω; ἀπορῶ· διὸ καὶ ὀλολύζειν ἀνάγκη· ὅπερ ἐν τοῖς ἀπόροις ποιοῦσι καὶ οἱ προφῆται. Εἶδος δὲ καὶ τοῦτο θεραπείας οὐ μικρὸν, τὸ μὴ μόνον συμβουλεύειν, ἀλλὰ καὶ θρηνεῖν. Τοῦτο γὰρ καὶ Μιλησίοις διαλεγόμενος ἔλεγε· *Τριετίαν μετὰ δακρύων νουθετῶν ὑμᾶς οὐ διέλειπον*. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησι λέγων· *Ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου*. Καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἀπορίαις καὶ ταῖς ἀμηχανίαις ταῖς παρ' ἐλπίδα συμβαινούσαις νικώμενοι, λοιπὸν ἐπὶ τὰ δάκρυα καταφερόμεθα. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπέπληξε καὶ ἐνέτρεψε, καὶ ἐθεράπευσε πάλιν, εἶτα ὠλοφύρατο· ὁ δὲ ὀλοφυρμὸς οὐκ ἐπιπλήξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ κολακείας ἐστὶν [a]. Οὔτε γὰρ τραχύνει, ὥσπερ ἐπίπληξις, οὔτε χαλᾷ, καθάπερ ἡ θεραπεία, ἀλλ' ἔστι μεμιγμένον φάρμακον, καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχὺν πρὸς παραίνεσιν. Ἐπειδὴ οὖν ὠλοφύρατο καὶ ἐμάλαξεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπεσπάσατο μειζόνως, πάλιν εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβαίνει, κεφάλαιον τιθεὶς μεῖζον, δεικνὺς ὅτι αὐτὸς ὁ νόμος οὐ βούλεται ἑαυτὸν φυλάττεσθαι. Τότε μὲν οὖν ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ τὸ παράδειγμα εἰσήγαγε, νῦν δὲ αὐτὸν εἰσάγει τὸν νόμον παραινοῦντα μὴ φυλάττειν αὐτὸν, ἀλλὰ ἀναχωρεῖν, ὅπερ ἦν ἰσχυρότερον. Ὥστε εἰ βούλεσθε πείθεσθαι τῷ νόμῳ, φησὶν, ἀπόστητε αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ αὐτὸς βούλεται. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐ λέγει· ἑτέρως δὲ αὐτὸ κατασκευάζει, καὶ ἱστορίαν ἀναμιγνύς. *Λέγετε γάρ μοι, φησὶν, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;* Καλῶς εἶπεν, *Οἱ θέλοντες*· οὐ γὰρ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀκαίρου φιλονεικίας τὸ πρᾶγμα ἦν. Νόμον δὲ ἐνταῦθα τὸ βιβλίον τῆς κτίσεως καλεῖ, ὅπερ πολλάκις ποιεῖ, τὴν Παλαιὰν ἅπασαν οὕτως ὀνομάζων. *Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας*. Πάλιν ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἀνεισιν, οὐ ταυτολογῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὴ τοῦ πατριάρχου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἡ δόξα ἦν, δείκνυσιν ὅτι ἐκεῖθεν οἱ τύποι τὴν ἀρχὴν ἔλαβον, καὶ τὰ παρόντα ἐν αὐτῷ προεζωγραφεῖτο. Καὶ πρῶτον δείξας υἱοὺς ὄντας τοῦ Ἀβραὰμ, ἐπειδὴ οὐ τῆς αὐτῆς ἀξίας ἦσαν οἱ υἱοὶ τοῦ πατριάρχου, ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς δούλης, ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, δείκνυσι λοιπὸν, ὅτι οὐ μόνον υἱοὶ, ἀλλὰ καὶ οὕτως υἱοὶ, ὡς ὁ ἐλεύθερος καὶ εὐγενής. Τοσαύτη τῆς πίστεως ἡ δύναμις. *Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας κατ' ἐπαγγελίαν*. Τί ἐστι, *Κατὰ σάρκα;* Ἐπειδὴ ἔλεγεν, ὅτι ἡ πίστις ἡμᾶς συνάπτει τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἐδόκει τοῖς ἀκούουσιν ἀπίθανον εἶναι, εἰ τοὺς μὴ γενομένους ἐξ ἐκείνου, τούτους φησὶν υἱοὺς εἶναι ἐκείνου, δείκνυσιν ὅτι τὸ παράδοξον τοῦτο ἄνωθεν γέγονεν. Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ οὐ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν, οὐδὲ κατὰ γάμων νόμον, οὐδὲ κατὰ σαρκὸς δύναμιν γενόμενος, καὶ υἱὸς καὶ γνήσιος ἦν, ἀπὸ νεκρῶν σωμάτων φύς, καὶ ἀπὸ τῆς μήτρας ἐκείνης. Οὐ γὰρ σὰρξ τὴν κύησιν, οὐδὲ τὸ σπέρμα τὸν τόκον εἰργάσατο· νεκρὰ γὰρ ἡ μήτρα [710], καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὴν πήρωσιν, ἀλλ' ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος οὕτω ἐποίησεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ δούλου οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐκείνως· τῆς φύσεως δεσμοῖς, καὶ τῇ τοῦ γάμου συνηθείᾳ κρατεῖται. Ἀλλ' ὅμως ὁ μὴ κατὰ σάρκα τοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος τιμιώτερος ἦν. Μὴ θορυβεῖτε τοίνυν ὑμᾶς τὸ μὴ κατὰ σάρκα γεγεννῆσθαι· διὰ γὰρ τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ συγγενεῖς ὑμεῖς, ὅτι οὐ κατὰ σάρκα ἐγεννήθητε. Οὐ γὰρ τιμιωτέρους τοῦτο τὸ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ ἀτιμοτέρους ἐργάζεται· βαρύτερος γὰρ ὁ τόκος ὁ μὴ κατὰ σάρκα καὶ πονηρικώτερος· καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἄνωθεν τεχθέντων. Ἐτέχθη γὰρ κατὰ σάρκα ὁ Ἰσμαὴλ, ἀλλὰ δοῦλος ἦν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξεβάλλετο τῆς πατρῴας οἰκίας· ὁ δὲ κατ' ἐπαγγελίαν τεχθεὶς ὁ Ἰσαὰκ, καὶ υἱὸς ὢν καὶ ἐλεύθερος, κύριος ἦν πάντων. *Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα*. Καταχρηστικῶς τὸν τόπον ἀλληγορίαν ἐκάλεσεν. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡ μὲν ἱστορία αὕτη οὐ τοῦτο μόνον παραδηλοῖ, ἐφ' ὃ φαίνεται, ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ ἀναγορεύει· διὸ καὶ ἀλληγορία κέκληται. Τί δὲ ἀνηγόρευσεν; Οὐδὲν ἱερὸν, ἢ τὰ παρόντα πάντα. *Αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι, φησὶ, μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Αὗται*· τίνες; Τῶν παιδίων ἐκείνων αἱ μητέρες, ἡ Σάρρα καὶ ἡ Ἄγαρ. Τί εἰσι δύο Διαθῆκαι; Δύο νόμοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ γυναικῶν ὀνόματα ἦν ἐν τῇ ἱστορίᾳ, ἐνέμεινε τῇ προσηγορίᾳ τοῦ γένους, καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων πολλὴν δεικνὺς τὴν ἀκολουθίαν. Πῶς δὲ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων; Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶ, φησὶν, ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Ἄγαρ ἐλέγετο ἡ δούλη· τὸ δὲ Σινᾶ ὄρος οὕτω μεθερμηνεύεται τῇ ἐπιχωρίῳ αὐτῶν γλώττῃ.

δ'. Ὥστε τοὺς ἐκ τῆς Παλαιᾶς τικτομένους εἰς ἀνάγκη δούλους εἶναι. Τὸ γὰρ ὄρος ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ἡ Παλαιὰ Διαθήκη ἐδόθη, ὁμώνυμον ὂν τῇ δούλῃ παραλαμβάνει καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ· τοῦτο γάρ ἐστι· *Συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ*. Τουτέστι, γεννιάζει, ἅπτεται. *Δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς*. Τί οὖν ἀπὸ τούτου; Ὅτι οὐ μόνον ἐκείνη δούλη ἦν, καὶ δούλους ἔτικτεν, ἀλλὰ καὶ αὕτη, ταύτην ἐστὶν, ἡ Διαθήκη, ἧς τύπος ἡ δούλη. Καὶ γὰρ ἡ Ἱερουσαλὴμ ἐκ γειτόνων κεῖται τῷ ὄρει τῷ ὁμωνύμῳ τῇ δούλῃ· ἐν τούτῳ δὲ τῷ ὄρει καὶ ἡ Διαθήκη ἐδόθη. Ποῦ οὖν καὶ τῆς Σάρρας ὁ τύπος; Ἡ δὲ ἄνω *Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν*. Οὐκοῦν καὶ αἱ ἐκ ταύτης τικτόμενοι οὐ δοῦλοι. Τῆς μὲν Ἱερουσαλὴμ τῆς κάτω τύπος ἦν Ἄγαρ, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ οὕτω καλουμένου, τῆς δὲ ἄνω ἡ Ἐκκλησία· Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀρκεῖται τοῖς τύποις, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἡσαΐου προστίθησι μαρτυροῦντα τοῖς εἰρημένοις· εἰπὼν γὰρ, Ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ μήτηρ ἡμῶν ἐστι, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν οὕτω καλέσας, παρίστησι τὸν προφήτην τὰ αὐτὰ αὐτῷ ψηφιζόμενον· *Εὐφράνθητι γάρ, φησὶ, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον* [711] *καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα*. Τίς οὖν ἡ στεῖρα, καὶ τίς ἡ ἔρημος πρὸ τούτου; Ἀμφοτέρων δῆλον ὅτι ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, τῆς τοῦ Θεοῦ γνώ-

[a] Sic legendum putat Savil., atque ita legit interpr. Editi, ὁ δὲ ὀλ. ἐπιπλήξεως μόνης καὶ κολακείας ἐστί.

Digitized by Google

quid dicam, quid cogitem. Unde hoc, ut qui prius
celorum culmen ascenderatis partim ob pericula fidei
causa tolerata, partim ob signa quæ per fidem edi-
listis, nunc adeo repente ad tantam vilitatem dedu-
cti sitis, ut ad circumcisionem et sabbata pertraha-
mini, et judaizantibus adhæreatis? Ob id etiam initio
dixerat, *Miror quod tam cito transferimini* (*Gal.* 1. 6);
et hic dixit, *Confundor in vobis*: perinde quasi dixis-
set: Quid dicam? quid loquar? quid cogitabo? per-
plexus sum: unde et plorem necesse est: quod
quidem in rebus perplexis faciunt etiam prophetæ.
Est autem hæc non levis curandi ratio, si non solum
consulas, verum etiam lamenteris. Nam hoc et Mile-
sius loquens dicebat, *Triennium cum lacrymis admo-
nere vos non cessavi* (*Act.* 20. 31). Idem hic dicit, *Ut
mutem vocem meam.* Siquidem quoties rebus per-
plexis ac desperatis præter spem obortis victi sumus,
inceps ad lacrymas vertimur. Posteaquam igitur
jurgarat acriter, et pudorem incusserat, ac rursus
se mitigaverat, deinde ad lacrymas vertitur. Com-
moratio autem non solum habet increpationem, ve-
rum etiam blandiloquium. Neque enim exasperat
ut castigatio; neque remissum facit, quemadmo-
dum mitigatio, sed remedium est utrimque mixtum,
tamque vim habet ad exhortandum. Posteaquam
ut deploravit, et eorum mentem emolliit ac ve-
nientius sibi conciliavit, denuo redit ad contentio-
nem, majus proponens caput, et ostendens quod ipsa
nolit se servari. Tum quidem ab Abraham sumit
um exemplum adduxerat, nunc vero legem ipsam
acit admonentem ne servetur, sed ut ab ipsa
secedant: quod erat vehementius. Itaque si
parere vultis, inquit, discedite ab illa: nam
vult ipsa. Verum hoc pacto non loquitur, sed
ratione idem agit, admiscens etiam historiam.
*Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non
tis?* Recte dixit, *Qui vultis*: neque enim hoc
datur, neque rerum series hoc postulabat,
illorum intempestiva contentio. Legem autem hic
t librum conditi mundi, quod alias crebro facit,
o omne Testamentum sic appellans. 22. *Scriptum
nim, quod Abraham duos filios habuit, unum ex
la, et alterum ex libera.* Rursus ad Abraham re-
tur, non eadem iterans, sed quoniam apud Ju-
patriarchæ nomen admodum erat celebre, de-
tque, quod illinc figuræ ceperint initium, quodque
æ nunc fiunt, prius in illo fuerint depicta. Cum
rius demonstrasset Galatas esse filios Abrahæ,
iam non ejusdem dignitatis erant patriarchæ filii,
m alter ex ancilla, alter ex libera susceptus
jam deinceps declarat eos non solum esse filios,
modo filios, quo fuit ille liber ac nobilis. Tanta
lei vis. 23. *Sed is quidem qui ex ancilla, secun-
carnem natus est: qui vero ex libera, secundum
nissionem.* Quid est, *Secundum carnem?* Quo-
dixerat quod fides nos jungit Abrahæ, idque
atur audientibus esse incredibile, si qui ex illo
on fuissent, eos vocaret filios illius; ostendit
od videbatur incredibile, divinitus esse factum.
Nam Isaac non secundum naturæ ordinem, neque se-
cundum conjugiorum legem, neque secundum carnis
vires natus, et filius et germanus filius fuit, ex aridis
corporibus satus, et a vulva illa progressus. Præterea
neque caro conceptum, neque semen partum dedit;
siquidem vulva bis erat emortua, et propter ætatem
et propter sterilitatem, sed Dei sermo illum efformavit. In servo autem non itidem factum est, sed ille naturæ legibus et conjugiorum more natus est. Attamen qui non erat secundum carnem natus, prælatus est ei qui secundum carnem natus fuerat. Itaque ne vos conturbet, quod secundum carnem nati non estis. Nam ob hoc ipsum maxime estis illius cognati vos, quod secundum carnem non estis: quandoquidem secundum carnem esse natum, non solum non reddit honoratiores, verum etiam efficit minus honorabiles. Mirabilior enim magisque spiritualis est partus qui non est secundum carnem; idque patet ex iis qui cælitus nati sunt. Natus est enim secundum carnem Ismael, sed servus erat, nec id solum, verum etiam ejectus est e patriis ædibus; Isaac vero per repromissionem natus, tamquam verus, ut erat, filius et ingenuus, omnium dominus fuit. 24. *Quæ sunt per allegoriam dicta.* Præter usum autem figuram dixit allegoriam. Hoc autem vult significare: Hæc historia non hoc solum declarat quod apparet, verum et alia quædam prædicat, unde et allegoria dicta est. Quid autem prædicavit? Nihil aliud quam hæc omnia quæ nunc fiunt. *Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina in servitutem generans, quæ est Agar. Hæc sunt:* quænam? Matres puerorum illorum Sara et Agar. Duo vero testamenta quid sunt? Duæ leges. Quoniam nomina feminarum erant in historia, perseveravit Apostolus in appellatione generis, et ex ipsis nominibus multam ostendit consequentiam. Quomodo ex ipsis nominibus? 25. *Agar enim mons Sina est in Arabia.* Agar dicta est ancilla; mons autem Sina ita sonat illius gentis lingua.

4. Itaque omnes qui ex veteri Testamento nati sunt, oportet servos esse. Nam mons ille, ubi vetus Testamentum datum est, commune nomen habens cum ancilla, complectitur etiam Jerosolymam: nam hoc est quod ait: *Qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem.* Hoc est, vicinus est, contiguus est. *Servit autem cum filiis suis.* Quid igitur ex hoc docet? Quod non solum illa fuit ancilla, ac servos genuit, verum etiam hæc, videlicet Testamentum, cujus figura fuit ancilla: siquidem Jerosolyma finitima est monti cognomini ancillæ; in hoc autem monte etiam Testamentum est datum. Ubi ergo est figura Saræ? 26. *Quæ autem sursum est Jerosolyma, libera est.* Non igitur qui ex ea nascuntur, servi sunt. Inferioris igitur Jerosolymæ figura erat Agar, quod palam est ex monte ejus nominis; supernæ vero typus est Ecclesia. Attamen non est contentus figuris, verum et Isaiam adhibet testem iis quæ dicta sunt. Cum enim dixisset, supernam illam Jerusalem esse matrem nostram, et hanc vocasset Ecclesiam, citat prophetam ipsi suo calculo suffragantem: 27. *Exsulta* inquit,

Digitized by Google

sterilis, quæ non paris, erumpe, et clama, quæ non parturis, quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum. (*Isai.* 54. 1). Quæ igitur antehac sterilis, et quæ deserta? annon perspicuum est, hanc esse Ecclesiam ex gentibus, quæ antehac Dei cognitione fuit privata? Quæ vero est illa quæ habet virum? Nonne liquet hanc esse synagogam? Attamen hanc multitudine liberorum superavit sterilis, siquidem hæc unam dumtaxat habebat gentem; sed Ecclesiæ filii Græciam, Barbariam, terram, mare, denique orbem universum implent. Vides ut factis quidem Sara, verbis autem propheta nobis futura subnotarint? Sed et illud considera: sterilem appellavit Isaias, et hanc ostendit factam complurium liberorum matrem. Idem sub figura accidit in Sara: nam et hæc cum esset sterilis, numerosæ sobolis mater est facta. Cæterum ne hæc quidem Paulo sufficiebant, verum etiam quomodo sterilis mater sit facta disquirit, ut hinc etiam ad veritatem accommodet figuram; ideoque subdit, dicens: 28. *Nos autem, fratres, secundum Isaac repromissionis filii sumus.* Non enim sterilis tantum erat Ecclesia, quemadmodum Sara, neque solum multorum liberorum mater facta est ut illa, sed et ita genuit ut illa. Ut enim illam non natura, sed Dei repromissio fecit matrem (nam qui dixit: *Secundum tempus hoc veniam, et erit Saræ filius* [*Gen.* 18. 10], idem ingressus in uterum, infantem formavit): sic et nostra regeneratio natura quidem nulla est; at verba Dei, quæ norunt fideles, in aquæ lavacro per sacerdotem pronuntiata, tamquam in utero quodam formant ac regenerant eum qui baptizatur. Proinde si sterilis filii, et liberi sumus. Et quænam est ista libertas, dixerit aliquis, cum Judæi quidem constringerent ac flagellarent eos qui crediderant: illi vero qui putabantur esse liberi, persequutionibus affligerentur? hæc enim accidebant cum arderet fidelium persequutio. Verum ne hoc vos perturbet, inquit, quandoquidem hoc quoque præcessit in figura; nam et Isaac cum esset liber, a servo Ismaele persequutionem sustinuit: ideoque subjungit, dicens: 29. *Sed quemadmodum tunc qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundum spiritum: ita et nunc.* 30. *Sed quid dicit Scriptura? Ejice filiam ancillæ: non enim erit heres filius ancillæ cum filio liberæ.* Quid igitur? hæccine consolatio est, demonstrare liberos a servis persequutionem perpeti? Nequaquam, inquit: neque enim hic subsisto, sed audi quæ sequuntur, et tunc accipies consolationem, quæ sufficiat leniendis pusillanimorum persequutionibus. Quænam igitur sunt quæ sequuntur? *Ejice filium ancillæ: non enim erit heres cum filio liberæ.* Vidistin' signa temporariæ tyrannidis, et intempestivæ arrogantiæ! Ejectus est e paternis facultatibus puer, ejiciturque et ea et erro simul cum matre. Jam mihi considera quam sapienter ista dicta sint. Non enim solum dixit, Persequebatur, et ideo ejectus est, sed, Ne fieret heres. Neque enim ob temporariam persequutionem hunc de illo pœnam sumpsit: nam id quidem leve erat, et nihil ad eam rem: sed non permisit illum consortem fieri bonorum filio paratorum, significans quod etiam sublata persequutione, hoc illi ab initio præsignatum esset: quæ res non repetit initium a persequutione, sed a voluntate Dei. Nec dixit, Non erit heres filius Abrahæ; sed, *Filius ancillæ*, a vili genere illi cognomen addens. At Sara sterilis erat: nam et Ecclesia ex gentibus congregata talis erat. Vides in omnibus servari figuram? Sicut enim ea cum per omnes pristinos ætatis annos non peperisset, in extrema senectute fit mater: ita et hæc, ubi venit plenitudo temporis, parit. Hoc autem et prophetæ prædixerant dicentes: *Lætare, sterilis, quæ non paris, erumpe, et clama, quæ non parturis: quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum* (Isa. 54. 1); Ecclesiam sic vocantes. Non enim novum Deum; tamen ubi cognovit, vicit numerosæ subolis synagogam. 31. *Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ.* Hæc omnia movet versatque, ostendere studens id quod factum est, non esse novum neque recens, sed jam inde ab initio et antiquis illis sæcula præfiguratum. Annon igitur absurdum, nos tantum sæculorum selectos ac libertatis consortes ultro semetipsos in servitutis jugum tradere! Propterea hæc aliam addit causam, quæ persuadeat eis ut a dogmatibus perseverent.

CAPUT V.

1. *Libertate igitur, qua Christus vos liberavit, state.*

1. Num vos ipsos liberastis, quandoquidem rursum ad priorem recurritis dominatum? sed ipse est qui vos liberavit; alius est qui pretium dedit pro vobis? Vides quot modis illos abducat ab errore Judaico? Primum ostendens extremæ dementiæ esse, eos qui pro servis facti fuerant liberi, pro liberis velle fieri servos: deinde quod erga beneficum immemores et ingratos sese declaraturi sint, contemnentes eum qui liberavit, et amantes eum qui in servitutem pertraxit: tertio loco, quod hoc esset impossibile: lex enim jam non habebat dominium, cum alter nos omnes semel ab illius dominatu redemerit. Cum vero dicit, *State*, fluctuationem subindicat. *Ac ne rursum jugo servitutis implicemini.* Nomine jugi negotii molestiam illis significat: et cum ait, *Rursum*, gentem illorum indicat stupiditatem. Nam si non fulstis hanc experti molestiam, non eratis periculo graviter incusandi: verum si cum experimento cognitum habeatis quam grave sit hujus jugi pondus, post hæc denuo vos ipsos eidem submittitis, quam veniam mereri poteritis? 2. *Ecce ego Paulus dico vobis, quod si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Vide quam atroces minæ. Merito ergo et angelos anathemati devovit. Quomodo autem Christus ipsis nihil proderit? Nam ipse hoc non probavit, sed pronuntiavit, quod deinceps personæ auctoritas sua esset pro quavis probatione (et ideo occupavit dicere: *Ecce ego Paulus dico vobis:* quæ vox erat confidens iis quibus loquebatur): nos pro nostra virili et

Digitized by Google

σεως ἀπεστερημένη; Τίς δὲ ἡ τὸν ἄνδρα ἔχουσα; οὐκ εὔδηλον ὅτι ἡ συναγωγή; Ἀλλ' ὅμως ἐνίκησεν αὐτὴν τῇ πολυπαιδίᾳ ἡ στεῖρα. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἓν ἔθνος ἔχει· τὰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας τέκνα τὴν Ἑλλάδα, τὴν βάρβαρον, τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐνέπλησεν. Εἶδες πῶς διὰ μὲν πραγμάτων ἡ Σάρρα, διὰ δὲ ῥημάτων ὁ προφήτης τὰ μέλλοντα ἡμῖν ὑπέγραψαν; Σκόπει δέ· Στεῖραν ἐκάλεσεν ὁ Ἡσαΐας, καὶ ταύτην ἔδειξε πολύπαιδα γενομένην. Τοῦτο τυπικῶς καὶ ἐπὶ τῆς Σάρρας συνέβη· καὶ γὰρ καὶ αὕτη στεῖρα οὖσα, πλήθους ἐγκόνων ἐγένετο μήτηρ. Τῷ Παύλῳ δὲ οὐδὲ ταῦτα ἀπόχρη, ἀλλὰ καὶ πῶς ἐγένετο μήτηρ ἡ στεῖρα περιεργάζεται, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν τῇ ἀληθείᾳ προσαγάγῃ τὸν τύπον. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοί, κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν.* Οὐ γὰρ μόνον στεῖρα ἦν ἡ Ἐκκλησία, ὥσπερ ἡ Σάρρα, οὐδὲ μόνον πολύπαις ἐγένετο, ὥσπερ ἐκείνη, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐγέννησεν, ὥσπερ ἡ Σάρρα. Καθάπερ γὰρ ἐκείνην μητέρα οὐχ ἡ φύσις εἰργάσατο, ἀλλ' ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ (ὁ γὰρ εἰρηκὼς, *Κατὰ τὸν καιρὸν οὗτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱὸς*, οὗτος εἰσελθὼν εἰς τὴν νηδὺν, τὸ βρέφος διέπλασεν)· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀναγεννήσεως τῆς ἡμετέρας φύσις ἐν οὐδεμίᾳ, τὰ δὲ ῥήματα τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ ἱερέως γόμενα, ἅπερ ἴσασιν οἱ πιστοὶ, ταῦτα ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῶν ὑδάτων, καθάπερ ἐν νηδύϊ τινὶ, διαπλάττει καὶ ἀναγεννᾷ τὸν βαπτιζόμενον. Οὐκοῦν εἰ τῆς στείρας ἐσμὲν παῖδες, καὶ ἐλεύθεροί ἐσμεν. Καὶ διὰ αὕτη ἐλευθερία, εἰποι τις ἄν, ὅταν οἱ μὲν Ἰουδαῖοι κατέχωσι καὶ μαστίζωσι τοὺς πιστεύσαντας, οἱ δοκοῦντες ἐλεύθεροι εἶναι διωκωνται; ταῦτα γὰρ τε συνέβαινε, τῶν πιστῶν διωκομένων. Ἀλλὰ μηδὲ οὕτο ὑμᾶς θορυβείτω, φησί· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ρέλαβεν ἐν τῷ τύπῳ· ὁ γὰρ Ἰσαὰκ ἐλεύθερος , ὑπὸ τοῦ δούλου Ἰσμαὴλ ἐδιώκετο. Διὸ καὶ ἐπάγει ·ων· *Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ωκε τὸν κατὰ πνεῦμα, οὕτω καὶ νῦν. Ἀλλὰ λέγει ἡ Γραφή; Ἔκβαλε τὸν υἱὸν τῆς παιδίης· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.* Τί οὖν; αὕτη ἡ παράκλησις πᾶσα τὸ δειχθῆναι τοὺς ἐλευθέρους ὑπὸ τῶν δούλων διώκεσθαι; Οὐχὶ, φησίν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἵσταμαι, ἀλλ' ἄκουσον καὶ τῶν ἑξῆς, καὶ τότε λήψῃ παραμυθίαν ἱκανὴν, οὐ μικροψυχῶν τοῖς διωγμοῖς. Τίνα οὖν τὰ ἑξῆς; *Ἔκβαλε τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης· οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσει μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.* Εἶδες τὰ ἐπίχειρα τῆς προσκαίρου τυραννίδος, καὶ τῆς ἀπονοίας τῆς ἀκαίρου; Ἐκπίπτει τῶν πατρῴων ὁ παῖς, καὶ γίνεται φυγὰς καὶ πλάνος μετὰ τῆς μητρός. Σὺ δέ μοι σκόπει τὴν σοφίαν τῶν εἰρημένων [712]. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἐπειδὴ ἐδίωκε, διὰ τοῦτο ἐξεβάλλετο, μόνον, ἀλλ', ἵνα μὴ κληρονομήσῃ. Οὐ γὰρ τοῦ προσκαίρου διωγμοῦ τιμωρίαν αὐτὸν ἀπῄτει ταύτην (τοῦτο γὰρ μικρὸν, καὶ οὐδὲν πρὸς ἐκεῖνο)· ἀλλ' οὐκ ἀφῆκε γενέσθαι κοινωνὸν τῶν ἡτοιμασμένων τῷ παιδὶ, δεικνὺς ὅτι καὶ τοῦ διωγμοῦ χωρὶς τοῦτο ἄνωθεν αὐτὸ διατετυπωμένον ἦν, οὐκ ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ τὴν ἀρχὴν λαβὸν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώμης. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ μὴ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλ', *Ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης*, ἀπὸ τοῦ φαυλοτέρου γένους αὐτὸν καλῶν. Ἀλλ' ἡ Σάρρα στεῖρα ἦν· καὶ γὰρ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία τοιαύτη. Ὁρᾷς διὰ πάντων τὸν τύπον τηρούμενον; Ὥσπερ γὰρ ἐν ὅλοις τοῖς ἔμπροσθεν ἔτεσιν ἐκείνη μὴ τίκτουσα, πρὸς ἐσχάτῳ γήρᾳ γίνεται μήτηρ. οὕτω καὶ αὕτη, ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα, τίκτει. Τοῦτο γὰρ καὶ προφῆται προανεφώνουν λέγοντες, *Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα·* τὴν Ἐκκλησίαν οὕτω καλοῦντες. Οὐ γὰρ ἦν ἐπεγνωκυῖα τὸν Θεόν· ἀλλ' ὅμως ἐπιγνοῦσα, τὴν πολύπαιδα ἐνίκησε συναγωγήν. *Ἄρα, ἀδελφοί, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας.* Ταῦτα πάντα κινεῖ καὶ στρέφει, δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι τὸ γενόμενον οὐ πρόσφατον ἦν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλῶν διετυποῦτο χρόνων. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον πρὸ τοσούτων χρόνων ἀφορισθέντας καὶ ἐλευθερίας τυχόντας, ἑκόντας ἑαυτοὺς εἰς τὸν τῆς δουλείας ὑπάγειν ζυγόν; Εἶτα καὶ ἄλλην αἰτίαν τίθησι τὴν πείθουσαν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν δογμάτων μένειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

γὰρ ἐλευθερίᾳ, φησὶν, ἣ Χριστὸς ὑμᾶς ἐξηγόρασε, στήκετε.

. Μὴ γὰρ ἑαυτοὺς ἠλευθερώσατε, ὅτι πάλιν ἐπὶ τέραν τρέχετε δεσποτείαν; ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ ς ἐξηγορακὼς, ἄλλος ὁ τὴν τιμὴν δοὺς ὑπὲρ ν ; Ὁρᾷς δι' ὅσων αὐτοὺς ἀπάγει τῆς Ἰουδαϊκῆς ης; Πρῶτον δεικνὺς, ὅτι ἐσχάτης ἀνοίας ἐλευος ἀντὶ δούλων γενομένους δούλους ἀντ' ἐλευθέ- ἐπιθυμεῖν εἶναι· δεύτερον, ὅτι περὶ τὸν εὐεργέ- κγνώμονες καὶ ἀχάριστοι δειχθήσονται, τοῦ μὲν ερώσαντος καταφρονοῦντες, τὸν δὲ δουλωσάμε- τέργοντες· τρίτον, ὅτι οὐ δυνατὸν τοῦτο. Οὐ ἔχει τὴν δεσποτείαν ὁ νόμος, ἅπαξ ἑτέρου αὐτοῦ πάντας ἡμᾶς πριαμένου. *Στήκετε* δὲ εἰπὼν, τὸν σάλον ἔδειξε. *Καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε.* Τῷ μὲν τοῦ ζυγοῦ ὀνόματι τὸ βαρὺ τοῦ πράγματος αὐτοῖς ἐνδείκνυται· τῷ δὲ, *Πάλιν*, εἰπεῖν, πολλὴν αὐτῶν δείκνυσι τὴν ἀναισθησίαν. Εἰ μὲν γὰρ ἄπειροι ἦτε τοῦ βάρους ἐκείνου, οὐ τοσούτων ἦτε ἐγκλημάτων ἄξιοι· οἱ δὲ τῇ πείρᾳ μαθόντες τὸ φορτικὸν τοῦ ζυγοῦ, εἶτα ὑποτιθέντες [713] ἑαυτοὺς ἐκείνῳ πάλιν, ποίας ἂν εἴητε δίκαιοι τυχεῖν συγγνώμης; *Ἰδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνεσθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.* Ὅρα πόση ἀπειλή. Εἰκότως ἄρα καὶ ἀγγέλους ἀνεθεμάτιζε. Πῶς δὲ Χριστὸς αὐτοὺς οὐδὲν ὠφελήσει; Αὐτὸς μὲν γὰρ τοῦτο οὐ κατεσκεύασεν, ἀλλ' ἀπεφήνατο, ὡς τῆς τοῦ προσώπου ἀξιοπιστίας ἀρκούσης ἀντὶ πάσης ἀποδείξεως λοιπὸν (διὰ τοῦτο γὰρ προλαβὼν εἶπεν· *Ἰδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν*, ὅπερ ἦν θαρροῦντος οἷς λέγει)· ἡμεῖς δὲ ὡς ἂν

unæus conjicit *vel* ἄλλος αὐτός ἐστιν ὁ ὑμ. ἐξ., ἀλ- ὑμῶν; *vel*... ἐξηγορακὼς, οὐκ ἄλλος δέ.... sine interone.

Digitized by Google

οἷόν τε τὰ παρ' ἑαυτῶν προσθήσομεν. Πῶς οὐδὲν ὠφελήσει τὸν περιτεμνόμενον ὁ Χριστός; Ὁ περιτεμνόμενος, ὡς νόμον δεδοικὼς περιτέμνεται· ὁ δὲ δεδοικὼς, ἀπιστεῖ τῇ δυνάμει τῆς χάριτος, ὁ δὲ ἀπιστῶν, οὐδὲν κερδαίνει παρὰ τῆς ἀπιστουμένης. Πάλιν ἑτέρως, ὁ περιτεμνόμενος τὸν νόμον κύριον ποιεῖ· κύριον δὲ εἶναι νομίζων, καὶ ἐκ τοῦ μείζονος αὐτὸν παραβαίνων μέρους, ἐκ δὲ τοῦ ἐλάττονος τηρῶν, πάλιν ὑπὸ τὴν ἀρὰν ἑαυτὸν τίθησιν· ὑποβάλλων δὲ ἑαυτὸν τῇ ἀρᾷ, καὶ διακρουσάμενος τὴν ἀπὸ τῆς πίστεως ἐλευθερίαν, πῶς δύναται σωθῆναι; Εἰ γὰρ χρή τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν, οὗτος οὔτε τῷ Χριστῷ, οὔτε τῷ νόμῳ πιστεύει, ἀλλ' ἐν μέσῳ ἕστηκε, κἀκεῖθεν καὶ ἔνθεν βουλόμενος κερδαίνειν· διόπερ οὐδαμόθεν οὐδὲν καρπώσεται. Εἶτα εἰπὼν, ὅτι Οὐδὲν ὠφελήσει, αἰνιγματωδῶς καὶ διὰ βραχέων τὴν ἀπόδειξιν τίθησιν, οὕτω λέγων· *Μαρτύρομαι δὲ παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.* Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς κατ' ἔχθραν ταῦτα λέγεσθαι, οὐχ ὑμῖν λέγω μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι· ἀλλήλων γὰρ ἔχεται τὰ νόμιμα. Καὶ καθάπερ ὁ ἀπογραψάμενος εἶναι δοῦλος ἐξ ἐλευθέρου, οὐκέτι ποιεῖ ὃ βούλεται, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς τῆς δουλείας κατέχεται νόμοις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου ὅταν ἀναδέξῃ μικρόν τι τοῦ νόμου, καὶ ὑπάγῃς σεαυτὸν τῷ ζυγῷ, ὅλην ἐφειλκύσω τὴν δεσποτείαν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἔξωθεν κληρονομίας· ὁ μὲν μηδενὸς ἁψάμενος, πάντων ἀπήλλακται τῶν ἐπαγομένων[a] τῷ κλήρῳ τοῦ τετελευτηκότος πραγμάτων· ἂν δὲ μικρόν τι χειρίσῃ, κἂν μὴ πάντα λάβῃ, πᾶσιν ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατέστησε διὰ τοῦ μέρους. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου συμβαίνει, οὐ διὰ τοῦτον δὲ μόνον ὃν εἴρηκα τρόπον, ἀλλὰ καὶ δι' ἕτερον· ἀλλήλων γὰρ τὰ νόμιμα ἔχεται. Οἷόν τι λέγω· Ἡ περιτομὴ θυσίαν ἔχει συνεζευγμένην καὶ ἡμερῶν παρατήρησιν· ἡ θυσία πάλιν καὶ ἡμέρας καὶ τόπου φυλακήν, ὁ τόπος μυρίων καθαρμῶν τρόπους, οἱ καθαρμοὶ ἐσμόν τινα παρατηρήσεων εἰσάγουσι ποικίλων. Τὸν γὰρ ἀκάθαρτον οὐ θύειν, οὐχ ἱερῶν ἐπιβαίνειν ἀδύτων, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ποιεῖν θέμις. Διὸ καὶ πολλὰ ἐφέλκεται καὶ διὰ τῆς μιᾶς ἐντολῆς ὁ νόμος. Ἂν τοίνυν περιτμηθῇς, μὴ ἐν τῇ ὀγδόῃ δὲ [714] ἡμέρᾳ, ἢ ἐν τῇ ὀγδόῃ μὲν, μὴ οὔσης δὲ θυσίας, θυσίας δὲ οὔσης, μὴ ἐν τῷ ὡρισμένῳ δὲ τόπῳ, ἢ ἐν τῷ ὡρισμένῳ τόπῳ, μὴ τὰ νενομισμένα δὲ, ἢ τὰ νενομισμένα μὲν, μὴ καθαρὸς δὲ ὤν, ἢ καθαρὸς μὲν ὤν, οὐ τοῖς προσήκουσι δὲ θεσμοῖς καθαρθεὶς, πάντα οἴχεται ἐκεῖνα. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι *Ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.* Εἰ μὲν κύριος ὁ νόμος, μὴ μέρος πληρώσῃς, ἀλλὰ τὸ πᾶν· εἰ δὲ οὐκ ἔστι κύριος, μηδὲ τὸ μέρος. *Κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· τῆς χάριτος ἐξεπέσετε.* Ἐπειδὴ γὰρ κατεσκεύασεν, ἀποφαίνεται λοιπὸν, καὶ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κρημνῶν[b] κίνδυνον. Ὅταν γὰρ ὁ τῷ νόμῳ προστρέχων, μήτε ἐκεῖθεν δύνηται σώζεσθαι, καὶ τῆς χάριτος ἐκπίπτῃ, τί τὸ λοιπὸν, ἀλλ' ἢ κόλασις ἀπαραίτητος, τοῦ μὲν ἀτονοῦντος, τῆς δὲ προσιεμένης αὐτόν;

β'. Αὐξήσας τοίνυν αὐτῶν οὕτω τὸν *φόβον*, καὶ πασείσας αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ δείξας τὸ ναυάγιον ὃ μέλλουσιν ὑπομένειν, πᾶν, ἐγγύθεν ἀνοίγει τῆς χάριτος τὸν λιμένα· ὁ πανταχοῦ ποιεῖ, εὐπετεστάτην τε καὶ ἀσφαλεστάτην ἐντεῦθεν ἀποφαίνων τὴν σωτηρίαν. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἡμεῖς γὰρ πίστεως ἐν πνεύματι ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα.* Οὐδενὸς ἐκείνων τῶν νομίμων δεῖσθαι φησίν· ἀρκεῖ γὰρ ἡ πίστις ἡμῖν πνεῦμα παρασχεῖν, καὶ δι' αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθά. *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τί ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη.* Ὁρᾷς πῶς λοιπὸν μετὰ πλείονος ἐπιδύεται παῤῥησίας; Ὁ γὰρ τὸν Χριστὸν ἐνδυσάμενος, μηκέτι ταῦτα περιεργαζέσθω, φησί. Καὶ μὴν ἔλεγε, ὅτι βλαβερὸν ἡ περιτομή· πῶς οὖν ἀδιάφορον αὐτὴν τίθησιν; Ἀδιάφορον ἐπὶ τῶν ἤδη πρὸ τῆς πίστεως ἐσχηκότων, οὐκ ἐπὶ τῶν μετὰ τὴν πίστιν περιτεμνομένων. Ὅρα δὲ ποῦ αὐτὴν ἐξέβαλε, μετὰ ἀκροβυστίας στήσας αὐτήν. Τὸ γὰρ ποιοῦν τὴν διαφορὰν ἡ πίστις ἐστίν. Ὥσπερ οὖν ἂν ἀθλητάς τις καταλέγῃ, δύο γρυπους, ἂν τε σιμοὺς, ἂν τε μέλανας, ἂν τε λευκοὺς, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὴν δοκιμασίαν ταῦτα, ἀλλ' ἵνα ἰσχυροὶ καὶ ἐπιστήμονες ὦσι μόνον, τοῦτο δεῖ ζητεῖν· οὕτω καὶ τὸν μέλλοντα ἀπογράφεσθαι εἰς τὴν Καινὴν Διαθήκην, οὐδὲν βλάπτει τὰ σωματικὰ ταῦτα ἅπαντα, ὥσπερ οὖν οὔτε ὀνίνησιν, ἂν πρᾷ. Τί δέ ἐστι, *Δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη;* Μεγάλην ἐκ ταὐτὸ πληγὴν αὐτοὺς ἔπληξεν, ἐμφήνας ὅτι ἐκ τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγάπην μὴ ῥιζωθῆναι αὐτὴν παρεισδυσις γέγονεν· οὐ γὰρ τὸ πιστεῦσαι ἐστι τὸ ζητούμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μεῖναι ἀγαπῶντας. Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Εἰ ἠγαπᾶτε τὸν Χριστὸν ὡς ἐχρῆν, οὐκ ἂν ἠθυμολήσατε πρὸς τὴν δουλείαν, οὐκ ἂν ἐξαγοράσαντα ὑμᾶς ἀφήκατε, οὐκ ἂν ὑβρίσατε τὸν ἐλευθερώσαντα. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτοῖς, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐκεῖνοι, εἰ ἀγάπην εἶχον πρὸς αὐτοὺς, οὐκ ἂν ἐτόλμησαν ταῦτα ποιεῖν. Βούλεται δὲ καὶ τὸν βίον αὐτοῖς διορθοῦν ἀπὸ τοῦ τέλους τούτου: *Ἐτρέχετε* [715] *καλῶς, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψεν;* Οὐκ ἐρωτῶντός ἐστι τοῦτο, ἀλλ' ἐπιπλήττοντος καὶ ὀλοφυρομένου. Πῶς ὁ τοσοῦτος ἐνεστὼς δρόμος; τίς ὁ τοσοῦτον ἰσχύσας; Οἱ πάντων ἀνώτερα καὶ ἐν τάξει διδασκάλων ὄντες, οὐδὲ ἐν τάξει μαθητῶν ἐμείνατε. Τί γέγονε; τίς τοσοῦτον ἰσχυσε; Τίς ἀνακαλοῦντός[c] ἐστι καὶ θρηνοῦντος μᾶλλον, ὅσα καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγε· *Τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν; Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς.* Οὐκ ἐκ τούτοις ἐκάλεσεν ὑμᾶς ὁ καλῶν, ὥστε οὕτω σκανδαλίζεσθαι· οὐ ταῦτα ἐνομοθέτησεν, ὥστε Ἰουδαΐζειν. Εἶτα ἵνα μή τις λέγῃ· Τί οὕτω τὸ πρᾶγμα ἐπαίρεις καὶ δεινοῖς τῷ λόγῳ; μίαν ἐντολὴν τοῦ νόμου ἐφιλάξαμεν μόνον, καὶ τοσαῦτα θορυβεῖς; ἄκουσον τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀπὸ τῶν παρόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν μελλόντων λέγων οὕτω· *Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.* Οὕτω καὶ ὑμᾶς ἰσχύει, φησὶ, τὸ μικρὸν τοῦτο

[a] *Legebatur* ἀπαγομένων.
[b] Marg. Savil. ἐπικριμνῶν. Vetus interpres legisse videtur κρεμῶν.
[c] Sic Savilius in marg., atque ita legit interpres. Edd. ἀποροῦντος.

Digitized by Google

ipsis hoc addemus, demonstrabimusque quomodo circumciso nihil profuturus sit Christus. Qui circumciditur, tamquam qui legem metuens circumciditur; eam qui metuit, diffidit viribus gratiæ; porro qui diffidit, nihil fructus capit ab ea cui diffidit. Rursus alio modo : Qui circumciditur, legem facit dominam; qui vero putat illam esse dominam, eamque ex majore parte transgreditur, ex minore servans, semetipsum subjicit maledicto; qui vero seipsum submittit maledicto, libertatem quæ est in fide repellens, quomodo potest esse salvus? Nam si dicere fas est quiddam incredibile, hic neque Christo neque legi fidit, sed in medio consistit, et hinc et illinc volens lucrum facere : ideoque nec hinc nec illinc lucrum accipiet. Deinde posteaquam dixisset, quod nihil esset illis profuturus Christus, ænigmatice ac paucis probationem adfert, ita loquens : 3. *Testificor autem omni homini qui circumciditur, quod debitor est totius legis implendæ.* Etenim ne putares hæc inimico animo dici : Non vobis, inquit, solum dico, sed cuivis homini, quisquis circumciditur, quod debitor est totius legis implendæ : legis enim præcepta inter se cohærent. Et ut qui ex libero descriptus est in servitutem, non amplius facit quæ vult, sed omnibus servitutis legibus obstrictus est : ita accidit in lege : ubi pusillam aliquam legis partem receperis, teque ipsum jugo submiseris, totum illius dominatum tibi accersisti. Idem fit in hereditate mundana : qui nihil attigit, ab omnibus liberatus est negotiis quæ sequuntur defuncti hereditatem. Quod si paulum aliquid attigerit, etiamsi non acceperit omnia, omnibus tamen sese obstrinxit qui partem attigit. Idem accidit in lege, non ob hunc tantum quem dixi modum, verum etiam ob alium quemdam : legis enim partes invicem cohærent. Circumcisio, ut exempli causa dicam, immolationem pecudum habet annexam, ac dierum observationem : immolatio rursus tum diei tum loci observationem habet annexam : locus innumerabiles purgationum ritus : purificationes examen quoddam observationum secum adferunt variarum. Non enim fas est impurum sacrificare, non sacra ingredi adyta, denique non aliud quidquam ejusmodi rerum agere. Quapropter per unicum præceptum multa lex attrahit. Itaque si circumcidaris, nisi circumcidaris octavo die; aut cum octavo quidem, sed non offertur sacrificium; aut cum sacrificium quidem offertur, sed non in loco præfinito; aut si in loco præfinito, non secundum legis præscripta; aut si secundum legis præscripta, sed non purus; aut si purus, non conveniente ritu purificatus, cuncta illa pereunt. Proinde dicit : *Debitor est totius legis implendæ.* Quod si lex habet auctoritatem, noli partem implere, sed totam : si non habet auctoritatem, ne partem quidem servare velis. 4. *Evacuati estis a Christo, quicumque in lege justificamini : a gratia excidistis.* Posteaquam argumentis rem probavit, deinceps pronuntiat, de extremo supplicio periculum esse. Cum enim is qui recurrit ad legem, nec hinc possit salutem consequi, et a gratia excidit, quid ei reliquum nisi supplicium indeprecabile, dum illa caret vigore, hæc vero non admittit hominem?

2. Posteaquam igitur illis hoc pacto metum auxit, ac mentem illorum perturbavit, postquam ostendit totum naufragium quod perpessuri sunt, e propinquo patefacit illis gratiæ portum : id quod ubique facit, facillimam simul et tutissimam demonstrans illinc esse salutem. Ideo subdit dicens : 5. *Nos enim per fidem in spiritu justitiæ spem accepimus.* Nihil, inquit, opus habemus illis legalibus : sufficit enim fides ad hoc, ut donet nobis spiritum, et per hunc justitiam, multaque insuper et magna bona. 6. *In Christo enim Jesu neque circumcisio quidquam valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur.* Vides ut eos jam majore cum libertate aggreditur? Qui enim Christum induit, ne, inquit, talium sit curiosus. Atqui dixerat, noxiam esse circumcisionem; quomodo igitur eam facit indifferentem? Facit in iis, qui jam ante fidem eam habuerant, non in iis qui post fidem circumcidebantur. Vide vero quo illam dejecerit, collocans eam cum præputio. Quod enim eorum facit discrimen, fides est. Quemadmodum igitur si qui athletas deligit, sive naso aduncо sive simo, sive nigros sive candidos eligat, nihil refert ad probationem, sed illud unum spectandum est, ut validi doctique sint : ita qui adscribendus est in novum testamentum, huic nihil nocent hæc omnia corporalia, si absint, quemadmodum neque juvant si adsint. Quid autem est, *Quæ per dilectionem operatur?* Hic illis ingentem inflixit plagam, significans hanc subreptionem inde natam, quod caritas erga Christum in eis non egerit radices : non enim credere solum est quod quæritur, verum etiam in caritate perseverandum est. Ac si dixisset : Si dilexissetis Christum, sicut oportuit, nequaquam confugissetis ad servitutem; nequaquam eum qui vos redemit, deseruissetis; non reliquissetis, nec contumelia affecissetis eum qui vos in libertatem asseruit. Subindicat autem et illos qui Galatis insidiabantur, significans quod si illi quoque caritatem habuissent erga Galatas, non ista facere sustinuissent. Vult autem hoc verbo vitam illorum corrigere. 7. *Currebatis bene : quis vos impedivit?* Non hoc interrogantis est, sed deplorantis et anxii. Quomodo tantus cursus interruptus est? quis est qui tantum potuit? Qui omnibus quidem superiores, et in magistrorum eratis ordine, ne in discipulorum quidem classe mansistis. Quid accidit? quis tantum valuit? Hæc sunt exclamantis ac lamentantis, sicut et antea dicebat, *Quis vos fascinavit?* 8. *Persuasio non est ex eo qui vocat vos* (*Gal.* 5. 1). Non in hæc vos vocavit, ut ad istum vacillaretis modum : non hanc legem vobis præscripsit, ut judaizaretis. Deinde ne quis diceret, Quid rem verbis attollis, et oratione reddis atrocem? unicum tantum legis præceptum servavimus, et tantos cies tumultus? Audi quomodo terrorem illis incutit, non ex præsentibus, sed ex futuris, loquens hunc in modum : 9. *Exiguum fermentum totam massam corrumpit.* Sic et vos, inquit, hoc exi.

Digitized by Google

guum malum si non corrigatur, poterit in perfectum Judaismum pertrahere, sicut fermentum massam. 10. *Ego confido de vobis in Christo, quod nihil aliud sentietis.* Non dixit, Non sentitis, sed, *Non sentietis*, hoc est, corrigemini. Unde hoc nosti? Non dixit, Scio, sed, *Confido.* Confido, inquit, Deo, et illius opem invoco ad vestri correctionem confidens. Nec simpliciter dixit, *Confido de vobis*, sed adjecit, *In Christo.* Ubique enim laudi miscet accusationem : quasi dixisset, Novi meos discipulos, novi quam sitis correctu faciles : confido partim ob Christum, qui non patitur quidlibet etiam perire, partim propter vos, qui cito potestis revocare vos ipsos. Simul autem et adhortatur, ut ipsi etiam studium adhibeant, tamquam non possint a Deo consequi, nisi pariter quod in ipsis situm erat, adhibeant. *Qui autem conturbat vos, portabit judicium suum, quisquis fuerit.* Utrimque excitat illos, tum ex eo quod illis addidit fiduciam, tum ex eo quod pseudoapostolos exsecratur, aut de illis prophetiam emittit. Tu vero jam illud mihi considera, ut nusquam nomen edidit insidiantium, ne fierent impudentiores. Quod autem dicit, illud est : Non quia vos nihil aliud sentietis, ideo seductionis auctores liberati sunt a supplicio, sed dabunt pœnas : non enim par est, ut aliorum probitas aliorum malitiam sublevet. Hoc autem facit, ne et alios rursus invadant. Nec simpliciter dixit, Qui conturbat, sed exaggeravit sermonem, dicens, *Quisquis fuerit.* 11. *Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid etiamnum persequutionem patior?* Quoniam traducebatur Apostolus hoc nomine, quod ubique judaizaret, ficteque prædicaret : vide quam pure semet explicet a suspicione, ipsos appellans testes. Nam vos quoque scitis, inquit, istam fuisse persequutionum mearum causam, quod a lege jubeam desciscere : si vero circumcisionem prædico, cur persequutionem patior? Neque enim aliud crimen mihi possunt intendere qui ex Judæis sunt, præterquam hoc solum. Nam si concessissem ut servatis majorum ritibus crederent, mihi non fuissent insidiati, nec ii qui crediderunt, nec ii qui non crediderunt, cum nihil ex ipsorum institutis labefactaretur.

3. Quid igitur? annon prædicavit circumcisionem? annon circumcidit Timotheum (*Act.* 16)? Circumcidit quidem. Quomodo ergo dicit, *Non prædico?* Et hic ejus disce accurationem. Non enim dixit, Non facio circumcisionem, sed *Non prædico :* hoc est, Non ita jubeo credere. Etenim ne hinc caperes dogmatum confirmationem, circumcidi quidem, sed non prædicavi circumcisionem. *Ergo evacuatum est scandalum crucis.* Hoc est, obstaculum impedimentumque sublatum est, si verum est quod dicitis. Neque enim perinde crux erat offendiculo Judæis, ut quod non pareremus patriis legibus. Etenim cum Stephanum perduxissent in consilium, non dixerunt, Hic est qui crucifixum adorat, sed, *Loquitur*, inquiunt, *contra legem et locum sanctum* (*Ibid.* 6. 13). Idem crimen Christo impegerant, quod legem solveret (*Joan.* 5. 16). Propterea Paulus ait : Si concessa est circumcisio, soluta est quam habent adversum nos contentio; nulla jam inimicitia manet adversus crucem et prædicationem : quod si quotidie cædem exercent cum nos, quomodo hoc intendunt nobis crimen? Hic quidem propter hoc adorti sunt, quod incircumcisum induxissem in templum. An igitur adeo stultus sum, inquit, ut cum permiserim circumcisionem, fraenum et incassum tantum in me receperim mali, ut tantum offendiculum ponerem cruci? Videtis enim, quod eadem ob causam æque nobis sunt hostes, atque ob circumcisionem. Num igitur adeo vecors eram, ut prorsus nihili et ipse affligerer, et aliis essem offendiculo? Porro crucis offendiculum vocavit, eo quod etiam sermo crucis hoc imperabat, idque potissimum erat quod offendebat Judæos, et vetabat ne crucem reciperent, videlicet quod juberentur a majorum institutis discedere. 12. *Utinam et concidantur qui vos conturbant.* Vide quam hic est amarulentus in eos qui Galatas seduxerant. In initio torquebat accusationem in seductos, semel atque iterum eos appellans stultos; verum ubi illos recte castigavit correxitque, deinceps in seductores fertur. Oportet autem nos et hanc Apostoli sapientiam perspicere, quomodo hos tamquam proprios filios, et tamquam correctionis capaces admonet, et ad mentem revocat : eos vero qui seduxerant, velut alienos et insanabili morbo laborantes resecat, partim cum ita dicit, *Portabit judicium suum quisquis fuerit :* partim cum imprecatus sit, *Utinam et abscindantur qui vos conturbant.* Ac recte dixit ἀναστατοῦντες, hoc est, depellentes. Compulerant enim eos, ut propria patria, ut libertate, ut cœlesti cognatione relicta, alienam ac peregrinam requirerent, ut jam ab illa superna liberaque Jerosolyma exsules, cogantur velut captivi, solumque vertere jussi, incertis vagari sedibus. Quapropter illis imprecatur. Quod autem dicit, hoc est : Nulla est mihi cura de illis : *Hæreticum* enim, inquit, *hominem post unam et alteram admonitionem devita* (*Tit.* 3. 10). Si volunt, non solum circumcidantur, verum etiam exsecentur.

Contra eos qui virilia amputabant. — Ubi nunc sunt qui seipsos audent evirare, simul et apostolicam imprecationem sibi accersentes, et Dei opificium accusantes, et cum Manichæis stantes? Nam illi quidem aiunt, corpus insidiosum esse malæque materiæ; hi vero factis suis, crudelibus illis opinionibus præbent ansam, dum membrum amputant velut insidiatorem et inimicum. Itaque multo magis oportebat exsecare oculos; per oculos enim in animam descendit concupiscentia. Verum nec oculus, nec ullum aliud membrum est in culpa, sed sola prava animi affectio. Quod si non sustines, cur non et linguam ob blasphemias, cur non et manus ob rapinas, cur non et pedes ad malitiam currentes, denique cur non totum resecas corpus? Nam et aures delinitæ tibia, frequenter effeminarunt animam; et nares accepto suavi odore imposuerunt menti, et ad voluptatem lymphatum. Itaque circumcidamus omnia, et aures et manus et nares. Verum hæc extremæ sunt impietatis ac insani furoris. Tantum oportet corrigere incondita mentis impetum : isti vero sua resecant membra in

Digitized by Google

σφάλμα, μὴ διορθωθὲν, καὶ εἰς τέλειον Ἰουδαϊσμὸν ἐγαγεῖν, ὥσπερ ἡ ζύμη τὸ φύραμα. *Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Χριστῷ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε.* Οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐ φρονεῖτε, ἀλλ' ὅτι *Οὐ φρονήσετε* · τουτέστιν, ὅτι Διορθώσεσθε. Πόθεν οἶδας τοῦτο; Οὐκ εἶπεν, Οἶδα, ἀλλὰ, *Πιστεύω*. Πιστεύω τῷ Θεῷ, φησὶ, καὶ τὴν ἐκείνου καλῶν συμμαχίαν πρὸς τὴν ὑμετέραν διόρθωσιν θαῤῥῶν [a]. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, *Πέποιθα εἰς ὑμᾶς*, ἀλλ', *Ἐν Κυρίῳ*. Πανταχοῦ γὰρ μετ' ἐγκωμίων πλέκει τὰς κατηγορίας· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· οἶδα τοὺς ἐμοὺς μαθητὰς, οἶδα ὑμῶν τὸ εὐδιόρθωτον· θαῤῥῶ τοῦτο μὲν διὰ τὸν Κύριον τὸν οὐκ ἐῶντα ἀπολέσθαι οὐδὲ τὸ τυχὸν, τοῦτο δὲ δι' ὑμᾶς τοὺς δυναμένους ταχέως ἑαυτοὺς ἀνακτήσασθαι. Ἅμα δὲ καὶ προτρέπει καὶ τὴν παρ' ἑαυτῶν σπουδὴν εἰσενεγκεῖν, ὡς οὐκ ἐνὸν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν, ἂν μὴ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰσφέρηται. *Ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς, βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ᾖ.* Ἑκατέρωθεν αὐτοὺς ἐλείφει, καὶ ἐξ ὧν παρεθάῤῥυνε, καὶ ἐξ ὧν ἐκείνοις ἐπηράσατο, ἢ προεφήτευσε. Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς οὐδαμοῦ ὄνομα τίθησι τῶν ἐπιβουλευόντων, ἵνα μὴ ἐναισχυντότεροι γένωνται. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ ἐπειδὴ ὑμεῖς οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, διὰ τοῦτο οἱ τῆς ἀπάτης αἴτιοι ἀπηλλαγμένοι τῆς κολάσεώς εἰσιν, ἀλλὰ δώσουσι δίκην· οὐδὲ γὰρ προσῆκον τὴν ἑτέρων σπουδὴν τῆς ἄλλων κακοηθείας γενέσθαι παραμυθίαν. Γίνεται δὲ τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ ἕτέρους πάλιν ἐπίθωνται. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, οἱ ταράσσοντες, ἀλλὰ καὶ ἐπῆρε τὸν λόγον εἰπών· *Ὅστις ἂν ᾖ. Ἐγὼ δὲ, ἀδελφοὶ, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύττω, τί ἔτι διώκομαι;* Ἐπειδὴ γὰρ διέβαλλον αὐτὸν ὡς πολλαχοῦ Ἰουδαΐζοντα, καὶ ὑποκρινόμενον τὸ κήρυγμα, ὅρα πῶς καθαρῶς ἀπεδύσατο [b], μάρτυρας αὐτοὺς καλῶν. Οἴδατε γὰρ, φησὶ, καὶ ὑμεῖς, ὅτι τῶν διωγμῶν μου πρόφασις τοῦτό ἐστιν, ὅτι κελεύω ἀπέχεσθαι τοῦ νόμου· εἰ δὲ περιτομὴν κηρύσσω, τί τι διώκομαι; Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐγκαλεῖν ἔχουσί μοι οἱ ἐξ Ἰουδαίων, ἢ τοῦτο μόνον. Καὶ [716] γὰρ εἰ συνεχώρουν αὐτοῖς μετὰ τῶν πατρῴων ἐθῶν πιστεύειν, οὐκ ἂν οὔτε οἱ πιστεύσαντες, οὔτε οἱ ἀπιστήσαντες ἐπεβούλευσαν, τῷ μηδὲν τῶν οἰκείων παραλεύεσθαι.

Hodie Pharisæus Dominum ad prandium vocavit, contumeliæ honorem admiscens : meretrix autem illum per fidem ad convivium excepit. Nam cum esset in domo Simonis, ecce muller meretrix (*Marc.* 14. 3). Insanum spectaculum, mulier meretrix in urbe, civile et muris inclusum bellum, telum non ferreum, juvenum laqueus, cos concupiscentiæ, affectuum incitamentum, cauponaria corporis, inutile commercium, damnosa negotiatio quæ et vendenti et ementi mortem parit, rete juventutis, laqueus non tectus : oculus enim meretricis laqueus est peccatorum. Lasciviæ depositum meretrix, quæ seipsam vendit et emptores in servitutem redigit ; lœna multis instructa capitibus, fœtor urbis, lues quæ per omnes sensus repit, oculorum hamus, mors quæ circumfertur, forum damni, cupiditas perniciei, odor mortis, gangræna admodum putrida. Ecce mulier in urbe, pestis civium, tyrannis nuptiarum, subversio honestatis, androgynorum pugna, mensa male sumptus profundens, crumenarum evacuatio, pecuniarum effusio, laborum jactura, heredum torcular, ubi qui nuditatem suam calcant tripudiant. *Ecce mulier in civitate, quæ erat peccatrix* (*Luc.* 7. 37). Sed peccatrix illa ad justitiam accurrit, et peccata delet ut spinæ in igne absumuntur. Saltus in paradisum versus est, lœna in agnam, fœtor in unguentum, pernicies in thesaurum, cornix in columbam, meretrix in virginem mutata est, in sororem Christi, in sponsam Verbi. Nam stans pone Jesum hæmorrhoissæ discipula, lacrymis pedes rigavit et capillis abstersit, labiisque vestigia osculata est, atque unguento pretioso unxit, universa peccati arma Regi obtulit, pacem petens, ac totam malorum armaturam ad pedes Domini adduxit. Et quia olim vi expressis lacrymis multos in affectum pravum resolverat, nunc veris lacrymis Domino supplicans, seipsam solvit : et quæ capillos mala arte plexuerat, et comam immodeste in modum turris evexerat, jam illa quasi linteo Christi pedes abstersit, non ut Dominum nitidum reddat, sed ut seipsam sanctificet : confitebatur enim quot homines per capillorum hamum ad mortem piscata fuerat. *Et unguento pretioso unxit.* Quare ? Quia olim unguentorum odore multos sordidaverat : similiterque aromatibus male usa, in canes naribus vestigantes amatores suos mutaverat. Nunc autem unguento bene utens, illudque ad bonum unguentum adducens, satanicas unctiones abluit. Deinde ut Dominus illam hæc agentem admisit, Simon obmurmuravit, dominicæ bonitatis censor effectus. Dicit illi Dominus : Simon, qui ad honorem me vocasti, et inhonorasti me, quod non exspectabam : *Duo debitores erant cuidam fœneratori* (*Ibid. v.* 40. *sqq.*), tu et hæc : mihi debitores, nec simpliciter, sed admodum debitores, duplici obstricti debito, qui naturæ fœnus et legis sortem accepistis,

Digitized by Google

et circa utrumque in beneficum incidistis. *Unus debebat denarios quingentos;* tu nempe Pharisæus, qui et graviora et plura animæ peccata habes: *Quia publicani et meretrices vos præcedunt in regnum cælorum* (*Matth.* 21. 31). *Alius vero quinquaginta:* his notantur noxii meretricis mores. *Non habentibus autem illis unde redderent* per bona opera; accepta fide ambobus remisit, et discisso chirographo, *Dic, quis ipsum magis diliget?* Tum Pharisæus: *Existimo quia is cui plus donavit.* Et is qui culpæ obnoxius erat sui judex fuit, et a Domino laudatus est dicente: *Recte judicasti.* Audi jam: *Vides hanc mulierem*, quæ minus debebat quam tu, et plura munera donaque attulit? vides hanc mulierem, quæ multis pernicies fuit? animatum sepulcrum? mortem quæ circumquaque ferit? *Ingressus sum in domum tuam:* aquam ... lem, omnibus obviam, in pedes meos non ... hæc vero fontes lacrymarum ex oculis ... pedes meos immisit. *Osculum mihi non dedisti*, ... vero labia sua pedibus meis applicuit ... *meum*, ut misericordiam a me consequutus ... *sti;* hæc vero unguento corpus, fide divinitatem ... unxit, *Ideo dico tibi, Remittuntur ei peccata* ... ut impleatur quod in Psalmis dictum est, ... *iniquitates plebis tuæ* (*Psal.* 84. 3); et illud a ... prædicatum, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata* ... *di* (*Joan.* 1. 29). Ipsi gloria in sæcula. Amen.

IN ASSUMPTIONEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Peccati artificium contra peccatum versum est. Ars enim peccati crux est, ut impeccabile corpus morti tradatur: crux vero crucifixæ carni machina fuit, quæ ad cælum ascenderet: ac dictum illud de peccato mutatum fuit. Prius enim, ut Paulus prædicavit, *Occasione accepta peccatum per mandatum* (*Rom.* 7. 8) decepit me, et per ipsum me occidit; nunc vero dictum hujusmodi justitiæ artificio competit: nam justitia occasione accepta per peccatum, decepit illud et occidit. Ea re stupefactus Paulus, in illam vocem prorupit: *Magnum est pietatis sacramentum* (1. *Tim.* 3. 16). Resurrectio enim in cruce abscondita est, et generatio ad immortalem vitam; immortalitatem Rex ab inferno emergens hominibus peperit. Vere maximum sacramentum. Quomodo igitur notum fuit hoc sacramentum? *Manifestatum est*, inquit, *in carne.* Ecqua fuit manifestatio? *Justificatum est in spiritu.* Quodnam justitiæ argumentum? *Apparuit angelis* (*Ibid.*) Noverunt angeli, inquit, ejus qui apparebat dignitatem: accesserunt, et ministrabant ei. Fide digni certe sunt, Paule, justitiæ præcones, et Christi virtutem celebrant: verum hominibus quoque fortitudinis illius signum ostende. *Prædicatum est gentibus.* Peragravit verbum quo ejus divinitas prædicabatur, etiamsi ab omnibus impediretur; cohibita prædicatio dilatata est. Quid ergo, si ad aures tantum pervenit, et gentibus quæ audiebant pro nugis verbum habitum est? *Prædicatum est*, inquit, *et creditum est in mundo.* Deinde postquam creditum est, omni superato obice, *Assumptum est*, inquit, *in gloria.* Prædicata fuit Ecclesiæ fortitudo: imo potius totius orbis instantia. Nam humanitas hodie assumpta commune est humanæ naturæ auxilium: postea enim supplicia moderatiora erant. Et consideres velim illa olim a Deo hominibus inflicta supplicia, et assumptionis utilitatem deprehendes. Ex uno peccato lapsus Adam dejectus est; ad diuturnum corporis tremorem damnatus est Cain; ignis imbrem demisit cælum ut Sodomam terræ putredinem combureret; in columnam mutata est mulier, quæ fugiendi legem violaverat. In populis autem qualis differentia? Audi Scripturam hæc quasi lamentando narrantem: *Tentaverunt*, inquit, *Deum, et a serpentibus perierunt. Murmuraverunt*, inquit, *et perierunt ab exterminatore* (1. *Cor.* 10. 9 *et* 10). *Fornicati sunt*, ait, *et ceciderunt in una die viginti tria millia. Dedit*, inquit, *Dominus mortem in Israel a mane usque ad horam prandii, et mortui sunt septuaginta mille viri* (*Num.* 25. *et* 2. *Reg.* 24. 15). Quid tibi narrem Dei ad regem tunc datam optionem? *Hæc dicit Dominus*, inquit: *Pete tibi tres annos fumis super terram, aut tres menses ubi inimici tui te persequentur, aut tres dies mortis in terra tua* (*Ibid.* v. 13). Deplorant etiam Græcorum scriptores veterum temporum calamitates, diluviorum exuberantiam, incendiorum magnitudinem, annorum pluvium famem, terræ motuum latam perniciem, sanguinis in civilibus bellis effusiones, frequentium bellorum tempestates. Nulla tunc erat bellorum malorum tum e cælo, tum ex terra immissorum cessatio, ... pax sive Græcis, sive barbaris, sive Judæis. ... clabat enim terra mediatorem, qui supernis et ... pacem afferret. De quo Paulus ait: *Ipse est pax nostra, qui impedivit inimicitiam in carne sua* (*Ephes.* 14). Quot nunc sunt Sodomitis lasciviores! ... tamen ut olim ignis in illos effunditur. Suscepit ... terra pacis mediatorem, qui in genus humanum ... nignior evasit. Quot nunc sunt sceleratiores iis qui ... Noæ vivebant? quos tamen cælum diluvio non ... git. Quot ferociores Caino? quos Caini supplicia ... non plectit. Cum enim a nobis irritatur, ad ... consortes primitias respiciens, reconciliatur: ... hominibus scelerate agentibus indignatur, ... tam humanitatem a dextris suis videns, ... cum ad iram illum concitat flagitiosum genus, ... superne mitigat congener noster illi assidens. ... tibi explicans Paulus ait: *Christus est in dextera ... et supplicat pro nobis* (*Rom.* 8. 34); non quod ... supplicis vocibus: in regnum enim ascendit Christus ... non quod supplicatio sibi sit propria: sed ... primitiarum assumptionem in supplicationem ... nos reconciliaret configuravit Paulus. O horrendum ... hodie dæmonibus spectaculum! horrendum certe ... erat, videre hominis ut apparebat naturam, ... pervadentem, excelsius quam illi ascendentem, ... superiorem factam. Verum illi quidem gementes ... angeli vero læti hominibus adstantes clamabant: *Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cælum, ... veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum* (*Act.* 1. 11). Certius fit assumptionis mysterium. Discipuli enim stabant hianti ore in cælum respicientes et attente intuentes: cum vero paululum ... altius pervasit, quam ut possent oculi attingere, ... dubitandi cogitationem vergebant: Nusquam, ... quiunt, corpus apparet: num species et phantasma solum fuit assumptio? forte oculis erravimus? ... non erravimus quidem, sed forte corpus in aëra ... dissolutum est, et jam naturam non habet ... visibilem. Cum sic dubitantes respicerent in cælum, ... angelos statim audierunt: *Viri Galilæi, quid ... aspicientes in cælum* (*Ibid.*)? Quid sibi vult, ... aspectus ille curiosus? quid oculi in cælum ... in cælis quæritis illum? Jesum aufert nubes. ... jam illum in corpore videbit? Utrique rei ... confidite. Etsi nunc in cælum sit assumptus, ... veniet, *Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Sed ne diutius lingua tendatur, fatiscentes ... deponamus, aliisque citharis demus locum. ... ptioni plaudant multorum ora; canat hodie ... voce totum hominum genus. *Magnum est pietatis ... sterium; visus est angelis, creditus est in ... sumptus est in gloria* (1. *Tim.* 3. 16). Ipsi ... sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

ἐπὶ τιμῇ καλέσας με, καὶ ἀτιμάσας με, ὡς οὐ προσδόκησα· *Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι*, οὗ καὶ αὐτὴ, ἐμοῦ οὐ χρεῶσται οὔτε ὀφειλέται, ἀλλὰ χρεωφειλέται, διπλοῖ ὑπεύθυνοι τυγχάνοντες, ὅτι καὶ τὸ φυσικὸν δάνειον, καὶ τοῦ νόμου τὸ κεφάλαιον λαβόντες, ἐξ ἀμφότερα τῷ εὐεργέτῃ παρεπέσατε. *Ὁ εἷς ὤφειλε ἡμέρια πεντακόσια*, — σὺ ὁ Φαρισαῖος, ὁ βαρύτερα, καὶ πλείονα ἔχων τὰ ψυχικὰ ἁμαρτήματα· *Ἐπειδὴ οὐκ εἶχον καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*· — *ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα*, ὁ ὑπεύθυνος τῆς πόρνης τρόπος. *Μὴ ἐχόντων καὶ αὐτῶν ἀποδοῦναι* διὰ κατορθωμάτων καλῶν πράξεων, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο πίστιν λαβὼν, καὶ σχίσας τὸ χειρόγραφον. *Εἰπὲ, τίς αὐτὸν πλεῖον ἀγαπήσει*; Εἶτα Φαρισαῖος, *Ὑπολαμβάνω, ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον* [763] *ἐχαρίσατο*, Καὶ δικαστὴς ἑαυτοῦ ὁ ὑπεύθυνος ἐγίνετο, καὶ τὸν Δεσπότην ἐπαινέτην εὗρισκε λέγοντα· *Ὀρθῶς ἔκρινας*. Ἄκουε λοιπόν· *Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα* τὴν ὀλιγότερά σου χρεωστήσασαν, καὶ πλείονα ξένια καὶ δῶρα προσκομίσασαν; βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα τὴν πολλῶν ἀπώλειαν γενομένην; τὸν ἔμψυχον τάφον; τὸν περιφερόμενον θάνατον; *Εἰσῆλθόν σου εἰς τὸν οἶκον*· ὕδωρ, τὸ εὔωνον καὶ πᾶσι προκείμενον, ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἤνεγκας· αὕτη δὲ πηγὰς δακρύων ἐξ ὀμμάτων τοῖς ποσί μου προσήνεγκε. *Φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας*· αὕτη δὲ τὰ χείλη αὐτῆς τοῖς ἐμοῖς ποσὶν ὑπέστρωσεν. *Ἔλαίῳ τὴν κεφαλήν μου*, ὡς ἐλεηθεὶς παρ' ἐμοῦ, *οὐκ ἠλείψας*· αὕτη δὲ μύρῳ τὸ σῶμα, τῇ δὲ πίστει τὴν θεότητά μου ἐμύρισεν. *Οὗ χάριν λέγω σοι, ἀφέωνται αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι αἱ πολλαί*· ἵνα πληρωθῇ τὸ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, *Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ σου*, καὶ τὸ ὑπὸ Ἰωάννου κηρυχθὲν, *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Τὸ τῆς ἁμαρτίας κατὰ τῆς ἁμαρτίας ἀντέστραπται ἐφεύρημα. Τέχνη μὲν γὰρ τῆς ἁμαρτίας σταυρὸς, καὶ τὸ σῶμα θανάτῳ περιβαλεῖν ἀναμάρτητον· γέγονε δὲ ὁ σταυρὸς τῇ σταυρωθείσῃ σαρκὶ τῆς εἰς οὐρανὸν ἀνόδου μηχάνημα, καὶ τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας ῥηθὲν μεταβέβληται. Πρότερον μὲν γὰρ ὁ Παῦλος ἐκήρυττεν, *Ἡ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς*, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινε· νῦν δὲ τῆς δικαιοσύνης τὸ ῥῆμα μηχανήματι πρέπον· ἡ γὰρ δικαιοσύνη ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἐξηπάτησεν αὐτὴν καὶ ἀπέκτεινε. Τοῦτο τὸν Παῦλον ἐκπλῆξαν, εἰς ἐκείνην τὴν φωνὴν ἐνεκίνησε, *Μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον*. Ἀνάστασις γὰρ ἐν τῷ σταυρῷ κεκρυμμένη, γέννησις δὲ ἀθανάτου ζωῆς· ἀθανασίαν ἀνθήσασαν τικτόμενος ἐξ ἄδου τοῖς ἀνθρώποις ὁ βασιλεύς. Ἀληθῶς μυστήριον παμμέγα. Πῶς οὖν γνωστὸν τὸ μυστήριον; *Ἐφανερώθη*, φησὶν, *ἐν σαρκὶ*. Καὶ τίς ἡ φανέρωσις; *Ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι*. Ποῖον τὸ τῆς δικαιοσύνης τεκμήριον; *Ὤφθη ἀγγέλοις*. Ἔγνωσαν ἄγγελοι, φησὶ, τὴν τοῦ φανέντος ἀξίαν· προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ. Ἀξιόπιστοι μὲν, Παῦλε, τῆς δικαιοσύνης οἱ θεσπισταὶ, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ σεμνύνουσι δύναμιν· δεῖξον μέντοι ἀνθρώποις τῆς ἰσχύος τῆς ἐκείνου σημεῖον. *Ἐκηρύχθη*, φησὶν, *ἐν ἔθνεσιν*. Ἔδραμε λόγος περὶ αὐτοῦ θεολόγος, καὶ ταῦτα παρὰ πάντων ἐμποδιζόμενος· ἐπλατύνθη κωλυόμενον κήρυγμα. Τί οὖν εἰ μέχρις ἀκοῆς τὸ κηρυττόμενόν ἐστι, καὶ κηρυχθὲν ἔθνεσι γέγονε τοῖς ἀκούσασι λῆρος; *Ἐκηρύχθη*, φησὶ, *καὶ ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ*. Εἶτα καὶ τούτου πιστευθέντος δεινὸς ἀκώλυτον, *Ἀνελήφθη*, φησὶν, *ἐν δόξῃ*. Ἐκηρύχθη ἡ τῆς Ἐκκλησίας ἰσχὺς, μᾶλλον δὲ πάσης ὁμοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπίστασις. Κοινὴ γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως βοήθεια, ἡ σήμερον ἀνθρωπότης ἀναληφθεῖσα· τὰ γὰρ τῶν κολάσεων μετ' αὐτὴν μετριώτερα. Καί μοι σκόπει τὰς παλαιὰς τῶν ἀνθρώπων ἐκ Θεοῦ τιμωρίας, καὶ τὸ τῆς ἀναλήψεως εὑρήσεις δημωφελές. Ἐξ ἑνὸς ἁμαρτήματος ἔρριπτο προσκροῦσας Ἀδὰμ· μακρῷ σώματος ῥόμῳ κατεκέκριτο Κάϊν· ἔβρεξε πῦρ οὐρανὸς, ὡς σητεδόνα τῆς γῆς, καυστηριάζων τὰ Σόδομα· μετεπλάττετο πρὸς στήλην γυνὴ δρόμου παραχαράξασα νόμον. Αἱ δὲ εἰς δήμους ὁποῖαι διαφοραὶ, ἄκουσον τῆς Γραφῆς, ὡς θρηνῳδίᾳ διηγουμένης· *Ἐπείρασαν*, φησὶ, *τὸν Θεὸν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Ἐγόγγυσαν*, φησὶ, *καὶ ἀπώλοντο ἀπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Ἐπόρνευσαν*, φησὶ, *καὶ ἔπεσαν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς* [764] *χιλιάδες. Ἔδωκε*, φησὶ, *Κύριος θάνατον ἐπὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ πρωΐθεν, καὶ ἕως ὥρας ἀρίστου, καὶ ἀπέθανον ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν*. Τί ἂν σοι τὰς τοῦ Θεοῦ πρὸς βασιλέα τότε διηγοίμην προτάσεις; *Τάδε λέγει Κύριος*, φησὶν· *Αἵτησαι σεαυτῷ τρία ἕτη λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, ἢ τρεῖς μῆνας τοὺς ἐχθρούς σου καταδιώκειν σε, ἢ τρεῖς ἡμέρας θάνατον ἐν τῇ γῇ σου*. Τραγῳδοῦσι καὶ γραφεῖς Ἑλλήνων τὴν τῶν παλαιῶν χρόνων κακοπραγίαν, κατακλυσμῶν ἀμετρίαν, ὑπερβολὴν ἐκπυρώσεως, πολυετίαν λιμῶν, σεισμῶν πλεθρον πάνδημον, αἱμάτων ἐμφυλίους ἐχχύσεις, κύματα πολέμων ἐπαλλήλων. Οὐκ ἦν τότε τῶν ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς παρατάξεων, οὐχ Ἕλλησιν, οὐ βαρβάροις, οὐκ Ἰουδαίοις εἰρήνη. Ἔμενε γὰρ τὸν εἰρηνοποιοῦντα τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω μεσίτην· περὶ οὗ Παῦλός φησιν· *Αὐτός ἐστιν εἰρήνη ἡμῶν, ὁ κωλύσας τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ*. Πόσοι νῦν Σοδομιτῶν ἀσελγέστεροι; καὶ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἀήρ, ὡς τὸ πρὶν, οὐκ ἐκχέει. Ἐδέξατο γὰρ τὸν τῆς εἰρήνης περιόντα μεσίτην καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων προημέρωσε γένει. Πόσοι τῆς ἐπὶ τοῦ Νῶε γενεᾶς μοχθηρότεροι; καὶ κατακλυσμῷ τούτους οὐκ ἐκπλύνει οὐρανός. Πόσοι τῆς Κάϊν θηριωδέστεροι γνώμης; καὶ τοῖς τοῦ Κάϊν αὐτοὺς οὐ τιμωρεῖται ὁ Θεός. Ὅταν γὰρ παροξυνθῇ παρ' ἡμῶν, πρὸς τὴν σύνθρονον ἰδὼν ἀπαρχὴν, διαλλάττεται· ὅταν τοῖς κάτω θυμωθῇ παροινοῦσι, τὴν ἄμωμον ἀνθρωπότητα βλέπων ἐκ δεξιῶν, δυσωπεῖται· ὅταν κινήσῃ τὴν ὀργὴν τὸ κάτω πονηρευόμενον γένος, ἄνω πραΰνει τὸν θυμὸν ὁ τοῦ γένους συγγενὴς συγκαθήμενος. Τοῦτό σοι Παῦλος γυμνῶν, *Χριστὸς*, φησὶν, *ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν*, οὐχ ὡς χρώμενος δικαζομένου φωναῖς· εἰς βασιλείαν γὰρ ἀνῆλθεν ὁ Χριστός· οὐκ ἰδικὴν, ἀλλ' αὐτὴν τῆς ἀπαρχῆς τὴν ἀνάληψιν εἰς ἐντυχίαν ἐσχημάτισε Παῦλος τὰς διαλλαγὰς ἐκδικοῦσαν. Ὢ τῆς φρικτῆς σήμερον θεωρίας τοῖς δαίμοσι! φρικτὴν γὰρ αὐτοῖς θεωρίαν ἐώρων, ἀνθρώπου κατὰ τὸ φαινόμενον φύσιν, ὁδοιπόρον ἀέρος, ὑψηλοτέραν αὐτῶν ἀναβαίνουσαν, ἀνωτέραν οὐρανοῦ γενομένην. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἔστενον, ἄγγελοι δὲ τοῖς μαθηταῖς παριστάντες περιχαρῶς ἐπεβόων· *Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς οὐρανόν*. Τὸ τῆς ἀναλήψεως πιστοῦται μυστήριον. Ἔμενον γὰρ οἱ μαθηταὶ πρὸς οὐρανὸν κεχηνότες καὶ συντεταγμένοι τῷ βλέμματι· τῆς σαρκὸς δὲ κατὰ μικρὸν ὑψηλοτέρας τῶν ὀφθαλμῶν γενομένης, ἐσείοντο λογισμοῖς ἀπορίας. Οὐδαμοῦ, φησὶ, τὸ θεωρούμενον σῶμα· τάχα σχήματος ἁπλῶς ἡ ἀνάληψις· τάχα φαντασίας θέα· τάχα πλάνην ὑπεμείναμεν βλέμματος· ἡ πλάνην μὲν ἡμεῖς οὐχ ὑπέστημεν, εἰς ἀέρα δὲ διελύθη τάχα τὸ σῶμα, καὶ φύσιν οὐκ ἔχει λοιπὸν τοῖς ἐπὶ γῆς ὁρατήν. Μετὰ τοιαύτης ὁρῶντες εἰς οὐρανὸν ἀπορίας ἥκουον τῶν ἀγγέλων ἐξαίφνης· *Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν*; Τί βούλεται, φησὶν, ὑμῖν ἡ περίεργος δψις; τί τὸ βλέμμα τοῖς οὐρανοῖς ἐπικέχηνε; ζητεῖτε πάντως ἐν τοῖς οὐρανοῖς; Εἰσφέρει τὸν Ἰησοῦν ἡ νεφέλη. Ἡ πάλιν τις αὐτὸν ἐνσώματον δψεται· ὡς περὶ βεβαίων ἀμφοτέρων θαῤῥεῖτε. Κἂν γὰρ νῦν εἰς οὐρανὸν ἀναληφθῇ, καὶ πάλιν ἐλεύσεται, *Ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν*. Ἀλλ' ἐπὶ πολὺ τῆς γλώσσης ἡ νευρὰ μὴ τεινέσθω· χαυνώσωμεν τὴν τῶν λόγων αὐτὴν κεκμηκυῖαν κιθαρῳδίαν· δῶμεν καὶ ταῖς λοιπαῖς κιθάραις ἀκρόασιν· κροτείτω τὴν ἀνάληψιν εὐφημία πολύστομος· ἀδέτω σήμερον κοινῇ πάντων ἀνθρώπων τὸ γένος, *Μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ὤφθη ἀγγέλοις, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ*. Λύτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

[765] *Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Σωτῆρος.*

Δεῦτε, φίλοι, σήμερον τῶν εὐαγγελικῶν ἀόκνως ἐφαψώμεθα θησαυρῶν, ἵν' ἐκεῖθεν συνήθως ἀρυσώμεθα πλοῦτον ἀφθόνως μεριζόμενον, καὶ οὐδαμῶς οὐδέποτε δαπανώμενον· δεῦτε τῷ πανσόφῳ, καλῶς ὁδηγοῦντι, καὶ πάλιν ἀκολουθήσωμεν Λουκᾷ, ἵν' ἴδωμεν τὸν Χριστὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀναβαίνοντα, καὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τῆς θείας μεταμορφώσεως λαμβάνοντα μάρτυρας. *Παραλαβὼν* γὰρ, φησὶ, *τοὺς περὶ Πέτρον, εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνῆλθεν* ὁ Δεσπότης. Ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας διελέγετο τῷ Χριστῷ· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ νόμος καὶ προφῆται συνωμίλουν τῇ χάριτι· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς ὁ τοῦ πάσχα τὸν ἀμνὸν σφαγιάσας, καὶ τῷ αἵματι τὰς φλιὰς τῶν Ἑβραίων ῥαντίσας· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Ἠλίας παρ' ἐκείνοις τὸν βοῦν μελίσας, τὴν δι' ὕδατος θυσίαν ἐν πυρὶ δαπανήσας· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς ὁ ἀνοίξας καὶ κλείσας τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τὰ συστήματα· ὄρος ὑψηλὸν, ἵνα μάθωσιν οἱ περὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον, ὅτι αὐτός ἐστιν, ᾧ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. Τρεῖς γὰρ μόνους παραλαβὼν, οὐ πάντας παραλαβὼν, οὐ πάντας καταλιπὼν, οὐ φθονήσας τοῖς ἄλλοις τῆς δόξης, οὐκ εὐτελεστέρους κρίνας· δίκαιος γὰρ ὢν, δικαίως τὰ πάντα διέπει· ἀναλογιζόμενος πάντας, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης οὐ μεριζομένους ἤνωσεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνάξιος ἦν τῆς θείας ὄψεως καὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ὀπτασίας ὁ μέλλων γενέσθαι προδότης Ἰούδας, τούτου χάριν καὶ τοὺς ἄλλους καταλιμπάνει, ἵνα κἀκεῖνῳ, μὴ μόνῳ καταλειφθέντι, πᾶσαν ἀπολογίαν ὕστερον ἀποκαλύψῃ, καὶ τῆς μεταμορφώσεως τοὺς τρεῖς αὐτάρκεις κατὰ τὸν νόμον ἐπισπάσηται μάρτυρας, ἐν αὐτοῖς κατὰ ψυχὴν καὶ τοὺς λοιποὺς περιφέροντας. Αὐτὸς γάρ φησι· « Φύλαξαι αὐτοὺς, Πάτερ δίκαιε, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσι, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμεν. » Ὁρῶν γὰρ ὁ Ἰούδας παρὰ τὸ ὄρος Ἀνδρέαν, Θωμᾶν, Φίλιππον, καὶ τοὺς λοιποὺς διατρίβοντας μετ' αὐτοῦ, καὶ οὐδὲ γογγύζοντας, οὐκ ἀγανακτοῦντας, οὐ λοιδοροῦντας, ἀλλὰ χαίροντας, καὶ κοινῇ τὴν ἄνωθεν χάριν ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀποῦσι ψηφίζοντας, ἀναπολόγητος παντελῶς ὑπῆρχεν, εἰς οὐδὲν οὐδέποτε τῶν θαυμάτων παροραθείς. Ἀλλὰ καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὴν τοῦ μύρου ἀναιτίως βασκαίνων, καὶ τὸν Διδάσκαλον τοῖς ἐχθροῖς τολμηρῶς προδιδών. Καὶ τί φησι; *Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ὤφθησαν Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας συλλαλοῦντες αὐτῷ.* Ἀλλ' ὁ Πέτρος, ὡς ἀεὶ περιζωννύμενος θερμὸς, θυμασι διανοίας, οὓς οὐκ οἶδέ ποτε θεωρήσας συλλαλοῦντας αὐτῷ, οὐ πολὺ μετριώσας τὸ θαῦμα, οὐ τὸ παράδοξον μετρήσας τῆς θείας ἐλλάμψεως, καλὸν ἐκάλει τὸν ἔρημον τόπον· σκηνοποιὸς ἐξ ἁλιέως προέκοπτε, τῷ Σωτῆρι βοῶν· *Ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς, μίαν σοὶ, καὶ μίαν Ἠλίᾳ, καὶ μίαν Μωϋσῇ· οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει.* Ἀλλ', ὦ τῶν μαθητῶν κορυφαῖε καὶ πρωτοστάτα Πέτρε! τί ταπεινὰς ἐννοίαις προπετεύεσθαι θέλεις, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καθυβρίζεις τὰ θεῖα, καὶ τρεῖς ἐγείρειν ἐν ἐρήμῳ λέγεις; ὁμότιμον τοῖς δούλοις ὁρίζεις τὸν Δεσπότην; καὶ τῷ Χριστῷ μίαν σκηνὴν, καὶ τοῖς δυσὶν ἐξ ἴσης οἰκοδομὴν ἐπείγῃ; μὴ γὰρ ἐξ ἀγίου Πνεύματος, ὡς οὗτος, συνελήφθη Μωϋσῆς; μὴ γὰρ παρθένος ἔτεκε τὸν Ἠλίαν, ὡς τοῦτον ἡ παναγία Παρθένος Μαρία; μὴ γὰρ ἔμβρυον ἐκ μήτρας ἐπέγνω Μωϋσέα, καθάπερ τοῦτον ὁ πρόδρομος; μὴ γὰρ οὐρανὸς ἐμήνυσεν Ἠλίου τὴν γέννησιν; ἢ μάγοι προσεκύνησαν Μωϋσέως τὰ σπάργανα; μὴ γὰρ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας εἰργάσαντο τοσαῦτα θαύματα; ἢ σπηλαίῳ ἀνθρωπίνῳ ἀπῆλασαν πνεύματα; Μωϋσῆς γὰρ ὠργίσθη ποτὲ, καὶ ῥάβδῳ πατάξας διῆλθε τὸ πέλαγος· ὁ δὲ σὸς διδάσκαλος Ἰησοῦς ἐν θαλάσσῃ πεζεύσας σὺν τῷ Πέτρῳ, βατὸν [766] ἐποίησε τὸν βυθόν. Ὁ Ἠλίας ἱκετεύσας ἐπλήθυνε τῆς χήρας τὸ ἄλευρον καὶ τὸν ταύτης υἱὸν ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν· ὁ δέ σε μαθητὴν ἐξ ἁλιέων λαβὼν, ἐπ' ὀλίγοις ἄρτοις χιλιάδας ἐκόρεσε, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε, καὶ ἀνήρπασε τοὺς ἀπ' αἰῶνος καθεύδοντας. Μὴ τοίνυν λέγε, Πέτρε, *Ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς*, μηδὲ, *Καλόν ἡμᾶς τὸ ὧδε εἶναι*, μηδὲ ἀνθρώπινον, μηδὲ ταπεινὸν, μηδὲ γήϊνον, μηδὲ χαμερπές· τὰ ἄνω φρόνει, τὰ ἄνω ζήτει, ὡς ὁ Παῦλος ἐμήνυσε, μὴ τὰ ἐπὶ γῆς. Πῶς γὰρ καλὸν τὸ ἡμᾶς ὧδε εἶναι, ὅπου ὁ ὄφις ὑβρίσας τὸν πρωτόπλαστον καὶ ἐβλαψε, καὶ τὸν [illegible] ἐκλεισεν; ὅπου τὸν ἄρτον ἐν ἰδρῶτι τῷ [illegible] ἐσθίειν ἠκούσαμεν; ὅπου στένειν καὶ τρέμειν [illegible] γῆς διὰ παρακοὴν ἐμάθομεν; ὅπου πάντα [illegible] πάντα παρελεύσεται ῥοπῇ; Πῶς οὖν ἡμᾶς [illegible] καλόν; Εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς [illegible] χάριν ἐκοινώνησεν αἵματος καὶ σαρκός; [illegible] Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν συνεπέσεσθε καὶ τὸν κείμενον ἤγειρεν; εἰ καλὸν [illegible] τῆς γῆς, εἰς μάτην ἐκλήθης τῶν οὐρανῶν [illegible] Ποῦ γὰρ λοιπὸν χρήσιμον τῶν οὐρανῶν α! [illegible] τὸ ὄρος τοῦτο ποιεῖς, ἀποτάττου λοιπὸν ἁρμὰ [illegible] σκηνὰς ἐγείρει θέλεις, παραίτησαι τὸ εἶναι τῆς [illegible] σίας θεμέλιος. Μετεμορφώθη γὰρ Χριστὸς, οὐχ [illegible] ἀλλ' ἵνα ἡμῖν ἀποδείξῃ τὴν μέλλουσαν τῆς [illegible] ταμόρφωσιν, καὶ τὴν ἐσομένην ἐπὶ τῶν κεφ[illegible] φωνῇ ἀρχαγγέλων δευτέραν σωτήριον ἔλευσιν. [illegible] ἐστιν ὁ τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον περιβαλλόμενος, [illegible] ὑπάρχων ζώντων καὶ νεκρῶν· ὅθεν Μωϋσῆν καὶ [illegible] εἰς μέσον παρήγαγε, τῶν ἀρχαίων ὄψεων παραπέ[illegible] σήμαντρα. Καὶ τί φησιν ὁ μέγας γραφεύς; *Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίαζεν αὐτοὺς, καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· τοῦ ἀκούετε.* Ἔτι, φησὶ, τοῦ Πέτρου λαλοῦντος, [illegible] ἐλεξεν ὁ Πατήρ. Τί, Πέτρε, καλὸν εἶναι λέγεις, μὴ [illegible] ὃ λέγεις; Οὔπω πεπαιδαγώγησαι, οὔπω τὴν ἀπ[illegible] γνῶσιν τῆς υἱότητος ἔμαθες, ὁ λέγων, *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.* Τοσαῦτα θαύματα [illegible] τελέσας, Βὰρ Ἰωνᾶ, καὶ ἔτι Σίμων ὑπάρχεις; [illegible] σε κλειδοῦχον κατέστησε, καὶ τῆς ναυτιλίας ἐπ[illegible] τιον οὐκ ἀπέθου; Ἰδοὺ τὸ τρίτον ἀνθίσταμαι [illegible] Σωτῆρος βουλῇ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγεις. Εἶπε γάρ σε, *μὲ παθεῖν*, καὶ λέγεις, *Οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο*· πάλιν, *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε*, καὶ λέγεις, *Πάντες, ἐγὼ δὲ οὐ σκανδαλισθήσομαι.* Ἰδοὺ [illegible] ἐγεῖραι θέλεις τῷ Χριστῷ, τῷ ἅμα ἐμοὶ θεμείωσαι τὴν γῆν, τῷ ἅμα ἐμοὶ συστήσαντι τὴν θάλασσαν, [illegible] στερέωμα πήξαντι, αἰθέρα πυρώσαντι, καὶ πάντα ἐμοὶ πρὸ αἰώνων δημιουργήσαντι, σκηνὴν τῷ ἐξ ἐμοῦ σκηνὴν τῷ ἐν ἐμοὶ καὶ μεθ' ὑμῶν, σκηνὴν τῷ [illegible] Ἀδάμ, σκηνὴν τῷ ἀμήτορι Θεῷ, σκηνὴν τῷ [illegible] σκηνὴν, ἣν ἠρετήσατο, γαστέρα παρθενικήν. [illegible] ἐπειδὴ σὺ τρεῖς σκηνὰς ἐγεῖραι βούλῃ, μὴ εἷς; [illegible] λέγεις, ἐγὼ νεφέλῃ φωτεινῇ χρησάμενος, σκηνὴν [illegible] τοὺς παρόντας φυλάξας, ἐκ τῶν ὑψίστων βοῶ, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, ἀλλ' οὗτος· οὐκ ἄλλος, [illegible] ἀλλ' οὗτος, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. Μωϋσῆν ἐδικαίωσα, ἀλλ' ἐν τούτῳ χάριτι Ἠλίαν ἀπέλαβον, ἀλλὰ τοῦτον ἀπέστειλα ἐκ [illegible] εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. *Οὐδεὶς γὰρ*, φησὶν, *ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.* Ἐκ τοίνυν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκεῖ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. Εἰ μὴ, μείνας ὃ ἦν, [illegible] ὅπερ ἐσμὲν, εἰ μὴ σταυρὸν καθ' ἡμᾶς, δι' ἡμᾶς [illegible] μείνας, καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι τὸν κόσμον [illegible] ἀργεῖ οἰκονομία, καὶ μένει τὰ παλαιὰ τῶν [illegible] ἀβέβαια ῥήματα. Ἀλλὰ παῦσαι, Πέτρε, καὶ μὴ [illegible] ἀνθρώπων φρόνει, ἀλλὰ τὰ τοῦ Θεοῦ. *Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Διττῇ γὰρ τῇ περὶ αὐτὸν κέχρηται [illegible] [767] ἐπὶ μὲν ὑμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, ἐπὶ δὲ [illegible] ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ· ἦν ὁ πάλαι προφήτης [illegible] σει βοήσας· *Θαυμάσθω καὶ Ἐφραὶμ ἐν τῷ ὄρει μου ἀγαλλιάσονται.* Ποίῳ ὀνόματι; *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* Ἐχαρίσατο γὰρ ὄνομα τὸ [illegible] ὄνομα. Ἀλλ' ἐρεῖς πάντως, ἀγαπητὲ, Τί ἐστι, [illegible] καὶ Ἐφραὶμ ἐν τῷ ὄρει μου ἀγαλλιάσονται; Μάνθανε τοίνυν συνετῶς. Τὸ Θαθὼρ, τοῦτό ἐστιν [illegible] ἔνθα θελήσας μετεμορφώθη Χριστὸς, καὶ Γὰ[illegible] Πατρὸς ἐμαρτυρήθη, ὡς ἀρτίως ἠκούσατε. Τὸ δὲ [illegible] νιὴλ ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἐκ γῆς Ἰορδάνου, ὅθεν [illegible] Ἠλίας, καὶ οὗτινος πλησίον ἐν τοῖς ῥείθροις τοῦ [illegible] νου βουληθεὶς ἐβαπτίσθη Χριστὸς, καὶ Υἱὸς [illegible] τρὸς ἐμαρτυρήθη. Ἐν τούτοις τοῖς δυσὶν θρεπ[illegible]

Digitized by Google

IN TRANSFIGURATIONEM SERVATORIS.

Venite, dilecti, hodie evangelicos thesauros impigre attingamus, ut inde pro more divitias ubertim dividamus, quæ numquam absumi possunt. Venite ad sapientissimum rectumque ducem : rursus sequamur Lucam, ut videamus Christum in montem excelsum ascendentem, qui Petrum, Jacobum et Joannem divinæ transfigurationis testes assumpsit. *Assumpto*, inquit, *Petro et sociis, in montem excelsum ascendit* (*Luc.* 9. 28. *Matth.* 17. 1). Dominus. Mons excelsus, in quo Moyses et Elias cum Christo loquebantur : mons excelsus, in quo lex et prophetæ cum gratia loquebantur : mons excelsus, in quo erat Moyses, qui agnum paschalem immolavit, et Hebræorum limina sanguine aspersit : mons excelsus, in quo Elias erat, qui apud illos bovem in partes dissecuit, et per aquam victimas igne absumpsit : mons excelsus, in quo Moyses erat, qui mare Rubrum aperuit et clausit : mons excelsus, ut discant Petrus, Jacobus et Joannes, ipsum esse cui omne genu flectitur cælestium, terrestrium et infernorum (*Philipp.* 2. 10). Tres solum assumpsit : non omnes assumens, nec omnes relinquens : non aliis gloriam invidens, non viliores judicans ; justus enim cum sit, juste omnia administrat : omnes mente revolvens, et ex mutua caritate non avulsos, una copulavit. Sed quia divina illa et tremenda visione indignus erat Judas, qui traditor futurus erat, ideo cæteros relinquit : ne ille, utpote solus relictus, se hac defensione obtegeret ; utque res assumeret transfigurationis testes, qui secundum legem satis erant, qui etiam reliquos mente secum differebant. Ipse namque ait : Serva eos, Pater juste, ut et ipsi unum sint, sicut et nos unum sumus (*Joan.* 17. 21). Videns enim Judas extra montem Andream, Thomam, Philippum et cæteros secum versantes, nec murmurantes vel conviciantes, sed gaudentes, atque supernam gratiam et sibi mutuo et absentibus optantes, inexcusabilis omnino erat, qui in nullo paratus miraculo retro relictus fuerat. Sed et marsupium habuit, et ungenti mulieri sine causa invidit, et Magistrum audacter inimicis tradidit. Et quid dixit ? *Et transfiguratus est ante eos. Et apparuerunt illis Moyses et Elias loquentes cum eo* (*Matth.* 17. 2. 3). Verum Petrus, ut semper in omnibus fervens, oculis mentis eos quos non noverat cernens cum eo loquentes, non ita accurate miraculum et stupendæ divinæque illuminationis fulgorem considerans, desertum illum locum pulchrum vocabat : ex piscatore in tabernaculorum opificem provectus, Servatori clamat : *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Eliæ unum, et Moysi unum, nesciens quid diceret* (*Luc.* 9. 33). Sed, o discipulorum coryphæe et princeps, Petre ! nur cum humilibus cogitationibus petulanter te ingeris, et humanis ratiociniis divina afficis contumelia, num tria in eremo erigenda dicis ? parem servis Dominum statuis ? et unum Christo tabernaculum, et nobis aliis similiter vis excitare ? num ex Spiritu sancto, ut hic, conceptus fuit Moyses ? num virgo peperit Eliam ut hunc sanctissima Virgo Maria ? num infans ex utero novit Moysem, ut hunc Præcursor ? an cælum Eliæ natales significavit ? aut magi Moysis incunabula adorarunt ? num Moyses et Elias et miracula patrarunt ? an in humana spelunca spiritus expulerunt ? Moyses enim aliquando iratus est, et virga percussum pelagus trajecit : Magister vero meus Jesus in mari ambulans cum Petro, calcabile profundum reddidit. Elias precans viduæ farinam multiplicavit, et ejus filium ex mortuis suscitavit : hui vero te ex piscatore discipulum accepit, paucis panibus millia hominum satiavit, et infernum exspoliavit, abripuitque eos qui a sæculo dormiebant. Ne ergo dicas, Petre, *Faciamus hic tria tabernacula* ; nec, *Bonum est nos hic esse* (*Luc.* 9. 33). Nihil dicas humanum, humile, terrenum, humi repens : superna sapias, superna quæras, ut indicavit Paulus, non quæ super terram. Quomodo enim bonum est nos hic esse, ubi serpens primum parentem contumelia affecit et læsit, et paradisum clausit ? ubi ipsum in sudore vultus panem comedisse audivimus ? ubi gemuisse et tremuisse propter inobsequentiam didicimus ? ubi omnia umbra ? ubi omnia in momento transibunt ? Quomodo ergo bonum est nos hic esse ? Si nos Christus hic relinqueret, cur communicasset carni et sanguini ? si nos Christus hic relinqueret, cur lapso subvenit et jacentem erexit ? si bonum sit esse super terram, frustra vocatus es cælorum clavicularius. Ad quid enim utiles erant claves cælorum ? Quando hunc montem desideras, cælis jam abrenuntia : si tabernacula vis excitare, fundamentum Ecclesiæ esse recusa. Transfiguratus enim est Christus non frustra, sed ut futuram nobis ostenderet naturæ transfigurationem, et futurum in nubibus in voce archangelorum secundum salutarem adventum. Ipse enim est amictus lumine sicut vestimento, judex vivorum et mortuorum. Quare Moysem et Eliam in medium adduxit, ut antiquorum oculis signacula sisteret. Et quid dicit magnus ille scriptor ? *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de cælis dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui : ipsum audite* (*Matth.* 17. 5). Adhuc, inquit, Petro loquente, contradixit Pater. Cur, Petre, bonum esse dicis, qui nescis quid dicas ? Nondum institutus es, nondum firmam Filii cognitionem accepisti, qui dicis : *Tu es Christus, Filius Dei vivi* (*Id.* 16. 16). Tot signa vidisti, Bar Jona, et adhuc Simon es ? cælorum te clavicularium constituit, et nondum nauticæ artis vestimentum deposuisti ? Ecce jam tertio Servatoris voluntati resistis nesciens quid dicas. Dixit tibi, *Oportet me pati ;* et ais, *Non erit hoc tibi !* dixit rursum, *Omnes scandalizabimini ;* et dicis, *Si omnes, ego certe non scandalizabor* (*Id. v.* 16. 21. 22 *et* 26. 33). Ecce nunc quoque Christo vis tabernaculum excitare, qui mecum fundavit terram, qui mecum mare constituit et firmamentum fixit, qui ætherem igneum fecit, et omnia mecum ante sæcula creavit : tabernaculum illi, qui ex me est ; tabernaculum illi, qui in me et vobiscum est ; tabernaculum Adamo, qui est sine patre ; tabernaculum Deo, qui est sine matre : tabernaculum ei, qui accepit tabernaculum quod elegerat, uterum virginalem. Itaque, quia tu tria tabernacula vis excitare, nesciens quid dicas, ego nube lucida usus, tabernaculum et adstantes custodiens, ex altissimis clamo : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Non Moyses vel Elias, sed hic ; non alius vel alius, sed hic, unus et ipse in quo mihi complacui : ipsum audite. Moysen justificavi, sed in hoc mihi complacui : Eliam accepi, sed hunc misi ex Virgine in ipsum cælum : *Nemo enim*, inquit, *ascendit in cælum, nisi is qui de cælo descendit* (*Joan.* 3. 13). Illuc ergo descendit, in terram : illic scipsum exinanivit, formam servi accipiens. Nisi ille, manens quod erat, factus esset id quod nos sumus, nisi crucem apud nos et propter nos sustinuisset, et proprio sanguine mundum redemisset, cessaret œconomia, et prophetarum vetera dicta irrita manerent. Sed quiesce, Petre, et ne sapias ea quæ hominum, sed quæ Dei sunt. *Hic est* enim *Filius meus dilectus, in quo mihi complacui : ipsum audite.* Duplici enim voce circa illum usus sum, vobis in hoc monte, et Joanni in Jordane fluvio. Hanc olim prophetæ vere significavit, clamans, *Thabor et Hermoniel in nomine tuo exsultabunt* (*Psal.* 88. 13), in quo

Digitized by Google

nomine? *Hic est Filius meus dilectus.* Dedit enim illi nomen quod est super omne nomen. Sed dices utique, dilecte: Quid est, *Thabor et Hermoniel in nomine tuo exsultabunt?* Id prudenter disce. Thabor mons est hic, in quo lubens Christus transfiguratus est, et Filius a Patre declaratus est, ut modo audistis: Hermoniel mons est parvus ex terra Jordanis, unde assumptus est Elias, et prope quem in fluentis Jordanis volens Christus baptizatus est, et Filius a Patre declaratus. In his duobus montibus intemeratus Pater filiationem firmans, et tunc et nunc secundo clamat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Qui enim ipsum audit, et me audit; et qui de ipso et ejus verbis erubuerit, ego quoque de illo erubescam in gloria mea et sanctorum angelorum. Ipsum audite absque simulatione et nequitia, incircumscripte, fide quærentes, non lingua metentes; fide accipientes, non Verbum verbis ponderantes. Jam enim Paulus orator, curiosum refrenans, et omnia sine dubitatione docens, clamat: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* (*Rom.* 11. 33). Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN RAMOS PALMARUM.

Jam præfulgent spiritualis celebritatis charismata; jam præcurrunt celebratissimi festi signacula; jam immaterialis sponsi præcurrunt indicia; jam pignus universalis resurrectionis nactus Lazarus cum Domino recumbit; jam unguenti donum eos, qui ad baptismum accurrunt, bono replet odore; jam fideles regis custodes hanc magnam urbem occuparunt; jam fidelis populus in occursum Domini veniens, clamat dicens, *Hosanna in excelsis*, ut modo audistis: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel* (*Matth.* 21. 9). Benedictus qui venit, qui semper venit, qui nobiscum est, et extra fideles numquam. Vere turba illa regiam virtutem et ingressum noverat. Sicut enim in præsenti, terreno rege contra tyrannum bellum gerente, et post victoriam revertente, cives omnes extra civitatem obviam ipsi veniant, flores gestant, laudes nectunt, encomiis victoriam celebrant, non gloriæ amore moti, sed victoriæ celebrandæ de idcrio: eodem modo Dominum Christum, ut regem triumphantem, omnis turba et verbis et palmarum ramis declarabat esse victorem adventantem; imo potius Deum sibi notum. Deo namque soli competunt verba tunc prolata, quæ prudentibus divina mysteria detegunt, *Hosanna in excelsis;* id est, Serva, quæso, in excelsis; sic enim explicatur illud Hebraicum, *Hosanna in excelsis;* ut superne sit salus, et inferne benignitas. O turbæ cognitionem divinam angelici ministerii consortem! Terram illi calcabant, et in cælo incedebant, corpore amicti, et incorporea tractantes: Judæi nomine, et Christiani re; mundani vitæ forma, et apostolici confessione: hi, ut et Petrus, superuam revelationem acceperant. Sicut enim apostolorum coryphæus, non ex propria meditatione, sed ex divina revelatione Domino dicebat: *Tu es Filius Dei vivi* (*Matth.* 16. 16); et Dominus ostendens ipsum non ex propria cogitatione, sed ex Patris revelatione id accepisse, beatum illum prædicabat, *Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est* (*Ib. v.* 17): ad eumdem modum turba, accepta superne revelatione, clamabat ad Dominum dicens: *Hosanna in excelsis: benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Id certe omnino verisimile est. Undenam vero probatur Judaicam hanc turbam superne revelationem accepisse. Undenam igitur id probabo? Ex ipsis Domini verbis. Nam, *Videntes*, inquit, *summi sacerdotes et scribæ pueros clamantes in templo, et dicentes, Hosanna Filio David, indignati sunt et dicebant ad Jesum: Audis quid hi dicunt? Jesus autem dicit eis: Etiam: numquam legistis: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* (*Matth.* 21. 15. 16)? Nec ex Domini verbis tantum, sed etiam ex stupendo turbarum motu et occursu et ex gestis earum asseritur: non modo enim clamabant, sed etiam ramos olivarum et palmarum secabant manibusque gestabant, ac vestimenta sua substernebant, atque servatorem et regem Dominum appellabant: unde palam cuivis est, ipsos superne revelationem accepisse. Nisi enim de cælo accepissent, unde novisset turba Dominum esse regem? Regis hujus mundi diadema non gestabat, non vestiebatur purpura, non comitabatur eum exercitus, non præcurrebant equites, non currus, non clypei auro obducti, non vehebatur curru purpura strato, sed pullo insidebat alieno, duodecim tantum ducens discipulos. Unde ergo noverat turba ipsum esse regem, nisi ex superna revelatione? Ideoque in Domino non quærebant vulgare diadema; noverant enim ipsum sine principio regnare: non quærebant purpuram; videbant enim illum amictum lumine sicut vestimento: non circumspiciebant militum turmam, obtemperantes prophetæ dicenti: *Decem millies dena millia ministrabant ei, et millia millium archangelorum assistebant ei* (*Dan.* 7. 10). Non quærebant equites et currus; sciebant enim ipsum esse qui Eliam in curru igneo assumpsit: quia noverant evangelistas equorum instar illum sequi, credentes prophetæ, nempe Zachariæ dicenti: Post illum equi albi, rutili, varii et floridi (*Zach.* 6. 2 3). Albus equus est Matthæus, qui ea quæ spectant ad incarnationem Domini clarius descripsit: floridus equus Marcus, qui floridius evangelium scripsit: varius equus Lucas, utpote qui elegantiori et vario sermone Christi gesta narravit: rutilus equus Joannes, qui Christi divinitatem, quasi fulgur igneum inter apostolos resplendens declaravit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1. 1). Equos autem veloces in omnem terram evangelium ferentes Habacuc propheta apostolos vocavit, dicens: *Et induxisti in mare equos tuos* (*Hab.* 3. 15): mare totum mundum tropice vocans. Non quærebant penes Dominum currum gemmis coagmentatum, purpura stratum, regiis armis instructum; sciebant enim Cherubim et Seraphim, sex alarum lucernas, currum ornare, quod crederent ei qui dixerat: *Qui sedes super Cherubim, manifestare* (*Psal.* 79. 2). Fidelis ergo turba illa Jerosolymitana a Deo revelationem nacta, non offensa a vili pullo, sed a Domini adventu corroborata est. Quapropter ubi viderunt Dominum pullo insidentem, statim propheticis impulsi prædictionibus, acceptis palmarum ramis, ad invicem dixerunt: Quid exspectamus, cur non obviam imus spirituali palmæ, ramis palmarum instructi? Fructus ejus immortalitate plenus est; folia ejus sunt orbi medela; truncus ejus, id est lignum crucis, mundi totius salus est, et tropæum de victoria contra diabolum reportata. Audivimus Ecclesiam nostram in Canticis canticorum clamantem: *Ascendam in palmam, apprehendam ramos ejus* (*Cant.* 7. 8). Præveniamus Ecclesiam ex gentibus, illumque ut palmam spiritualem et ut regem fortem salutemus. Hæc dicentibus turbis, hæc agentibus, Dominumque celebrantibus, principes sacerdotum et Pharisæi admodum exasperati, increpabant turbas dicentes, Quid facitis? quid vana profertis, petulantissimi? ad fabri filium quasi ad Dei Filium accedditis ramos palmarum tenentes? Dominum vocatis eum, qui non habet ubi caput suum reclinet? regias voces profertis in eum, qui pullo asinæ insidet?

Digitized by Google

Πατὴρ βεβαιῶν τὴν υἱότητα, καὶ τότε καὶ νῦν ἐκ φωνοῦ βοᾷ, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Ὁ γὰρ αὐτοῦ ἀκούων, τοῦ ἀκούει· καὶ ὃς ἂν ἐπαισχυνθῇ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, κἀγὼ αὐτὸν ἐπαισχυνθήσομαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Αὐτοῦ ἀκούετε, ἁπλάστως, ἀφελῶς, ἀπεριγράπτως, πίστει ζητοῦντες, ἀλλ' οὐ γλώσσῃ μετροῦντες, πίστει παραβαίνοντες, ἀλλ' οὐ λόγοις τὸν λόγον σταθμίζοντες. Ἄρτι γὰρ Παῦλος ὁ ῥήτωρ, χαλινῶν τὸν περίεργον, καὶ πάντα διδάσκων ἀνενδοιάστως, βοᾷ· *Ὦ βάθος πλούτου τε καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἰς τὰ βαΐα.

—

Ἤδη τῆς πνευματικῆς πανηγύρεως προλάμπει τὰ χαρίεντα· ἤδη τῆς πανευφήμου ἑορτῆς προτρέχει τὰ σήμερα· ἤδη τοῦ ἄθλου νυμφίου προτρέχουσι τὰ μηνύματα· ἤδη τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως ἀρραβῶνα δεξάμενος; Λάζαρος τῷ Κυρίῳ ἀνάκειται· ἤδη τῆς δωρεᾶς τὸ πλήρωμα τοὺς τῷ βαπτίσματι προστρέχοντας εὐωδιάζει· τοῦ βασιλέως οἱ πιστοὶ φύλακες τὴν μεγάλην πόλιν ἐφύλαττον κατέλαβον· ἤδη ὁ πιστὸς λαὸς εἰς ἀπάντησιν τῷ Κυρίῳ προσδραμὼν βοᾷ λέγων· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ·* εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, ὁ ἀεὶ ἐρχόμενος, καὶ ὢν μεθ' ἡμῶν, καὶ ἔξω τῶν πιστῶν μηδαμῶς γινόμενος. Ὄντως ἐκεῖνος βασιλικὴν ἐγνώρισε δύναμιν καὶ εἴσοδον. Ἱερὰ γὰρ ἐν τοῖς παροῦσι, κοσμικοῦ βασιλέως ἐπιτευσάντος τυράννῳ, καὶ μετὰ νίκης ὑποστρέφοντος οἱ πολῖται αὐτοῦ πρὸ τῆς πόλεως συναντῶντες ἔκθυον βαστάζοντες, ἐπαίνους πλέκοντες, ἐγκωμίοις ἐκόσμουν ἀμειβόμενοι· ἄγει δὲ αὐτοὺς πρὸς ταῦτα οὐκ ἔρως ἔρως, ἀλλ' ἐπινίκιος ὕμνος καὶ πάθος· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ὡς ἐπὶ βασιλέως θαυμασίου, ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ ἐκ τῶν λόγων, καὶ ἐκ τῶν βαΐων ἐμήνυον ὅτι νικητὴς ὁ παραγενόμενος, μᾶλλον δὲ ὅτι Θεὸς ὁ γνωριζόμενος. Θεῷ γὰρ μόνῳ ἁρμόδιαι ἐνομίσθησαν αἱ τότε βληθεῖσαι, καὶ τοῖς συνετοῖς θεῖα μυστήρια παραγυμνοῦσαι, *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις·* τοῦτ' ἔστι, Σῶσον δὴ ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις· οὕτω γὰρ ἑρμηνεύεται τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ, *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις,* ὡς ἄνω σωτηρία, καὶ κάτω φιλανθρωπία. Ὦ τῆς θεογνωσίας ἀγγελικῆς διακονίας μετεσχηκότος! γῆν οἰκοῦντες, καὶ οὐρανὸν χωροβατοῦντες· σῶμα περικείμενοι, καὶ τὰ τῶν ἀσωμάτων μετερχόμενοι· Ἰουδαῖοι μὲν προσηγορίαν, καὶ Χριστιανοὶ τὴν ἐργασίαν· κοσμικὴν διαγωγὴν, καὶ ἀποστολικοὶ τὴν ὁμολογίαν· ἄνω καὶ οὗτοι, ὡς Πέτρος, τὴν ἀποκάλυψιν ἐδέξαντο. Ἱερὰ γὰρ ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων οὐκ ἐξ οἰκείας τέχνης, ἀλλ' ἐκ θείας ἀποκαλύψεως ἔλεγε πρὸς τὸν Κύριον, *Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος,* καὶ ὁ Κύριος ἐνδεικνύων ὅτι οὐκ ἐξ οἰκείων λογισμῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔλαβε τὴν ἀποκάλυψιν, μακαρίζων αὐτὸν ἔλεγε· *Μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι* [768] *σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς·* τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ ὄχλος ἄνωθεν τὴν ἀποκάλυψιν δεξάμενος ἀνεβόα πρὸς τὸν Κύριον λέγων· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Ἔστι δὲ πάνυ εἰκὸς εἰπεῖν, τίς καὶ πόθεν ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις, ὅτι ὁ ἀληθὴς οὗτος ὄχλος ἄνωθεν ἔλαβε τὴν ἀποκάλυψιν. Ἐν οὖν ὑμῖν ὑποδείξω; Ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ Κυρίου ἐχθρῶν· *Ἰδόντες γὰρ, φησὶν, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυΐδ, ἠγανάκτησαν καὶ εἶπον τῷ Ἰησοῦ· Ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Ναί· οὐδέποτε ἀνέγνωτε, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;* οὐκ ἐκ μόνων δὲ τῶν τοῦ Κυρίου ῥημάτων, ἀλλὰ ἐκ τῆς παραδόξου τῶν ὄχλων συστροφῆς καὶ ἀπανωθεν καὶ τῶν ἔργων ὧν ἐποίουν, οὐ μόνον κράζοντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς κλάδους τῶν ἐλαιῶν, καὶ τὰ βαΐα τῶν φοινίκων κόπτοντες, καὶ ταῖς χερσὶ φέροντες, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν ὑποστρωννύοντες, καὶ Σωτῆρα καὶ βασιλέα καὶ Κύριον προσαγορεύοντες. Ὅθεν παντὶ που δῆλον ὅτι ἄνωθεν ἐδέξαντο τὴν ἀποκάλυψιν. Εἰ μὴ γὰρ ἄνωθεν ἐδέξαντο, πόθεν ἐγνώριζεν ὁ ὄχλος βασιλέα τὸν Κύριον; Οὐκ ἐφόρει διάδημα βασιλέως κοσμικοῦ, οὔτε ἐνεδέδλητο ἁλουργίδα, οὐκ ἐπεφέρετο πλῆθος στρατοῦ προϊόντος καὶ ἵππους καὶ ἅρματα καὶ ἀσπίδας χρυσοκόλλητοι, οὐκ ἐπωχεῖτο ἅρματι πορφυροστρώτῳ βασιλικῷ· πώλῳ δὲ ἐπεκάθητο ἀλλοτρίῳ μικρῷ, ὄνου καθεζομένου· πόθεν οὖν ἔγνω ὁ ὄχλος αὐτὸν βασιλέα τυγχάνειν, εἰ μὴ ἄνωθεν ἔλαβε τὴν ἀποκάλυψιν; Διὸ οὐκ ἐζήτουν ἐπὶ τοῦ Κυρίου διάδημα κοσμικόν· ἔγνωσαν γὰρ αὐτὸν ἀνάρχως βασιλεύοντα· οὐκ ἐζήτουν ἁλουργίδα· ἐθεώρουν γὰρ αὐτὸν ἀναβαλλόμενον φῶς, ὡς ἱμάτιον· οὐ περιεβλέποντο πλῆθος στρατιωτῶν, πεισθέντες τῷ εἰρηκότι προφήτῃ· *Μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἀρχαγγέλων παρειστήκεισαν αὐτῷ·* οὐκ ἐπεζήτουν ἵππους καὶ ἅρματα· ἐγνώρισαν γὰρ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τὸν Ἠλίαν ἐν ἅρματι πυρίνῳ ἀναλαβών· καὶ τοὺς εὐαγγελιστὰς καθάπερ ἵππους παρακολουθοῦντας αὐτῷ γινώσκοντες, πεισθέντες τῷ εἰρηκότι προφήτῃ· Ζαχαρίας δὲ οὗτός ἐστιν ὁ εἰπὼν, ὅτι Ὀπίσω αὐτοῦ ἵπποι λευκοὶ, καὶ πυρροὶ, καὶ ποικίλοι, καὶ ψαροί. Λευκὸς ἵππος Ματθαῖος, ὡς τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου σαφέστερον ἐκθέμενος· ψαρὸς ἵππος ὁ Μάρκος, ὃς διανθέστερον τὸ Εὐαγγέλιον ἔγραψε· ποικίλος ἵππος ὁ Λουκᾶς, ὡς εὐγλωττοτέρως καὶ ποικίλως τὰ κατὰ Κύριον ἐκθέμενος· πυρρὸς ἵππος Ἰωάννης, ὁ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, καθάπερ ἀστραπὴ πυρὸς, τοῖς ἀποστόλοις ἐκλάμψας. *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Ἵππους δὲ ταχυδρόμους εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τὸ Εὐαγγέλιον κομίσαντας, καὶ ὁ προφήτης Ἀμβακοὺμ τοὺς ἀποστόλους ὠνόμασε λέγων· *Καὶ ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου·* θάλασσαν τροπικῶς τὸν ἅπαντα κόσμον καλέσας. Οὐκ ἐζήτουν ἐπὶ τοῦ Κυρίου ὄχημα λιθοκόλλητον, πορφυρόστρωτον, βασιλικοῖς ὅπλοις διηθυσμένον· ἤδεισαν γὰρ τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ, τὰς ἐξαπτέρυγας λαμπάδας, ὄχημα κεντούμενα, πεισθέντες τῷ εἰρηκότι· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐμφάνηθι.* Θεόθεν τοίνυν ὁ Ἱεροσολυμικὸς ἐκεῖνος πιστὸς ὄχλος τὴν ἀποκάλυψιν δεξάμενος, οὐκ ἐσκανδαλίσθη ὑπὸ τοῦ εὐτελοῦς πώλου, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη ὑπὸ τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας. Διὸ ὡς μόνον εἶδον τὸν Κύριον ἐπιβάντα τῷ πώλῳ, εὐθέως προφητικαῖς προρρήσεσι νυχθέντες, ἀναλαβόντες τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους οἱ ὄχλοι· Τί ἀναμένομεν, καὶ οὐκ ἐξερχόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ νοητοῦ φοίνικος, κρατοῦντες τὰ βαΐα τῶν φοινίκων; Ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκάσματος καὶ ἀθανασίας πλήρης· τὰ φύλλα αὐτοῦ τῆς οἰκουμένης ἰάματα· τὸ στέλεχος αὐτοῦ, τουτέστι, τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ, τοῦ κόσμου παντὸς σωτηρία, καὶ τρόπαιον τῆς κατὰ τοῦ διαβόλου νίκης. Ἠκούσαμεν τῆς ἐξ ἡμῶν Ἐκκλησίας ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ἀσμάτων βοώσης· *Ἀναβήσομαι ἐπὶ τοῦ φοίνικος, κρατήσω τῶν κλάδων αὐτοῦ.* Προλάβωμεν τὴν ἐξ [769] ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, καὶ ὡς φοίνικα νοητὸν, καὶ ὡς βασιλέα κραταιὸν ἀσπασώμεθα. Ταῦτα τῶν ὄχλων λεγόντων καὶ διαπραττομένων, καὶ τὸν Κύριον εὐφημούντων, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαῖοι δριμυχθέντες σφόδρα ἐπετίμων τοῖς ὄχλοις λέγοντες· Τί ποιεῖτε, τί ματαιολογεῖτε προπετέστατοι; ὡς Θεῷ τῷ υἱῷ τοῦ τέκτονος προσέρχεσθε τὰ βαΐα κρατοῦντες; Κύριον ὀνομάζετε τὸν μὴ ἔχοντα ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι; βασιλικὰς φωνὰς περιδάλλετε τῷ ἐπὶ πώλῳ ὄνου καθεζομένῳ; οὐχὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ παρ' ἡμῖν εἰσι; Παύσασθε, προπετέστατοι, εἰ δὲ μή γε, κολασθήσεσθε. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀπεστάλημεν, ὅπως τοὺς ἐν ὑμῖν προπετεστάτους σημειωσώμεθα, δίκας τῇ τόλμῃ ἀποτινύντας. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι τῶν ἀρχιερέων λεγόντων, οὐ κινοῦνται μὲν πρὸς στάσιν, ἀποκρίνονται δὲ πρὸς αὐτοὺς τῆς χάριτος ἐνεργούσης· Μέμφεσθε ἡμῖν, Φαρισαῖοι, καὶ κόλασιν ἡμῖν ἀπειλεῖτε ὡς βλασφημίαν προϊεμένοις; τίνες κολάσεως ἄξιοι; ὑμεῖς οἱ τὰς Γραφὰς ἀναγινώσκοντες καὶ μὴ νοοῦντες, ἢ ἡμεῖς οἱ

Digitized by Google

superat. Sepulcrum conspicimus, et nutricem conducemus? De suscipienda prole non cogito. Populi salutem quæro et gentis felicitatem, inimicorum captivitatem, populi prosperitatem, non vagitus, fascias, infantiles escas. Hujusmodi res non curo. Quomodo pater legitimi filii inveniar? Senectus fidem repellit, extra naturam res est, genitales partes solutæ sunt: baculum ut equum tenens incedo, et ad conjugalem me operam excitas, quando totum corpus in sepulcrum versum est? Quomodo id cognoscere possim? dic mihi, o maxime Gabriel (necesse quippe est illud ignorantes docere; Gabriel homo Dei significat): dic, quomodo hæc cognoscam? Ecce tremunt membra mea: ambo præ senectute terram conspicimus. Si altera pars juvenis esset, altera senectute laboraret, parva saltem hujusmodi spes superesset: at utriusque corpus collapsum est. Nihil aliud exspectamus nisi falcem mortis, ut spicæ ad messem maturæ. Si tandem vera dicis, domine Gabriel, aliud præcedat signum, pignus mihi dato ut mirabili credam promissioni. Quæ mihi notitia dabitur? Aaron non credidisset, nisi virga floruisset: Moyses non certior factus esset, nisi manus ejus candens fuisset: Gedeon non intellecturus erat, nisi ros in vellus decidisset: Ezechias non cogniturus erat, nisi sol retro cessisset. Quomodo id cognoscam? Da signum, et juvenis more choreas agam: da signum, ut ne Elisabet temere rideat ut Sara. Quæ mihi certa rei notitia, archangele nuntie? undenam mihi manifesta erunt dicta tua? Si secundus Abraham videar, eadem, quæ Abrahamo, mihi evenient. Intra in domunculam meam, et abluam pedes tibi, qui viam emensus es; et apponam tibi mensam mysterio plenam, farinæ sata tria Elisabet subiget, Ecclesiam præfigurans. Pete vitulum, ut des prolem. Quomodo id cognoscam, o tu, qui de cælo in terram veniens bona nobis nuntias? cur mihi pueri nomen, angele, prædicis? cur non exsistentis virtutes enumeras? Ostende mihi illud quod est supra naturam, ut credam rei quæ præter naturam est. Si cælum in fornicem vertatur, ego quoque renovabor: si maris mensuræ ducantur, uxor mea Elisabeta obstetricem accerset: si sol comprehendatur, sicca ubera lac emittent: si luna concutiatur, sicca vulva humida fiet. Quomodo id cognoscam? *Ego enim senex sum, et uxor mea processit in diebus suis* (*Luc.* 1. 18). Reponit angelus Zachariæ: Deumne in pignus postulas? infirmitatem firmiorem Dominica promissione definis? de illo qui bona tibi nuntiat judicium ferre non times? Quomodo id cognoscam, dicis, o Zacharia? Num in Ægyptum mitteris, ut timeas Pharaonem? Quomodo id cognoscam, dicis, o Zacharia? Nihilne Deus supra naturam facit? naturæ consequentiam quæris, et non vides divinitatis stupendum opus? Dic mihi, Zacharia, terræ columnæ ubi fixæ sunt? cæli expansio ubi perficitur? nubium formatio ubi reperitur? pluviarum stillæ ubi formantur? nivis globuli ubi conduntur? solis cursum quis dirigit? lunam interdum decrescere quis curat? stellarum multitudinem quis numerabit? mare furens quomodo arenam reveretur? fluvii præcipites quomodo commiscentur? densæ nubis tenebræ quomodo texuntur? homo quomodo in vulva formatur? femina cur masculo delicatior est? Deo similis anima quomodo repente in corpore reperitur? Quomodo id cognoscam, dicis, o Zacharia? An naturæ consequentiam quæris, ubi divinitas operatur? non credis sterilem parere posse? quid ergo, cum audieris virginem mirabiliter peperisse? et erit incredulitas prius exercita ad fidem; jam enim incredulitas circa sterilem punietur, ut de miraculo circa Virginem non dubites. *Eris*, inquit, *tacens, nec loqui poteris* (*Ib. v.* 20). O clementem ultionem, quæ emendationem parit! illam vocem quæ peccaverat emendat angelus, illam frenat linguam nimis audacem. *Erat*, inquit, *innuens ipsis, et permansit mutus* (*Ibid. v.* 21). Recte evangelista scripsit illud, *Permansit*. Taciturnitas enim vocem quæ pariebatur exspectabat, Zacharias Joannem, senex puerum, sacerdos prophetam. Hinc dicit angelus: Quoniam incredulus signum a Deo quæris, in membris tuis signum accipe quo flagelleris. *Eris*, inquit, *tacens, et non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant.* Lingua enim est contradictionis instrumentum, ibi supplicii præceptum; ubi petulantiæ audacia, ibi correctionis frenum; ubi contumelia recalcitravit, ibi ultionis sententia. Volebat quidem Deus, o Zacharia, te præconem hujus miraculi esse. Nunc enim gignitur is qui Regi dux exercitus erit, et remissionis peccatorum in mundo præparator: quia vero infirmitatem corporis firmiorem Domini præcepto fecisti, ideo *in tacens, nec poteris loqui, usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ impletur in tempore suo.* Vides sine fide nihil, ut oportet, perfici. Ut audivit hæc verba Zacharias, statim a templo exiit, mercedem incredulitatis referens taciturnitatem. O miraculum! ingressus fuerat ut sibi liberaret, et castigatus exiit: qui incensum ad ministerium ferebat, exsilii titulum retulit. Populus exspectabat aliquid boni audire ab illo; et ipse nihil. Nemo ad me accedat, nemo me interroget, Dominæ indignationis terrorem gesto. O res stupenda! Zachariæ os obturatur, et Elisabet bene agit; lingua coercetur, et uterus tumet; expedita lingua sterilis est, et sterilis infructuosa mater efficitur; transfertur morbus uteri in linguam; vox frenatur, et sensus liberatur: Zacharias tacet, et Joannes exsultat. Ille solum vidit sterilis Virginem, lucifer solem agnovit, ac multum exsultavit Joannes in utero matris, matris tarditatem incusans. Domini, inquit, præco sum, et quomodo, ut conservi mei, constringor vinculis? Tempus parturitionis prævenians: non exspecto partum, ne perdam cursum, ne Dominus prævenat servum in prægnantis utero involutum; ne naturæ series sit perversio ordinis. Novi præsentia, et tacere non possum: novi eum qui me præmittit ante faciem suam, ut parem viam ejus ante bona ipsius. Concutio vincula naturæ: nam prædicare festino. O res stupendas et mirabiles! quæ ignorarunt angeli in cælis, novit Joannes in utero gestatus, et dicebat matri suæ: Deum advenire Throni nescibant, et id non fugiebat in utero gestatum: mysterium œconomiæ Dominationibus occultavit, et id qui in utero erat revelavit: et quod venerit archangelus Deiparæ bona nuntians, fetus intus inclusus exsiliens prædicavit. Adveniens enim, ut modo audistis, generis nostri Redemptor, statim atque in utero fuit, amicum suum Joannem adiit: videreque est figulum amplectentem lutum, regem in militis tabernaculo versantem, Dominum in servi domunculam euntem. Quem ex vulva in vulva videns Joannes, naturæ terminos prætercurrere tentavit: Non sum, dicens, eum qui naturæ terminos posuit Dominum. non exspecto tempus partus; non necessarii mihi sunt novem menses ad partum; hoc claustro opus non habeo. Et cur non transilio vincula mei contagia? Exibo: prædicabo stupendarum rerum brevem summam: indicium sum divini adventus, ipsum incarnationis divini Verbi. Clangam, et paternam linguam ad loquendum expeditam reddam: clangam, et maternum uterum emortuum vivificabo. Videte stupendum mysterium: nondum natus est, et saltibus loquitur, nondum apparet, et comminationes mittit; nondum de mare potest, et per opera auditur; nondum vitam delicit, et Deum prædicare prævertit; nondum vidit lucem, et solem novit; nondum nascitur, et præcurrere festinat. Non fert enim Domino adveniente detineri, non vult exspectare partus terminos, sed uteri carcerem rumpere conatur, et prænuntiare Servatorem venientem clamans ex utero: Qui vincula solvit advenit, et cur ego vinctus detinecor? venit is qui verbo apparuit omnia, et cur ego exspecto naturæ terminos? Evolabo, prædiar, præcurram, prædicabo, clamabo, præsentiam omnibus: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* 1. 29). Et hæc quidem sunt Joannis exsultatio

ἐεις, ὅτε τάφος τὸ πᾶν σῶμα γέγονε; Κατὰ τί γνώσο-
ται τοῦτο; φράσον μοι, ὦ μέγιστε Γαβριήλ, (ἀναγκαῖον
γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας γνῶναι, ὅτιπερ Γαβριὴλ
θεοῦ ἄνθρωπος ἑρμηνεύεται)· εἰπὲ, κατὰ τί γνώσομαι
τοῦτο; Ἰδοὺ τρέμοντά μου τὰ μέλη· ἰδοὺ τὸ γῆρας ἀμ-
ροτέρων καὶ εἰς γῆν ὁρώντων. Εἰ μέρος ἐνέαζε, καὶ μέ-
ος ἐπεπαλαίωτο, μικρά τις ἐλπὶς ἦν τῶν λεγομένων·
ῦν ἑκατέρων τὸ σῶμα σεσάθρωται. Οὐδὲν ἕτερον περι-
ένομεν, εἰ μὴ τὸ δρέπανον τοῦ θανάτου, ὡς στάχυες
έπειροι πρὸς θερισμόν. Εἰ δὲ ὅλως ἀληθεύεις, δέσποτά
Γαβριὴλ, ὃ λέγεις, δὸς δὴ ἄλλο προσδοῦσαι σημεῖον, ἀρ-
αβώνά μοι πίστευσον τῆς ἐπαγγελίας τὴν θαυματουρ-
ίαν. Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Ὁ Ἀαρὼν οὐκ ἐπίστευ-
εν, εἰ μὴ ἡ ῥάβδος ἤνθησε· Μωϋσῆς οὐκ ἐπληροφορήθη,
ἰ μὴ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐλευκάνθη· Γεδεὼν οὐ συνῆκεν, εἰ
ὴ ἐπὶ τὸν πόκον γέγονεν ἡ δρόσος. Ἐζεκίας οὐκ ἐπέ-
γνω, εἰ μὴ ὁ ἥλιος ἀνεποδίσθη. Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;
ὺς σὺ σημεῖον, καὶ χορεύω νεανικά· δὸς σημεῖον, ἵνα μὴ
Ἐλισάβετ προπετὴς γελάσῃ, ὡς ἡ Σάρρα. Κατὰ τί
νώσομαι τοῦτο, ἀρχάγγελε μηνυτά; πόθεν μοι δῆλα τὰ
κ σοῦ μοι ῥηθέντα; Εἰ δεύτερος Ἀβραὰμ φαίνομαι,
πάρξει μοι τὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἰδιώματα. Εἰσελθε ὑπὸ τὸ
ωμάτιόν μου, καὶ νίψω τοὺς πόδας σου ὁδοιπορίαν στεί-
αντι, καὶ παραθήσω σοι τράπεζαν μυστηρίου πεπληρω-
ένην· ἀλεύρου σατὰ τρία Ἐλισάβετ φυράσει, τὴν Ἐκ-
λησίαν προζωγραφοῦσα. Ζήτει μόσχον, ἵνα δωρήσῃ
όνον. Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ὁ καλὰ εὐαγγέλια ἀνω-
ὲν ἐπὶ γῆς ἡμῖν φέρων; τί μοι τοῦ παιδὸς τὸ ὄνομα,
ιγγελε, προλέγεις, καὶ τοῦ μὴ παρόντος τὰς ἀρετὰς
ριθμεῖς; Δεῖξόν μοι τὸ ὑπὲρ φύσιν, ἵνα πιστεύσω τὸ
αρὰ φύσιν· ἐὰν ὁ οὐρανὸς ἀνακαμαροῦται, κἀγὼ ἀνα-
ερῶμαι· ἐὰν ἡ θάλασσα μετρῆται, καὶ ἡ γυνή μου Ἐλι-
άβετ μαιοῦται· ἐὰν ὁ ἥλιος καταλαμβάνηται, καὶ οἱ
ῆροι μασθοὶ γάλα ῥεύσουσιν· ἐὰν ἡ σελήνη ἀναχαιτί-
ηται, καὶ ἡ ἔηρὰ μήτρα νοτίζεται. Κατὰ τί γνώσομαι
οῦτο; *Ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου*
προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. Ὁ δὲ ἄγγελος
ρὸς τὸν Ζαχαρίαν· Θεὸν ἐνέχυρον ἀπαιτεῖς; ἐσθέναιαν
εβαιοτέραν τῆς δεσποτικῆς ἐπαγγελίας ὁρίζῃ; τὸν
ὐαγγέλιά σοι κομίζοντα ἀνακρίνειν οὐ δέδοικας; κατὰ
ί γνώσομαι τοῦτο, λέγεις, ὦ Ζαχαρία; μὴ γὰρ εἰς Αἴ-
υπτον ἀποστέλλῃ, ἵνα φοβηθῇς τὸν Φαραώ; κατὰ τί
νώσομαι τοῦτο, λέγεις, ὦ Ζαχαρία; οὐδὲν ὑπὲρ φύσιν
Θεὸς ἐργάζεται; φύσεως ἀκολουθίαν ζητεῖς, καὶ οὐκ
ἴδες θεότητος παράδοξον ποίησιν; Εἰπέ μοι, Ζαχαρία,
ῆς γῆς οἱ στῦλοι ποῦ πεπήγασι; τοῦ οὐρανοῦ δὲ τὸ κύ-
ος ποῦ κατήρτισται; νεφελῶν δὲ αἱ κύται ποῦ εὑρίσκον-
αι; ὑετοῦ δὲ σταγόνες ποῦ στημονίζονται; βόλοι δὲ
ιόνος ποῦ λατομοῦνται; ἡλίου δὲ δρόμον τίς ἡνιοχεῖ;
ελήνης δὲ μείωσιν τίς ὁροθετεῖ; ἀστέρων πλῆθος τίς
ξαριθμήσει; θάλασσα δὲ μαινομένη πῶς ψάμμον αἰ-
είτας; ποταμοὶ δὲ θερμορρύται πῶς συγκιρνῶνται;
μίχλης δὲ σκότος πῶς ἐξυφαίνεται; ἄνθρωπος δὲ ἐν
ήτρᾳ πῶς διαπλάττεται; καὶ τοῦ ἄρρενος τὸ θῆλυ πῶς
ετέρου εὑρίσκεται; θεοείκελος δὲ ψυχὴ πῶς ἀθρόον
ν τῷ σώματι εὑρίσκεται; Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, λέ-
εις, ὦ Ζαχαρία; φύσεως ἀκολουθίαν ζητεῖς, ὅπου θεό-
ητος ἐργασία; τί, τὴν στεῖραν ἀπιστεῖς γεννῆσαι; Τί
ὖν; ἐὰν ἀκούσῃς παρθένον τίκτουσαν παραδόξως; Καὶ
ίη τὸ ἄπιστον εἰς πίστιν προγυμναζόμεθον; Ἔνθεν γὰρ
αὶ ἐπὶ τῆς στείρας νῦν ἀπιστία κολάζεται, ἵνα τὴν ἐπὶ
ῆς παρθένου θαυματουργίαν [815] μὴ ἀμφιβάλῃς.
Ἐσῃ, φησὶ, *σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι.*
Ὦ τῆς φιλανθρώπου τιμωρίας, διόρθωσιν μᾶλλον ἐργα-
ομένης! Αὐτὴν γὰρ ὁ ἄγγελος τὴν σφαλεῖσαν φωνὴν
ωφρονίζει, αὐτὴν χαλινοῖ τὴν τολμήσασαν γλῶσσαν.
Ἦν γὰρ, φησὶ, *διανεύων αὐτοῖς, καὶ διέμεινε κωφός.*
αλῶς ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ τὸ, *Διέμεινε*, συνεγράψατο.
Ἱεριέμενε γὰρ ἡ σιωπὴ τὴν τικτομένην φωνὴν, ὁ Ζαχα-
ίας τὸν Ἰωάννην, ὁ πρεσβύτης τὸν παῖδα, ὁ ἱερεὺς τὸν
ροφήτην. Ἐν οἷς λέγει ὁ ἄγγελος· Ἐπειδὴ οὖν ὡς ἀπι-
τος σημεῖον παρὰ Θεοῦ ζητεῖς, ἐν τοῖς ἰδίοις μέλεσι τὸ
ιαστιγοφόρον προσδέχου σημεῖον. *Ἐσῃ* γὰρ, φησὶ, *σιω-*
πῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας
γένηται ταῦτα. Ὅπου γὰρ τῆς ἀντιλογίας τὸ ὄργανον,
κεῖ καὶ τῆς τιμωρίας τὸ πρόσταγμα· ὅπου τῆς προπε-
είας τὸ θράσος, ἐκεῖ καὶ τῆς παιδείας ὁ χαλινός· ὅπου
ῆς ὕβρις ἐλάκτισεν, ἐκεῖ τῆς ἐπιτιμήσεως ἡ ἀπόφασις.
Ἤθελε μὲν ὁ Θεὸς, Ζαχαρία, κήρυκά σε τοῦ νιούτου
αίματος γενέσθαι· στρατοπεδάρχης γὰρ τοῦ ἐπουρα-
νίου βασιλέως τίκτεται, καὶ τῆς κοσμικῆς τῶν ἁμαρτη-
μάτων λυτρώσεως προκαθαρτής· ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀσύ-
νειαν τοῦ σώματος βεβαιοτέραν τῆς ἐπαγγελίας ἐποιήσω
τοῦ Δεσπότου, διὰ τοῦτο *Ἐσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνά-*
μενος λαλῆσαι ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα, ἀνθ'
ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρω-
θήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν. Ὁρᾷς ὅτι ἄνευ πί-
στεως οὐδὲν τῶν δεόντων κορυφοῦται. Μόνον δὲ ἤκουσεν
ὁ Ζαχαρίας τὰ ῥήματα ταῦτα, εὐθέως ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ
ναοῦ, μισθὸν ἀπιστίας τὴν φίμωσιν βαστάζων. Ὦ τοῦ
θαύματος! ἄλλους εἰσῆλθεν ἐλευθερῶσαι, καὶ αὐτὸς
ἐξῆλθε καταδεδικασμένος· ὁ θυμιατήριον λειτουργικὸν
βαστάζων, τίτλον ἐξορίας περιέφερεν. Ὁ λαὸς περι-
έμενέ τι ἀγαθὸν ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ, κἀκεῖνος διένευσε·
Μηδεὶς με ἐρωτήσῃ· Δεσποτικῆς ἀγανακτήσεως φρίκην
βαστάζω. Ὦ τῶν παραδόξων πραγμάτων! Ζαχαρίας φι-
μοῦται, καὶ ἡ Ἐλισάβετ εὐωχεῖται· ἀναστομοῦται
γλῶττα, καὶ ὀγκοῦται μήτρα· ἡ εὔλαλος γλῶττα στεί-
ρευε, καὶ ἡ ἄκαρπος στεῖρα γίνεται μήτηρ· μετοικεῖται
τὸ πάθος τῆς μήτρας εἰς τὴν γλῶτταν· ἡ φωνὴ χαλι-
νοῦται, καὶ ἡ γονὴ ἐλευθεροῦται. Ζαχαρίας σιγᾷ, καὶ
ὁ Ἰωάννης σκιρτᾷ. Μόνον γὰρ εἶδεν ἡ στεῖρα τὴν
παρθένον, κατενόησεν ὁ ἑωσφόρος τὸν ἥλιον, καὶ
ἐσκίρτησε μέγα ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ μητρικῇ νηδύϊ, τὴν
βραδύτητα τῆς φύσεως αἰτιώμενος. Δεσπότου, φησὶ,
κήρυξ εἰμὶ· καὶ πῶς τοῖς ὁμοδούλοις ὁμοίως πεπέδημαι
δεσμοῖς; Προλάβω τὸν χρόνον τῆς κυήσεως· οὐ περι-
μένω τὸν τόκον, μὴ ἀπολέσω τὸν δρόμον, μὴ δεσπότης
προλάβῃ τὸν περὶ τὰς ὠδῖνας εἱλούμενον δοῦλον, μὴ
γένηται τῆς φύσεως ἡ ἀκολουθία παρανομία τῆς τά-
ξεως. Ἐπέγνων τὸν παρόντα, καὶ σιωπᾷν οὐκ ἀνέχομαι·
ἐπέγνων τὸν προαποστείλαντά με πρὸ προσώπου αὐτοῦ
πορεύεσθαι, ἑτοιμάσαι τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐ-
τοῦ. Σαλεύω τὰ δεσμὰ τῆς φύσεως· κηρύττειν γὰρ
ἐπείγομαι. Ὦ τῶν παραδόξων πραγμάτων καὶ θαυμά-
των! Ἀπερηγνήσαν ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι, ἐγνώρισεν
ὁ Ἰωάννης κυοφορούμενος, καὶ ἔλεγε τῇ μητρὶ αὐτοῦ.
Θρόνους ἔλαθε, καὶ τὸν ἐν μήτρᾳ Θεὸς ἐπιδημῶν οὐ
παρέδραμε· κυριότητας ἔκρυψε, καὶ τῷ ἐν γαστρὶ τὸ
τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἀπεκάλυψε· καὶ ὅπερ ἐλήλυ-
θεν ὁ ἀρχάγγελος τῇ θεοτόκῳ κομίζων εὐαγγέλιον, ἔνδο-
θεν τὸ ἔμβρυον ἀλλόμενον ὑπηγόρευσεν. Ἐπιδημήσας
γὰρ, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε, ὁ τοῦ γένους ἡμῶν λυ-
τρωτὴς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον Ἰωάννην ἀφίκετο κυο-
φορούμενος παραχρῆμα· καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν πλαστουργὸν
ἀσπαζόμενον τὸν πηλὸν, τὸν βασιλέα εἰς τὴν τοῦ στρα-
τιώτου σκηνὴν αὐλιζόμενον, τὸν Δεσπότην εἰς τὸ τοῦ
δούλου δωμάτιον ἀφιγμένον. Ὃν ἐκ μήτρας ἐν μήτρᾳ
θεασάμενος ὁ Ἰωάννης, τῆς φύσεως ὅρους παραδραμεῖν
ἐπεχείρησεν, Οὐκ οἶδα, λέγων, φύσεως ὁροθέτην Κύ-
ριον, οὐκ ἀναμένω κυήσεως χρόνον· ἐν γαστρὶ ἐνναμη-
νιαῖος τόκος οὐκ ἀναγκαῖος ἐμοί· οὐ χρῄζω ταύτης τῆς
εἱρκτώσεως, εἰς ἣν νῦν ἐγκέκλεισμαι. Καὶ τί οὐ δια-
περῶ τὰ δεσμὰ τὰ κατέχοντά με; Ἐξέλθω, κηρύξω
παραδόξων πραγμάτων σύντομον γνῶσιν· σημαντὴρ
εἰμι θεϊκῆς παρουσίας, σάλπιγξ εἰμὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λό-
γου σαρκώσεως. Σαλπίσω, καὶ πατρικὴν γλῶτταν εὐ-
γλωττήσω λαλεῖν [816]· σαλπίσω, καὶ μητρικὴν νεκρω-
θεῖσαν μήτραν ζωώσω. Βλέπε τοῦ μυστηρίου τὸ ξένον·
οὕπω γεννᾶται, καὶ τοῖς σκιρτήμασι φθέγγεται· οὔπω
φαίνεται, καὶ ἀπειλὰς ἀποστέλλει· οὔπω βοᾷν συγχω-
ρεῖται, καὶ δι' ἔργων ἀκούεται· οὔπω μανθάνει τὸν
βίον, καὶ τὸν Θεὸν προκηρύττει· οὔπω βλέπει τὸ φῶς,
καὶ γνωρίζει τὸν ἥλιον· οὔπω τίκτεται, καὶ προτρέχειν
ἐπείγεται. Οὐ γὰρ φέρει τοῦ Δεσπότου ἐλθόντος παρακα-
τέχεσθαι· οὐκ ἀνέχεται περιμένειν τοῦ τόκου τοὺς ὅρους,
ἀλλὰ ῥῆξαι φιλονεικεῖ τὸ τῆς γαστρὸς δεσμωτήριον, καὶ
προμηνῦσαι σπουδάζει τὸν Σωτῆρα ἐρχόμενον, κράζων
τοῖς ἅλμασιν· Ὁ λύων τοὺς δεσμοὺς παρεγένετο, καὶ τί
ἐγὼ δεδεμένος κατέχομαι; ἦλθεν ὁ λόγῳ κατασκευάσας
τὰ σύμπαντα, καὶ τί ἐγὼ περιμένω τοὺς ὅρους τῆς φύ-
σεως; Ἐξέλθω, προδράμω, κηρύξω, βοήσω τοῖς πᾶσι
παρεῖναι· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρ-*
τίαν τοῦ κόσμου. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Ἰωάννου
σκιρτήματα, μᾶλλον δὲ ῥήματα. *Τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλη-*
ρώθη, φησὶν, *ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἐγέν-*
νησεν υἱόν. Καὶ ἤκουσαν οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, καὶ
οἱ περίοικοι, καὶ συνέχαιρον αὐτῇ. Διὰ τί δὲ εἴρηται,
Ἔτεκε καὶ ἐγέννησεν; Ὅτι τὸ μὲν φύσεώς ἐστιν ἔρ-
γον, τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν. Καθ' ὃ γυνὴ μὲν, ἔτεκε· καὶ' ὁ

Digitized by Google

δὲ Πνεύματος ἁγίου χάρις ἐπέστη, ὑπὲρ φύσιν ἐγέννησεν· ἄλλο γὰρ φύσεως πρᾶγμα, καὶ ἄλλο χάριτος ἔργον. Θαῦμα γὰρ ἦν τὸ γινόμενον ὑπὸ Ἰωάννου· καὶ οὐ τοσοῦτον εἶχε τοῦ πατρικοῦ γένους ὅσον τοῦ Θεοῦ Λόγου. Καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ λέγων πρὸς Ζαχαρίαν· *Ἰδοὺ ἡ γυνή σου γεννήσει υἱόν σοι, καὶ Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν· καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου.* Ὢ ἄλλης παραδόξου φύσεως ὁ τόκος τοῦ παιδός! ἢ παράδοξος, καὶ οὐ φυσικός· ὁ γὰρ γεννῶν, σὺν ἡδονῇ γεννᾷ, ἡ δὲ τίκτουσα, ἐν λύπαις τίκτει. Ἐπεὶ οὖν Ζαχαρίας ἠπίστησεν, ἡ δὲ Ἐλισάβετ οὐκ ἀμφέβαλε, τὸν ὀψίγονον παρ' ἐλπίδα δεχομένη παῖδα, τούτου χάριν, τίκτειν καὶ γεννᾷν προσαγορεύεται, τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν, τὸ δὲ διὰ τὴν πίστιν. Ὁ γεννῶν γὰρ, καθὼς προεῖπον, τὸν ἡδονῇ γεννᾷ· ἡ δὲ τίκτουσα, ἐν λύπαις τίκτει. Ποία δὲ λύπη ἐπὶ τῆς Ἐλισάβετ, ὅπου Πνεύματος ἁγίου παρουσία, οὐχὶ δὲ μαίας ἀπείρου περιοδεία; ἡνίκα τῆς χάριτος τὸ ἔργον, οὐ τῆς φύσεως τὸ βάρος; καὶ πῶς, ἄκουε. Οἰκτρὸς ἦν ὁ πόνος πρὸς σύγκρισιν τῆς χαρμοσύνης. Οὐ γὰρ κατὰ τὸ γεννηθῆναι ὁ Ἰωάννης τὴν χάριν ἐδέξατο, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς μητρικῆς νηδύος τὴν στολὴν τοῦ ἁγιασμοῦ δεξάμενος, στρατηγὸς παράδοξος γέγονε, καθὼς ἔφη ὁ ἄγγελος· *Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου.* Τίς τίνος προελεύσεται; Ἰωάννης τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· διὰ τοῦτο Πρόδρομος ὀνομάζεται, ὡς ἔστιν αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου ἀκούσαι λέγοντος περὶ τοῦ Σωτῆρος· *Ἔρχεται ὀπίσω μου ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὀπίσω*, διὰ τὸν χρόνον· *ἔμπροσθεν*, διὰ τὸν θρόνον. Διὰ τί δὲ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει· Ἠλίου τοῦ Θεσβίτου ὁ Γαβριὴλ τὸν Ἰωάννην προϊππάζειν τοῦ βασιλέως Χριστοῦ ἔλεγεν; Ἄκουε συνετῶς· Ἠλίας, Θεὸς ἑρμηνεύεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἰωάννης τὸν Θεὸν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, Πνεύματος γὰρ ἁγίου ἐπλήσθη ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, τὸ δὲ Πνεῦμα ὁ Θεός ἐστι· περὶ αὐτοῦ γὰρ ἔλεγεν ὁ Κύριος διὰ τοῦ προφήτου ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων· *Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου*, καὶ πολλοὺς ἐπιστρέψει ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλήθειαν· τούτου χάριν ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου ὁ Ἰωάννης προοδεύει τοῦ Κυρίου· ἐπειδὴ καὶ πολλὰ παραπλήσια τοῦ Ἠλίου εἶχεν ὁ Ἰωάννης. Ἀμέλει τὸ βρέφος τίκτεται, καὶ ἡ φωνὴ τῷ πατρὶ ἀποδίδοται. Ἐρωτώμενος γὰρ, φησὶν, ὁ Ζαχαρίας, τὸ τί ἂν θέλοι τὸ παιδίον καλεῖσθαι, *Αἴτησε πινακίδιον, καὶ ἔγραψε λέγων· Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Ὁ μὴ πιστεύσας τοῦ ἀγγέλου τοῖς λόγοις, νῦν ἠναγκάσθη γράψαι τὴν ὑπόστασιν, ἐγγράφως κηρύττων· ὁ μὴ δεξάμενος τότε τῇ ἀκοῇ τὰ λεχθέντα, νῦν νομοθετεῖ τῇ χειρὶ [817], τὰ γινόμενα γράφων. Καὶ τὴν προσηγορίαν ἀποδοὺς τῷ παιδὶ, ἀπέλαβε τὴν φωνήν· *Ὤθεν*, φησὶν, *ἐθαύμασαν πάντες. Ἀνεῴχθη γὰρ παραχρῆμα τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώττης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν.* Ὢ τοῦ παραδόξου καὶ ξένου θαύματος! ὄνομα γράφεται τέκνου, καὶ στόμα πατρὸς κωφὸν διανοίγεται· Ἰωάννης καλεῖται, καὶ τοῦ καλοῦντος ἡ γλῶττα ῥυθμίζεται. Ὁρᾷς ὡς οὐ διήμαρτε, καὶ ἡμεῖς ἀπαρεμποδίστως εἰπόντες τὴν πρέπουσαν ἐξήγησιν, οὐ διημάρτομεν; Ἰδοὺ γὰρ αὐτοῦ τοῦ δικαίου τὸ ὄνομα στόμα σιωπῆς διανοίγει, καὶ γλῶσσαν δυσκίνητον διεγείρει. Οὕτω γὰρ δείκνυται βοῶσα ἡ Ἰωάννου φωνὴ, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα φωνῆς ἐνέργεια γίνεται. *Ἐγὼ*, φησὶ, *φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.* Ὢ τοῦ θαύματος! Λόγος ἐπιδημεῖ, καὶ φωνὴ προκηρύττει· Δεσπότης ἔρχεται, καὶ δοῦλος προαποστέλλεται· Βασιλεὺς παραγίνεται, καὶ στρατιώτης προετοιμάζεται. Χαίρωμεν οὖν καὶ εὐφρανθῶμεν, ὅτι ἡ Ἐλισάβετ ἐγέννησε, καὶ ὁ Ζαχαρίας ἐλάλησεν· ὅτι στεῖρα ἔτεκε, καὶ ὁ πρεσβύτης ἐβόησεν, ὅτι πανακίδιον κηρόχυτον ἐζητήθη, καὶ γλῶσσα ἱερατικὴ ἐλύθη, καὶ ἡ φωνὴ ἐπανῆλθεν· ὅτι πρόδρομος ἐφάνη, καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐχάρη. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἔδει καταλῦσαι τὸν λόγον· οὐ συγχωρεῖ δὲ Ζαχαρίας βοῶν· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.* Ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων! Τί λέγει ὁ Ζαχαρίας; Πρώτην φωνὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Ζαχαρίας ἐβόησεν, *Εὐλογητὸς Κύριος.* Τί οὖν; τέθνηκεν ὁ Ζαχαρίας, καὶ ἀνέστη; Οὐ τέθνηκε φυσικῶς· παραπλήσια δὲ ὑπέμεινε τῷ θανάτῳ. Οἰκοδεν γὰρ, ὥσπερ τάφον, τὴν σιωπὴν ἔσχε, καὶ σπαργάνοις κατεδέθη, τοῖς γλωττίοις δεσμοῖς· τὸν βίον μετῆλθε, μὴ ἀναπνέων τὴν ἱερωσύνην· καὶ θρῆνον ὑπέμεινε, τὴν τοῦ λαοῦ στυγνότητα. Ἱερέως γὰρ ἀργοῦντος, τῷ πένθει κατέπιπτον πάντες οἱ μεσιτευόμενοι. Πρώτην φωνὴν ταύτην ἐβόησε μετὰ τὴν τροπικὴν ταύτην ἀνάστασιν ὁ Ζαχαρίας· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ.* Ὢ Ζαχαρία, εἰ μὴ τὸν πνευματικὸν στάχυν κατεῖδες, τὸν νοητὸν γεωργὸν οὐκ ἐγνώριζες· εἰ μὴ τὸ δῶρον ἀπέλαβες, τὸν δοτῆρα οὐκ εὐλόγησας. Ἀλλ' ἀξίαν ᾠδὴν τοῦ δώρου ὁ Ζαχαρίας προφητικῶς τῷ Θεῷ ἤνεσε. Κράζωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ·* ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια.

Ἑορτάσαι θέλω, ἀγαπητοὶ, καὶ πανηγυρίσαι βούλομαι· ἡ γὰρ ἁγία τῶν φωτῶν ἡμέρα καὶ σφραγὶς ἐστιν ἑορτῆς, καὶ θύρα πανηγύρεως. Σφραγίζει μὲν τὸ σπήλαιον τῆς Βηθλεὲμ, ὅπου δὴ ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ὡς παιδίον ὑπομάζιον ἐν φάτνῃ κατέκειτο· ἀνοίγει δὲ τὰς πηγὰς τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου πάλιν οὗτος βαπτίζεται μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, διὰ τῶν ἀχράντων αὐτοῦ μελῶν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τῷ κόσμῳ δωρούμενος. Ἀλλ' ὅτε μὲν ἐπὶ γῆς αὐτὸς προῆλθεν ἐκ μήτρας, τοῖς νηπίοις ὡς νήπιος, τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, τῇ μητρὶ ὡς υἱὸς, τοῖς ποιμέσιν ὡς καλὸς ἐφάνη ποιμήν. *Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων*, φησὶν ἡ θεία Γραφή. Νῦν δὲ τὰς τοῦ Ἰορδάνου μέλλει καταλαμβάνειν πηγὰς, τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, τὴν ἀπ' αὐτῶν ἁμαρτίαν ἀποπλύναι βουλόμενος. Καὶ τὸ μέγα τῆς τοιαύτης πανηγύρεως θαῦμα. Παῦλος ὁ σοφώτατος; βοᾷ λέγων· *Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις·* καὶ πᾶσα τῷ κόσμῳ πλησνάζει φαιδρότης. Χαίρει ὁ οὐρανὸς πρῶτος ἐνωτιζόμενος τὴν κατιοῦσαν φωνὴν [818], ἀὴρ ἁγιάζεται καθιπταμένου τοῦ Πνεύματος, ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ψυχὰς μετὰ σωμάτων ἀποσμήχειν ἐμάνθανε. Καὶ πᾶσα μὲν ἡ κτίσις μίαν ἑορτῆς ἐπετέλει χορείαν· μόνος δὲ ἐπένθει ὁ διάβολος, ὁρῶν κολυμβήθραν εὐτρεπιζομένην, τὴν αὐτὸν ἀποπνίγουσαν μόνον. Τί γάρ φησι; *Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ πρὸς τὸν Ἰωάννην τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;* Τίς εἶδε δεσπότην οἰκέτῃ παριστάμενον; τίς εἶδε βασιλέα στρατιώτῃ τὴν κεφαλὴν ὑποκλίναντα; τίς εἶδε ποιμένα ὑπὸ προβάτου σφραγιζόμενον; τίς εἶδεν ἀγωνοθέτην ὑπὸ ἀθλητοῦ βραβευόμενον; *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι.* Δὸς αὐτός μοι, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ὁ μέλλεις τῷ κόσμῳ χαρίζεσθαι, βάπτισμα· *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι*, ὅτι ὑφ' ἁμαρτίαν πατρῴαν συνεκλείσθην, τὸν ἰὸν περιφέρω τοῦ ὄφεως· ἐγὼ χρείαν ἔχω τῆς ἀρχαίας παραβάσεως ἀποπλύναι τὸν σπίλον· αὐτὸς δὲ, φησὶν, ὑπὲρ ποίων ἁμαρτιῶν ἐλήλυθας ἐπὶ τὸ βάπτισμα; ἔχεις προφήτην ὑπὲρ σοῦ μαρτυροῦντα, *Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.* Πῶς ὁ παρέχων τὸν ἱλασμὸν, ζητεῖ ἀπολύτρωσιν; Ἔθος τοῖς βαπτιζομένοις ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· αὐτὸς δὲ τί ἔχεις ἐξομολογήσασθαι, ὁ παντελῶς ὑπάρχων ἀναμάρτητος; τί παρ' ἐμοῦ ζητεῖς, ὅπερ οὐκ ἐδιδάχθην; Οὐ κατατολμῶ τῶν μειζόνων· οὐκ οἶδα πῶς ἀποπλύνεται φῶς· ἥλιον δικαιοσύνης λούειν οὐκ ἐπίσταμαι· οὐ φωτίζει τὴν ἡμέραν ἡ νὺξ χρυσὸς οὐ δουλεύει μολίβδῳ, τεχνίτην οὐ διορύσσει πηλὸς, θάλασσα παρὰ πηγῆς οὐ δανείζεται ῥεῦμα, ποταμὸς οὐκ ἐπιδέεται ῥανίδος· ἐκ ῥύπου τὸ κάλλος οὐ καθαίρεται, κατάκριτος κριτὴν οὐκ ἀπολύει. Ἐγὼ

Digitized by Google

nes, imo verba. *Elisabet autem impletum est tempus pariendi, et genuit filium. Et audierunt cognati ejus et vicini, et congratulabantur ei* (*Luc.* 1. 57. 58). Cur dictum est, *Peperit, et genuit?* Quia illud quidem naturæ est opus, hoc vero supra naturam; quatenus mulier peperit; quatenus vero Spiritus sancti gratia adfuit, supra naturam genuit: aliud enim naturæ, aliud gratiæ est opus. Miraculum enim erat id quod fiebat a Joanne, et non tantum habebat ex paterno genere quantum ex Dei Verbo. Hujus rei testis est ipse archangelus Gabriel Zachariæ dicens: *Ecce uxor tua gignet tibi filium, et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum: et ipse præibit ante illum in Spiritu et virtute Eliæ* (*Luc.* 1. 13. *seqq.*). O aliam stupendam naturam, pueri nempe partum! certe stupendus est, non naturalis: nam qui gignit, cum voluptate gignit; quæ vero parit, cum doloribus parit. Quia ergo Zacharias non credidit, Elisabet vero non dubitavit, serotinum præter spem accipiens filium, ideo parere et gignere dicitur; illud per naturam, hoc per fidem. Nam qui gignit, ut dixi, cum voluptate gignit; quæ vero parit, in doloribus parit. Quis autem dolor Elisabetæ, ubi Spiritus sancti præsentia erat, non imperitæ obstetricis ministerium? Quando gratiæ erat opus, non naturæ onus. Et quomodo, audi.** Miserabilis et exiguus erat labor cum lætitia comparatus. Non enim post partum Joannes gratiam accepit, sed in ipso materno utero stolam sanctitatis induit. Dux mirabilis factus est, sicut dixit angelus: *Spiritu sancto replebitur ex utero matris suæ: et ipse præcedet ante illum in Spiritu et virtute Eliæ.* Quis quem præcedet? Joannes Dominum Christum. Ideo Præcursor vocatur; ut ipsum Joannem audimus de Servatore dicentem: *Venit post me vir, qui ante me fuit* (*Joan.* 1. 30); post, propter tempus; ante, propter thronum. Cur autem Gabriel dixit Joannem in Spiritu et virtute Eliæ Thesbitæ Regem Christum præcedere? Sapienter audi: Elias Deum significat. Quia igitur Joannes Deum habuit in seipso; nam Spiritu sancto repletus est ex utero matris suæ; Spiritus vero Deus est: de ipso enim dicebat Dominus per prophetam ante multa tempora: *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te* (*Mal.* 3. 1), et multos convertet ab errore ad veritatem: ideo in Spiritu et virtute Eliæ Joannes præcedit Dominum; quoniam multa Eliæ similia habuit Joannes. Infans paritur, et vox patri restituitur. Interrogatus enim, inquit, Zacharias, quem vellet vocari puerum, *Postulavit pugillarem, et scripsit dicens, Joannes est nomen ejus* (*Luc.* 1. 63). Qui verbis angeli non credidit, nunc coactus est visionem scribere, scripto prædicans: qui dicta audiens non admiserat, nunc manu legem dat, quæ facta fuerant describens. Et postquam puero nomen dedit, vocem accepit. *Unde*, inquit, *mirati sunt omnes. Apertum est enim statim os ejus, et solutum est vinculum linguæ illius, et loquebatur benedicens Deum* (*Id. v.* 63 64). O stupendum et novum miraculum! Scribitur nomen pueri, et os patris mutum aperitur; Joannes vocatur, et vocantis lingua restauratur. Viden' quomodo non aberravit, et nos, dum sine obice quæ congruentia sunt enarramus, non aberremus? Ecce namque ipsum justi nomen os tacens aperit, et linguam impeditam excitat. Sic enim Joannis vox clamans ostenditur; quia ejus nomen ad vocem efficax est. Ego, inquit, *Vox clamantis in deserto; parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* (*Matth.* 3. 3). O miraculum! Verbum advenit, et vox prius prædicat; Dominus venit, et servus præmittitur; Rex advenit, et miles præparatur. Gaudeamus ergo et lætemur, quia Elisabet genuit, et Zacharias loquutus est; quia sterilis peperit, et senex clamavit; quia pugillaris cereus quæsitus fuit, et lingua sacerdotalis soluta est voxque rediit; quia Præcursor apparuit et mundus totus gavisus est. Sed hic dicendi finis faciendus erat; verum id non permittit Zacharias clamans: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebi suæ* (*Luc.* 1. 68). O res stupendas! Quid dicit Zacharias? Primam vocem post resurrectionem clamando protulit, *Benedictus Dominus.* Quid igitur? mortuusne est Zacharias, et resurrexit? Non naturaliter mortuus est, sed similia passus est ac si mortuus esset. In se namque quasi sepulcrum habebat silentium, et pannis involutus erat, linguæ vinculis; vitam obiit, cum non ultra spiraret sacerdotium; et luctum sustinuit, populi mœrorem. Sacerdote namque cessante, in luctum incidebant omnes in medio positi. Hanc primam vocem clamando protulit Zacharias post hanc in figura sumptam resurrectionem: *Benedictus Dominus Deus Israel.* O Zacharia! nisi spiritualem spicam vidisses, spiritualem agricolam non novisses; nisi donum accepisses, datori non benedixisses. Sed dignum Deo canticum Zacharias prophetice Deo cecinit. Clamemus et nos: *Benedictus Dominus Deus* Christianorum, *quia visitavit et fecit redemptionem plebi suæ.* Ipsi gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN SANCTA THEOPHANIA, ID EST, IN EPIPHANIAM ET BAPTISMA CHRISTI.

Festum et celebritatem agere volo, dilecti: nam sancta luminum dies et sigillum est festi, et janua celebritatis. Obsignat enim spelunca Bethlehemitica, ubi antiquus dierum ut puer lactens in præsepe jacebat: aperit autem fontes Jordanis, ubi hic baptizatur cum peccatoribus, per intemerata membra sua peccatorum remissionem mundo concedens. Sed cum ex utero ipse in terram prodiit, infantibus ut infans, hominibus ut homo, matri ut filius, pastoribus ut bonus pastor apparuit: nam *Ego sum pastor bonus, qui animam pono pro ovibus* (*Joan.* 10. 11), inquit divina Scriptura. Nunc autem Jordanis fontes aditurus est, publicanorum nempe et peccatorum, ut peccatum ipsis abluat. Et quod magnum est in hac celebritate miraculum, Paulus sapientissimus clamat dicens: *Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus* (*Tit.* 2. 11), et omnis lætitia orbem implet. Gaudet cælum, quod emissam vocem primum audivit, sanctificatur aer, volante Spiritu, et aquarum natura animas cum corporibus abstergere didicit. Et omnis quidem creatura unam celebritatis choream agebat; solus vero diabolus lugebat, paratam videns piscinam, quæ ipsum solum suffocaret. Quid enim dicit? *Tunc venit Jesus in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me* (*Matth.* 3. 13. 14)? quis vidit dominum servo adstantem? quis vidit regem militi caput inclinantem? quis vidit pastorem ab ove obsignatum? quis vidit agonothetam ab athleta præmio donatum? *Ego a te debeo baptizari.* Da mihi tu, Domine, inquit, quod mundo largiturus es baptisma: *Ego a te debeo baptizari,* quia in paterno peccato conclusus, serpentis venenum circumfero: opus est mihi ut antiquæ transgressionis maculam abluam: tu vero, inquit, pro quibus peccatis ad baptismum venisti? habes prophetam de te testificantem, *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* (*Isai.* 53. 9). Quomodo tu, qui propitiaris, redemptionem quæris? Mos est ut qui baptizantur, peccata sua confiteantur: tu vero quid habes quod confitearis, qui omnino impeccabilis es? cur a me quæris id, quod non edoctus sum? Non audeo majora

Digitized by Google

attingere; nescio quo pacto abluatur lux; solem justitiæ lavare nescio; nox diem non illuminat, aurum non servit plumbo, lutum artificem non corrigit, mare non fluentum mutuo accipit a fonte, fluvius non eget stilla; quod est mundum a sorde, non purgatur; damnatus judicem non absolvit. *Ego a te debeo baptizari.* Mortalitas vitam non excitat; medicum morbus non curat. Agnosco naturæ meæ vilitatem: non est enim discipulus super magistrum, neque servus super dominum suum. Ad me non accedunt Cherubim cum tremore; mihi Seraphini proni non clamant sanctissimum hymnum; ego thronum non possideo cælum; non me stella magis prædicavit; ego vocem non habeo omnia creantem. Moyses servus posteriora videre dignatus est, et quomodo ego intemeratum caput tangere audebo? Cur mihi permittis ea, quæ me superant? palmam non habeo, quæ Deum baptizare possit. *Ego a te debeo baptizari.* Ex sterili natus sum; sed te jubente non contradixit natura. Tunc, dum in generationis loco habitarem, nec loqui valerem, matris labia mutuatus sum: nunc vero quomodo te præsentem non Deum prædicabo, quem virginea arca complexa est? Num, ut Judæi, mente cæcus sum? Scio te, cum Dominus esses, formam servi accepisse, ut formæ nostræ medicus esses; scio te id apparuisse, quod salvum facis; scio te petram fidei factum esse, cui misertus es. Sed rebus visibilibus non impedior, quin videam intellectualia; ego enim mortalis, tu Deus immortalis; ego ex sterili, sed tu ex Virgine. Primus quidem sum, sed te, qui post me venisti, non major; præcessi prædicans, sed non ut talem baptizem. Novi te esse securim ad radicem positam; novi cæsorem infructuosæ plantationis Judæorum; novi falcem contra morbos animi se admoventem; dixi appropinquare fontem curationum. Quem enim locum inveniam prodigiis tuis expertem? Leprosos verbo mundasti, sanguinis fontem tactu fimbriæ siccasti, solo jussu paralyticum firmasti, per miraculum tuum micæ Chananææ filiam nutrierunt, luto cæcum oculorum usu donasti; et cur petis ut tibi manum imponam? *Ego a te debeo baptizari. Qui respicis terram, et facis eam tremere* (*Psal.* 103. 32); qui super aquas ut in pavimento ambulas; qui meretrici permisisti ut pedes abstergeret tuos, eique remisisti peccatorum concessisti; quomodo audebo venerandum caput tuum tangere, qui prædicando sæpe clamavi: *Venit fortior me post me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti* (*Marc.* 1. 7). Reprime, o Domine, aitemperationis tuæ imbrem; amplius enim non fero, illoque demergor. Quid illi Christus dicit? *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Sine modo.* Ut vox verbo ministrato, ut servus domino servi, ut miles regi, ut lutum figulo. Ne mandatum timeas, sed confide: me tu baptiza, ut ego mundum liberem. Morti tradar, ut naturam mortuam vivificem. Tu jussus refugis extendere manum, Judæi vero paulo postea me tradere morti non dubitabunt. *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Ante sæcula ex benignitate decrevi genus hominum servare: homo propter hominem factus sum. Quid magnum, si filius hominis ad baptismum venerat? non enim despexi opus manuum mearum; non me pudet terrenæ naturæ. Quod eram sum, quod non eram factus sum, immutabili manente natura. Sine igitur modo. Generis inimicus de cælis ejectus est, ex terrenis depulsus est, jam in aquarum natura bibula habet. Sed ut illum inde etiam fugarem advenit, propheta clamante: *Tu confregisti caput draconis in aquis* (*Psal.* 73. 14). *Sine modo.* Ad me quasi hominem accessit tentator, idque fero, ut ejus infirmitatem traducam; dicam enim illi: *Non tentabis Dominum Deum tuum* (*Matth.* 4. 7). O novum miraculum! o ineffabilem gratiam! Christus certat, et ego bravium fero; ipse cum diabolo pugnat, et ego contra diabolum victoriam obtineo; ipse confringit caput draconis in aqua, et ego legitimus athleta coronor; ipse baptizatur, et ego sordes depono; Spiritus sanctus venit super illum, et mihi peccatorum remissionem largitur; ipse declaratur a Patre Filius dilectus, et ego per ipsum filius Dei efficior. Cæli namque ipsi aperti sunt, ut baptizati domicilium appareret, et vox paterna testificatur ipsi dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite* (*Matth.* 3. 17; *Luc.* 9. 35). Ipsum decet gloria et imperium semper, et in omnia sæcula. Amen.

IN NATALE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Cum post gelidam hiemem vernus calor elucet, tunc terra floridam herbam emittit, arbores comatis ramis ornantur, aer sole illustratus lætior est, et omnis avium chorus per æthera volans melodiis personat. Tunc et qui montes incolunt bubulci et pastores, ex tugurijs egressi, jucunditate aeris vultus in meliorem formam mutant, et cum dulcisonarum avium cantibus, variis tibiarum sonis concertantes, oviumque sensus demulcentes, ad pascua agnos lento gressu ducunt. Tunc et agricola postquam in tabernaculo falcem cote acuit, ad vineam concedit, ut putet inutiles vitis palmites. Tunc et marini nautæ tranquillum pelagus videntes, relicta terra, ligno, aquæ et vento animas suas concredentes, læti dorso maris gestati, sine metu trajiciunt. In summa, ne in ipso procœmio longior sim, omnis ars, omnis cura, ad vitæ hominum usum spectans, aere sereno, sine obice ad opera se confert. Age ergo, quia Christus nobis ver cæleste ex Virginis visceribus ortus est, frigidasque et procellosas diaboli nubes dissipavit, ac dormientia hominum corda ex fumo ignorantiæ expergefecit, ad cælestem et beatam gloriam corda nostra excitemus. Sed linguæ meæ cursum reprimit Christi generatio divinitate fulgens, et me ad seipsam attrahit. Cum enim infantem ex Virgine natum sub conspectum duco, necnon Virginem sine viri opera prægnantem, et post partum virginem, rem curiosius exploro, et cum modum non inveniam, id fide obsigno. Quomodo enim mirum non fuerit, neque omnem mentem superaverit, quod virgo genuerit, et virgo post partum inventa fuerit? Quod genuerit, natus infans probat; quod vero post partum virgo permanserit, ipsa ejus corporis natura docuit. Fide ergo mysterium visibile et invisibile, quod capitur et non capitur, quod tangitur nec invenitur. Quis enim non videbat et non tangebat et infantem et matrem? quis vero videns matrem virginem, et infantem virginis filium, mysterium curiosius inquirendo invenire potest? O mysterium vere cæleste et terrenum, ejus qui tenebatur et non tenebatur, videbatur et non apparebat! Talis enim erat qui hodie natus est Christus, cælestis et terrenus, qui tenebatur et non tenebatur, videbatur et invisibilis erat: cælestis secundum divinitatis naturam, terrenus secundum humanam formam; qui videbatur secundum carnem, invisibilis secundum spiritum; qui tenebatur secundum corpus, teneri non poterat ut Verbum. Sed Christus quidem Deus omnipotens, ut voluit, mundo suo natus apparuit: mentem vero meam magis obstupefacit Virgo prægnans, quæ Virgo non de cælo descenderat, sed ex semine Davidis conspiciebatur; non ex Spiritu, sed ex corpore et anima constans, in utero concepit; atque id tumor uteri arguebat, et nullus infantis intus inclusi sinus apparebat. Cælum enim inhabitat, et infantem in virgineo utero mystice operabatur. Secundum naturam nascebatur, et obstetrices infantem virgineum ventrem manu tractabant, et corruptionem, ut in aliis mulieribus, non reperiebant: Deus enim erat qui pa-

Digitized by Google

χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. Νεκρότης τὴν ζωὴν οὐκ ἐγείρει, ἰατρὸν νόσος οὐ θεραπεύει. Γινώσκω μου τῆς φύσεως τὴν εὐτέλειαν· οὐκ ἔστι γὰρ μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. Ἐμοὶ μετὰ φόβου τὰ Χερουβὶμ οὐ προσέρχονται, ἐμοὶ τὰ Σεραφὶμ κεκυφότα τὸ τρισάγιον οὐ βοᾷ, ἐγὼ θρόνον τὸν οὐρανὸν οὐ κέκτημαι, ἐμὲ τοῖς μάγοις ἀστὴρ οὐκ ἐκήρυξεν, ἐγὼ φωνὴν οὐκ ἔχω δημιουργοῦσαν τὰ σύμπαντα. Μωϋσῆς ὁ θεράπων ἰδεῖν τὰ ὀπίσθια ἠξιώθη, καὶ πῶς ἐγὼ ἀχράντου κεφαλῆς ἅψασθαι τολμήσω; Τί ὑπερβαίνοντα ἐπιτρέπεις μοι; οὐκ ἔχω παλάμην Θεὸν βαπτίσαι δυναμένην. *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι.* Ἐκ στείρας γεγέννημαι· ἀλλὰ σοῦ κελεύσαντος, οὐκ ἀντέλεγεν ἡ φύσις. Καὶ τότε μὲν τὸ τῆς γεννήσεως οἰκεῖον χωρίον, καὶ λαλεῖν κωλυόμενος ἔτι, τῆς ἐμῆς μητρὸς ἐδανεισάμην τὰ χείλη· νῦν δὲ πῶς οὐ θεολογήσω σε παρόντα, ὃν παρθενικὴ κιβωτὸς ἐχώρησε; Μὴ κατὰ Ἰουδαίους τετύφλωμαι τὴν φρένα; Οἶδα ὅτι Δεσπότης ὢν μορφὴν δούλου ἀνέλαβες, ἵνα ἰατρεύσῃς μορφήν· οἶδα ὅτι ἐφάνης ὁ σώζειν, οἶδα ὅτι πέτρα πίστεως γέγονας, ὃ ἠλέησας. Ἀλλ' οὐκ ἐμποδίζομαι τοῖς ὁρωμένοις, τὰ νοούμενα βλέπων· ἐγὼ γὰρ θνητὸς, σὺ δὲ Θεὸς ἀθάνατος· ἐγὼ ἐκ στείρας, ἀλλὰ σὺ ἐκ παρθένου. Πρῶτος μέν εἰμι, ἀλλὰ σοῦ τοῦ μετ' ἐμὲ μείζων οὐκ εἰμί· προέλαβον κηρῦξαι, ἀλλ' οὐ βαπτίσαι τοιοῦτον. Ἔγνων σε κειμένην πρὸς τὴν ῥίζαν ἀξίνην· ἐγνώρισα τὸν ὑλοτόμον τῆς ἀκάρπου τῶν Ἰουδαίων φυτείας· εἶδον τὴν κατὰ τῶν παθῶν ἐγγίζουσαν δρεπάνην· εἶπον γειτνιᾷν πηγὴν τῶν ἰάσεων. Τίνα γὰρ τόπον ἄμοιρον εὑρήσω τῶν σῶν τεραστίων; Λεπροὺς ἐκαθάρισας λόγῳ, αἱμάτων πηγὴν ἀφῇ κρασπέδου ἐξήρανας, μόνῃ κελεύσει τὸν παράλυτον ἐσφιγξας, τῷ σῷ θαύματι τὰ ψιχία τῆς Χαναναίας τὸ θυγάτριον ἔθρεψε, πηλῷ τὸν τυφλὸν ἐνωμμάτωσας, καὶ πῶς τὴν παρ' ἐμοῦ χειροθεσίαν αἰτεῖς; *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι.* *Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν·* ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὡς ἐπ' ἐδάφους πεζεύων· ὁ πόρῃ παραχωρήσας ἐκμάξαι τοὺς πόδας τοὺς σοὺς, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρησάμενος [819]· πῶς τολμήσω τῆς σεβασμίου σου ἅψασθαι κορυφῆς, ὁ πολλάκις ἐν τῷ κηρύττειν βοήσας· *Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ ἰκανός εἰμι λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος αὐτοῦ;* Παῦσόν μου, ὦ Δέσποτα, τῆς σῆς συγκαταβάσεως τὸν ὄμβρον· ἐπὶ πολὺ γὰρ οὐ φέρω κατακλυζόμενος. Τί δέ φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός; *Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἄφες ἄρτι.* Ὡς φωνὴ ὑπηρέτησον τῷ Λόγῳ, ὡς δοῦλος δεσπότῃ ὑπούργησον, ὡς στρατιώτης βασιλεῖ, ὡς πηλὸς κεραμεῖ. Μὴ φόβου τὸ ἐπίταγμα, ἀλλὰ θάρσει· βάπτισόν με σὺ, ἵνα ἐγὼ ἐλευθερώσω τὸν κόσμον. Θανάτῳ παραδίδομαι, ἵνα τὴν φύσιν νεκρωθεῖσαν ζωώσω. Σὺ μὲν κελεύομενος ὄκνεῖς ἐκτεῖναι τὴν χεῖρά σου, Ἰουδαῖοι δὲ μετ' ὀλίγον παραδοῦναί με οὐ νωχήσουσιν. *Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.* Τὴν ἐμὴν πρὸ αἰώνων ὥρισα φιλανθρωπίαν διασῶσαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος διὰ τὸν ἄνθρωπον γέγονα. Τί μέγα, εἰ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ἐπὶ τὸ βάπτισμα παραγίνομαι; οὐ γὰρ παρεῖδον τῶν χειρῶν μου τὸ ποίημα· οὐκ ἐπῃσχύνθην τὸ γεῶδες τῆς φύσεως. Ὃ γὰρ ἦμην, γέγονα ἅπερ οὐκ ἦμην, ἀμεταβλήτου μεινάσης τῆς φύσεως. Ἄφες οὖν ἄρτι. Ὁ τοῦ γένους ἐχθρὸς τῶν οὐρανίων ἐρρίφη, τῶν γηΐνων ἐδιώχθη· ἐμφωλεύει λοιπὸν ἐν τῇ τῶν ὑδάτων φύσει. Ἀλλὰ κἀκεῖθεν αὐτὸν φυγαδεῦσαι παραγέγονα, τοῦ προφήτου βοῶντος· *Σὺ συνέτριψας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Ἄφες ἄρτι.* Ὡς ἀνθρώπῳ μοι προσῆλθεν ὁ πειράζων, καὶ φέρω, ἵνα τὴν τούτου στηλιτεύσω ἀσθένειαν· ἐρῶ γὰρ αὐτῷ, *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.* Ὦ καινοῦ θαύματος, ὦ χάριτος ἀφράστου! Ὁ Χριστὸς ἀγωνίζεται, κἀγὼ τὰ βραβεῖα βαστάζω· αὐτὸς τῷ διαβόλῳ μάχεται, κἀγὼ τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην ἐπιφέρομαι· αὐτὸς τὴν τοῦ δράκοντος κεφαλὴν συντρίβει ἐπὶ τοῦ ὕδατος, κἀγὼ ἔννομος ἀθλητὴς στεφανοῦμαι· αὐτὸς βαπτίζεται, κἀγὼ τὸν ῥύπον ἀποτίθημι· ἐπ' αὐτῷ τὸ ἅγιον ἔρχεται Πνεῦμα, καὶ μοι τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν χαρίζεται· αὐτὸς μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς Υἱὸς ἀγαπητὸς, κἀγὼ γίνομαι υἱὸς Θεοῦ δι' αὐτόν. Οἱ οὐρανοὶ γὰρ αὐτῷ ἠνεῴχθησαν, ἵνα φανῇ τοῦ βαπτισθέντος τὸ οἰκητήριον, καὶ φωνὴ τούτῳ Πατρικὴ μαρτυρεῖ λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος πάντοτε, νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας. Ἀμήν.

Εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ὁπόταν ἐκ χειμῶνος κρυεροῦ θερμὸν ἔαρ ἐκλάμψῃ, τότε καὶ ἡ γῆ χλοεραν πόαν προβάλλεται, καὶ τὰ δένδρα ἀνθοκόμοις πρέμνοις ὡραΐζεται, καὶ ὁ ἀὴρ ἡλίῳ καταλαμπόμενος ἀγλαΐζεται, καὶ πᾶς ὀρνίθων χορὸς, ἀνὰ τὸν αἰθέρα πετώμενος, ταῖς μελῳδίαις κλαγγάζει. Τότε καὶ οἱ ἐν τοῖς δρεσιν οἰκοῦντες βουνόμοι τε καὶ ποιμένες, τῶν καλυβῶν ὑπεξελθόντες, τῷ τοῦ ἀέρος κάλλει τὰς ὄψεις μεταῤῥυθμίζουσι, καὶ ταῖς τῶν κελλιφώνων ὀρνέων κλάγγεσι πολυφθόγγοις δόναξιν ἀντίμιμα λυρῳδοῦντες, τὰς τῶν ἀλόγων προβάτων αἰσθήσεις ἡδύνοντες, ἐπὶ τὴν πόαν τοὺς ἄρνας πράῳ τῷ βήματι φέρουσι. Τότε καὶ γεωργὸς, τὴν δρεπάνην ἐν τῇ σκηνῇ θήξας παρὰ τὴν πέτραν, ἐπὶ τὸν ἀμπελῶνα πορεύεται κεῖραι τῆς ἀμπέλου τὸ ἄγονον κλῆμα. Τότε καὶ πελάγιοι πλωτῆρες, ἄζαλον ὁρῶντες τὸ πέλαγος, τὴν χέρσον λιπόντες, ξύλῳ καὶ ὕδατι καὶ πνεύματι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καταπιστεύσαντες, τοῖς τῆς θαλάσσης κυπρίζοντες νώτοις, ἀφόβως ἐφίπτανται. Καὶ ἁπαξαπλῶς, ἵνα μὴ ἐν τῷ προλόγῳ μηκύνω τὸν λόγον, πᾶσα τέχνη, καὶ πᾶν ἐπιτήδευμα πρὸς τὴν χρείαν τῆς ζωῆς τοῖς ἀνθρώποις πεποιημένον, τοῦ γαληνοῦ ἀέρος ἐκλάμψαντος, ἀκώλυτον ἔχει τὴν κίνησιν πρὸς τὴν τῆς ἐργασίας ὁρμήν. Δεῦρο τοίνυν, ἐπειδὴ καὶ ἡμῖν τὸ οὐράνιον ἔαρ Χριστὸς ἐκ παρθενικῶν λαγόνων ἀνέτειλε, καὶ τὰς ψυχρὰς [820] καὶ ζαλώδεις ὁμίχλας τοῦ διαβόλου διεσκέδασε, καὶ τὰς καθευδούσας τῶν ἀνθρώπων καρδίας ταῖς θείαις αὐτοῦ ἀκτῖσιν ἐκ τοῦ καπνοῦ τῆς ἀγνωσίας διύπνισεν, ἐπὶ τὴν οὐράνιον καὶ μακαρίαν δόξαν τὸν νοῦν ἡμῶν παροξύνωμεν. Ἀλλ' ἱστᾷ μου τὸν δρόμον τῆς γλώττης ἡ Χριστοῦ γέννα, θεότητα ἀπαστράπτουσα, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται. Ὅταν γὰρ ὑπ' ὄψιν ἑαυτοῦ ἀγάγω τὸ βρέφος τὸ ἐκ τῆς Παρθένου τεχθὲν, καὶ τὴν παρθένον ἄνευ ἀνδρὸς, καὶ μετὰ τόκον παρθένον τυγχάνουσαν, πολυπραγμονῶ τὸ ἔργον, καὶ μὴ εὑρίσκων τὸν τρόπον, τῇ πίστει σφραγίζω τὸ πρᾶγμα. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστι θαυμαστὸν ἀληθῶς καὶ πᾶσαν ὑπερβαῖνον ἔννοιαν, τὸ παρθένον γεννῆσαι, καὶ παρθένον εὐρεθῆναι μετὰ τὸν τόκον; Καὶ ὅτι ἐγέννησε, τὸ κυηθὲν βρέφος ἤλεγχε· καὶ ὅτι μετὰ τὴν κύησιν παρθένος ἐτύγχανεν, ἡ οἰκεία αὐτῆς τοῦ σώματος φύσις ἐδίδασκεν. Ἴδε οὖν μυστήριον ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, κρατούμενον καὶ μὴ κρατούμενον, ψηλαφώμενον καὶ μὴ εὑρισκόμενον. Τίς γὰρ οὐχ ἑώρα καὶ ἐκράτει καὶ τὸ βρέφος καὶ τὴν μητέρα; τίς δὲ ὁρῶν τὴν μητέρα παρθένον, καὶ τὸ βρέφος παρθένου τέκνον, τὸ μυστήριον πολυπραγμονῶν ἐξευρίσκει; Ὦ μυστηρίου ἀληθῶς ἐπουρανίου καὶ ἐπιγείου, κρατουμένου καὶ μὴ κρατουμένου, ὁρωμένου καὶ μὴ φαινομένου! Τοιοῦτος γὰρ ἦν, καὶ ὁ γεννηθεὶς Χριστὸς σήμερον, οὐράνιος καὶ ἐπίγειος, κρατούμενος καὶ μὴ κρατούμενος, ὁρώμενος καὶ ἀόρατος· οὐράνιος κατὰ τὴν τῆς θειότητος φύσιν, ἐπίγειος κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος σχέσιν, ὁρώμενος κατὰ τὴν σάρκα, ἀόρατος κατὰ τὸ πνεῦμα, κρατούμενος κατὰ τὴν σάρκα, ἀκράτητος κατὰ τὸν Λόγον. Ἀλλὰ Χριστὸς μὲν Θεὸς ὢν παντοδύναμος, ὡς ἐβούλετο, τῷ ἰδίῳ κόσμῳ τεχθεὶς ἐπεφάνη· ἐκπλήττει δέ μου πλεῖον τὸν νοῦν ἡ τῆς Παρθένου ὠδὶν, ὅτι Παρθένος οὐκ ἐξ οὐρανοῦ κατελθοῦσα, ἀλλ' ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ὁρωμένη, οὐκ ἐκ πνεύματος τυγχάνουσα, ἀλλ' ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συνιστῶσα, ἐν γαστρὶ ἐλάμβανε· καὶ ὁ ὄγκος τῆς γαστρὸς κατηγόρει τοῦ πράγματος, καὶ ὁ τοῦ ἐνδοθεν βρέφους σπορεὺς οὐκ ἐφαίνετο. Οὐρανὸν γὰρ κατοικεῖ, καὶ τὸ βρέφος ἐν τῇ παρθενικῇ νηδὺϊ μυστικῶς ἐτελεσιούργησε. Διὰ τῆς φύσεως ἐτίκτετο, καὶ αἱ μαῖαι ἐψηλάφων καὶ τὴν γεννῶσαν φύσιν καὶ τὸ βρέφος, καὶ τὴν φθορὰν, ὡς ἐπ' ἄλλων γυναικῶν, οὐχ εὑρισκον· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ δι' αὐτῆς προερχόμενος. Ὦ βάτε,

Digitized by Google

Centurionis cujuspiam servus male habens moriturus rat (*Luc.* 7. 1), sed non mortuus est juvante Domino: moriturus erat, utpote homo, sed intercedente eligioso viro non mortuus est. Natura suum exigit ebitum; sed naturæ Dominus possessori possessionem suam concessit propter ipsius fidem: mors et aturæ necessitas ad obitum vim inferebant; sed obstit fides morti repugnans, ejus leges solvens. Ne ero dubites posse fidem mortis vincula rumpere, et b ipsis inferis animas abstrahere: fides etiam inerni portas aperit, cælis claustra apponit, et naturæ erminos removet, ignis vim sedat, flammam in roem vertit, mortis stimulum hebetat. Non sine testionio loquor: id ex sacris Scripturis tibi probabo. ixi fidem portas inferi aperire, et cælis claustra aponere. Horum clara accipe argumenta: vide mihi eatum Petrum verbo inferni portas aperientem, et abitham inde reducentem. Tantum enim dixit, *Tabitha, surge* (*Act.* 9. 40); statimque portæ inferi aperiuntur, cadunt tartarei vectes; mortua vero celerius uam viventes obedit. Rursus Elias propheta fide iltus dixit, *Non erit pluvia, nisi per os meum* (3. *Reg.* 7. 1); et cælum in æs vertitur, cohibetur pluvia nnis tribus et sex mensibus, terra quasi natura sua errea, solitum fructum negat, ut scias quanta possit des. Homo in terra sententiam dicit, et Deus in elo sententiam firmat; mortale os loquitur, et Dei ententia re verba confirmat. *Clausit*, inquit, *Elias elum annis tribus et mensibus sex* (*Luc.* 4. 25). Cæli laustrum erat os hominis mortalis pia fide ornatum. dem rursus Elias igneos conscendere currus (4. *Reg.* . 11) ausus est, et quasi volucris ad æthereas maniones advolavit, vereque hactenus mortem non xpertus est, non ex lege naturæ, sed ex gratia unica t vi fidei intactus servatus. Quid multa dicere opus st? Enoch a vita in vitam cum corpore translatus st, mortem, senectutem et naturam per fidem vicit. ulta quoque alia de fide dicenda suppetunt, sed usersedeo, ne fastidium ingenerem. Licet vero sciam ivina eloquia vobis Christi amantibus non fastidium, ed desiderium parere; tamen ad propositum revear. *Centurionis*, inquit, *cujusdam servus male habens moriturus erat, qui erat illi carus.* Carus domino serus. Licet enim avaritia servum excogitaverit, at lomini probitas naturæ cognationem non negavit. Non despiciebat ut servum, sed diligebat ut contribulem: humanitate grave servitutis jugum leve redens. Audite et discite heri, qui servos habetis, ne illos quasi a natura alienos contemnatis, neque conieneres ut inimicos habeatis, obtemperantes Paulo licenti: *Domini, quod justum est et æquum servis præstate, remittentes minas: scientes quia et illorum et vester Dominus est in cælis* (*Col.* 4. 1. *et Ephes.* 6. 9). Concessit Deus ut servus esset, ut Deo servire discas. Benevolentiam exigis a servo? benevolus et tu esto Domino. Punis peccantem? igitur ne pecces, ne punaris a Deo. Veniam non das congeneri? ne tu veniam petas. Nam te docet evangelium ita orare: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Matth.* 6. 12). Ut ergo a Deo benignitatem quæritis, sic et benignita e erga congeneres ltimini. *Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judæorum* (*Luc.* 7. 3). Quid audierat? Quod verbo curaret, verbo mortuos susciteret, verbo dæmonas pelleret, verbo omnia perficeret. *Vivus enim est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti* (*Hebr.* 4. 12). Non herbas, non pharmaca adhibet; sed verbum ab illo mittitur, et opus perficit. Vide quanta sit inter centurionem et Judæos differentia. Ille audiens, ex solo auditu credidit, et credens quasi ad Deum accessit; illi vero ipsis oculis videntes miracula, illorum patratorem negabant; etiamsi visus sit efficacior auditu. Efficacior certe; sed nequitiam habebant morbi magistram. Ideo cæci judicio suo Judicem despiciebant. *Misit*, inquit, *seniores Judæorum, rogans eum ut veniens sanaret servum suum. Misit ad eum seniores*; non ex superbia ipse venire recusans, sed non audens ipse pro seipso intercedere, ob magnitudinem dignitatis Christi. Sciebat se hominem esse ex homine corruptibili; Jesum vero Deum de Deo, unigenitum Filium ex Patre ingenito. Ideo seniores Ecclesiæ ex reverentia mittit, ante apostolos apostolica implens: *Infirmatur quis? advocet presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum: et si in peccatis sit, remittentur ei* (*Jac.* 5. 14). Misit ergo seniores ad ipsum, rogans eum ut veniens sanaret servum suum. Tu vero commiserationem viri mirare: infirmante namque servo suo, non contempsit, sed tantam curam habuit, quantam quis pro seipso adhibuisset. Hæc autem erant viri virtutis studiosi, tantum exhibere studium et seniores mittere ad servi curationem. Sciebat æqualitatem naturæ; nec despicit eum ut servum, sed miseratur ut conservum, sciens communem esse omnibus Deum. Verum talis quidem erat ille centurio. Multi autem divites a bene valentibus servis ministeria sine ulla venia expetunt, infirmantium vero nullam gerunt curam; sed accidente morbo, ancilla decumbente, non attendit dominus, non curat domina. Sed si quando opus sit ut domina opem ferat, non curat illam ut ejusdem naturæ, sed torvis respicit oculis, austeris loquitur verbis, ob superbiæ tumorem cognationem naturæ negans: et tamen legitis Scripturas. Nescitis quid dicat sanctus David? *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum; sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum* (*Psal.* 122. 2). Revereare imaginem, Scripturas observa, et infirmanti auxiliare. Servator, Filius Dei unigenitus, pro homine homo fieri dignatus est: tu vero homo cum sis, recusas æqualem quasi non æqualem, non dignaris communem naturam miserari? Et quando brutum animal claudicat, sollicitus es ejus, quia in usu tibi est; quando vero rationabile animal, id est, servus tuus infirmatur, illum abjicis nec curas. Despiciesne illum, quia rationabilis est is qui tibi servit? Ideo zelo inflammamur. Admodum bona res est homo apud Deum; sed pretiosa res est vir misericors. Nos vero non attendimus Scripturis; sed externos quidem interdum alimus, hominum gloriam aucupantes; domesticos vero fame perire, vel frigore congelari sinimus, Dei retributiones non cogitantes. Verum non talis erat centurio ille semper vigilans, qui vere servum possidebat, et possessum simul et seipsum servabat, ut Dei possessionem: qui prudentia plenus et divina sapientia illustratus erat. Ideo seniores primum ad Jesum mittit. Illi vero cum magno studio intercedunt, et multa referunt quæ illum flectere possint, dicuntque: Dignus est cui gratiam conferas (*Luc.* 7. 4): probus est qui donum accipit, dignus præsentia tua. *Diligit enim gentem nostram, et ædificavit nobis synagogam.* Vere multa pietatis argumenta, plurima bonæ conscientiæ signa. Quænam hæc? Dei amor, et bonus erga hominem affectus. *Diligit enim gentem nostram*, scilicet legem. *Plenitudo enim legis dilectio* (*Rom.* 13. 10). *Et synagogam ædificavit*, suum erga Deum affectum exhibens. Cum enim Deo domum ædificavit, ipsum templum quasi columnam conspicuam suæ erga Deum dilectionis erigit. Vide quomodo bona opera, necessitatis tempore commemorata, magnam intercedentibus fiduciam præstent: ubique enim bona opera ad flectendum efficacia sunt. Illi ergo sic intercedebant: Jesus vero seniorum petitioni annuit, non illorum reverentia; sed centurionis fidem admisit. Surgens

Digitized by Google

ergo ibat cum illis fortasse lentiore gradu et remissiore; non tardus ad beneficium præstandum, sed ut tempus daret, quo interiorem centurionis affectum patefaceret, ut publicaret inconcussam fidem ad incredulos arguendos; utque sinceram, puram et non fictam voluntatem manifestam faceret. Nam, *Cum jam non longe esset a domo, misit ad eum centurio servos suos dicens: Domine, noli vexari; non enim sum dignus ut sub tectum meum intres* (*Luc.* 6. 7). Ex primo animi motu misit seniores, sed postquam hoc fecerat, non quievit. Interim namque secum reputans quanta esset differentia dignitatis, mittit servos rogans eum, et dicens: *Noli vexari; non sum dignus ut sub tectum meum intres.* O prudentiam! o vigilantiam centurionis! Non latuit eum Deus in homine absconditus, non latuit eum unigenitum Verbum, corpore amictum et occultatum. Videt templum, et in eo habitantem intelligit. Non latuit eum Dominus in servi officio, Rex in captivi specie, parvus ille in magnitudine infinita. Statim ergo miratur Jesus, et testificatur ipsi summam ipsius fidem, urbanumque ejus animi motum, quo Servatori dicebat, *Non sum dignus ut sub tectum meum intres.* Qualis erat etiam Petrus, de captura piscium stupefactus, et hinc intelligens magnam ejus virtutem, deinde rogans eum et dicens: *Recede a me, quia homo peccator sum, Domine* (*Luc.* 5. 8). Sed fortassis quæ Petrum spectabant, ignorabat, sciebatque illud quod in Levitico fertur: *Lepra*, inquit, *insidens immundum facit eum qui in morbum incidit* (*Levit.* 13. 2). Lepræ autem similes sunt impetigines, vitiligines et albugines. Hos autem morbos discernere difficile est, maxime initio ægritudinis: quapropter vult lex sacerdotem harum rerum peritum esse. Ducit ergo lex sacerdotem in domum ejus qui examinatur; ibique cum judicavit esse lepram, omnia, quæ in domo sunt, immunda declarat. Ideo multi primo domum evacuant, et tunc sacerdotem vocant. Hæc cum sciret beatus centurio, adventum Servatoris abnuit. *Non sum dignus*, inquit, *ut sub tectum meum intres.* Multi sunt sub illo tecto: novi peccata mea: recuso igitur tuam ut judicis præsentiam, antequam me expurgem. Scio te esse sacerdotum omnium principem, et Patris summum sacerdotem. *Non sum dignus ut sub tectum meum intres. Cælum tibi thronus est, et terra scabellum*: quæ domus capiet immensum? Non habeo cælestem domum, ut sub tectum meum intres; non habeo regias aulas, ut Regem cælorum excipiam. Quomodo sub tectum excipiam eum, *Qui tegit aquis superiora ejus* (*Psal.* 103. 3)? quomodo vile diversorium contubernalem excipiet illum, qui palma cælum metitur (*Isai.* 40. 12)? quod tectum capiet eum qui totum cælum et terram simul continet? *Non sum dignus ut sub tectum meum intres.* Ut benelici, ingressum rapio; ut judicis, præsentiam timeo. Explorator es animarum, examinator renum, scrutator cordis et judex peccatorum. *Non sum dignus ut sub tectum meum intres.* Meipsum timeo. *Dic* ergo *verbum, et sanabitur puer meus.* Annon tibi videtur is qui dicit, *Tantum dic verbo*, clare scire illud, *Verbo Domini cæli firmati sunt, et omnis virtus eorum* (*Psal.* 32. 6); et quod omnia Verbo facta et continentur et administrantur? Divina namque cogitatione illuminatus vir, statim ut vidit Jesum corpore, hunc Filium Dei esse novit. *Dic verbo tantum*, inquit. Scio quid de te prædixerit sapiens Salomon: *Neque herba, neque malagma sanavit populum tuum, sed verbum tuum, Domine, quod omnia sanat* (*Sap.* 16. 12). *Dic verbo tantum.* Scio cujus Verbum sis, et quantam virtutem possideas, quodque verbo omnia perfeceris. Non partus dolores habuit Pater, cum te genuit, non partus dolores habes faciens, nec creans. *Dic verbo tantum.* Verbum enim tuum omnia perficiendi vim habet; non aerem verberans, sed voluntatem tuam declarans. *Dic verbo tantum*: da pignus, ut qui audiunt certiores fiant. Vide prudentiam; adventum differri rogat, cognitionem vero non circumscribit: nam cognitionem ejus testificatur, et rogat ne in via pergat. Hanc vero ita sapientem cogitationem excipit alia major. Sic enim vir de virtute in virtutem progreditur, et apud illum exuberant dignorum sensuum divitiæ, innovatum speculationum accessionibus. *Dic verbo tantum, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; et dico huic, Vade, et vadit; et servo, Fac hoc, et facit.* Scio, inquit, te omnium potestate præcinctum, quasi unum ex nobis apud nos advenisse. Venisti ad nos, ut nos venimus, in omnia habens potestatem, ut dicit sanctus David: *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi* (*Psal.* 118. 39). Dormis, et mare intumescit; surgis, et fluctus sedantur; mortuos evocas, et mortuus celerius quam vivus obedit. *Dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus.* Hic liberum animæ motum non impedire, quominus ad meliora procedatur, declarat. Habeo, inquit, sub me milites. Milites vero diversas illas et varias in homine latentes cogitationes vocat: solet enim beatus Paulus has milites appellare. *Condelector*, inquit, *legi secundum interiorem hominem: video autem aliam legem, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati* (*Rom.* 7. 22. 23). Jure ergo dicebat ille, *Habeo sub me milites*; non contra me habeo; *et dico huic, Vade, et vadit; et alteri, Veni, et venit*; non imperor, sed impero cogitationibus. Forteque centurio vocatur, quasi princeps et imperans affectibus, ut tantam nobis contra brutos affectus potestatem et perseverantiam exhibeat: quam nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN ILLUD, EXIIT QUI SEMINAT SEMINARE SEMEN SUUM (*Luc.* 8. 5).

Virgo terra arabilis, a peritis agricolis boum ope aratro sulcata, semina accipit, et in glebis ea complectens, primo herbam germinat, deinde spicam erigit, denique granum frumenti plenum in spica profert. Tunc agricolæ conspicuam videntes spicarum segetem, laborum suorum spem celebrant, Deoque sincere supplicant, ut apparentium bonorum fructus sine damno conservet. Sæpe namque æstate appropinquante, quando ex spe quasi certa gaudet agricola, aut æstuosus auster spicam ventilat, aut ærugo corrodit, aut bruchus devorat, aut grando excutit, et bonæ spei exitum labefactat; ita ut agricola multo mœrore pressus, falcemque in tabernaculum referens, ex infelici ætatis exitu sese dolore maceret. Quando vero aeris temperies pulchram et maturam spicam efficit, et seges senum instar albescens inclinatur, æstivam sectionem exspectans; tunc rustici, et palmæ cum acutis falcibus expansæ, labores laboribus addunt, et desiderium ejus spemque felici exitu explent: tunc aliis animantibus domi quiescentibus, solus bos, hilari gressu, torvis oculis, in aream pergit. Et alia quidem animalia, capræ, porci, oves, quæ colla sua aratri jugo non subegerunt, propriæ premente conscientia, serviliter ad aream accedentia, spicarum manipulum furantur: solus autem bos liberam linguam extendens, suorum fructus laborum fideliter carpit. Vidisti illic eos qui falce secant? vidisti spicarum feracem agrum, aream, bovem? Inde sermonem transfer ad ecclesiasticum ordinem, et videbis prædictam agriculturam in mysterio Ecclesiæ. *Exiit*, inquit, *qui seminat seminare.* Illud enim modo audivimus in evangelio, *Exiit*, quis? Christus, ex

Digitized by Google

κλησιν ἐδέξατο τῶν πρεσβυτέρων, οὐκ αὐτοὺς αἰδούμενος, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑκατοντάρχου πίστιν ἀποδεξάμενος. Ἀναστὰς οὖν ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. Τάχα που καὶ σχολαίτερον ἐβάδιζε, καὶ τὸν [827] βαθμὸν ἥρεμον ἐποιεῖτο, οὐ βραδύνων πρὸς εὐποιΐαν, ἀλλὰ καιρὸν ἐνδιδούς, ἵνα τὴν ἔνδον λανθάνουσαν τοῦ ἑκατοντάρχου δημοσιεύσῃ διάθεσιν, ἵνα πομπεύσῃ τὴν ἀπαράβατον πίστιν πρὸς ἔλεγχον τῶν ἀπιστούντων, ἵνα τὴν ἀκραιφνῆ καὶ ἀκίβδηλον θεατρίσῃ γνώμην. *Ἤδη γὰρ αὐτοῦ οὐ μακρὰν, ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος τοὺς φίλους αὐτοῦ, λέγων, Κύριε, μὴ σκύλλου· οὐ γὰρ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ὁρμὴν ἀποστέλλει τοὺς πρεσβυτέρους· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ποιήσας, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ μένων, οὐκ ἠρεμεῖ. Ἐν τοσούτῳ γὰρ λογισάμενος ὅσον ἐστὶ τὸ διάφορον τοῦ ἀξιώματος, ἀποστέλλει φίλους, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων, *Μὴ σκύλλου· κἀγὼ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Ὦ τῆς συνέσεως καὶ νήψεως τοῦ ἑκατοντάρχου! οὐκ ἔλαθεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώπῳ κρυπτόμενος· οὐκ ἔλαθεν αὐτὸν ὁ μονογενὴς Λόγος τῇ τοῦ σώματος περιβολῇ καλυπτόμενος. Ὁρᾷ τὸν ναὸν, καὶ νοεῖ τὸν οἰκήτορα. Οὐκ ἔλαθεν αὐτὸν ὁ Δεσπότης ἐν δούλου ἀξίᾳ, ὁ βασιλεὺς ἐν αἰχμαλώτου ὄψει, ὁ βραχὺς ἐν ἀπεριορίστῳ μεγέθει. Αὐτίκα γοῦν θαυμάζει Ἰησοῦς, καὶ μαρτυρεῖ αὐτῷ τὴν ἄκραν πίστιν αὐτοῦ, τὴν ἀστείαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ὁρμὴν, καθ' ἣν ἔλεγε τῷ Σωτῆρι· *Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Οἷος ἦν καὶ Πέτρος, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων καταπλαγείς, καὶ ἔννοιαν λαβὼν τοῦ μεγέθους τῆς δυνάμεως, εἶτα παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων· *Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς εἰμὶ ἐγὼ, Κύριε.* Ἀλλ' ἴσως μὲν τὰ περὶ Πέτρου οὐκ ᾔδει, τὰ δὲ ἐν τῷ Λευιτικῷ ἐγνώκει. *Λέπρα, φησὶν, ἐπικειμένη ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ὑποπεσόντα τῇ νόσῳ.* Τῇ δὲ λέπρᾳ παρεοίκασιν ἄλφοι καὶ λεῦκαι καὶ λειχῆνες. Δυσδιάκριτα δὲ τοιαῦτα τὰ πάθη τοῖς πολλοῖς, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου· ὅθεν ὁ νόμος τὸν ἱερέα βούλεται τῶν τοιούτων ἐπιγνώμονα καθίστασθαι. Ἄγει τοίνυν ὁ νόμος τὸν ἱερέα εἰς τὸν τοῦ κρινομένου οἶκον· κἀκεῖ κρίνας ὡς λέπραν, πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ μεμολυσμένα ἀποφαίνει. Ὅθεν οἱ πολλοὶ προμελετᾶσκευάζουσι, καὶ τότε τὸν ἱερέα καλοῦσι. Τὴν ἐκ τούτου ἔννοιαν ὁ μακάριος ἑκατόνταρχος λαβὼν, παραιτεῖται τὴν ἄφιξιν τοῦ Σωτῆρος. *Οὐκ εἰμὶ, φησὶν, ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Πολλοὶ ὑπὸ τὴν στέγην ἐκείνην· οἷα ἐμαυτοῦ τὰ ἁμαρτήματα· παραιτοῦμαι τοίνυν τὴν ὡς κριτοῦ παρουσίαν, πρὶν ἀποκαθάρωμαι. Οἶδά σε τῶν ἐρίων ἁπάντων ἡγεμόνα, καὶ τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα· *Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Οὐρανός σοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον· ποῖος οἶκος χωρήσει τὸν ἀχώρητον; Οὐκ ἔχω στέγην οὐράνιον, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· οὐκ ἔχω βασιλικὰς αὐλὰς, ἵνα τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν ὑποδέξωμαι. Ἕως ὑπωρόφιον δέξομαι *Τὸν στεγάζοντα ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ*; πῶς δὲ τὸ πενιχρόν μου καταγώγιον μόσκηνον δέξεται τὸν σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν μετρήσαντα; ποία στέγη χωρήσει τὸν σύμπαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν χωροῦντα ὁμοῦ; *Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Ὡς μὲν εὐεργέτου τὴν ἴσοδον ἁρπάζω, ὡς δὲ κριτοῦ τὴν παῤῥησίαν εὐλαβοῦμαι. Ἐπίσκοπος εἶ ψυχῶν, ἐξεταστὴς νεφρῶν, ἐρευνητὴς καρδίας καὶ κριτὴς ἁμαρτιῶν. *Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.* Δέδοικα ἐμαυτόν· *Εἰπὲ οὖν λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.* Ἆρα οὐ δοκεῖ σοι [*ὁ λέρων*], *Εἰπὲ λόγῳ μόνον*, σαφῶς εἰδέναι, ὅτι *Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*, καὶ ὅτι πάντα Λόγῳ γινόμενα καὶ συνέχεται καὶ διοικεῖται; Ἀπὸ γὰρ θείας ἐννοίας φωτισθεὶς ὁ ἀνὴρ ἀθρόον τὸν Ἰησοῦν σώματι ἑώρα, τοῦτον Υἱὸν Θεοῦ γνωρίζων. *Εἰπὲ, φησὶ, λόγῳ μόνον.* Οἶδα τί προηγόρευσεν ὁ σοφὸς Σολομὼν περὶ σοῦ· *Οὔτε βοτάνη, οὔτε μάλαγμα ἐθεράπευσε τὸν λαόν σου, ἀλλ' ὁ λόγος ὁ σὸς, Κύριε, ὁ πάντα ἰώμενος. Εἰπὲ λόγῳ μόνον.* Οἶδα τίνος Λόγος χρηματίζεις, καὶ ὅσην κεκτημένος τὴν δύναμιν τυγχάνεις, καὶ ὅτι λόγῳ τὰ πάντα ποιῶν διετέλεσας. Οὐκ ὠδίνεν ὁ Πατὴρ ἐπὶ σοὶ γεννῶν σε· οὐκ ὠδίνεις ποιῶν, οὐκ ὠδίνεις δημιουργῶν. *Εἰπὲ λόγῳ μόνον.* Ὁ γὰρ λόγος σου πρὸς πάντα ἀνυσιμώτατος τυγχάνει, οὐ τὸν ἀέρα πλήττων, [828] ἀλλὰ τὴν σὴν θέλησιν δηλῶν. *Εἰπὲ* οὖν *λόγῳ μόνον*· ὃς τὸ σύνθημα εἰς πληροφορίαν τῶν ἀκουόντων. Βλέπε σύνεσιν, τὴν μὲν ἀφιξιν ὑπερθέσθαι παρακαλεῖ, τὴν δὲ γνῶσιν οὐ περιγράφει· τὴν μὲν γὰρ γνῶσιν αὐτῷ μαρτυρεῖ, τὴν δὲ ὑπόστασιν εἰς ὁδὸν παραιτεῖται. Ταύτην δὲ τὴν οὕτω σοφὴν ἔννοιαν διαδέχεται ἄλλη τις μείζων. Οὕτω γὰρ ἀπὸ δυνάμεως εἰς δύναμιν ὁ ἀνὴρ προβαίνει, καὶ πτηγάζει παρ' αὐτῷ ἀξιολόγων νοημάτων πλοῦτος, νεάζων ἐν ταῖς τῶν θεωρημάτων ἐπιδόσεσιν. *Εἰπὲ λόγῳ μόνον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύου, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ, Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.* Οἶδα, φησὶν, ὅτι τῶν πάντων τὴν ἐξουσίαν περιεζωσμένος, ὡς εἷς τῶν πάντων πρὸς ἡμᾶς ἐπεδήμησας. Ἦλθες πρὸς ἡμᾶς ὡς ἡμεῖς, πάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Δαυΐδ· *Τῇ διατάξει σου διαμένει ἡμέρα, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σά.* Καθεύδεις, καὶ ἡ θάλασσα διανίσταται· ἀνίστασαι, καὶ γαληνιᾷ τὰ κύματα. Τεθνεῶτας καλεῖς καὶ ὁ τεθνεὼς τοῦ ζῶντος ὀξύτερον ὑπακούει. *Εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος.* Ἐνταῦθα τὴν τῆς ψυχῆς αὐτεξούσιον ὁρμὴν κωλύειν τοῦ ἐπὶ τὰ κρείττονα παραβαίνειν δηλοῖ. Ἔχω, φησὶν, ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. Στρατιώτας τοὺς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ποικίλους καὶ διαφόρους ἐμφωλεύοντας λογισμοὺς καλεῖ. Οἶδε γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος τούτους στρατιώτας ὀνομάζειν· *Συνήδομαι*, φησὶ, *τῷ νόμῳ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· ὁρῶ δὲ ἕτερον νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας.* Εἰκότως οὖν ἔλεγεν, *Ἔχω ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· οὐ κατ' ἐμαυτοῦ ἔχω· καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύου, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχου, καὶ ἔρχεται·* οὐκ ἄρχομαι, ἀλλ' ἄρχω τῶν λογισμῶν. Τάχα που ὁ ἑκατόνταρχος καὶ διὰ τοῦτο κέκληται ἑκατόνταρχος, ὡς ἄρχων καὶ αὐτοκράτωρ τῶν παθῶν, τοσαύτην ἐν τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν ἡμῖν καρτερίαν ἐπιδεικνύμενος· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἰς τὸ, Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ.

Ἡ παρθένος ἄρουρα ὑπὸ ἐμπείρων γεωργῶν τῇ τῶν θείων συνεργείᾳ τοῖς ἀρότροις αὐλακισθεῖσα, δέχεται τὰ σπέρματα, καὶ ταῖς βώλοις περιπτύξασα, πρώτον ἐλαστάνει τὴν πόαν, εἶτα μηκύνει τὸν στάχυν, εἶτα ἐλήρη ἐν τῷ στάχυϊ τοῦ σίτου τὸν κόκκον προβάλλεται. Τότε οἱ γεωργοὶ λαμπρὸν ὁρῶντες τῶν ἀσταχύων τὸ ἦθος, τῶν οἰκείων πόνων τὰς ἐλπίδας σεμνύνουσι, τὸν θεὸν δὲ ἱκετεύειν εἰλικρινῶς σπεύδουσιν, ἵνα τῶν φαινομένων ἀγαθῶν τοὺς καρποὺς ἀβλαβεῖς διασώσῃ. Πολλάκις γὰρ ἐγγιζούσης τῆς τοῦ θέρους ἀκμῆς, καὶ εὐλήπτου τῆς ἐλπίδος τυγχανούσης, καὶ περιχαροῦς ὄντος τοῦ γεωργοῦ, ἡ θερμὸς ἐπιπνεύσας τὸν ἄσταχυν λίκμησεν, ἢ ἐρυσίβη κατέσηψεν, ἢ βροῦχος κατέφαγεν, ἢ χάλαζα κατέξανε, καὶ ἀωρον τῆς ἐλπίδος τὸ τέλος ἐμήνυεν· ὡς τὸν γεωργὸν ὑπὸ πολλῆς ἀθυμίας τιτασθέντα, τὴν δρεπάνην τῇ σκηνῇ ἐγκοιμίσαντα, τῷ ἀώρῳ τέλει τοῦ θέρους ἑαυτὸν συμμαραίνειν τῇ λύπῃ. Ὁπόταν δὲ ἡ τῶν ἀέρων εὐκρασία λαμπρὸν καὶ πέπειρον τὸν στάχυν ἀπεργάσηται, καὶ οἷον ἐν εἰκόνι γερόντων τὸ λήϊον λευκανίζον κεκύρτωται, τὴν τοῦ θέρους τομὴν ἀπεκδεχόμενον, τότε ἄγροικοι, καὶ παλάμαι σὺν δρεπάνοις ὀξέσιν ἁπλωθεῖσαι, πόνοις πόνους προσάγουσι, καὶ τὸν πόθον προσκοιμίζουσιν, αὐτῷ τῷ τέλει τὰς ἐλπίδας χορτάζοντες. Τότε τῶν ἄλλων ζώων οἰκαδε ἡσυχαζόντων, μόνος ὁ βοῦς ἱλαρῷ τῷ βήματι, βλοσυρῷ τῷ βλέμματι ἐπὶ τὴν ἅλω πορεύεται. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα, αἶγες καὶ χοῖροι καὶ πρόβατα ὅσα τὸν ἑαυτῶν [829] αὐχένα τῷ ζυγῷ τοῦ ἀρότρου οὐχ ὑπέταξαν, οἰκείᾳ συνειδήσει ἀγχόμενα, δουλικαῖς προσόδοις τῇ ἅλῳ προσεγγίζοντα, τῶν ἀσταχύων τὸ δράγμα ληστεύουσι· μόνος δὲ ὁ βοῦς ἐλευθέραν τὴν γλῶσσαν ἁπλώσας, τῶν οἰκείων πόνων τοὺς καρποὺς θαρσαλέως ἀρύεται. Εἶδας

Digitized by Google

ἐκεῖ τοὺς δρεπανιστὰς, εἶδες ἐκεῖ τὴν σταχυοφόρον ἄρουραν, τὴν ἄλω, τὸν βοῦν· μετάβα μοι ἐκεῖθεν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν, καὶ ὄψει τῶν προειρημένων τὴν γεωργίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς Ἐκκλησίας. *Ἐξῆλθε*, φησὶν, *ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι.* Τοῦτο γὰρ ἀρτίως ἠκούσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. *Ἐξῆλθε*, τίς; Χριστὸς, ἀπ' οὐρανοῦ εἰς τὸν κόσμον παραγενόμενος. Σπορεὺς γὰρ ὁ Χριστὸς, σπέρμα ὁ θεῖος λόγος, ἄρουρα ἡ ἀνθρωπότης, βόες οἱ ἀπόστολοι, ἄροτρον ὁ σταυρὸς, ζυγὸς ἡ ὁμόνοια, ζεύγλη ἡ περισφίγγουσα τοὺς τῶν ἀποστόλων αὐχένας γλυκεῖα ἀγαπη. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι.* Ἐξῆλθεν ὁ Χριστὸς, οὐχ ἵνα θερίσῃ, ἀλλ' ἵνα σπείρῃ· οὔπω γὰρ ἦν τὰ τῆς ἀναστάσεως σπέρματα ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις κατεσπαρμένα. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ σῖτον, οὐ κριθὰς, οὐ κέγχρον, οὐδ' ἄλλο τι τῶν γηΐνων, ἀλλὰ πίστιν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἐλπίδα ἀναστάσεως, ἀγάπην εἰς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους ἀνυπόκριτον καὶ ἀδιάκριτον. Ἐξῆλθε σπείρων Χριστὸς ἐκ πατρικῶν λαγόνων, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, καὶ ἦκε πρὸς ἡμᾶς, καθὼς αὐτὸς φάσκων λέγει· *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω.* Ἀλλ' ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μὲν μὴ χωριζόμενος, μεθ' ἡμῶν δὲ τυγχάνων. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων, ἵνα τὰ ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐπισπαρέντα κακῶς ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ζιζάνια ἐκριζώσῃ. *Πᾶσα* γὰρ *φυτεία*, φησὶν, *ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.* Ἐξῆλθεν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ἵνα τὰς φεγγοβόλους αὐτοῦ ἀκτῖνας τῆς θεότητος ἐν ταῖς τῶν ἐσκοτισμένων ἀνθρώπων καρδίαις ἐρράνῃ. Ἐξῆλθεν ὁ ποιμὴν τῶν προβάτων, ἵνα τὸ ἄλας τῆς εὐσεβείας σπείρας, νόστιμον τὸν χόρτον τοῦ νομικοῦ γράμματος τοῖς προβάτοις ἀρτύσῃ· ἐξῆλθεν ὁ σπείρων, ἔχων τὰ δέκα ζεύγη τῶν βοῶν, ἵνα ποιήσῃ τὸ κεράμιον τὸ ἓν, καὶ σπείρας ἀρτάβας ἓξ, ποιήσῃ μέτρα τρία. Λάλει νῦν, Ἡσαΐα, μὴ σιώπα. *Οὗ γὰρ ἐργώνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν.* Δέκα ζεύγη βοῶν εἴκοσι βόες εἰσί· δέκα ζεύγη βοῶν λογικὰ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι τυγχάνουσιν οἱ δώδεκα, καὶ ἑπτὰ οὓς ἐξελέξαντο οἱ ἀπόστολοι. Τίνας τούτους; Στέφανον, Φίλιππον, Πρόχορον, Νικάνορα, Τίμωνα, καὶ Παρμενᾶν, καὶ Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα· καὶ τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ γεωργήσαντα τὸν ἀπόστολον. Ταῦτα δέκα ζεύγη τῶν βοῶν εἰς τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἄρουραν ἐποίησε τὴν εἰς τὸν Ἰησοῦν ὁμολογίαν, τὸν τὸ ἡμέτερον ὀστράκινον τοῦ σώματος σκεῦος ἐνδυσάμενον. Ὅτι δὲ κεράμιον λέγει τὴν ἔνσαρκον τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίαν ὁ θεῖος λόγος, ἄκουε. Ὅτε ἔμελλεν ἀπέρχεσθαι ἐπὶ τὸ παθεῖν, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· *Ποῦ θέλεις ποιῶμεν τὸ πάσχα;* Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, *Ἀπέλθετε εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων, καὶ εἴπατε αὐτῷ· Ὁ Διδάσκαλος ἡμῶν εἶπε· Πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα. Καὶ δείξει ὑμῖν ἀνώγεον ἐστρωμένον, καὶ ἐκεῖ ἡμῖν ἑτοιμάσατε τὸ πάσχα.* Τίς δέ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ φέρων τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος, ἢ τίς ἡ πόλις εἰς ἣν αὐτοὺς πέμπει, ἢ τί τὸ ἀνώγεον τὸ ἐστρωμένον, ἀναγκαῖον ζητήσαντας ὑμᾶς καταμαθεῖν. Ὁ ἄνθρωπος ὁ βαστάζων τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος, Ἰωάννης ἐστὶν ὁ πρόδρομος τοῦ Χριστοῦ, καταγγέλλων τὸν Ἰησοῦν τὸν τὸ ἡμέτερον κεράμιον τοῦ σώματος ἐνδυσάμενον, ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸ τοῦ βαπτίσματος ὕδωρ. Ἀνώγεων δὲ ἐστρωμένον τὴν εἰς οὐρανοὺς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἁγίοις ἀνάπαυσιν ἐσομένην λέγει. *Ἀπέλθετε εἰς τήνδε τὴν πόλιν*· μὴ εἰς τὴν παλαιὰν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, ὅπου ὁ παλαιὸς νόμος ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀσκοῖς ὤξισεν· ὄξος γὰρ σὺν χολῇ μίξαντες προσήνεγκαν τῷ Κυρίῳ. ἀλλ' ἀπέλθετε εἰς τὴν καινὴν πόλιν, εἰς τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ, ὅπου ὁ νέος λόγος, ὅπου ἡ καινὴ τοῦ Πνεύματος χάρις ἐν τοῖς καινοῖς ἀσκοῖς τὸ τῆς πίστεως γλεῦκος πηγάζει· οὐχ ὅπου τὸ παλαιὸν πάσχα, ἀλλ' ὅπου ἡ καινὴ ἀνάστασις· οὐχ ὅπου ὁ ἀμνὸς θύεται, ἀλλ' ὅπου ὁ Χριστὸς ῥύεται· [830] οὐχ ὅπου ἡ παλαιὰ ζύμη, ἀλλ' ὅπου ὁ οὐράνιος ἄρτος ἐπὶ σταυροῦ τελειοῦται. *Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν.* Ὅπου ἐργάζονται δέκα ζεύγη βοῶν, τῶν ἀποστόλων (βουσὶ γὰρ ὡμοιώθησαν οἱ ἀπόστολοι, ὡς Παῦλος ἐμοὶ μαρτυρεῖ λέγων· *Γέγραπται*, φησὶν, *ἐν τῷ νόμῳ, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Μὴ γὰρ*, φησὶ, *τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ δι' ἡμᾶς λέγει*)· ὅπου οὖν ἐργάζονται ταῦτα τὰ δέκα ζεύγη τῶν βοῶν, ποιοῦσι τὴν εἰς Ἰησοῦν ὁμολογίαν, τὸ κεράμιον τοῦ σώματος ἐνδυσάμενον. Καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ, ποιήσει μέτρα τρία. Ἆρα τοσαύτη ἀφορία γεωργῶν γίνεται ποτε, ὥστε σπαρῆναι ἀρτάβας ἓξ, ποιῆσαι μόνα τρία; Ἀλλὰ ζητήσωμεν τὸν νοῦν τῆς Γραφῆς. Πιστοὶ, εἰσέλθωμεν εἰς τὸ ἐνδότερον καταπέτασμα τοῦ γράμματος, καὶ ἀπαντήσει ἡμῖν ἡ θεία τοῦ Πνεύματος γνῶσις. Ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ, ποιήσει μέτρα τρία. Ἓξ ἀρτάβαι εἰσὶν ἡ καινὴ Διαθήκη. τουτέστι τέσσαρες εὐαγγελισταὶ, καὶ Πράξεις, καὶ [illegible]. Ταύτας τὰς ἓξ ἀρτάβας ὁ σπείρας ἐν τινι ψυχῇ, ποιεῖ τὰ τρία μέτρα τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ὁμολογίαν. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ σῖτον ἀρτοποιῶν, ἀλλὰ *πίστιν ζωοποιῶν*· πίστιν εἰς τὰς τῶν ἀλόγων τροφὰς, ἀλλὰ τροφὰς εἰς τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· οὐ κέγχρον ὀρνεοτρόφον, ἀλλὰ θεῖον λόγον, διάπυρον, κόκκῳ σινάπεως παρεικάζομενον, σφοδρῶς πρὸς εὐσέβειαν καὶ φρόνησιν τὰς ἡμῶν ἐκθερμαίνοντα. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτά· ἄλλα ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ συνέπνιξαν αὐτὰ αἱ ἄκανθαι τὴν βλάστην· ἄλλα ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ψυχὴν εὐθὺς οὐκ ἔβλαστησε.* Τὰ παρὰ τὴν ὁδὸν εἶσιν Ἀρειανοὶ, τὰ ἀκανθώδη εἰσὶν Εὐνομιανοὶ, τὰ ἐπὶ τὰ πετρώδη εἰσὶ Μαρκιανοὶ. Καὶ κατάμαθε ἀκριβῶς, ἀγαπητέ. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν.* Οὐκ εἶπεν, Ἐν τῇ ὁδῷ, ἀλλὰ, *Παρὰ τὴν ὁδὸν*. Οὐκοῦν ἔστιν ἡ ὁδὸς, ἡ πάντως ὁ Χριστὸς ὁ λέγων, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια*; Τὰ μὲν οὖν παρὰ τὴν ὁδὸν εἰσὶν οἱ Ἀρειανοί. Οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ ὁδῷ· οὐ γὰρ εἰσὶν ὁδηγοὶ· οὐδὲ πάλιν πόρρω τῆς ὁδοῦ, ὡς Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ παρὰ τὴν ὁδόν· τουτέστι, παρὰ τὸν Χριστὸν παρὰ τὴν πίστιν τὴν ὀρθήν. Τὸ ὁμολογεῖν αὐτοὺς Ἰησοῦν, τοῦτ' ἔστι τὸ ποιοῦν αὐτοὺς ἐγγὺς εἶναι τῆς ὁδοῦ· τὸ ἀρνεῖσθαι αὐτοὺς Χριστὸν εἶναι Υἱὸν Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι τὸ κωλῦον αὐτοὺς μὴ εἶναι ἐν τῇ ὁδῷ. Διὰ τοῦτο κατελθόντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι, τὰ πονηρὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας συνάγουσι τὸν θεῖον λόγον ἐκ τῶν καρδιῶν αὐτῶν, καὶ παντελῶς κενοὺς πίστεως ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοὺς ἀποτελοῦσι. Τὰ δὲ ἀκανθώδη εἰσὶν Εὐνομιανοὶ· ἔχουσι γὰρ ἐν ἑαυτοῖς τὰς τῶν βλασφήμων ἀκάνθας καὶ βλαστάνουσι μὲν τὴν πόαν τῆς πίστεως, οὐ μὴν τελεσιουργοῦσι τὸν ἄσταχυν τῆς ὁμολογίας. Τὸν γὰρ εἶναι αὐτοὺς Χριστὸν, τοῦτο ποιεῖ αὐτοὺς βλαστάνειν τὴν πόαν τῆς πίστεως· τὸ δὲ πάλιν λέγειν αὐτοὺς κτίσμα καὶ ποίημα, τοῦτ' ἔστι τὸ ποιοῦν αὐτῶν ἄκαρπα μένεσθαι τὸν τῆς πίστεως στάχυν. Τοῖς γὰρ Ἕλλησι δογματίζουσι τῆς κτισματολατρείας νύττοντες καὶ συμβιβάζοντες τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ἄκαρπον αὐτὸν καὶ ἀνώφελον παντελῶς πίστεως ὀρθῆς ἀποτελοῦσιν. Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη, οὗτοί εἰσι Μαραθωνιανοί. Οὐκ εἶπεν ἡ Γραφὴ ὅτι, Τὰ μὲν ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν· ἡ γὰρ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· ἀλλ' *Ἐπὶ τὰ πετρώδη*. Οὔτε γῆ εἶπεν ἡ Γραφὴ οὔτε πέτρα· οὐ γάρ εἰσιν ὀρθόδοξοι· οὔτε πέτρα εἰσὶν, ἐπειδὴ διδασκάλων λαξευθέντες τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ οἰκοδομοῦσιν· ἀλλὰ τί; Πῶρός εἰσιν. Ἔστι τις λίθου φύσις, καὶ τοῦτο ὄνομα· οὔτε γῆ ἐστιν, οὔτε λίθος στερέμνιος· ἔστι μὲν παρὰ τὸν λίθον, σκληρὸς δὲ παρὰ τὴν γῆν. Βούλονται λογεῖν αὐτοὺς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κατ' οὐσίαν ἔμφυτον τῷ Πατρὶ, τοῦτ' ἔστι τὸ ποιοῦν αὐτοὺς ἀπαλλοτριοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τὸ ἀρνεῖσθαι αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅ ἐστιν αὐτῶν ποιεῖ τὰς καρδίας πεπωρωμένας τυγχάνειν· τοιούτων γῆ εἶσιν ἀγαθὴ, ἵνα βλαστήσωσιν εἰδότες, καὶ κατακοσμῶνται πίστεως· κόσμον· οὔτε πέτρα πανάγιος, ἵνα ἄσειστον καὶ ἀσάλευτον τὴν εἰς τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὁμολογίαν φυλάττωσιν· δέχονται μὲν τὸν λόγον τοῦτον, [831] καὶ βλαστήσουσιν εὐθέως δὲ αὐτὸν ξηραίνουσι καὶ ψύχουσι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς τὰς ῥίζας τῶν λογισμῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος. Οὗτοι κἂν ὁμολογῶσι τὸν Χριστὸν εἶναι Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀρνούμενοι, οὐδὲ τοῦτο ἔχουσι, τοῦ ἀποστόλου μοι μαρτυροῦντος καὶ λέγοντος· *Εἴ τις πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Τὰ ἄλλα*, φησὶν, *ἔπεσεν ἐπὶ τὴν ἀγαθὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, καὶ τὰ μὲν ἑκατὸν, τὰ δὲ ἑξήκοντα, τὰ δὲ ἑκατόν.* Αὕτη ἐστὶν ἡ γῆ ἡ ἀγαθὴ, ἡ τῶν ὀρθοδόξων καρδία, ἡ ἐκ

Digitized by Google

cælo in mundum adveniens. Sator enim Christus est ; semen, divinum verbum ; arvum, humana natura ; boves, apostoli ; aratrum, crux ; jugale lignum, dulcis caritas quæ apostolorum colla constringit. *Exiit qui seminat seminare.* Exiit Christus ; non ut meteret, sed ut seminaret : nondum enim resurrectionis semina in cordibus hominum insita erant. *Exiit qui seminat seminare ;* non frumentum, non hordeum, non milium, neque aliud quid terrenum ; sed fidem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum ; spem resurrectionis, caritatem erga Deum et homines non simulatam et indifferentem. Exiit qui seminat Christus, ex paterno latere, qui est in sinu Patris, et venit ad nos ut ipse ait : *Ego ex Patre exivi, et venio* (*Joan.* 8. 42. *et* 16. 28). Sed exiit a Patre suo non separatus, et nobiscum est. Exiit qui seminat, ut ea, quæ a diabolo superseminata male fuerant zizania, ex animabus hominum evelleret. *Omnis* enim *plantatio*, inquit, *quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur* (*Matth.* 15. 13). Exiit sol justitiæ, ut lucidos divinitatis suæ radios in corda hominum tenebris obvolutorum immitteret : exiit pastor ovium, ut sal pietatis seminans, fœnum legalis Scripturæ ovibus ad escam paratum redderet : exiit qui seminat, habens decem juga boum, ut faciat lagenam unam ; et seminans artabas sex, tres mensuras faciat. Loquere nunc, Isaia, ne taceas. *Cujus enim operantur decem juga boum, faciet lagenam unam* (*Isai.* 5. 10). Decem juga boum sunt boves viginti : decem juga boum rationabilia, duodecim apostoli Christi sunt, et septem quos elegerunt apostoli, Quosnam ? Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Permenam et Nicolaum proselytum Antiochenum (*Act.* 6. 5) ; et apostolum qui a Hierosolyma usque ad Illyricum (*Rom.* 15. 19) terram sulcavit. Hæc decem juga boum in hominum arvo confessionem Jesu produxerunt, qui corporis vas testaceum nostrum induit. Quod autem divinum verbum carnalem Christi adventum lagenam vocet, audi. Cum ad passionem iturus erat, dicunt ei discipuli ejus, *Ubi vis faciamus pascha?* Tum ille, *Ite in hanc civitatem, et occurret vobis homo lagenam aquæ portans : et dicite illi, Magister noster dicit, Apud te facio pascha. Et ostendet vobis cœnaculum stratum : et illic nobis parate pascha* (*Matth.* 26. 17. 18 ; *Marc.* 14. 15). Quis sit homo qui fert lagenam aquæ, quæ civitas ad quam illos mittit, quod cœnaculum stratum, necesse est ut vos explorantes ediscatis. Homo qui fert lagenam aquæ, est Joannes præcursor Christi, annuntians Jesum, qui lagenam corporis nostri induit et qui in se aquam baptismatis habet. Cœnaculum vero stratum dicit sanctorum requiem in cælis futuram post resurrectionem. *Ite in hanc civitatem,* non in veterem Judæorum synagogam, ubi vetus lex in veteribus utribus acida facta est : acetum enim cum felle miscentes obtulerunt Domino (*Matth.* 27. 34) ; sed ite in novam civitatem, in novam Jerusalem, ubi novum verbum, ubi nova Spiritus gratia in novis utribus, et fidei mustum scaturit : non ubi vetus pascha, sed ubi nova resurrectio ; non ubi agnus immolatur, sed ubi Christus redimit ; non ubi vetus fermentum, sed ubi cælestis panis in cruce consummatur. *Cujus enim operantur decem juga boum, faciet lagenam unam.* Ubi operantur decem juga boum, nempe apostolorum (bobus enim comparantur apostoli, ut mihi testificatur Paulus dicens : *Scriptum est in lege, Non alligabis os bovi trituranti. Numquid enim de bobus cura est Deo* [1. *Cor.* 9. 9] ? sed propter nos id dicit) : ubi ergo operantur hæc decem juga boum, faciunt confessionem in Jesum, qui lagenam corporis nostri induit. Et qui seminat artabas sex, faciet tantum mensuras tres. An tanta terræ sterilitas fuit umquam, ut ex satis artabis sex tres mensuræ prodirent ? Sed Scripturæ mentem quæramus, dilecti, intremus in interius literæ velum, et occurret nobis divina Spiritus cognitio. Qui seminat artabas sex, faciet tres mensuras. Sex artabæ sunt Novum Testamentum ; id est, quatuor Evangelistæ, Acta, et apostolorum Epistolæ. Qui has sex artabas seminat in anima quapiam, facit tres mensuras, confessionem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. *Exiit qui seminat seminare ;* non frumentum in panem vertens, sed fidem vivificans ; non hordeum seminans ad brutorum escam, sed escas ad hominum spirationem ; non milium pro avibus, sed divinum verbum, ignitum, grano sinapis simile, ad pietatem et prudentiam animas nostras multum accendens. *Exiit qui seminat seminare ; et alia quidem cecidere secus viam, et conculcata sunt, et venientes volucres cæli, comederunt illa. Et alia ceciderunt inter spinas, quæ suffocaverunt germina, alia ceciderunt supra petrosa, quæ orta statim exsiccata sunt* (*Luc.* 8. 5. 7. 6). Quæ ceciderunt secus viam sunt Ariani : quæ inter spinas, Eunomiani ; quæ supra petrosa, Marathoniani. Hæc accurate discas, dilecte. *Exiit qui seminat seminare ; et alia cecidere secus viam ;* non dixit, In via, sed, *Secus viam.* Quæ est via, nisi Christus qui dixit, *Ego sum via et veritas* (*Joan.* 14. 6)? Quæ ergo cecidere secus viam, sunt Ariani. Non sunt in via ; non enim sunt orthodoxi ; neque procul a via, ut gentiles aut Judæi, sed secus viam ; id est, secus Christum, secus fidem rectam. Quod confitentur Christum, id efficit ut prope viam sint ; quod negent Christum esse Filium Dei, id impedit quominus sint in via. Ideo descendentes volucres cæli, id est, spiritualia nequitiæ, divinum verbum ex cordibus eorum auferunt, et ipsos fide recta vacuos efficiunt. Spinosa, sunt Eunomiani : habent enim in se blasphemiarum spinas, et herbam quidem fidei proferunt, sed spicam confessionis non perficiunt. Quod Christum confiteantur, id efficit ut germinent herbam fidei ; quod dicant ipsum esse rem creatam et factam, id efficit ut fidei spica intempestive arescat. Nam per gentilium de cultu creaturarum doctrinam veritatis verbum confodientes et suffocantes, infructuosum illud et recta fide vacuum prorsus efficiunt. Qui supra petrosa, sunt Marathoniani. Non dixit Scriptura, Alia ceciderunt supra petram ; nam petra erat Christus (1. *Cor.* 10 4) ; sed, *Supra petrosa.* Non sunt terra bona ; neque enim sunt orthodoxi ; neque petra sunt ut a doctoribus sculpti templum Dei efficiant ; sed quid ? Porus sunt. Est quidam lapis porus nomine, qui neque terra est, neque lapis firmus ; tenerior lapide, durior terra. Quod confiteantur Filium Dei secundum substantiam similem Patri, hoc efficit ut teneriores sint ; quod negent Spiritum sanctum, hoc eorum corda poro similia reddit. Neque igitur terra sunt bona, ut florida germinent, et fidei ornatu decorentur ; neque petra firma, ut inconcussam Patris et Filii et Spiritus sancti confessionem servent. Hoc quidem verbum excipiunt, et germinant ; statim vero illud exsiccant, quod non posuerint cogitationum radices in profundo Spiritus. Hi etiamsi confiteantur Christum esse Filium Dei, cum Spiritum sanctum negent, neque Christum habent ; Apostolo mihi testificante ac dicente : *Si quis Spiritum Christi non habeat, hic non est ejus. Alia*, inquit, *ceciderunt in terram bonam, et dederunt fructum, alia trigesimum, alia sexagesimum, alia centesimum* (*Rom.* 8. 9. *Marc.* 4 8). Hæc est bona terra, cor orthodoxorum quæ est extra hæreticas spinas : quæ a perfectis doctoribus colitur et quasi sulcatur, et evangelii verba animæ semina excipit. Cor hujusmodi primo germinat herbam fidei, deinde producit spicam spei, demum maturum fructum perfectæ caritatis exhibet. Hos tres animæ fructus memorat beatus Paulus dicens : *Fides, spes, caritas* (1. *Cor.* 13. 13). Qui credit, triginta producit ; qui sperat, sexaginta ; qui in caritate consummatur, centum. Qui ungitur, triginta producit ; qui descendit in aquam, sexaginta ; qui consummatur in mysterio, centum. Sic ex uno semine triplicem affert fructum : Deum glorificat, Ecclesiam exaltat, seipsum servat. Sic bonæ Trinitatis referet mercedem ; spiritu intelligens, anima prævidens,

Digitized by Google

corpore patiens. Hic triplicer benedicitur : in terra glorificatur, a mortuis resurgit, in cælis quiescit. Qui talis est, tribus ordinibus eminentibus honoratur; triginta fecit ut in cælis; sexaginta ut in angelis; centum ut apud Deum. Talis homo mitis est, quietus, humilis, misericors, patiens, justus, a mundo alienus et ab hac vita; in imagine solum apparet in hac vita, corde autem et operibus in cælis habitat. Alii vero ex iis qui hæretice sentiunt, secundum suam improbam opinionem, scalam blasphemiæ verbis efformant. Quid dicunt? Fides in Spiritum facit triginta, fides in Filium facit sexaginta, fides in Patrem facit centum; ignorantes se, dum volunt Spiritum sanctum minuere, ipsum exaltare. Præponunt ex Patri et Filio Spiritum dicentes, Qui credit, in Spiritum credens facit triginta : et primo præponit Patri et deinde Filio Spiritum, et tertium post Patrem. Nos vero, contraria sentientes, contra dicimus. Nam qui credit, non in Spiritum credit, sed in Patrem. Qui credit in Patrem, triginta facit; qui addit in Filium, numerum duplicat, et sexaginta; qui vero Spiritum sanctum induit, centenarium numerum implevit, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

IN SECUNDUM ADVENTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ET DE ELEEMOSYNA.

Post assumptionem Domini nostri Jesu Christi in cælos, discipulis respicientibus in cælum, *Ecce apparuit angelus Domini dicens : Quid statis aspicientes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, rursus veniet*, in hunc locum, *quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum* (*Act.* 1. 11). Agite, dilecti, annuntiabo vobis quinam erit secundus ejus adventus, terribilis et horrendus, qui arguet omnem spiritum. Apparebit enim primo signum Filii hominis, in quo crucifixerunt eum Judæi, gestatum ab angelis, et splendens ut fulgur : et ante illud tuba canens Michael archangelus, expergefaciens eos qui dormiunt ab Adamo usque ad consummationem sæculi. Et resurgent mortui, quasi ex somno, ex monumentis, sicut dixit apostolus Paulus : *Tuba canet, et mortui in Christo resurgent incorrupti, in momento, in ictu oculi, in novissima tuba* (1. *Cor.* 15. 52). Et colligent angeli homines ex quatuor finibus terræ, in valle fletus. Movebitur autem illa vallis, et revelabuntur judicia. Fluvius igneus plenus immortali vermi; angeli acerbi et immisericordes; singulorum opera in circuitu stantia, peccatorem redarguentia. Immutabuntur ergo cæli, et terra vacua erit, et gloria omnium ut umbra transibit. Divitiæ et omnia præteribunt, deficient ut fumus : quando stellæ ut folia cadent de cælo; et nemo neminem juvabit, aut juvabitur ab alio; non pater filium, non mater filiam, non frater fratrem, non amicus amicum, non dominus servum, non servus dominum; non divitiæ, non argentum, non aurum, non vestis pretiosa, non domus aureis tabulatis; sed nuda erunt singulorum opera, sive bona sive mala. Et aperientur cæli, et ecce Filius Dei veniens in nubibus cæli, cum potestate et gloria multa : descendet in Jerusalem cælestis ille, et in Sion ille incomprehensibilis. Et ponentur duodecim throni, duodecim apostolorum et discipulorum ejus : et ecce ipse ut fulgur apparens ab Oriente usque ad occidentem : atque ex terrore et minis ejus cæli volventur ut liber. Tunc omnis terra commovebitur, montes fumo replebuntur, fluvii ignei parati erunt ad peccatores excipiendos, vermes hianti ore erunt ut dracones, sitientes peccatorum sanguinem : sine fine omnes cruciabuntur. Tenebræ illæ lucem non habent. Perpendite ergo, fratres, diem illam terribilem, magnam et illustrem. Etenim angeli, qui nihil peccarunt, diem illam cum tremore cogitant : quantus ergo tremor peccatores corripiet in illa die horrenda et terribili? Tunc erit acerbus fletus et stridor dentium. Nemo autem putet quasi in mentis excessu diem illam concipi. Multos enim novi qui dicunt ita fore judicium illud, ut si quis in somnis crucietur. Nolite errare, o homines : nam qui in somnis cruciatur, id imaginatur solum; corpus autem et anima in lecto requiescit. In die autem illa non potest separari corpus ab anima; sed simul adstant judicio illo tremendo, ubi libri operum aperti sunt, Judex non personam accipit, judicium immutabile : et cum multa gloria omnes nominatim vocabit ad judicium, omnesque nudi adstabimus. Non ibi illic oratoria dictio quæ jus vincat, non eloquentia, sed operum examen. Nullus ibi donorum est nullus advocatorum; sed omnes sua opera ferebunt. Ibi senectus non creditur, splendor non apparet, nobilitas non exquiritur : ibi pulchritudo vultus non flectit Judicem; sed virginitatis et rarumque virtutum dignitas exorat Judicem a Virgine natum. Ibi magnus et parvus æqualiter judicantur. Sæpe autem in illo judicio filii parentes condemnant. Si enim filios habeas, et charitatem in illis non serves, sed alium dites, aut odio habeas, tunc pœnas dabis. Tunc servus ad dominum stat cum fiducia, et ancilla ante dominam, discipulusque ante magistrum. Hic enim omnes judicantur in tremendo judicio, filii cum parentibus, uxores cum viris, et cujusque opera manifesta fiunt. Ideo benedictus Paulus apostolus hæc cum cæteris omnia omnibus præcipit, dicens : *Filii, obedite parentibus in Domino : et patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Servi, obedite dominis vestris* (*Ephes.* 6. 1. 4. 5) : *domini, quod justum est et æquum servis præstate. Viri, diligite uxores vestras uxores, timete viros vestros* (*Col.* 4. 1. *et* 3. 19 : omnes inculpate adstemus ante tribunal horrendum Domini Jesu Christi Dei. Horreamus itaque diem illum, in quo pastor separaturus est oves ab hœdis, et positurus oves a dextris, et hœdos a sinistris. Tunc dicet Rex iis qui a dextris sunt : *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum vobis paratum a constitutione mundi* (*Matth.* 25. 34. 35). Cogita quæso illud et fiduciam coram angelis, prophetis et apostolis; *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, sitivi, et dedistis mihi bibere*, etc. Venite, benedicti Patris mei, accipite pro terrenis cælestia, pro temporaneis æterna. Veste me induistis; ego vero vos gloria æterna : panem mihi dedistis; ego vero escam paradisi do vobis : in electionibus et fructus oblationibus fructus nobis attulistis; et ego vos sanctorum consortes faciam : aquam frigidam mihi potum dedistis; et ego vos in paradisum introduco. Frater, cum hæc audieris, quid exspectas, quid tu das tua largiri inopibus et ecclesiis? Cæterum Deo ipsi das, ut ipse ait : *Si feceritis uni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecistis* (*Ibid. v.* 40. *et sqq.*). Quemcumque vero pauperes persequuti sunt, Christum persequuti sunt : ideoque statuet illos a sinistris : quos illi persequuti sunt pauperes, sic et Dominus illos persequetur, dicens : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum paratum diabolo et angelis ejus. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi bibere*, etc. Cogita pudorem illum coram angelorum cœtu. Si quis hic convictus fuerit de peccato coram amico, quomodo faciem dejicit? quomodo postea dire recusat? quomodo verecundus est coram amicis, vicinis et cognatis, ob pudorem aperti delicti! Cogita pudorem illum, ubi innumeri angeli, prophetarum ordines, apostolorum chori, martyrum cœtus

Digitized by Google

